NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
9 D
12

13 19 D 12

13.19 D 12

QVidam abbas.] CASVS. Magister hactenus de statu ecclesiarum egit & sæcularium clericorum. Sed quia religione monachorũ multum decoratur status ecclesiarum, ideo in sex sequentibus causis tractat de statu monasteriorum & monachorum. In hac ergo prima causa agit de officio monachorũ, ostendens an valeant officia celebrare: & eorum capellæ debeant per eos institui. Annectit etiam generaliter de præscriptione tã ecclesiarũ, quàm monasteriorũ: & quod nullus auctoritate sua rẽ, quã ad se credit pertinere, valeat vsurpare. Addit etiam quod laici nullam habẽt in ecclesijs potestatẽ. Et vt hoc & alia multa melius faciat, præmittit thema, de quo septem elicit quæstiones.

Casus thematis planus est.

QVod monachi.] Hæc q. diuiditur in 7. partes: in quarũ prima probat: quod monachi debẽt esse in monasterio, & flere sua & aliorũ peccata. Secũda ibi, [Quod vero.] Tertia ibi, [His aũt omnibus.] Quarta ibi, [De his vero.] Quinta ibi, [Quod autem.] Sexta ibi, [Ius ergo.] Septima ibi, [Quàm vero.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima qõ, qua quæritur, utrũ liceat monachis officia celebrare populis? Et videtur quod in monasterijs suis possunt celebrare, ut ĩ. 18. q. 2. & ĩ. e. placuit. & in capellis monasterij pleno iure possessis, vt infra e. q. 2. visis. similiter si committitur eis regimen parochialiũ ecclesiarũ, ut ĩ. ea. in parochia de licentia tñ abbatis, vt ĩ. 58. dist. c. 1. & 2. olim tñ nõ eligebãtur in sæcularibus ecclesijs nisi propter necessitatẽ, vt 55. dist. priscis. Sed hodie utilitate tãtum inspecta eligunt, ut ĩ. e. cum pro utilitate. & si eliguntur, soli morari non debent, vt in cõcilio Lateran. de statu monachorum. monachi. Et credo quòd iure cõi possunt eligi, si socios secũ habeant monachos. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, quod monachis non licet populo officia celebrare. usque ad §. [His ita.] Postea allegat pro cõtraria parte rñdendo allegatis. B.

CAVSA XVI.

QVidam abbas habebat parochialem ecclesiam: instituit ibi monachum, ut officium celebraret populo: possedit eam per quadraginta annos sine aliqua interpellatione: tandem querela aduersus abbatem mouetur à clericis baptismalis ecclesiæ, in cuius diœcesi parochiana ecclesia illa consistebat.

1 *Hic primum quæritur, vtrum monachis liceat populis officia celebrare, pœnitentiam dare, & baptizare.*

2 *Secundo, si contigerit eos capellam habere episcopali beneficio, an ab eis sint instituendæ, an ab episcopis.*

3 *Tertio, an iura ecclesiarum præscriptione tollantur.*

4 *Quarto, si ecclesia aduersus ecclesiam præscribat, an etiã monasterium aduersus ecclesiam præscribere possit.*

5 *Quinto, si capellam in suo territorio ædificatam, iure territorij sibi uendicare valeat.*

6 *Sexto, si archipresbyter, uel episcopus sua auctoritate, nõ iudiciaria sententia capellam illam irrepserit, an cadat à causa: ut ecclesia, cui præsidet, non ultra habeat ius reposcendi, quod suus pastor illicite vsurpauit.*

7 *Septimo quæritur, si laici capellam illam tenebant (ut qui busdam moris est) & in manibus abbatis eam refutauerint, & ordinandam tradiderint, an consensu episcopi, & clericorum abbas possit eam tenere.*

QVÆSTIO PRIMA.

1 gs QVod monachi [a] officia populis celebrare non possint, multis auctoritatibus probatur: quarum prima est illa sanctæ Nicenæ synodi, qua dicitur.

¶Caput hoc neque in prima Nicana synodo, neque in secunda hodie habetur. Est aliquid simile in canonibus Nicanis uersis ex Arabico, can. 76.

a ¶Quòd monachi.] De hac materia canones varie loquuntur. Dicas ergo quòd si regimẽ populi committitur monacho ab episcopo cum abbatis licentia: tunc potest celebrare officium. 58. dist. c. 1. ĩ. ead. Doctores. & c. moderamine. & ex auctoritate. Sed an ipso iure possit committi, vel tantum ex dispensatione: de hoc dubitat. Dicũt quidam, quod hodie iure communi, sed olim ex dispensatione tantum. 55. distin. priscis. Alij dicunt quod nec hodie nisi ex dispensatione. extra de capel mo. in ecclesijs. & extra de sta. mo. c. 2. Satis potest admitti, quod secundum antiqua iura monachi non poterant præesse parochialibus ecclesijs nisi ex necessitate, vt 55. dist. priscis. hodie vero possunt vtilitate etiam suadente: quia magis probati sunt quàm sæculares: & sic magis sunt vtiles, vt ĩ. c. cũ pro vtilitate. & 47. dist. quantũlibet & hoc si abbati & consensus epi & abbatis: sed si monasteriũ habet ecclesiã aliquã pleno iure, sufficit consensus abbatis 1, vt ĩ. ead. q. 2. visis. De regularibus canonicis nõ est dubiũ, quin & ipsi præesse possint parochijs ecclesijs: sed in hoc est differẽtia, quod eps de monachus secũ debet habere socios sui ordinis: sed re co. Arch.

Monachus utrũ possit præfici ecclesiæ parochiali.

1 Dic & solus sine suo conuẽtu, ut extra li. 6. de ele. si religiosus. in n. de hoc & satis dixi 7. q. 1.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO E.

13 19 D. 12

gularis non tenetur, nisi cōmode possit, vt extra de sta. mo. ꝙ Dei timorem. lo. & ita de iure cōmuni pōt præfici monachus ecclesię parochiali, si potest habere secū socium sui ordinis, vt extra de sta. mo. c. a B.

tidie cogit ꝑmanere. Licet Grat. hoc c. inducat ad suū propositum: non tamen intelligitur de monachis: sed de clericis sæcularibus, qui volebant præesse monasterij: sed nec habitum recipere: nec priores ecclesias uolebant relinquere, vt dicit c. cuius pars est istud. 18. qō. a per-

¶ Monachorum conuersatio ab omnibus debet esse discreta. C. I.

j PLacuit [a] omnibus residentibus in sancta Nicęna synodo, ut monachorum cōuersatio, & uita secundum etymologiā nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim græce, latine singularis dicitur. Vnde monachum per omnia singulariter [b] agere oportet. Quamobrem firmiter, & insolubiliter omnes præcipimus, ut aliquis monachus pęnitentiam nemini tribuat, nisi sibi inuicem, ut iustum est, mortuum non sepeliat [c], nisi monachum [d] in monasterio secum commorantem, uel si fortuito quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit.

Ansl. 5. c. 66. & l. 6 c. 214. Poly. l. 4. ti. 34.

Item Gregorius Ioanni Rauennati episcopo, lib. 4. ep. 1.

¶ Monasterij districtionem, & ecclesiasticum ministerium quilibet simul tenere non potest. C. II.

NEmo [e] potest & ecclesiasticis obsequijs † deseruire, & in monachica regula ordinate persistere: ut ipse monasterij districtionem teneat, qui quotidie in ministerio † ecclesiastico cogitur permanere.

Iun p. 3. c. 18. † *al. off. cijs* † *al. obsequio*

Item Innocentius ad Victricium, epist. 2. c. 10.

¶ Monachi, qui ad clericatum promouentur, à priori proposito discedere non debent. C. III.

DE monachis, qui diu morantes in monasterijs, si postea ad clericatus ordinem peruenerint; statuimus non debere eos a priore proposito discedere † [f].

Poly. ibidem. Ansl. 5. c. 67. † *al deuiare*

Si ergo (sicut Innocentius definit) à suo proposito eis discedere non licet, & sicut Gregorius testatur, in monastica regula deuote persistere, & ecclesiasticis obsequijs simul deseruire non possunt: patet, quòd parochianis ecclesijs monachi præfici non possunt.

Item Hieronymus ad Riparium presbyterum aduersus Vigilantium.

PLacuit omnibus.] CASVS. Tria in hoc c. statuūtur. Primū est, ut monachus debeat eē singularis. Secundum, ut pęnitentiam nulli tribuat nisi fratri. Tertium, ut mortuum nō sepeliat, nisi monachum in monasterio suo secum morantē, uel si aliquem aduenientem Christianū ibidem mori contigerit.

a ¶ Placuit.] Hoc c. loquitur de monasterijs non habentibus populum.

b ¶ Singulariter.] Id est, non sæculariter uiuere. nā singulariter, id est, solitarie uiuere debent. inf. e. si clericatus. in fi.

c ¶ Sepeliat.] Dicunt quidam ꝙ nullus sacerdos siue monachus, siue alter potest iniungere pęnitētias, nisi ab epō sit commissa ei cura animarum, vt j. e. peruenit, & c. cunctis. nisi in casu necessitatis: ubi ēt laicus potest pęnitentiam dare. j. de cons. dist. 4. sanctum. de pę. dist. 1. quem pęnitet. unde qui ab eis recipiunt pœnitentiam [a] nec quātum ad Deū, nec quantum ad ecclesiam sunt absoluti. Alij dicunt ꝙ quilibet sacerdos potest hoc facere [z], nam eo ipso quòd aliquis sub mittit se suæ iurisdictioni, habet potestatem ipsum absoluendi & ligandi, cū sit sacerdos j. e. §. hoc idē. tū certū est ꝙ nullus suū sacerdotē potest dimittere sine cā. j. de pę. dis. 6. placuit. Hodie expeditum est, & nulla est talis absolutio, quam cōsequitur ab alio sacerdote, vt extra de pæ. & re. omnis. Sed quid si parochianus alicuius deliquit in alterius epatu vel territorio? Videtur ꝙ cōfitebitur sacerdoti parochiæ illius in cuius territorio deliquit: quia ratione criminis factus est de foro. Item alia ratione, quia per confessionē pœna ęterna commutat in pœnam temporalem: sed pęnam temporalem nunquā extraneus iudex potest remittere [z] Dic ꝙ pprius sacerdos est iudex illius criminis quo ad vnam pęnā: & ille vbi deliquit, quo ad aliam pęnam.

Pniā dare pōt laicus i necessitate.

[a] Si de hac materia vis plenā habere notitiā: uide quod not. Hostiē. in summa de pę. & remis. §. cui confitendū sit. & Gof. i sum. eo. tit. § facienda est.

Delinquēs in alterius territorio nō tenetur ibi crimen confiteri.

[z] Hoc ideo quia nō potest condēnare nec absoluere. ff. de re. iu. nemo. extra d pæ. & remissio. qđ autem. fm lo. de Fān.

d ¶ Nisi monachum.] Arg. quod est licitum aliqd in hominem suæ professionis, quod non est licitum in alium. 2 q. 7. si hęreticus. & 28. q. 1. caue.

NEmo pōt ecclesiasticis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nemo potest ecclesiasticis obsequijs deseruire, et districtionē monasticā seruare: q i districtionē monasterij tenere nō pōt, q in ecclesiastico ministerio quotidie cogit ꝑmanere.

a. peruenit. in secundo peruenit.

e ¶ Nemo.] Dist. 89. singula. Hoc c est pars illius 18. q. 2. peruenit 2. Et non loquitur de monachis, sed de sęcularibus clericis, qui uolebant monasterijs præesse: & dicit quòd non posset fieri. Si vis hoc c. de monachis intelligere, tūc dicas ꝙ cum monachus præficitur ecclesiæ, non tenetur seruare districtam regulam ut prius, scilicet in ieiunijs, & orationibus, & vigilijs.

DE monachis.] CASVS. Statuit Innocentius in hoc c. vt quamuis monachi ad sæculares ecclesias eligantur, à monachali tamen proposito non discedant.

f ¶ Discedere.] Quantum ad ea, quæ sunt de substantia monachatus, ut de habitu seruando, & continētia, & de nō habendo propria. in his. n. non absoluitur, licet transeat ad ecclesiam sęcularem: sed in ieiunio, silētio, & vigilijs absoluitur, vt s. c. proxi. Distinguitur tamen: quia si monachus transit ad episcopatum, ex toto absoluitur à iurisdictione abbatis, vt 18 q. 1. c. vnico. Si vero transfertur ad ecclesiam sæcularem: quæ nō est subiecta abbati suo, uel in spiritualibus uel tempora-

ralibus, ex toto eximitur à iurisdictione abbatia, ut ꝫ. ea. in parochia. Si vero ecclesia subest abbati suo quo ad temporalia, respõdebit abbati suo: sed quo ad spiritualia eximitur ab obedientia abbatis, vt ꝫ q. s. visis & c sane. & ex de capel. mona. in ecclesijs. Si vero ecclesia illa ex toto est subiecta abbati quoad omnis, tũc remanet obediens abbati nisi in ieiunijs & in alijs, vt dixi. vnde non debet regere ecclesiam illam secundum officium monachale. nam ad quamcumque ecclesiã veneris, illius consuetudinem seruabis. 12. dist. illa 41. dist. quisquis. Sed nunquid in comestione carnium eximitur à regulis monachalibus nõ videtur: quia canon tantum infirmitatis causam excipit in monachis, vt ꝫ. de conse. dist 5. carnem. tamen potest istis dici ꝙ sic: ne alijs sit scandalum. ut 41. dist. quisquis.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis duobus cap prox. ꝙ monachi parochialibus ecclesijs præfici non possunt: quod ipse allegando dicit. Sequens cap. patet.

a MOnachus]Sup. 7. q. 1 præcepit. & cap. hoc nequaquam.

b ¶Habet officium.] Non habens curam animarum.

c ¶Lugeat.] Se vel mundum, id est, peccata sua vel aliorum qui in mundo sunt lugeat 1.

1 Vt inf. de pæ. dist. 1. q. sanctus.

SI cupis.] CASVS. Ben. sic ponit hũc casum Hieron. de quatuor reprehendit Paulinum. Primo, quia libenter morabatur in vrbibus. Secũdo, q̃a propter simplicitatem suam aliorum supplãtabatur insidijs. Tertio, quia loquentẽ de pecunia libẽter audiebat. Quarto, q̃a triũphatoribus malis monasterij bona donabat.

d ¶Diceris.] Arg à nominis interpretatione. nomina enim debent esse consona reb. inst. de don § est & aliud. & ff. d tut. l. 1. 21. dist. cleros. & 12. q. 1. clericus 24. q. 1. pudẽda in auth. de defen. ciuit. coll. 3. in principio

e ¶Solorum]Id est, solitariorum: ne sit ꝫ inf. ea. si clericatus Et est argu. ꝙ monasteria non sunt construenda in vrbibus, ut inf. de consec. dist. 5. numquam.

f ¶Simplicitatem.] Duplex est simplicitatis, q̃dã contraria dolositati: & illa est bona: quædam contraria discretioni: & hæc est mala. 39. distin. c. Petrus & 36. distin. in principio. ADDITIO. Et repellit à promotione, ut 49 dist. Petrus. vbi de hoc Arch. — Simplicitas est duplex.

¶Monachus non habet officium docentis, sed plangentis. C. IIII

† al. doctoris — Polyc. ibidem. Ans. l. 7 ca. 128. Iuo p 7 c. 153. Pann. l. 3 c. 176.

MOnachus [a] non docentis †, sed plangentis habet officium [b]: qui uel se, uel mundum lugeat [c], & Domini pauidus præstoletur aduentum.

Idem ad Paulinum de institutione monachi, epist. 13.

¶In populari frequentia monachi esse non debent. C. V.

Iuo par. 7. c. a. Pann. l. 3. c. 175.

SI cupis esse, quod diceris [d], monachus, id est solus; quid facis in urbibus, quæ utique non sunt solorum [e] habitacula, sed multorum? *& infra.* ¶Habeto simplicitatem [f] columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidijs. Non multum [g] distat in vitio, uel decipere posse, vel decipi. Christianum †, quem senseris tibi aut semper, aut crebro de nummis loquentem (excepta eleemosyna, quæ indifferenter [h] omnibus patet) institorem [i] potius habeto, quam monachum. Præter uictum & vestitum, et manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas: ne filiorum [k] panem canes [l] comedant.

† al. decipi Christianum Quem] orig.

g ¶Non multum.] Tñ quandoque minus est falli q̃ fallere, vt 22. quæst. 2. in ipsarum. est ergo vitiũ falli, id est, facilem esse ad fallendum Intelliguur tamen quidam hoc de deceptione fidei. in contractibus autem decipi nõ est peccatum. 23. q. 4. innocens. — Falli uitiũ est.

h ¶Quæ indifferenter.] Scriptum est enim. Omni petenti te, tribue: etiam excommunicato. 11. quæst. c. quoniam multos. 1. q 2. quàm pio. 23. q. 4 ita plane, & cap. duo ista. 13. q 2. non æstimemus. Sed cõtra, Desudet eleemosyna in manu tua donec inuenias iustum, &c. & arg. 86. distin. non satis. inf. ea. c. vlt. & 23. 5. q 5. non omnis. De hoc notaui sup. 42. distin. quiescamus.

i ¶Institorem.] Id est, negotiatorem.

k ¶Ne filiorum.] Id est, pauperum.

l ¶Canes.] Id est, histriones & merettices & leccatores 2.

2 Ad hoc arg. 43. dis. in prin. vet. vide.

Item ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ, epist. 1.

¶Monachus pascitur, clerici pascunt. C. VI.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 123.

ALia causa est monachorum, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ergo pascor [m]: illi de altario uiuunt, mihi quasi infructuosæ arbori securis [n] ponitur ad radicem, si munus [o] ad altare non defero. *& infra.* ¶Mihi ante presbyterum sedere non licet. Illi, si peccauero [p], licet

ALis.] CASVS. Heliodorus episcopum quæsiuit à Hieronymo, quis sit maior, clericalis ordo, an monachalis. Et respondet ꝙ clericalis: & hoc probat quatuor rationibus. Prima est, quia monachi à clericis sacramenta suscipiunt. Secũda est, quia monachi mortui sunt mundo, clerici vero de altari viuunt. Tertia est, q̃a monacho ante presbyterũ sedere non licet, nisi munus deferat ad altare. Quarta est, quia monachi à clericis excõicantur Vbi autẽ rationes incipiant, facile est videre. & potes ibi sibite casum, ut dixi: & hoc ꝑbat quatuor rationibus: & non procedes amplius.

m ¶Ego pascor.] A sacramentis ipsorum.

n ¶Securis.] Quia succisus est mundo. inf ea. placuit.

o ¶Si munus.] Sed vnde faciet monachus eleemosynam uel oblationem, qui nihil habet proprium: nec ei præter necessaria licet aliquid recipere. arg. hic. & corpori suo nõ debet subtrahere necessaria. de cons. dist. 5. non mediocriter Quidam dicunt ꝙ nomine monasterij offeret. arg. 54. dist abbati. & hoc si habet administrationem. Vel dic, munus, id est, decimam. — Monachus an possit eleemosynã facere.

p ¶Si peccauero.] Ergo sæcularis prælatus potest excõicare monachũ Et est arg. ꝙ si monasteriũ aliquod est intra terminos alicuius archidiaconatus, quod archidiaconus habet iurisdictionem in ipsum monasterium, ut[illegible] facit infr. c. prox. & 93 dist. a subdiacono. [illegible]ct. Grat. p. 8. ij. — Monasteriũ põt esse sub iurisdictiõe archidiaconi.

TTT 2 & ex

[illegible] DE[illegible]

& extra de offic. archidiacon. c. vlt. ecclesia enim quæ est intra territorium alicuius, sub illius est iurisdictione, ut j. q. 7. omnes. ar. cōtra 18. q. 2. peruenit 2. & c. dudum & extra de capel mo. dilectus.

d ¶ Neq; filium.] Non est licitum sibi facere commatres, vt 18. q. 2. peruenit.

e ¶ Negocijs.] Nisi iubeatur, infra ea. qui verè.

f ¶ Mortuus.] Hic vides q̄ ingressus religionis æquiparatur morti naturali. vnde quod iuris est circa dotē vel

Religionis ingressus morti æquiparatur.

me tradere satanę in interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. 1. Cor. 12.

Idem ad Rusticum.

Habet in cōm. ad c. 3. Esaiæ.

¶ Non licet aliquid monachis agere sine presbyterorum consilio. C. VII.

ECclesia habet senatum cœtum presbyterorum [a]: sine quorum consilio nihil monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros suos. Senatum [b] quoque Romani habebāt, cuius consilio cuncta agebant: & nos habemus senatum nostrum, cœtum presbyterorum.

Deusdedit p. 3. 3. Reg. 14.

¶ *Apud B. Hieronymum in commentarijs ad c. 3. Esaiæ, vnde hoc caput videtur acceptum, hæc leguntur.* Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros. *Et paulo inferius.* Senatus quoq; consulta dicuntur; & principes quondam Romani consules appellati sunt, vel à consulendo ciuibus, vel ab agendo cuncta consilio. Et nos habemus in ecclesia senatum nostrum, cœtum presbyterorum.

Idem Eugenius Papa.

¶ Secundum etymologiam nominis solitariam vitam ducat monachus. C. VIII.

ij PLacuit [c] communi nostro concilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo ausu præsumat, neque pęnitentiam dare, neq; filium [d] de baptismo accipere, neque baptizare, neque infirmum visitare, neq; mortuum sepelire, neq; ad ecclesiam sæcularem transire, neque alijs qualibuscunq; negocijs [e] sese implicare; sit claustro suo contentus: quia sicut piscis sine aqua caret vita; ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq; solitarius, & taceat: quia mūdo mortuus [f] est, Deo autem viuit †. ¶ Agnoscat nomē suum. Monos. n. Græcè, Latinè est vnus; achos Græcè, Latinè tristis sonat. Inde dicitur monachus, id est, vnus tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet.

Ans. l. 5. c. 75. & l. 6. c. 213.

† al. viuus

¶ *Anselmus etiam citat ex decretis Eugenij, & ex eodem habetur in vetusto Decretorum libro.*

Item Paschalis II. Victori Bononiensi episcopo.

¶ Absque episcoporum consensu episcopalia iura monachi non vsurpent. C. IX.

PEruenit ad nos (vnde valde miramur) quòd quidam

Ans. l. 5. c. vlt.

ECclesia.] CASVS. Rusticus monachus erat nolebat tamen acquiescere consilio presbyterorū. de hoc Hieron. eum reprehendit: q̄a ecclesia habet senatū cœtum presbyterorū, sicut Romani olim habebant senatum, sine quibus monachis nihil agere liceret: vnde dicit eum puniendum. & hoc probat exemplo Roboam filij Salomonis: qui perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros suos.

a ¶ Presbyterorum.] Si intelligas de illis personis, quę sunt prę lati monachorum, planum est. t.

2 Quia monachi sine eis nihil agūt, vt j. ca. monachi.

b ¶ Senatum.] Et sic capitulum dicitur senatus: & senatus restituit hominem famæ, vt ff. de postulan. l. 1. §. de qua. ergo & capitulum. nam & capitulum quandoque dispensat, vt extra de simon. ex insinuatione. & arg. extra de præbēdis. cum non ignores. Item in hoc comparatur capitulum senatui. nam sicut à sentētia senatus non appellatur, vt ff. à qui. appel. non licet. l. 1. ita nec à capitulo, vt extra de his, quæ fi. à maio. par. cap. cum in cunctis. Vnde dico q̄ capitulum eligendo indignum dispensat cum ipso: nisi sit talis dispensatio, quæ prohibita sit ei: quemadmodum dico in episcopo.

Capitulum eligēdo indignū q̄nq; dispensat.

PLacuit.] CASVS. Hoc capitulū diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Eugenius, quòd monachus propter lucrum temporale claustrum non egreditur. In secunda parte ponit illa à q̄bus monachi se debēt abstinere, q̄ claustro suo debet esse contentus: quia sicut piscis vita caret, si ab aqua remoueatur, ita monachus si à monasterio recedat: sedeat itaq; solitarius. In tertia parte dicitur, quod monachus nomē suum agnoscere debet: & ponitur interpretatio huius nominis, monachus. Secūda pars incipit ibi, [Neq; pœnitentiam.] Tertia ibi, [Agnoscat]

c ¶ Placuit.] Hic loquitur de monachis non habentibus populum.

vel donationē propter nuptias in morte naturali, idē est in hac morte. i. in ingressu religionis, vt C. de episco. & cleri. l. vlt. & sicut donatio causa mortis confirmatur morte naturali; ita similiter cōfirmat morte ciuili, ut C. de don. inter vir. & uxo. res vxoris. Io. & hoc teneas pro regula, q̄ in solis illis casib. ciuilis mors æquiparatē morti naturali, vbi hoc in iure causū inuenit. B.

PEruenit.] CASVS. Monachi in episcopatu Bonon. episcopalia iura & alia officia clericorum superbè

sibi

sibi uendicabant sine proprij episcopi uel Apostolicæ sedis auctoritate. Vnde Paschalis Papa præcipit Victori Bono episcopo, vt sicut hoc prohibitum est in Chalcedon. concilio; ita prohibeat suis monachis, ut de cætero talia non præsumant.
a ¶Iu-

dudum. & c. luminoso. & c. abbatem.
g ¶Oleum.] Infirmorum, uel catechumenorum a.
h ¶Ab episcopis.] Sed cum hoc cap. loquatur de non habentibus populum, quare recipiunt oleum uel chrisma: cum populum non habeant? Respondeo. hoc præcipitur ad cautelam, ne aliquem ibi non baptizatũ contingat mori.

a De hoc ss. 95. distinct. § oleo.

monachi, & abbates in parochia uestra contra sanctorum patrum decreta episcopalia iura [a], & officia sibi arroganter uendicant: uidelicet, pœnitentiam, remissionem peccatorum, reconciliationem, decimas, & ecclesias: cum absque proprij episcopi licentia, uel Apostolicæ [b] sedis auctoritate hoc nullatenus præsumere debeant: sicut in Chalcedonensi [c] concilio de huiusmodi à sanctis patribus cautum est, & sub anathematis [d] uinculo monachis omnibus prohibitum. Mãdamus itaque dilectioni tuę, vt eos conuenias, & ne talia deinceps præsumant, omnino prohibeas.

ȷ. ead. qui vere.

Item Calixtus Papa II.

¶De eodem. C. X.

INterdicimus etiam abbatibus, & monachis publicas pęnitentias [e] dare, infirmos uisitare, & unctiones facere, & Missas [f] publicas cantare. Chrisma, & oleum [g], consecrationes altarium, ordinationes † clericorum ab episcopis [h] accipiant, in quorum parochijs manent.

† *al. ordines*

Item Alexander II.

¶Monachi intra claustra morantes, clericorum officia exterius non ministrent. C. XI.

Ivo p. 7. c. 351.

IVxta Chalcedonensis tenorem optimi concilij monachis, quamuis religiosis, ad normam sancti Benedicti intra claustrum morari præcipimus: vicos, castella, ciuitates peragrare prohibemus: & à populorum prędicatione omnino cessare censuimus: nisi forte quis de suæ animæ salute solicitus, ut eorum habitum assumat, eos intra claustrum consulere uoluerit.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 4.

¶Monachi, qui sunt in ciuitatibus, episcopo debent esse subiecti. C. XII.

Concor. capit. l. 5. c. 25. Pauly. l. 3. ti. 2. & l. 4 tit. 34. Ans. l. 5. c. 54. Ivo p. 7. c. 5. Pan. l. 3. c. 174.

QVi uere, pureque solitariam [i] eligunt uitam; digni sunt conuenienti honore *a. & infra.* ¶Eos [k] vero [l], qui per ciuitates singulas, seu possessiones in monasterijs sunt; placet nobis episcopo esse subiectos, & quieti ope-

IVxta.] CASVS. Monachi quidam per castella & ciuitates peragrabãt officium prædicandi sibi prędicationis usurpãtes sibi. Pręcipit ergo Alexander, ut extra claustrum non egrediantur, sicut statuit concilium Chalcedon. & ut à populorum prædicatione penitus cessent: nisi intra claustrum aliquis eos consuleret de salute animæ suæ, ut eorum habitum sumat.

QVi uere.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, quod illi, qui solitariam uitam eligũt, scilicet heremitæ digni sunt conuenienti honore. In secunda parte dicitur, quod monachi subiecti debent esse episcopo loci, & in suis monasterijs permanere: neque ecclesiasticas uel sæculares actiones audeant tractare, nisi propter necessitates à ciuitatis episcopo iubeantur. In tertia parte iubetur, ne seruum aliquem recipiant sine domini uoluntate: & qui contra fecerit, excommunicetus. In quarta parte dicitur, quòd episcopus ciuitatis monasterijs curam & solicitudinem exhibeat competentem. Secunda pars incipit ibi, [Eos uero.] Tertia ibi, [Et neminem.] Quarta ibi, [Conuenit.]

Heremitę subsunt ẽpis, & possunt ad ꝑlaturã vocari.

Abbates ẽpalia non exerceant.

a ¶Iura.] Ergo abbates non debent exercere episcopalia iura, nec de causis matrimonialibus cognoscere, vt extra de exces. præl. accedentibus. nisi episcopalia iura præscripserint, ut extra de præscrip. auditis.

b ¶Vel Apostolicæ.] Ar. contra extra de confir. util. vel inutil. porrecta 1. Sed dic quòd non possunt confirmari, quo ad hoc quin possint remoueri cum opus fuerit. extra de sta. mo. c. a.

1 Nõ est cõtra, qa non tangit casũ istũ sm Io. de Fant.

c ¶In Chalcedonensi.] ȷ. ea. qui vere.

d ¶Et sub anathematis.] Infligendi.

INterdicimus.] CASVS. Hic octo interdicuntur monachis à Papa Calixto, in quibus transgrediebantur ante prohibitionem istam.

e ¶Publicas pęnitentias.] Hoc enim ad episcopos pertinet, vt 50 dist. in capite.

f ¶Et Missas.] Quas nec alij debent in monasterijs publice cãtare populo, nisi fuerint inuitati, vt 18. quæst. a.

i ¶Solitariam.] Id est, heremiticam.

K ¶Eos.] Qui scilicet digni sint honore.

l ¶Vero.] Id est, tamẽ. Ex aduersatione ista, & ex eo ꝙ dicit, subiectus, videtur ꝙ heremitæ nõ subsunt episcopis, quod quidam cõcedunt: quia sunt locustæ, quæ nõ habent regem 3. Sed nos contra 4: vt 93. distin. nulla ratione. 1 r. q. 3. si autem. Hic etiam no. ꝙ eremita põt uocari ad prælaturam: ut extra de ele. cum monasterium. Qualem autem uitam habere debeant, non reperi: tamen priuilegium clericorum habẽt, vt hic apparet. Sed si quæras quomodo heremita possit eligi ad pręlaturã, cum de magis stricta ad minus strictã vitam nõ est licitũ transire. 19. q. 1. c. vno? Respondeo, vita monachorum est magis stricta, quo ad hoc quia renunciant pro-

3 Tangit dictũ Salomonis dicẽtis: Locusta regem nõ habet.

4 Et bene, q̃a oĩs anima sublimioribus potestatib. debet esse subdita. s. q. 1. magnũ extra de cẽ si. oĩs anima. Arch.

ram dare, atque obseruate ieiunia [a], & orationes in locis, in quibus semel se Deo deuouerunt, permanentes; & neque cōmunicare [β] ecclesiasticas †, neq; sæculares aliquas attrectare actiones, relinquentes propria monasteria; nisi forte iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasterium, vt fit cum eis monachus, nisi cum domini proprij licentia †. Prætereuntem uero hæc decreuimus extra cōmunionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. ¶Conuenit uero ciuitatis episcopo curam [b], solicitudinemque necessariam monasterijs exhibere.

† al. ecclesiastici

† al conscientia] παραγγῶμεν

α ¶Honore.] *Sequitur continenter c. quidam monachorum, infr. 18 q. 2. quod est ex eadem prisca uersione, atque caput hoc.*

β ¶Et neque communicare.] *Græce est.* μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς, μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασιν, ἢ ἐπικοινωνεῖν *id est*, neq; ecclesiastica, neque sæcularia negotia turbare, uel ijs se immiscere.

His ita respondetur. Auctoritas illa Nicenæ [c] synodi prohibet monachos de monasterijs exire, & per capellas mortuorum sepulturas celebrare: confluere uidelicet more clericorum ad cuiuslibet exequias celebrandas. Cæterum si apud monasterium aliquis semetipsum tumulari uoluerit, non est prohibendus.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo de vrbe veteri, lib. 1. epist. 12.

¶Missæ celebrari & mortui sepeliri in monasterio non prohibentur. C. XIII.

Agapitus abbas monasterij sancti Gregorij † insinuauit nobis plurima se a uestra sanctitate grauamina sustinere: quòd in eodem monasterio Missas [d] prohibeas celebrari: mortuos etiam ibidem interdicas sepeliri. A qua inhumanitate uos hortamur suspendi [e]: & sepeliri ibidem mortuos, Missas celebrari, nulla ulterius habita contradictione permittas.

Poly. ibidem Ans. l. 5. c. 66. Hic aliquot epistolæ uerba omittuntur.

† al. Georgij

Idem Ianuario Caralitano episcopo, lib. 3. epist. 9.

¶Non sunt cassandæ piæ uoluntates defunctorum. C. XIIII.

Admonere te uolumus, ne piæ [f] uiuorum, aut defunctorum uoluntates tua (quod absit) remissione cassentur.

13. q. 2. ultima.

Item Gelasius.

¶Testatoris arbitrium seruari oportet. C. XV.

Consideratio ecclesiasticæ utilitatis hoc postulat, ex iusta dispositione [γ] testatoris seruandum arbitrium.

γ ¶Dispositione.] *In uetustis exemplaribus legitur*, dispensatione.

Item ex concilio Triburiensi, c. 15.

De eodem. C. XVI.

Vbicumque facultas rerum, & opportunitas temporū suppetit, &c. [sicut in eodem capite supra legitur [g] in causa eorum, qui de diœcesi ad diœcesim transierunt.]

13. q. 2. ubicumque.

¶*In aliquot uetustis codicibus caput hoc coniunctum est superiori.*

proprijs, & ponūt hominem supra se: sed eremita non renunciat proprijs, ut 19. q. 3 §. econtra.

a ¶Ieiunia.] Sed q̃d si prius tenebatur aliquis aliquos dies ieiunare; nunquid nihilominus monachus factus tenet eos ieiunare? arg. q̃ nō 33 q̃ō 5. nolumt. de pę. dist. 1 §. his auctoritatibus.

b ¶Curam.] 18. q. 2. monasteria. & c. abbates. & c. cognouimus.

HIS ITA. CASVS. Dictum est ĩ. in 2. c. huius q. q̃ monachus mortuum sepelire non debet. Nunc uero dicit Grat. quod illud c. intelligitur de monachis, qui more sæcularium confluebāt per capellas ad sepulturas mortuorū celebrandas sed in monasterio non prohibentur mortuos sepelire, quia ibi elegerunt sepulturam. & ad hoc inducit seq. cap.

c ¶Nicænæ.] Supra ea. cap. 1.

Agapitus abbas.] CASVS. Ioan. episcopus prohibebat Agapitū suo populo Missas celebrare, & mortuos sepelire. super quo cum Grego. conquereretur, præcipit Grego. præfato Ioan. ne hoc de cætero prohiberet. Quæ autem sequuntur, plana sunt usque ad ca. quidam monachi.

d ¶Missas.] Publicas. Sed nonne hoc licite prohibuit, ut sup. e in serdicimus? Sed dic quod loquitur hic de monasterio habente populum.

e ¶Suspēdi.] Id est, abstinere, Io. de Fant.

f Admonere. ¶Ne piæ.] Secus si sunt iniustæ. 17. q. 4 §. q̃cumque. ff. de reli. at si quis. §. hæc actio. 12. q. ult. quia. ff. de eō di. insti. quidam. immo ad episcopum spectat executionem uoluntatis defunctorum, r, qd dicit gl. ut extra de testa. hæc satis proba.

2 Idem no. 6. q. 1. Si lue mo ne dixi. & tes dicit gl. ut extra de testa. hæc fatis proba des tur g

g ¶Vbicūque.] ¶Legitur] s. 13. q. fin. Hugo. 2. vbicumque.

a ¶Im-

Ecce his auctoritatibus patet, quòd si quis apud monasterium sepulturam sibi eligere voluerit, libere à monachis potest sepeliri. Unde liquido colligitur prohibitionem illam Nicenæ synodi propter improbitatem [a] circumuagantium esse factam.

Unde in Chalcedonensi concilio, c. 23. legitur.

¶Monachi, qui sine licentia episcopi uagantur, ad propria loca redire cogantur. C. XVII.

QVidam monachi nihil habentes sibi iniunctum à proprio episcopo [b] interdum uero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati [c], ueniunt ad regiam ciuitatem Constantinopolitanam: & in ea perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferunt, & diuersorum domos corrũpunt. Statuit igitur sancta synodus hos primum commoneri [α], ut exeant à regia ciuitate: demum eos inuitos [d] deijci, ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant. [e]

[α] ¶Commoneri.] *In hac potissimũ postrema parte videtur de industria versio prisca in epitomen redacta. Integer canon sic habet.*

Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γινόμενοι παρ᾽ αὐτοῦ καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι ταραχὰς ἐμποιοῦντες καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν. ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τὸν βασιλευούσης πόλεως. εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

¶Peruenit ad aures sanctę synodi nonnullos clericos, & monachos, quibus nihil à proprio episcopo commissum est, quibusque interdum etiam ab eo communione est interdictũ, ad regiam Constantinopolim se conferentes, diu in ea morari, tumultus excitantes, & statum ecclesiasticum perturbãtes, ac domos nõnullorum subuertere. Statuit igitur sancta synodus huiusmodi homines primum quidem per defensorem sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ admoneri, ut ex regia ciuitate exeant, deinde vero, si impudenter agentes iisdem negotijs hærere perseuerauerint, ipsos etiã inuitos per eundem defensorẽ eijci, & ad propria reuerti loca.

Item Pelagius Papa Paulino Solitario †.

† al. Salonitano, al. Solatanano.

¶Monachi circumuagantes per defensores sunt compellendi. C. XVIII.

† al. Probianum Poly l. 4. tit. 34. Ans. l. 7. c. 193.

PRobinum Phariæ [α] & Milianum, atque Probinianũ †, vel alios pseudomonachos Ioanni defensori præcipi-

a ¶Improbitatem.] immo quia non habent populum.

QVidam monachi.] CASVS. Monachi quidam sine licentia epõrum suorum uel abbatum interdum etiam excõicati ciuitatẽ Constantinopolitanã intrabant, errores ibi & discordias seminantes. quare statuit conciliũ Calcedonen. ut nisi monachi illi commoniti ad sua loca redeant, inuiti per defensorẽ ciuitatis expellãtur. [Iniunctũ.] id est, præceptum.

b ¶Episcopo.] Põt ergo episcopus monacho præcipere, & iniũgere i. ei aliquã legationẽ, ut su. ea. qui nec. similiter abbas, ut infr. ea. monachi.

Monachi subsunt episcopo.

c ¶Excõmunicati.] ergo monachi possũt excõicari ab epo, ut 18. q. 2 abbates. & ab alijs prælatis, ut su. e. alia.

Vr tñ, ꝙ hoc nõ poterit monachus nisi ꝑmissione abbatis. 17. q. 3. in fine. ad hoc facit quod not. 8. dist. quæ contra. in glo. ulti. & 11. q. 3 qui resistit. Ar.

d ¶Inuitos.] Per brachium sæculare est inobediens corrigendus, ut sup. distin. 17. nec licuit. & 11. q. 1. petimus.

e ¶Vt ad sua loca redeant.] Vel in exiliũ mittantur, ut infra. c. prox.

e ¶Vt ad sua loca.] hoc est regulare, ut semper primo cogantur redire ad monasterium suum, ut 27. q. 1. nec aliqua. in fin. & c. impudicas. & ca. peruenit, nisi sæpius delinquant, uel primum monasterium sit nimis dissolutum. ut 17. q. 1. si qua. & c. si quis rapuerit.

PRobinum.] CASVS. Paulinus Solitarius supplicauit Papæ, ut in insulam Reatinam quosdam monachos relegaret ecclesiam offendentes: scilicet Probinum Phariæ, Milianum, atque Probinianum, & alios quosdam falsos monachos. Præcepit ergo Pelagius Ioanni defensori, ut eos detineat, & ad curiam mittat, si de sua contentione

tentione aliquam volunt allegare rationem: alioquin in Reatinam insulam eos faciat exulare.
a ¶Detinere.] Nec talis detentor incidit in canonem. de senten. excom. vt famæ.
b ¶Ad nos.] Nam cum de fide dubitatur, Romana ecclesia est consulenda, vt 23. q. 5. de Liguribus.
c ¶Insula.] Not. pœnam canonicam esse exilium. 50. dist. accedens. & dixi. 3. q. 4. hi qui episcopos. Ioan.

debeat, scilicet improbitas eorum: quod autem dictũ est ĩ. in c. placuit. ꝙ monachi pœnitentias dare, & similia facere nõ possunt: hoc ideo statutum fuit, quia nullus parochianum alterius soluere potest vel ligare. Et licet monachi in tempore suæ ordinationis sumãt potesta-

mus, ut eos debeat detinere [a]: quatenus, si quam desiderant suæ contentionis rationem cognoscere, ad nos [b], ut informenter, debeant exhiberi. Certè si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi; in Reatina† (sicut petisti) insula [c] ut exulent, prædicto defensori duximus iniungendum.

† forsasse, *Rhymna*

a ¶Pharix] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Polycarpo, cum antea legeretur,* Samarix. *Est autem Pharia ciuitas Dalmatia.*

Item Leo Papa ad Theodoricum episcopum Cypri, epist. 61. al. 63.

¶Nullus monachus præter Domini sacerdotes audeat prædicare. C. XIX.

Bure. l. 2. c. 158.

ADijcimus illud etiam, quod nobis propter improbitatem, quorundam monachorum religionis † uestræ uerba mandastis per uicarios nostros: & hoc specialiter statuentes, ut præter Domini sacerdotes [d] nullus audeat prædicare, siue monachus, siue laicus ille sit, qui cuiuslibet scientiæ nomine glorietur.

† *al. regionis*

Ecce in hoc capite, & vitium est expressum, & generali constitutione euacuatum. Quòd vero pœnitentiam dare prohibentur, inde est, quia nulli sacerdotum licet alterius parochianum [e] ligare, vel soluere. Monachi autem, & si in dedicatione sui presbyteratus (sicut & cæteri sacerdotes) baptizandi, prædicandi, pœnitentiam dandi, peccata remittendi, beneficijs ecclesiasticis perfruendi rite potestatem accipiant, vt amplius, & perfectius agant ea, quæ sacerdotalis officij esse sanctorum Patrum constitutionibus comprobantur; tamen executionem suæ potestatis non habent, nisi à populo fuerint electi, & ab episcopo cum consensu abbatis ordinati. Ecclesiasticas vero, atque sæculares actiones attrectare prohibentur, vt non præsumant sibi patrocinia causarum, nisi ab episcopo commoniti fuerint, nec sæcularibus causis occupentur, ut resideant cognitores dirimendarum litium.

Vnde Pelagius scribit Antoninæ patriciæ, & Deciæ.

DE ¶Monachus defensor fieri non debet. C. XX.
præsentium portitore, quòd

Iuo p. 7. c. 23.

ADijcimus illud.] CASVS. Monachi quidam non existentes in ordine sacerdotij improbè assumebant officium prædicandi: hoc fuit significatum Leoni Papæ: quare statuit vt nullus monachus vel laicus præter sacerdotem, vel eorum licentiam audeat prædicare, ut de sua scientia glorietur. [Regionis,] Id est, parochialis. alias littera habet, religionis, & secundum hoc dicas, ꝙ abbati loquitur, uel episcopo, vel monacho.
d ¶Sacerdotes.] Vel per licentiam sacerdotum. Nec obest 25. dist. perlectis, vbi dr̃, ꝙ diaconus potest p̃dicare. sic 92. dist. in sancta. vel ibi p̃dicare ponitur pro legere. Similiter laici prædicãt, & mulieres de licẽtia sacerdotis, vt ã. dist. 23. mulier. in fin. Sed nunquid subdiaconus potest prædicare? ita, quia prælationẽ, & curam animarum habere potest, ut extra de ætat. & qualitat. præterea. prędicat ergo ratione prælationis, sed non ratione ordinis: quia locum sacerdotis obtinet, ut 93. dist. p̃cipimus. Tẽplarij autem, & hospitalarij nõ prædicant, quia habent de hoc priuilegium. Sed quid si aliqui sunt falsi prædicatores, & aliquos lucrantur: nunquid restituẽt illi ecclesiæ: Videtur ꝙ non: quia nõ refert quis uel qualis prædicet, sed q̃ prædicet. 19. dist. secundum. Et Apostolus dicit in epistola ad Philippenses. Siue per ueritatem, siue per falsitatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, & gaudebo. Dic ꝙ Apostolus gaudebat de conuersis, non de p̃dicantibus. Argu. tamen, ꝙ ecclesiæ acquiritur 1. ff. de inoffi. test. l. posthumus §. si quis 2. vbi dicitur, ꝙ si extraneus expugnauit testamentum: hoc ei non prodest, sed legitimis. Ioan.

Mulieres p̃dicare põt.

Prædicant & ueri. & falsi prædicatores.
a Hoc est uerũ ſm Lau.
a Ad idem ff de leg. 1. si seruus plurib. §. 1.

ECCE IN HOC. CASVS. Dicit Grat. quòd causa est expressa ĩ. in prox. c. quare monachi prædicare non debeãt, scilicet improbitas eorum: quod autem dictũ est ĩ. in c. placuit. ꝙ monachi pœnitentias dare, & similia facere nõ possunt: hoc ideo statutum fuit, quia nullus parochianum alterius soluere potest vel ligare. Et licet monachi in tempore suæ ordinationis sumãt potestatem prædicandi, & alia officia faciendi sicut cæteri sacerdotes: tñ executionem illius potestatis nõ hñt nisi à populo eligantur, & cum consensu abbatis ab ep̃o loci ad hoc fuerint instituti. similiter negocia ecclesiastica, & sæcularia tractare non possunt, ut patroni causarum uel cognitores, nisi ab episcopo loci commoneantur: quod probat seq. c.
e ¶Parochianum.] Infra de pœn. dist. 6. placuit.

DE præsentium.] CASVS. Antonina patricia supplicauit Papæ Pelagio, ut concederet sibi quendã monachum quem in suis negocijs defensorem habere uolebat. Pelagius uero eum sibi non concessit: q̃a monachi sæcularibus negocijs occupari non debent; nec de pro-

de proposito monachali ad officium illud descendere. quod probat multipliciter.

Monachus an possit esse iudex vel aduocatus.

a ¶ Defensor.] Id est, iudex vel aduocatus, vel procurator negociorum sæcularium. sic. 1. q. 3. Saluator. & extra, ne cle. uel mona. sed nec. Non potest ergo sine superioris

defensor [a] factus non est, nulla uobis animi molestia sit: quia uerè satis amarissimum habeo de isto proposito ad illud † officium homines deduci, in quo nullo modo, quę à monachis Deo promissa sunt, ualeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus, & istius officij diuersitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum; at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunq; uel ecclesiastica instituta, uel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, ut tales sint hi, qui uel a nobis in isto habitu nutriuntur, uel in monasterijs crescunt; ut prouecta ætate, & uita probata non ad litigiorum officia, sed ad sacerdotium ualeant promoueri.

† al. aliud

dist. 77. c. ult.

Gelasius tamen (sicut in tractatu de promotionibus clericorũ inuenitur in capitulo illo, Monachus nouitius, &c) permittit illos ex dispensatione fieri defensores [b].

2 ¶ *Quòd vero sacerdotalium officiorum potestatem habeant, testatur Ambrosius dicens.*

¶ Clericorum officia celebrare monachi presbyteri non prohibeantur. C. XXI.

DOctos, ac probos monachos presbyterij honore dedicatos, baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, debita miseris laxare, & decimarum, primitiarum, oblationum, uiuorum & mortuorum portione iusta perfrui debere moderata dispẽsatione cõmendamus; ut iuxta Apostolum de altario, cui seruiunt, uiuentes, per obsequium Dominicæ plebis panem, & uinum immaculata benedictione transforment in corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

1. Cor 9.

¶ *Apud B. Ambrosium nihil tale est inuentum: & videtur auctoris alicuius longè recentioris.*

Item Innocentius Papa.

¶ Beneficijs ecclesiasticis monachus presbyter libere perfruatur. C. XXII.

SI monachus ad clericatum promoueatur; beneficia ei pleniter, & annonæ, & decimæ donentur absq; ulla minoratione [c], & dilatione; ut quanto melius possit, iuxta possibilitatem suam, quando necessitas extiterit, ad opera ecclesiastica, & ipsam restaurandam [d] ecclesiam adiutorium faciat.

1 Concor. text. in l. repetita. C. de episc. & cle. & tex. in auth. de san. epi §. Deo nobis. col. 9

rioris licentia esse iudex uel aduocatus r. vel arbiter. Sed abbas põt hoc facere sine licẽtia alicuius nã abbas monachos habet in potestate. ut 11. q. 1. non dicatis. vnde ipse non est sub potestate alicuius. ff. de adul. sic eueniet, & ꝙ possit abbas esse procurator, habes extra de cens. sopitæ. extra de transact. contingit. sæculares ergo causas etiam iubentibus episcopis non possunt agere, ut hic. & extra ne cleri. uel mona. relatum nisi miserabilium personarum, ut 86. dist. c. ult. & 15. q. 2. c. unico. ubi planè de hoc. Item nec syndicus potest constitui in propria ecclesia, ut extra de syn. sicut. nec procurator, ut in auth. de sanct. episco. §. alium. nisi alius non sit æquè idoneus: tunc potest de licentia abbatis, ut extra de testi. insuper. & ꝟ. ea. monachi. iudex tamen constituitur monachus à superiore, ut extra de priui. cum olim. Et no. ꝙ si quam causam mouent monachi, præsumitur semper ꝙ bono zelo eam moueant ut extra de noui ope. nun. cũ ex iniũcto. Ioã. de Fã.

GELASIVS TAMEN. CASVS. Supra ca. proxi. dictum est, quòd Papa noluit concedere, ꝙ monachus fieret defensor. Sed cõtrarium uidetur, ꝟ. 77. dist. monachus nouitius. sed quia vile fuit contrarium, non curauit Gratia. soluere. nam ibi sumitur defensor, id est exorcista, vel defensor, id est, ostiarius qui defendit inimicos ab ingressu ecclesiæ. Postea transfert se ad probandum, ꝙ monachi officia clericorum possunt exercere. quod probat per sequentia capitu. vsque ad §. his omnibus. quæ omnia loquuntur de monachis, quibus animarum cura committitur.

b ¶ Defensores.] ꝟ. dist. 77. c. ult. contra. Vile est illud contrarium: quia ibi defensor ponitur pro ostiario, & ideo magister illud noluit soluere.

QVOD VERO. Hæc est 2. pars quæstio. in qua probat, ꝙ si monachus habet populum de licentia episcopi vel Papæ, quòd potest omnia officia celebrare siue ministrare sicut clerici sæculares. Io. de Fan.

DOctos ac probos.] CASVS. Ambro. fuit interrogatus an monachi possent prædicare, & cætera clericorum officia exercere, & uti beneficijs, scilicet decimis, & oblatiõibus. Et respondet quod sic: cum ipsi conficiant corpus Christi sicut cæteri sacerdotes.

SI monachus.] CASVS. Quidam non plenè dabant annonam, & decimas monachis, quibus animarum cura committebatur, quare Innocentius præcipit, vt omnia eis sine diminutione conferantur, vt in tempore necessitatis monachi illi possint ecclesiã restaurare.

c ¶ Minoratione.] Sic 1. q. 3. c. ult. & est arg. ex quo quis est electus canonicus, statim habebit fructus præbẽdæ plenè, ut alij extra de præb. relatum. fallit hoc extra ut eccl. benefi. ut nostrũ. in fi. & de instit. cũ uenisset. in fi.

d ¶ Restaurãdam.] Arg. ꝙ habẽs ecclesiã debet repa-

rere eam, vt extra de eccl ædi. de his. & c. ult. hoc uerũ est, si habet tertiam, quæ debetur fabricæ, ut 10. q. 1. de creuimus. & q. 3. unio.

MOderamine.] CASVS. Monachi, qui sacerdotes erãt, in istis quatuor erant deteriores quàm cæteri sacerdotes, s. I decimis, primitijs, oblationibus, & donationibus uiuorum, & mortuorum: ideo præcipit Grego. ut monachi in omnibus istis non minus sibi uendicent, quàm cæteri sacerdotes ad suã proximorumq; vtilitatẽ.

a ¶Proximorũque.] Arg. q̃ de bonis ecclesiarũ possumus subuenire cõsanguineis, ut 86 dist. non satis. sed proximos hic appellat fideles.

Proximi q̃ sint.

EX auctoritate.] CASVS. Quidam dicebant, q̃ monachi, qui sacerdotes erant, non poterant exercere officia sicut cæteri sacerdotes. Vnde Gre. super hoc cõsultus dicit, q̃ cum ipsi teneant figuram Apostolorum, ita licet eis exercere officia diuina, sicut Apostolis licuit: & sicut cæteris sacerdotibus licet.

lege uel canone, & q̃libet alia ꝓdictio est actio in personam. instit. de act. §. sic itaq;. Arch.

Item Gregorius.

¶De eodem. C. XXIII.

MOderamine Apostolicæ auctoritatis decernimus, vt monachi, si presbyterij honore dedicati sunt, cum ligandi soluendique potestate, decimarum, primitiatum, oblationem, donationum, quæ fiunt pro uiuis, & pro defunctis portionem iuxta † canonem ad suam, proximorũque [a] vtilitatem merito perfectioris iustitiæ non minus, quàm cæteri sacerdotes laudabiliter sibi vendicent [b].

Ans. l. 7. in fine.

† *al. iusto canone*

Idem.

¶Clericorum officia monachi presbyteri liberè administrent. C. XXIIII.

EX auctoritate huius decreti (quod Apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis est constitutum) sacerdotibus monachis Apostolorum [c] figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata soluere.

Ans. ibidem.

Item ex decreto Bonifacij Papæ.

¶Monachi presbyterij honore decorati potestatem habent ligandi, & soluendi. C. XXV.

SVnt nõnulli nullo dogmate fulti, audacissimè quidem, zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflãmati, asserentes monachos, quia mundo mortui sunt, & Deo uiuunt, sacerdotalis officij potenita indignos: neque pœnitentiam, neque Christianitatem largiri, neque absoluere posse per sacerdotalis officij diuinitus sibi iniunctam potestatem: sed omnino labuntur. *& infra.* ¶Neq; enim Beatus Benedictus [d] monachorum præceptor almificus, huius rei aliquo modo fuit interdictor: sed eos sæcularium negociorum edixit expertes fore tantummodo. Quod quidem Apostolicis documentis, & omniũ sanctorum patrum institutis non solum monachis, sed etiã canonicis [e] maximopere impetatur: [Nemo enim a militans

Ans. ibidem. Poly. l. 4. tit. 34. Iuo p. 7. c. 22.

b ¶Sibi vendicent.] Cũ ergo ecclesia possit uẽdicare decimas, patet, q̃ dominium decimarum est penes ecclesiam r. licet decima nondum sit tradita ei. decimæ enim sunt Dei, ut J. e. reuertimini. Vnde ẽt quemlibet possessorẽ ecclesia cõuenit super decimis. ut infra ea. decimæ. hoc enim est priuilegiũ ecclesiæ, q̃ re nõdum tradita facta est domina rei, ut extra de consuet c. a. in fi. & C. d̃ sac san. eccl. vt inter diuinum. Quidã tñ dicunt, q̃ ecclesia nõ possit uẽdicare decimã, nisi segregata sit: q̃a qui rẽ uendicat, specificare eã debet, ut extra de app. significantibus. sed hoc nihil est: quia in certã partem bene possum uendicare. ut ff. de rei vend quæ de tota, & l. ex diuerso. & l. vl. Sed adhuc alia ratione uidetur, q̃ ecclesia non potest decimam uendicare: quia nisi decima sit segregata ab alijs bonis, nõ desinit esse prioris dñi. ff. de poss. l. a. §. vltimo. Sed illud est q̃ñ decima debetur ex uoto, aliud q̃ñ ex iure. Dicas ergo, q̃ licet decima nondum sit segregata: quod tñ est ecclesiæ. Vel dicas, q̃ totum illud frumẽtum est cõe: q̃a cum frumentum uoluntate dñorum cõmiscetur, fit cõe, & quodlibet granũ fit cõe. tunc detur actio cõi diuidũdo, ut diuidatur. Sed si sine uoluntate dñorum est cõmixtum, tũc nõ fit cõe, sed uendicare potest uterq; partẽ suã. ff. de rei uend. si frumẽtum. & insti. de re. diui. §. si duorum. sed nec illud uidetur posse stare: quia cum semẽ non fuit commune, ergo nec frumentum. Vel dicatur, q̃ decimæ petantur per actionem confessoriam: quia iua præstandi decimam est seruitus quædam. Vel uerius dicas: q̃ petuntur condictione a. ex canone, uel iudicis officio, ut ff. de condic. ex lege, l. vnica.

Decimarũ dñium est penes ecclesiam.

r Aliàs uendicare non posset. ff de rei uend. l. I rẽ. in princ. & l. solum. § 1. Arch.

Decimæ qua actiõe peti possũt.

a Quælibet cõdictio ex

e ¶Apostolorum.] Scilicet septuaginta duorum discipulorum. 21. dist. nisi nuuo. episcopi enim tenent locũ ipsorum 68. dist. quorũ uices. Vel propriè, scilicet quo ad propriorum renunciationem.

SVnt nonnulli.] CASVS. Bonifacius in hoc c. redarguit quosdam zelo amaritudinis inflammatos, qui nitebantur monachos presbyteros ab executione sacerdotalis officij remouere & q̃ hoc facere nõ dẽant, probat exemplo B. Benedicti, & aliorum patrũ, q̃ hoc monachis non interdixerunt. Pręcipit ergo ut ab huiusmodi auũbus in posterum reprimantur. nam quanto q̃s melior est, tantu in illis officijs, erit aptior, & habilior.

d ¶Benedictus.] Arg. q̃ omnia quæ non prohibuit S. Benedictus, sunt concessa monachis. sic 25. q. 1. tam nunc. 30. q. 3. illud.

e ¶Canonicis.] Regularibus, immo omnibus vt videtur.

ar.88.dist.c.1.& etiam per totum.11.q.1.te quidem.14.q.4.c.2.& 15.q.2.c.1.23.q.vlt h.s à quibus.extra de po stu.clerici.& ext.ne cle.vel mona.multa.

HIS

2.Timot.2. Deo implicat se negotijs sæcularibus] Nos uero tantorũ patrum instituti exemplis (quibus periculosissimum est refragari) credimus a sacerdotibus monachis ligandi soluẽdique officium Deo operante digne administrari; si eos digne contigerit hoc ministerio sublimari. *& infra.* ¶ Decertantes igitur monasticæ professionis presbyteros sacerdotalis potentiæ arcere officio, omni modo præcipimus, ut ab huiuscemodi nefandis ausibus reprimantur in posterum; quia quanto quisque est celsior; tanto est & in his potentior.

¶Caput hoc cum nonnullis alijs missum est ex Hispania descriptũ ex vetusto codice Monasterij Populeti: cuius hic est titulus: Ex cõcilio Bonifacij Papæ, qui quartus a beato Gregorio: quomodo Monachis liceat cum sacerdotali officio vti, & vbi ministrare.

a ¶Nemo enim.] *Hæc scriptura sententia abest à codice Populeti, Polycarpo, & Iuone.*

His omnibus auctoritatibus perspicue monstratur, monachos posse pœnitentiam dare, baptizare, & cætera sacerdotalia officia licite administrare. Quòd vero populi electione, episcoporum institutione, & abbatis consensu potestatem suam exequi valeant; Hieronymi, Gelasij, & Gregorij auctoritate probatur.

Ait enim Hieronymus ad Rusticum monachum, epistola quarta.

¶Digne in monasterio uiuens, per populi electionem ad clericatum poterit promoueri. C. XXVI.

SIc uiue in monasterio, ut clericus esse merearis. *& infra.* ¶Multo tẽpore β [a] disce, quæ postmodum doceas: & inter bonos semper sectare meliores. Quòd si populus uel episcopus te in clericum elegerit; age ea, quæ clerici sunt.

β ¶Multo tempore.] *Alia est uerborum series, & clarior apud B Hieronymum.* Cum ad perfectam inquit, ætatem ueneris, si tamen uita comes fuerit, & te uel populus, uel pontifex ciuitatis in clerum elegerit; agito quæ clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores *& infra:* Multo tempore disce quod doceas.

Idem ad eundem eadem epistola superius.

¶Ad ordinem clericatus promoueri monachi possunt. C. XXVII.

Iuo p.7.c.4. SI clericatus te titillat [b] desiderium, discas quod possis docere: & rationabilem Christo hostiam offeras: ne miles ante quàm tyro, ne prius magister sis, quàm discipulus. ¶Non est humilitatis [c] meæ, neque mensuræ iudicare de clericis, et de ministris ecclesiarum sinistrum quidpiam dicere. Habeant illi ordinem, & gradum suum: quem si te nueris; quomodo tibi in eo uiuendum sit, editus ad Nepotianum liber docere te poterit. ¶Nunc monachi incunabula, moresque discutimus, & eius monachi, qui liberali-

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, ꝙ monachi sacerdotalia officia possunt administrare, si ad hoc eliguntur à populo de consensu abbatis, episcopo eos instituente. quod probat per sequentia cap. & primum cap. per te uidere potes: quia planum est.

a SIc viue.] ¶Multo tempore.] i. usque ad decrepitam ætatem, ut 38. distin. nullus. uel multo, id est per quinquennium, ut in procemio digestorum, ff. de separa l.1.§. quod factum. Vel per triennium. C. de fideicom. l. 1. uel per biennium [a], ut inst. de lite. ob. § multum. argum. hic cõtra momentaneos magistros. 59 distin si officia. quia non mediocriter errat qui minus bonum præfert, & c. vt infra de conse cra. distinct. 5. non mediocriter. & argumen. ꝙ potius seniores magistri sunt audiendi. ut 20. distinct. de quibus [a] arg. ꝯ. ff. de ędil. edict. præcipiunt.

SI clericatus.] CASVS. Rusticus rogauit Hiero. ut scriberet sibi qualiter aliquis debeat ascendere ad militiam clericalem, & utrum sic melius esse i heremo, quàm in monasterio cum fratribus: Scribit ergo Hierony. sibi dicens, siue docẽs, ꝙ si dignitatem ecclesiasticam desiderat, multa ipse prius discat unde possit alios edocere. & hoc in prima parte. In secunda parte dicit, quòd non spectat ad suam paruitatem, prælationem reprehendere, uel cęteros monachos, id est, clericos. habent. n. illi ordinem suum, quem qualiter debeãt seruare, liber ad Nepotianũ factus plene docebit. In tertia parte dicit, ꝙ tutius est esse in monasterio cũ fratribus, q̃ solũ in heremo. Secunda pars incipit ibi, [Nõ ẽ.] Tertia ibi, [Nunc monachi.]

b ¶Titillat.] i. delectat.

c ¶Humilitatis.] id est, paruitatis.

a ¶Contu-

a Subau. vel p decẽniũ. ff. qui & à qui. l. si cũ, §. Aristo.

a Vide qd leg. & not. 24. qõ. 1. cũ btissimus.

a ¶Contubernium.] Arg. extra de sta. mo. monachi. & 20.q.ult.c.vlt.

a ¶Contubernium.] Argu. quod plus ualet uita cōmunis quam uita heremitica, unde ab heremitica vita licite trāsitur ad monachatum, ut dixi sup. ea. q uere. sed à monachali ad heremiticam non potest nisi de abbatis licentia fiat ratione debilitatis, ut 20. q. 4. monachum.

Heremita licite trāsit ad monachatum.

2 Et 1.q.2. quibusdā.

b ¶Et absque doctore.] 16.q.7.dist.relatū 1.

SI qs monachus.] CASVS. Quærebatur à Gelasio qualiter aliqs monachus debeat præfici ecclesiæ sæculari. Et respōdet, quod si dignus uideatur sacerdotio, debet eligi ab eo ad quem electio spectat, & demum præsentāte abbate debet ordinari ab episcopo, & institui. Beneuenta. uero sic ponit casum. Quæsitum est à Pelagio, utrum monachus cuiam populi possit exercere? Et respon. quod sic, si à populo eligatur & ab episcopo inuestiatur, abbate nihilo minus offerente ipsum.

c ¶Petierit.] Aliàs nō posset, ut 58. dist. cap. 1. & 2. & infra ea. monachi.

d ¶Vel populi.] Populi non est eligere a, sed testimonium dare electo, ut 23. dist. e. 3. sed episcopus uel archidiaconus uel archipresbyter eligit secundum consuetudinem loci, ut extra de offi dele. super eo 10.

aSed nominare secundum H. ut dixi secundum eum 8. ea. sicut ue. Vnde Goff. dicebat hic quod illud, uel, quod ponitur in textu, nō disiungit, sed coniungit, ut dicatur vel, pro &. Arch.

MOnachos.] CASVS. Quæsitum fuit à Syricio Papa, utrum monachi bonæ uitæ possint clericorum officijs aggregari? & respon. quod sic, ita ut intra annos xxx. à minoribus incipientes ordinibus, in tempore à canonibus præfixo gradatim ascendāt, nec saltu ad episcopatum promoueantur, nisi ligitima temporis interstitia fuerint custodita. Tempore à canonibus præfixo, quare secundum tempus determinatum à iure. [Dignitatibus.] Id est, ordinibus alijs.

e ¶Nec statim saltu.] Id est, prætermissis, ordinibus, ut 52. dist. solicitudo. uel id est, non seruatis debitis interstitijs, ut 77. dist. In singulis. sed est contra 77. dist. c. ult. ubi dicitur, quod monachus omnes ordines intra annum potest recipere. sed illud ex dispensatione, quod hic dicit, est Ius commune.

f ¶Ad episcopatus.] Vt si sit presbyter, post decē annos potest episcopus fieri, ut 77. dist. quicumque.

g ¶Superius.] Sup. 77 dist. c. 1. 2. & 3. Io.

VOs autem.] CASVS. Quidā erant monachi uel canonici regulares, qui quando eligebantur ad dignitates, respuebant omnino: quod dicit Aug. nō esse faciendum, sed auide dignitates appetere non debēt, nec eas respuere, cum necesse est; sed miti corde obtēperare: quoniam si otium necessitatibus ecclesiæ semper præponeretur, nullus inueniretur. per quem renasceretur ecclesia.

h ¶Operam.] Argu. quod si clericus scit operas aliquas: illas tenetur præstare ecclesiæ. extra de postul. c. fi. sed cuius expensis præstabit eas? videtur, quod expēsis ecclesiæ, vt ar. 12. q. 2. charitatem. maxime si non habet proprium de quo hic loquitur. Secus tamen est in liberto, quod præstabit operas proprijs sumptibus patrono suo, nisi pauper sit, ut ff. de ope. lib. suo. hic tamē non loquitur de talibus operibus, sed tm̄ de postulatione uel prælatione recipienda. Item arg. quod si alicui de ecclesia iniungitur aliqua

Libertus proprijs sūptibus præstare debet operas patrono.

bus studijs eruditus in adolescentia iugum Christi collo suo imposuit. Primumque tractandum est, utrum solus, an cum alijs in monasterio uiuere debeas. Mihi quidem placet, ut habeas sanctorum contubernium [a]: nec ipse te doceas, & absque doctore [b] ingrediaris uiam, quam numquam ingressus es.

Item Gelasius Papa.

¶In loco, quo abbas iudicauerit, monachus eligatur, & ab episcopo sacerdos ordinetur. C. XXVII.

j SI quis monachus fuerit, qui uenerabilis uitæ meritō, sacerdotio dignus uideatur, & abbas, sub cuius imperio regi Christo militat, illum fieri presbyterum petierit[c]; ab episcopo *a* debet eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinari; omnia, quę ad sacerdotis officium pertinēt, uel populi [d], uel episcopi electione, prouide, ac iuste actu rus.

a ¶Episcopo.] *In duobus vetustis codicibus legitur*, ipso.

Item Syricius Papa ad Himerium, epist. 1. c. 13.

¶Tempore maturitatis, ecclesiasticis monachi promoueātur ordinibus. XXIX.

MOnachos quoque, quos tamen morum grauitas, & uitæ, ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officijs aggregari & optamus, & uolumus: ita ut qui intra tricesimum ætatis annum sunt digni in minoribus; der gradus singulos crescente tempore promoueantur ordinibus; & sic ad diaconatus, uel presbyterij insignia maturæ ætatis consecratione perueniant: nec statim saltu[e] ad episcopatus [f] culmen ascendant; nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius [g] præfiximus, tempora fuerint custodita. Poly. l. 2. tit. 31. Ans l. 7. c. 105. Ivo p. 6. c. 53.

Item Augustinus ad Eudoxium, epist. 81.

¶Ecclesiastica officia nec auida electione monachi suscipiant, nec blandiente desidia respuant. C. XXX.

VOs autem fratres exhortamur in Domino, ut propositum uestrum custodiatis, & usque ad finem perseueretis: ac si quam operam [h] uestram mater ecclesia desidera Pan. l. 3. c. 179.

1 Et ca. scie dum.& c q. epatu. 2. q. 0. sicut. 1s. le cundum L.

aliqua legatio, tenetur eam recipere, vt 3.q.1.c.nulli.
a ¶Suscipiatis.]Si 7.q.1.in scripturis 1.
b ¶Necessitatibus. Supra 8.q.1 scias.
IN parochia.]CASVS. Casum istum sic pone. Theodorus consiliarius Papæ petijt à Papa Ruffinum monachum

c ¶In possessione.]Id est, quæ fuit eius.6.18.q.2.abbatem.cum enim fundata est ecclesia, nullam habet ibi potestatem, ut no. 10.q.1.nouerint.
d ¶Quod subito.] Tempore enim indigemus ut aliquid maturius agamus.50.dist.ponderet.in prin.

uerit; nec elatione auida suscipiatis [a], nec blandiente desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis Deo cum mansuetudine portantes eum, qui uos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas; nec vestrum otium necessitatibus [b] ecclesiæ præponatis †: cui parturienti si nulli boni ministrare vellent; quomodo nasceremini, non inueniretis.

Psal.24.

†Concor.I. vnica.C. de ca.tol. §.fi. &C. d ope. pu.l. si quã concessa.

Item Pelagius Papa Bono episcopo Sauinati.

†Pelagius

¶Gelasius † quendam Ruffinum monachum iubet sacerdotem fieri, & in quadam basilica ordinari. C. XXXI.

Poly.l.2. tit.32. Ant.l.7.c.95. ex Gelasio.

IN parochia tua, basilica S. Laurentij, quæ in possessione [c] filij, & consiliarij nostri viri magnifici Theodori fundata est, officium presbyteri deesse cognouimus. Et quia præfatus filius noster nobis retulit, se inuenisse Ruffinõ quendã monachũ olim sibi vita, religione, & moribus comprobatum, & hunc postulat ibi presbyterum cõsecrari (quod subito [d] fieri nos prorogata † [e] obseruantia non acquieuimus) ideo dilectio tua his litteris acceptis, sabbato veniente faciat eum diaconum [f]; &, si Deus voluerit, & vixerimus, mediana [g] hebdomada presbyterum faciemus [h]; quatenus superueniente Paschali festiuitate sacra ministeria in memorata basilica a persona competenti valeant adimpleri.

†al.prarogata

e ¶Prorogata.]Id est, dilatata.
f ¶Eum diaconũ.] Ergo subdiaconus erat iste, q fuit electus ad regimẽ parochialis ecclesiæ. Subdiaconus.n.ad hoc licitè eligitur, ut extra de ætate & quali. præterea. immo ẽt ad epatum, vt extra eo.tit. à multis. Item aliud notabile est hic, ꝙ si patronus præsentat episcopo monachũ aliquẽ, ꝙ tenetur episcopus eum instituere, & dicunt quidam ꝙ tunc tenetur episcopus eũ recipere cũ subest necessitas, vel utilitas, vt j.ea. cũ pro vtilitate. & 15.dist. priscis. & id quod legitur extra de statu monach. & cap. quod Dei. intelligũt, ꝙ non debent præfici parochialibus ecclesijs, nisi subsit necessitas vel vtilitas. Io. Sed certè idem est de quolibet alio clerico. B.

Monachũ à patrono pͥsentatũ dẽt eiscopus instituere.

g ¶Mediana.] Cum cantatur. Sitientes.
g ¶Mediana.] Supra 77. distin. in singulis. contra 2.
h ¶Faciemus.] Per alium. quem.n.Papa in diaconũ ordinat, amodo non potest recedere ab ipsa curia Romana, vt 1. q.1.filium.

Item Gregorius lib.1.regesti, epist.40.

¶Qui de clerico monachus efficitur, proprio episcopo ordinante poteris eligi, & consecrari. C. XXXII.

SI quem a clericatu in monasticam [i] contigerit venire cõuersationem; si talis vitæ monachus fuerit, ut episcopus, cui antea militauerat, eum dignum sacerdotio præuideat; in loco, quo iudicauerit, eligi poterit, & ordinari.

2 Dic clari media .i. in sabbato qd' pcedit Dñi cã de Passio ne cũ cãtat. Sitiẽtes.tũc .n. celebraĩ gñalia ordinatio clericorũ. 63.di. principali. 75.dis.ordinationes H.

¶Verba ipsa B.Gregorij hæc sunt. Si quos autem à clericatu in monachicam conuersationem venire contigerit: nõ liceat eis ad eandem, vel aliam ecclesiam, quarum pridem milites fuerant, sua voluntate denuo remeare: nisi talis vitæ monachus fuerit, vt episcopus, cui ante militauerat, sacerdotio dignum præuiderit, vt ab eo debeat eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinare.

SI quem.] CASVS. Quidam clerici facti sunt monachi. quæsitum est à Grego. vtrum de monachis proposito possint eligi ad ecclesiam sæcularem? Et respondet quod sic: si episcopus cui ante militauerat, eos dignos iudicauerit.
i ¶In monasticam.] ã 7.qõ 1. hoc nequaquam. contra. sed ille ad pœnitentiam descendit, hic meritum augere proposuit. quod vbi non exprimitur ex varietate præsumitur administrationis relictarum: & hoc bene distinguitur extra de renunc. post translationem.

Item ex concilio Agathensi, c.27.

¶Sine testimonio abbatis ad clericatus officium monachi non eligantur. C. XXXIII.

Ivo p.3.c.157.

MOnachi vagantes ad offi-

nachum in presbyterum ordinari in basilica S. Laurentij: quam quondam in sua possessione fundauerat, & in parochia Boni episcopi Sauinati vnde Papa pcipit Bono epo, vt in proximo sabbato faciat eũ diaconum, & in media hebdomada Papa eum in presbyterum ordinabit, vt in præfata basilica sacra ministeria in paschali festiuitate valeat adimpleri.

MOnachi.]CASVS. Statutum fuit in cõcil. Agathẽsi, ut monachi exeuntes de monasterijs causa vagãdi, nec in ciuitate nec ex ad clericatus officiũ ordinentur,

nentur, niſi abbas dederit eis teſtimonium. Sed ſi expedierit, cum conſenſu & voluntate abbatis ab ipſo fiat.
a ¶Ad officium.] Officiando eccleſiam: ſed priuatim poſſunt celebrare. extra de cler. peregri. cap. tuæ.
b ¶Nec in ciuitatibus.] Non eſt dubiũ quin à clericatu tranſeatur ad monachalem vitam: quia diſtrictior eſt vita monachorum, quàm clericorum. Sed mirum eſt quomodo ad clericalem vitam permittitur tranſire à monachali vita, vt hic & in præcedenti cap. & 58. diſt. c. 1. & 2. cum de magis diſtricta vita ad minus diſtrictam vitam tranſire non licet, vt 93. diſt. legimus in fi. Reſpon. ad prælaturam ideo tranſit ex diſpenſatione, vt proſit, & tunc votum non frangit, quia iſtud in melius commutatur. melior eſt enim publica vtilitas, quàm priuata 7. ead. vos autem. qui autem ſic tranſit, vt præſit, peccat mortaliter. votum enim frangit.
c ¶Conſenſu.] Hoc eſt 7. 58. diſt. c. 1. & 2. Ioan.

5. non oportet & ff. de re mili. l. 3. §. in bello.
i ¶Abbate.] Poteſt ergo monachus eſſe procurator eccleſiæ ſuæ de licentia ſui abbatis, & etiam aliorum 1. 7. ead. qui verè & 86. diſtin. peruenit. & dixi 7. ead. de pôtium. videtur etiam quod ſine mãdato, vt C. de procu.

cium [a] clericatus (niſi eis teſtimoniũ abbas ſuus dederit) nec in ciuitatibus [b], nec in parochijs ordinentur [α]. *& infra.* ¶Si enim neceſſe fuerit clericum de monachis ordinari; cum conſenſu [c] & voluntate abbatis præſumat epiſcopus.

Monachus ad clericalẽ uitã tranſire permittit.

Monachus poteſt eſſe procurator eccleſiæ.

Sed epi & ſolua ſine abbate ubi eſt vtilitas monaſterij, ut 10 c. qui verè, hic alleg. ſed nõ ſine mãdato epi, vel abbatis ſm Inn. & Hoſt. quod ita no. extra de re iudi. cum 1. & A.

α ¶Ordinentur] *In concilio ipſo ſequitur c finale. infra 20. q. 4.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 3.

¶Cum abbatis voluntate monachi ordinentur, quos pro vtilitate eccleſiæ epiſcopus ordinare voluerit.
C. XXXIIII.

CVm pro vtilitate [d] eccleſiæ aliquos monachorum epiſcopus probauerit in clericatus officio promouẽdos, cum abbatis [e] voluntate debent ordinari. Ea vero, quæ in iure monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana [f] lege ab epiſcopis contingantur.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 11.

¶Sine abbatis imperio eccleſiaſtica miniſteria monachi celebrare non præſumant. C. XXXV.

MOnachi à monaſterio foras egredientes, ne aliquod miniſterium eccleſiaſticum [g] præſumant agere, prohibemus: niſi fortè cum abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorum, id eſt monachorum, forẽſis negocij ſuſceptor, vel executor exiſtat; niſi quod monaſterij expoſcit vtilitas [h], abbate [i] ſibi nihilominus imperante.

¶*Talis eſt rubrica in plerisque vetuſtis. Nam in vulgatis erat:* Sine abbatis imperio ad clericatus officium monachi non eligantur.

Item Auguſtinus ad Aurelium, epiſt. 76.

¶Ad clericatus militiam non eligantur deſertores monaſteriorum. C. XXXVI.

LEgi epiſtolam benignitatis tuæ de Donato, & fratre eius; & quid reſponderem, diu fluctuaui. Sed tamen Iuo p. 7. c. 7.

CVm pro vtilitate.] CASVS. Duo epiſcopi contra iuſtitiã faciebant. nam ſine conſenſu abbatũ monachos ordinabãt, & à monaſterijs tertiã vel quartam decimarum & cathedraticũ exigebant: & ideo reprehenduntur in concilio Ilerden. & prohibet concilium ne de cætero talia fiant.
d ¶Pro vtilitate.] Vel pro neceſſitate, ſupra cap. proxi. & 55. diſt. priſcis. ſed ſupra ead. cap. in parochia. indiſtincte loquitur.
e ¶Cum abbatis.] Videtur ergo quod epiſcopus inuito abbate non poſſit monachum præficere eccleſiæ alicui, vel facere ipſum clericum ſuum, vt hic, & ſupra cap. proxi. & 58. diſtinct. cap. 1. & 2. ſed contra ſupra ead. qui vere. & 2. q. 7. cum paſtoria.
f ¶Diœceſana.] Id eſt, nec tertiam nec quartam dabũt epõ, ſed de hoc notatum eſt 10 q. 1. in ſumma.
MOnachi.] CASVS. Duo prohibentur in hoc c. Primum eſt, ne monachi ſine abbatis imperio eccleſiaſticum aſſumant officium. Secundum eſt, vt nõ ſint aduocati vel iudices vel procuratores, niſi pro vtilitate monaſterij, & abbate imperante.
g ¶Eccleſiaſticum.] Officiando eccleſiam. ſed priuatim poſſunt celebrare.
h ¶Vtilitas.] Ergo licet aliquid bonum & vtile ſit, nõ tamen eſt agendum, niſi eo modo quo fieri debet, vt 11. q. 3. quod ergo. 12. q. 2. quatuor. & 7. de euoiec. diſt.

eu. exigendi. ſicut miles procurat cãm ſui numeri: qñ aliàs nõ põt eſſe pcurator, vt ff. de pcu. filiusfamil as. Sed hæc tñ nõ hñt hic locũ: quia monachus nec cauere põt de rato, nec pſtare cautionẽ iudicatũ ſolui, ad quod tenet pcurator, quod ſine mandato interuenit: ſi tñ geſſit vtiliter, & eccleſia habet ratũ, nõ pp hoc põt irritari, quod factũ eſt vt C de pc nõ eo minus. arg 7. 96. di. bñ. in fi.
LEgi.] CASVS. Donatus & frater eius monachi erãt in parochia Auguſtini. qui contra voluntatem eius egreſſi de monaſterio, reuerſi ſunt in regionem ſuam, vbi præſidebat Aurelianus epiſcopus, a quo petierunt ad clericale officium promoueri, aſſerentes ſe de voluntate Auguſtini veniſſe: vt potius eſſent utiles ſuis quam alienis. ſed Aurelianus de hoc dubitans conſuluit Auguſtinum, ſi de uoluntate eius receſſerunt. & an uelit vt promoueantur ad ordinem, vt prælationem clericalem. Nunc Aug. reſcribit ei dicens, quod eo renuente receſſerunt,

etiam atque etiam cogitanti quid sit utile saluti eorum, quibus in Christo nutriendis seruimus; nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam uiam dandam seruis Dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores [a]. Et ipsis enim facilis † lapsus, & ordini clericorum fit indignissima iniuria si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eligantur: cum ex eis, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores, atque meliores in clerum assumere soleamus: nisi forte (sicut uulgares dicūt) malus choraula [b], bonus symphoniacus est; ita ijdem ipsi uulgares de nobis iocabuntur dicentes; malus monachus, bonus clericus est. Nimis dolendum, si ad tam ruinosam superbiam monachos surrigamus, & tam graui cōtumelia clericos dignos putemus, in quorum numero sumus: cum aliquando etiam bonus monachus uix bonum [c] clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, & tamen desit instructio [d] necessaria, aut personæ regularis integritas. Sed de istis credo arbitraria fit beatitudo tua, nostra uoluntate (ut suis potius corregionalibus utiles essent) de monasterio recessisse: sed falsum est: sponte abierunt, sponte deseruerunt, nobis, quantum potuimus, pro eorum salute renitentibus.

† al. facilior

Pan.l.3.c.180.

3 *His omnibus auctoritatibus monstratur, quòd monachi, qui sunt à populo electi, & ab episcopo cum consensu sui abbatis sunt ordinati, legitime potestatem suam exequi ualent. Illud vero Gregorij [e]: [Nemo potest obsequijs ecclesiasticis deseruire, &c.] de illis intelligendum est, qui in numero Cardinalium, uel episcoporum ordinati, monasterij sui dispensationem sibi reseruare contendunt.*

F.ead.c.nemo

Unde idem Gregorius scribit Mariniano episcopo Rauēnati, lib.6. epist. 40. seu c.204.

¶Pro abbatis, uel monachi promotione nullo modo grauentur monasteria. C. XXXVII.

NE pro † cuiuslibet monachi, aut abbatis promotione onus fortasse aliquod monasteria substineant, studēdum uobis est, ut si quispiam abbatum, aut monachorum ex quocumque monasterio ad clericatus officium, uel ordinem sacrum [f] accesserit [g], non illic aliquam habeat ulterius, ut diximus, potestatem.

† al per promotionem

Idem Maximiano Syracusano episcopo, libro tertio, epistola 11.

cesserunt, & dicit ꝙ promoueri non debent. Et hoc ꝓbatur quatuor rationibus. Prima est propter malum exemplum: quia si isti fugitiui ordinarentur, putabūt alij facilius se promoueri, si eodem modo fugiant. Secunda est: quia iniuria fit ordini clericorum, si talea eligan- eligantur, cum de monasterijs non soleant eligi uel assumi ad clerum, nisi meliores, & probatiores. Tertia ratio est: quia laici nos deridebunt dicētes, ꝙ malus monachus bonus clericus est. Quarta est: quia bonus monachus uix bonum clericum facit. Vbi antē rationes incipiant, facile per te uidebis.

a ¶Deteriores.] Nam nemo ex delicto suo facit cōditionem suam meliorem. sic 12. dist. nos consuetudinē. ff. de don. inter ui. & vxo. l. 3. § 1. & ff. ꝙ ui aut clam. Seruius. sic extra de simo. sicut, in fin. & extra de sent. excom. si vere. Et econuerso ex merito non debet quis consequi pœnam. extra de fideiuss. peruenit. extra de don. inter uir. & vxo. & si necesse.

b ¶Malus choraula.] qui incipit cantum in choro, uel qui coreas ducit.

c ¶Bonum.] Id est, ꝑfectum [r] sunt tamen monachi meliores, id est, perfectiores clericis, & sic non obstat contra 47. distin. quantumlibet.

d ¶Instructio.] Sufficit monacho, quòd tantum bonus sit, licet sit illiteratus vel irregularis: q̄ duo nocent clerico promouendo. 55. dist. c. 1. & 36. dist. illiteratos.

HIS AVTEM OMNIBVS. Hæc est tertia pars quæst. In qua probat quod dicitur, ꝙ nullus debet tenere locum in monasterijs & in ecclesijs sæcularibus. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis c. dicens, ꝙ si monachi à populo eligantur, ab episcopis cum consensu abbatis possunt ad militiam ecclesiasticam ordinari. Sed quia Grego. uidetur dicere contrarium. vt sup. ea. q. nemo. ideo dicit illud c. intelligi de illis, qui ordinati in numero episcoporum vel Cardinalium insimul ecclesiasticā militiam & monasteriorum dispensationem sibi reseruare cō tendūt: quod fieri nō debet, ut probatur ꝑ duo seq cap.

e ¶Illud uero Gregorij.] Vt supra ead. c. 2.

NE pro cuiuslibet.] CASVS. In archiep̄atu Rauennæ cum monachi vel abbates ad ecclesiasticū officium promouerentur, in monasterijs potestatem sibi reseruare uolebant. præcepit ergo Greg. Mariniano ep̄o Rauennati, ne hoc de cætero fieri patiatur.

f ¶Sacrum.] Id est, episcopatum [z].

g ¶Accesserit.] Bene d̄r accesserit, s. cū effectu. non.n. desinit esse prioris ecclesiæ ꝑlatus, nisi habeat corporalē possessionē secūdæ, ut 21. q. si quis iā. & extra de ele. cū in cunctis. sed de hoc d̄r 93. dist. si qui episcopi. Io.

r Scilicet quoad instructionē & integritatem regularis personæ vt mox dicit: aliàs sūt monachi, &c. vt sequitur. Lau.

z De hoc 18 q. 1. in summa.

Presby-

PResbyteros.] CASVS. In episcopatu Syracusano quidam volebant dignitatem ecclesiasticam gubernare, in monasterijs esse abbates, vel econuerso. quare pcepit Grego. Maximiano episcopo, vt hoc fieri nō permittat, nam cum vnum officium propter sui magnitudinem aliquis diligenter non possit adimplere, incōgruū est vt videatur ad vtrūque idoneus, & bonus.

a ¶Abbates.] Sed quomodo poterant clerici sæculares eligi in abbates, cum hoc sit prohibitum, ut extra de elect. cum causam. & melius eo. tit. cum in magistrum, & eod. titu. cum ad nostram; Respond. non eliguntur, sed postulantur. sic 56. distin. Osius. sed forte cum prius erant monachi, fuerunt assumpti ad parochiales ecclesias, & postmodum cum electi essent in abbates, uolebant retinere ecclesias priores † . & ex hoc uidetur esse melior conditio monachorum quàm clericorum, si monachi licite eligunturt ad sæculares prælaturas, & clerici non possunt eligi ad monachorū prælaturas, cum sit argum. 2. quæst. 7. sicut. infra. 28. quæst 1. omnes. Sed quæro rationem illius diuersitatis. Si dicas ideo quia clericus non est peritus in regula monachali. eadem ratione nec monachus potest eligi in episcopū, si non est peritus in regula clericali, ut supra. ca. sic uiue. & ca. seq. quod concedo. Sed quid si clericus sit peritus in regula monachali, nunquid pot eligi in abbatem, cū rō cōstitutionis cesset in eo, vt 61. dist. § his omnib. uer. sed sciendum? Dico q nō: quia licet sciat regulam. non tamen probatus est in ea & graue est inexpertos, &c. vt 19. q 3. monasterijs. qa nec ipse est probatus in habitu, nec ipse probauit habitum, in quo maxima uis ordinis consistit.

b ¶Admissa.] Ergo delinquēti dat electio. sic ext. d̄ iu. patro. a eam re arg ɔ. ff. de peti. hære. si tem & pretiū.

c ¶Ad utrumque.] Simi. 70. dist. sanctorum. & C. de acceff. l. vlt. sup 89. dist. singula.

Clerici sæculares nō eliguntur ad prælaturas regulares,

† Scilicet parochiales, † quibus erāt intitulati: & hanc lecturam habes inf. ea. §. superiori secundum. Lau.

a Aliàs, de zta. & quali.

aimū c. itelligit, qū simul volebant habere utrumque sed ad alterum poterit eligi, vñ vt mihi sine pjudicio melioris itellectus q Gratianus male cōtinuauerit B.

HInc est ēt.] CASVS. Bñ. sic ponit hūc casū. De quodā monasterio Frācię, abbates in ep̄os eligi consueuerant

¶Qui ecclesijs quoquomodo militant, abbates monasteriorum esse non possunt. C. XXXVIII.

PResbyteros, diaconos, cęterosque cuiuslibet ordinis clericos, qui ecclesijs quoquomodo α militant, abbates [a] per monasteria esse † non permittas: sed aut admissa β [b] clericatus militia, monasticis non prouehantur ordinibus: aut si in abbatis loco permanere decreuerint; clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum est, si cum vnum ex his præ sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrumque [c] iudicetur idoneus.

Ansl. 7. c. 163. Poly. l. 3. tit. 15.

† *fieri*] orig.

α ¶Quoquomodo.] *Hæ voces absunt ab originali impresso, & manuscripto.*

β ¶Admissa.] *Sic in vetustis quoque codicibus Gratiani, & epistolarum B. Gregorii, & cæteris earundem editionibus, præter antiquam Parisiensem, in qua & apud Anselmum legitur,* aut omissa clericatus militia monachicis promoueantur ordinibus.

Hoc uel generaliter, uel speciali priuilegio dictum potest intelligi: sunt & de quodam monasterio in regesto Gregorij legitur, hoc modo.

¶De quodam xenodochio, cuius abbas ad episcopatum eligi prohibetur. C. XXXIX.

HInc est etiam, quòd xenodochium, atque † monasterium, quod in eodem Francorum regno cōstitutum est, quia per ambitiones, & contentiones quorundam nō canonice tractabatur, à peruersitate malorum liberare cupiens, præcepit; vt sine regali prouisione †, & monachorū electione nullus ibi abbas aliqua vnquam subreptione introduceretur. Præcepit etiam, ut eiusdem monasterij abbas nunquam [d] ad episcopatum eligeretur; ne forte occasione episcopatus abbatia aliquid detrimenti [e] pateretur. Quod priuilegium ita est illius ecclesiæ; vt communem legem regibus, uel abbatibus omnino dare non possit. Non enim quod uni sigillatim [f] conceditur, statim omnibus conuenit.

† *al. seu*

† *al. prouidentia*

HOC VEL GENERALITER. CASVS. Dictum est s̄. q abbas electus in sæcularem prælatū non debet ipse abbas remanere. uel etiam al. quis electus sæcularis prælatus in abbatem nō permittitur habere militiam clericalem. Nunc vero dicit, q hoc pōt intelligi generaliter de omnibus, vel specialiter de quibusdam, quod probat per seq. cap. Sed prædictum pro sueuerāt de quorū electione monasteriū grauabat, & postea p seditiones & ambitiones abbates nō canonice substituebant. Dedit ergo Greg. speciale priuilegiū & Regi Francorū, & ipsi monasterio. Regi, ut deberet electioni abbatis iteresse, ne aliqua seditio oriret. Monasterio ne de cętero abbas ide ad ep̄atū eligeret. Q̄d priuilegiū ita ē speciale illius regis, & illius monasterij, ut ad consequentiam aliorum trahi non debeat.

d ¶Nunquam.] Sed nōne potius est opprobrium q̄ priuilegium, q abbas in ep̄m eligi phibeatur? Respōdeo, in hoc est priuilegium q ecclesia non cogitur a dare abbatem, si eligitur in episcopum.

e ¶Detrimenti.] Solent enim abbates electi in episcopos dispergere res ecclesiæ suæ, cum se recessuros sperant, quia non parcit populis regimen breue arg ff. de exer. l. 1. circa prin. de pœ. di 3. inter hæc hircum.

f ¶Sigillatim.] arg. q priuilegium concessum uni, nō extenditur

Abbas in episcopū, quādoque non eligit. a Id est, non pōt cogi p aliquem alīū à Papa.

¶ *Auctoritatibus capitis refert constitutionē B. Gregorij de abbate xenodochij in ciuitate Augustodunensi, quæ habetur lib. 11. regesti, epist. 11.*

Superiori auctoritate [a] *non prohibentur abbates* [b] *sacerdotes fieri: cum beatus Benedictus iubeat abbatem fratribus egredientibus, & regredientibus benedictionem dare: quod non nisi sacerdotum* [c] *est. Lectionem* [d]. *quoque Euangelij similiter abbati ad legendum tribuit: quam subsequenti oratione legere similiter sacerdotalis officij est. Sed tales sacerdotes, vel diaconos fieri* [e] *prohibet, qui in ecclesiastica militia cogantur iugiter permanere.* ¶ *Item illud Hieronymi ad Riparium presbyterum: [Monachus non docentis, sed plangentis habet officium.] & ad Heliodorum: [Alia causa est monachi, alia clerici.] & ad Rusticum: [Sine consilio presbyterorum monachis nihil agere licet.] non ita generaliter intelligēdum est, ut nulli monachorum liceat docendi officium assumere: ne beatum Gregorium, aut Augustinum Anglorū episcopum, beatum quoq; Martinum, innumeros etiam, quos de monachica conuersatione ad summum sacerdotij gradum scriptura testatur* [f] *esse promotos, cogamur negare officium docendi habuisse: aut in die consecrationis suæ asseramus eos à priori proposito discessisse: quod (ut Innocentius testatur) nulli facere licet. Voluit ergo Hieronymus distinguere inter personam monachi, & clerici, ostendens, quid cuique ex proprio officio conueniat.* ¶ *Aliud enim conuenit cuique ex eo* [g], *quod monachus est: sua, & aliorum peccata deflendi habet officium: ex eo, quod clericus, docendi, & pascendi populum* ¶ *Monachos* [h] *vero usque ad tempus Eusebij, Zozimi, & Syricij monachos simpliciter, & non clericos fuisse ecclesiastica testatur historia. Idem etiam Hieronymus* [a] *refert monachos Scythiæ* † *conuenisse in vnum, ut sacerdotem sibi inuenirent, qui eis Missarum solennia celebraret.*

S. c. monachus. S. c. alia causa. S. ca. ecclesia. † al. Scetia

a ¶ Hieronymus.] *Io. Andrea ait esse in epist. de oper & humil. monachorum. In tomo autem secundo operum ipsius B. Hieronymi in epist. 60. quæ est Epiphanij ad Ioannem Hierosolymitanum. ab eo latine reddita, legitur Epiphanium ordinasse presbyterum monachis pascentibus qui eis Domini sacramenta conficeret. Erat autem monasterium in diœcesi Ioannis.*

Item Leo Augustus lib. 1. codicis de episcopis & clericis, le. 40.

¶ *In codice Iustiniani hæc lex ipsi Iustiniano tribuitur, non Leoni.*

Priuilegiū onius ad alterū non extēditur.

extenditur ad alios. S. 100 distinctio. contra morem. 7. q. 1. petisti: tamen ius uni concessum extenditur ad alios s. dist. u. s. eius vero. Item quod primatibus conceditur, videtur concessum & illis, qui subsunt eis, ut C. de aduoc. diuer. iud. l. restituendæ. Item licet personalia

nalia iura non extendantur ad alios, tamen quandoq; possunt cōcedi alijs. nam minor cedit alijs beneficium restitutionis, vt ff. eo. l. quod si minor. in princ. licet sit arg. contra, vt ff de adm. tuto. licet ex pluribus & ff. de reg. iur. l. in omnibus.

SVPERIORI. CASVS. Gratian. hic aliter interpretatur illud c. presbyteros. quàm in superiori §. & melius. Diuiditur ergo ille §. in tres partes. in prima parte dicitur, quòd per istud cap. presbyteros, & diaconos, non prohibentur abbates fieri sacerdotes: cum beatus Benedictus præceperit abbates dare benedictionē suis fratribus, quod officium non est nisi sacerdotum: & Euangeliū legere, qđ est sacerdotū officium: sed ꝓhibentur tales fieri sacerdotes & diaconi, qui in clericali militia coguntur iugiter permanere retinendo abbatias, uel econuerso. In secunda parte respondet quibusdam obiectionibus supradictis, in quibus dicitur, quòd officiū monachi non est docere sed plangere, & quòd sine concilio presbyterorum eis nil agere licet, & similia: & dicit non esse ita intelligendum, ut monachis non liceat docere, quia secundum hoc negaremus Gregorium, & beatum Martinum, & alios multos non habuisse officium prędicandi: sed sic sunt supradictæ obiectiones intelligendæ, ut ex eo ꝙ quis monachus est, non doceat: sed sua & aliorum peccata plangat & ex eo ꝙ ad clericatum eligitur, officium habeat docendi. In tertia parte ponit aliam solutionē, dicens ꝙ omnia supradicta c. quæ prohibent monachis officia clericorum exercere, loquuntur de quibusdam monachis laicis: & ad hoc probandū inducit auctoritatem Hierony. & legem sequentem. Secunda pars incipit ibi [Item illud.] Tertia ibi.] Monachos vero]

a ¶ Superiori auctoritate.] s. presbyteros.

b ¶ Abbates.] Id est, Sacerdotes non prohibentur fieri abbates.

c ¶ Nisi sacerdotum.] ut a 5. dist. perlectis.

d ¶ Lectionem.] Hoc melius intelligunt illi, qui nouerunt regulam beati Benedicti.

e ¶ Fieri.] Supple abbates.

f ¶ Testatur.] Sup. ea. de monachis.

g ¶ Ex eo.] Sic aliud facit quis in eo ꝙ homo, & aliud in eo quod peccator, ut 13. q. 4 duo ista.

h ¶ Monachos.] Alia solutio.

GEneraliter.] CASVS. In hac lege ponuntur quoque generaliter personatũ, scilicet episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi & monachi, licet non sint clerici: quibus omnibus Leo Imperator cõcedit priuilegium, vt donec sacrosanctis ecclesijs & omnipotẽti Deo seruiunt, sint immunes ab omni tutela & cura cuiuscumque generis & cuiuscumq; personæ. Si uero diuagantes officijs non intersint, istam nõ habeant immunitatem. quod pcipit obseruari non solum in Romana ciuitate, sed etiam in Cõstantinopolitana & in omni terra, in qua numen Christi colitur.

q. 8. tributum. & C. de epis. & cle. de his. sed nouas collationes nõ possunt laici ab eis petere propter aliquas necessitates, ut hic dicitur, & extra de immu eccl non minus. sed cpa tempore necessitatis cum charitate aliquid moderate potest ab eis petere, vt ext. de cen. cum Apo-

¶ Omnes clerici, uel monachi tutelæ immunitatem habere debent. C. XL.

GEneraliter sancimus, omnes viros reuerẽdissimos episcopos, nec nõ presbyteros, siue diaconos, & subdiaconos, & præcipue monachos [a], licet non sint clerici; immunitatem ipso iure omnes habere tutelæ, siue testamentariæ, siue datiuæ, siue legitimæ: & non solum tutelæ esse eos expertes, sed etiam curæ, non solum pupillorum, & adultorum; sed & furiosi, & surdi, & muti, & aliarũ personarum; quibus tutores, uel curatores à ueteribus legibus dãtur. Eos tamen clericos, & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus; qui apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria permanent; non diuagantes [b], neq; circa diuina ministeria desides: cum propter hoc ipsum, beneficium eis indulgemus †; ut alijs omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministerijs inhæreant. Et hoc non solũ in vetere Roma, uel in hac regia ciuitate, sed in omni terra, ubicumq; Christianorum nomen excolitur, obtinere sancimus. ¶ *Nouarum etiam collationum, & sordidorum* [c] *munerum immunitatem acceperunt. Vnde Constantinus cunctis scribit clericis tit. eodem, lege prima.* ¶ Iuxta sanctionẽ, quam dudũ meruisse perhibemini, fundos, & mãcipia vestra [d] nullus nouis [e] collationibus [f] obligabit: sed vacatione gaudebitis. *Itẽ Imperator Honorius, & Theodosius eodem libro, titulo de sacrosanctis ecclesijs, lege quinta.* ¶ Placet rationabilis cõcilijs tenore perpenso, districta moderatione præscribere; à quibus specialiter necessitatibus singularũ vrbiũ ecclesię habeantur immunes. Prima quippe illius vsurpationis contumelia depellenda est; ne prædia usibus cęlestiũ [g] secretorũ dedicata, sordidorum munerũ fęce vexentur; nil extraordinariũ [h] ab hinc, super indictumve flagitetur: nulla translationis † [i] solicitudo

Epi & monachi non possũt esse tutores.

† al. indulgeamus

Et in cod Theod. lib. 16 tit. 2. ex Constantio Aug.

& in Theod. ibidem. c. 40.

† al. translatione, al. translationum

a ¶ Monachos.] Epis & monachis interdicitur cura & tutela, ut 88. dist. episcopus. & ꝯ. ea. de prætensiũ. & c. monachi a monasterio. nisi forte miserabilium personarum, ut 86. dist. c. ult. aliquero clerici spõte possunt suscipere, ut 86. dist. peruenit. Est ergo priuilegium clerici, q̃ non tenetur recipere tutelam alicuius, cum tamen uelit, & possit succedere ab intestato quod est cõtra legem illam. insti. de leg. pat. tute. §. q plerumq; & ꝯ 86. dist. peruenit. vbi habes de hac materia.

b ¶ Nõ diuagantes.] Arg. q̃ scholares in scholis non debẽt percipere stipendia, ut 12. q. 2. concessio.

Hoc argumenti non colligi ex hac litera, cũ hic loquat de absentibus ex Inhonesta cã, & hic not. verbũ, diuagantes. arg. ꝯ. c. monachi uagantes. Arch.

b ¶ Non diuagantes.] Arg. causa cessãte cessat priuilegiũ. 84. dist. quisquis. extra de cle. non resi. quia nonnulli. extra de dec. suggestum. C. de resti. mi. l. vlt. insti de excu. tut §. item hi qui. reipublicæ enim causa absens excusatur à tutela. sed si ante fuit tutor, similiter refutat onus tutelę. ff. de iudi. l. 2. §. eleganter. in fi. ff. pro soc. l. actione. §. item. vnde si aliquod priuilegium datum est religiosis, cessante religione cessat priuilegium, ut 25. q. 2. cap. vlt. & extra de verb. sign. abbate. in fin.

Priuilegiũ datum religiosis cessãte religione cessat.

NOVARVM. CASVS. In superiori lege datum est priuilegiũ clericis, vt à tutela & à cura sint immunes: nunc ostendit Grat. q̃ & aliud priuilegium habent, scilicet ne collationes & sordida munera prestare cogantur: & ad hoc probandum inducit Constantini legem, cuius casus patet, & etiam legem Honorij.

c ¶ Sordidorum.] Vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & similium.

d ¶ Mancipia vestra.] Similiter uxores, vt C. de episco. & cleri. l. 2. & eorum culoni, ut 89. dist. indicatum. & eorum familia, ut 12. q. 2. ecclesiarum.

e ¶ Nouis.] Sic 10 q. 3. vnio. & c. quia cognouimus. ext. de cen. cum Apostolus.

f ¶ Collationibus.] Extraordinarijs, vel superindictis, vt ꝯ. l. proxi. soluãt tñ tributũ, ut 11. q. 1. si tributũ. 23. Apostolus 2. non ergo tenet lex, quæ dicit, q̃ clerici tenentur ad instructionem murorum: aliàs itinerum, ut C. de sac. san. eccl. ad instructionem.

PLACET. CASVS. Præfectus prætorio quæsiuit ab Imperatore Honorio à quibus muneribus ecclesiæ essent immunes. & rñdet, q̃ à sordidis munerib. sunt immunes omnino. & si honesta sint, nil extraordinarium uel de nouo eis imponatur: sed tantum consueta soluant tributa, & debitas pensiones. & nisi cum Imperator causa necessitatis per prouinciam transitum fecerit. & si quis ꝯ hoc fecerit, post debitæ vltionis acrimoniam, quæ contra sacrilegos depromitur, deportetur. [Præscribere,] i. statuere, & in scriptura redigere. [Translationis.] i. transferendorum agrorum, id est, vt transferatur dñiũ in rebus ecclesiarũ. [Signetur.] i. assignetur. [Post acrimoniam,] id est pœnam extraordinariam, uel excommunicationem [Erga,] id est, contra.

g ¶ Cęlestium.] Id est, ecclesiarum. Vel intellige secundum quod est extra de cen c. 1.

h ¶ Extraordinarium.] Id est, quod repentino casu superuenit. Extraordinarium & superindictum idem est. C. de exact. tribu. l. si diuina. li. 10.

i ¶ Translationis.] i. non est transferenda possessio ab eis.

a Ad idẽ extra de immu. eccle. ¶a plerisq; arg opti ff. de li. exhiben si quis ex liberis.

† al. gignatur

signetur †: postremo nihil præter canonicam illationẽ β, nisi quam aduentitiæ necessitatis [a] sarcina repentina poposcerit. eius fructionibus adscribatur. Si quis contrauenerit; post debitæ vltionis acrimoniam [b], quæ erga sacrilegos promenda est, exilio deportationis perpetuo † subdatur.

† al. perpetuè mulctetur

α ¶Meruisse.] *In codice Iustiniani legitur*, meruistis & uos, & mancipia, &c *In Theodosiano*, meruisse perhibemini & uos, & mancipia, &c.

β ¶Illationem.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, nisi quam si aduentitiæ *In codice Iustiniani vulgato legitur*, & quam aduentitiæ *In manuscripto, & Haloandri non est copula. In codice Theodosiano*, quod aduentitiæ *In plerisque vetustis Gratiani*, præterquam aduentitiæ. *Dictio vero, si, abest ab omnibus, & ideo inducta.*

Hoc idem datur intelligi [c] de verbis B. Siluestri, qui obedientiam minorum erga maiores assignans ait [d]; [Abbas ostiario, monachus abbati sit subditus.] supra in tractatu ordinandorum. Ostendit ergo Hieronymus, quod simpliciter monachis nihil liceat agere sine consilio presbyterorum. Nec officium docendi sibi assumere liceat sine auctoritate clericorum, nisi forte sint diuina gratia intus commoniti: sicut beatus Gregorius refert in dialogo de beato Benedicto: qui homines montis Cassini ad fidem adduxit, & aram Appollinis, quæ erat erecta, subuertit: & de quodam Equitio, cui Angelus in somnis apparuit & eum ad prædicandum misit: qui cum de vitio linguæ conquereretur; Angelus phlebotomo linguam eius tetigit, & totum illud vitium curauit. Quod vero Hieronymus seipsum talibus connumerat [e]; tale est, quale illud Apostoli ad Philippenses: [Quicumque imperfecti † sumus, hoc sentiamus] seipsum imperfectis connumerans. Hoc idem Hieronymus alibi ait: [f] [Natus in paupere domo, & tugurio rusticano.] & infra: [Nos suffarcinati auro.] se famelicum fastidientibus mella, pauperem diuitibus connumerans, supra vbi agitur de clericis, qui propria relinquere nolunt, c. Gloria episcopi. ¶ Ecce sufficienter monstratum est, quod monachis presbiterij honore decoratis, à populo electis, ab episcopo institutis eadem liceant, quæ & alijs sacerdotibus. Probatur hoc etiam ex similitudine consecrationis. Non enim in consecratione eorum aliud dicitur, & aliud in consecratione aliorum. Vtrisque enim in commune à Domino benedictionem infundi episcopus obnixe deposcit. Et dum consecrat, cunctis sacerdotibus sigillatim dicit: [Consecrentur, & sanctificentur Domine manus istæ, ut quidquid consecrauerint, consecratum sit; & quæcumque benedixerint, benedicta sint.] Ecce communis est benedictio: vnde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione, vtrique communem nanciscuntur potestatem; ita in institutione communi et assequuntur potestatis executionem. Cæterum absque episcoporum licentia non solum monachis, sed etiam omnibus generaliter clericis potestatis executio interdicitur.

dist. 93. A subdiacono.

lib. 2. dial. ca 8.

lib. 1. c. 4.

Philip. 3.

† Apud Apostolum legitur *perfecti*.

In epistola ad Nepotianum.

In epistola ad Paulinum.

12. q. 2. gloria.

Vnde Clemens epist. 3.

eis, licet non soluant tributum, sicut fit in alijs. ut 10 q. 2. §. quirem.

a ¶Necessitatis.] Nec tunc per laicos, sed per episcopum petetur collatio à clericia. ut extra de immuni. eccl. non minus 1.

b ¶Acrimoniam.] Id est, pœnam, quæ traditur. ff. ad le. Iul. pecu. sacrilegij. & 17. q. 4. per totum.

HOC IDEM. CASVS. Supra in §. illo, superiori auctoritate. & in illa l. generaliter ostendit Grat. quod monachi quondam non erant clerici: nunc idẽ vult probare per auctoritatẽ beati Siluestri, quæ habetur sup. 93. dist. à subdiacono. quibus monachis secundum Hierony. prędicare non licet sine clericorum auctoritate, nisi sancto spiritu reuelãte. quod probat exẽplo beati Benedicti, & exemplo Equitij. Sed quia hæc solutio videbatur falsa, cũ Hierony. sacerdos se talib. cõnumerasset, vt ĩ. e alia. ideo respõdet Gra. & dicit Hierony hoc fecisse, vt alios monachos licentius redargueret. Et ad hoc probandũ inducit duas auctoritates, scilicet Pauli, & Hieronymi.

c ¶Datur intelligi.] quod monachi laici erãt.

d ¶Ait.] Sup. dist. 93. à subdiacono.

e ¶Connumerat.] ĩ. ead. alia. licet ipse esset presbyter Cardinalis.

f. ¶Alibi ait.] Su. 12. q. 2 gloria.

ECCE. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis c. quod monachis electis a populo, & ab epo institutis, si presbyteri fuerint, eadem liceant quæ & alijs sacerdotibus. Nũc vero hoc idem probat ratiõe cõsecrationis: quia sic benedicuntur monachi cum ordinantur sicut & alij presbyteri sæculares, & eisdem uerbis: Igitur cum commu-

1 Intellige vt habetur eod. tit. aduersus, & c. tit. li 6 quoniam nonnulli. & ca. clericos. de hoc etiam no. 23 q. 8. tributum. in gl. 1. ibi videas. At.

als sit benedictio, ita videntur habere potestatem prædicandi isti sicut alij: & sicut alijs sacerdotibus sine licentia episcoporum non licet suum officium exercere, ita etiam nec monachis: & hoc probat seq. cap.

Cunctis.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ut nullus fidelis, & præcipue presbyter, uel alius clericus absque proprij episcopi licentia aliquid agat. nullus presbyter absque eius licentia Missas celebret, vel baptizet. [Licentia.] Generali. [Iussu] Generali.

date decimas, nec etiam de alijs prædijs, quæ proprijs manibus & sumptibus excolebant, ut ext. eo. ex parte. & c. ad audientiã. & c. statuimus. De clericis sæcularib. dicunt quidam quod tenẽtur, siue sint prædia ecclesiæ suæ, siue propria. Alij fauorabilius dicebãt eos nõ teneri

¶ Sacerdotalia officia sine permissu episcoporum non agant presbyteri. C. XLI.

Cvnctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris, & diaconis, & reliquis clericis attendendum est, vt nihil absque episcopi proprij [a] licentia [b] agant: non vtique Missas [c] sine eius iussu quispiam presbyterorum in sua parochia agat: non baptizet; nec quidquam absque eius permissu faciat. Burch. l. 2. c. 93. Iuo p. 2. c. 123. & p. 6. c. 90.

4 *De his [d] vero, qui intra monasterij claustra consistunt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur, vtrum dare vel accipere decimas debeant. In quibus hæc discretio seruanda est, vt de agris & vineis, quæ ad propriũ stipendium coluntur, decimas sibi retineant. Si enim decima à populo filijs Leui reddebantur pro ministerio, quo Domino deseruiebant in tabernaculo, offerendo sacrificia & holocausta pro populo; patet, quòd monachi de proprijs prædijs non magis, quàm alij sacerdotes decimas soluere coguntur. Sed dicitur, quòd prædia monachorum siue pretio sint empta, siue pro salute animarum oblata, antequam in ius eorum venirent, baptismalibus ecclesijs, siue quibuslibet alijs primitias, & decimas persoluebant: illæ autem ecclesiæ suo iure priuari non possunt.*

Vnde in Moguntinensi concilio statutum inuenitur.

¶ Qui res suas alicui delegauerit, decimationum prouentum priori ecclesiæ auferre non poterit. C. XLII.

ij Si quis laicus, uel clericus [e], uel vtriusque sexus persona proprietatis suæ loca, uel res alicui dare delegauerit; decimationum prouentum priori ecclesiæ legitime assignatum inde abstrahere [f] nullam habeat potestatem. Quod si facere tentauerint: talis traditio irrita [g] prorsus ducatur, & ipse ad emendationem ecclesiastica coerceatur censura. 13. q. 1. c. ult. Bur. l. 3. c. 242. Iuo p. 3. c. ult.

Item ex concilio Cabilonensi. Arelat. 3. c. 20.

a ¶ Proprij.] Nisi inuitetur ab alio presbytero, tunc enim potest sine licentia episcopi, ut 7. q. 1. episcopi. & 11. q. 2. nullus pri mas t. priuatim etiã possunt celebrare, ut extra de cle. peregri. cap. 1.

b ¶ Licentia.] Generali.

c ¶ Missas.] publice.

DE HIS VERO. Hæc est 4. pars q. in qua probatur per 6. ca. quòd monachi tenentur ad solutionẽ decimarum. Ioan. de Fant.

CASVS. Facit hic Grat. incidentem quæstionem: utrum scilicet monachi, quib. cura animarũ non committitur, debeant decimas dare, vel accipere. Et de hoc ita distinguit Gra. de prædijs, quæ proprijs sumptibus colũt monachi, decimas sibi retineant. quod probat exẽplo filiorum Leui, qui decimas à populo percipiebãt pro ministerio, quod faciebant. Et ita patet, quod monachi non magis quàm alij sacerdotes decimas soluere coguntur. Sed postea probat cõtrarium, dicens, quod si prædia cum onere decimarum & primitiarum ad monachos transiuerint: inde antiquis ecclesijs illas denegare non possunt, cum suo iure priuari nõ debeãt. & hoc probat per sequẽtia c. Quid iuris de hoc sit, notatur in Decretalibus in titu. de decimis.

d ¶ De his.] Hic incidenter quæritur, an monachi debeant dare decimas de agris suis? Pro regula ergo teneas, quod quilibet tenetur dare decimas, nisi ostẽdat se exemptum esse, ut extra de deci. à nobis. & secundũ hodierna iura etiam Cistercienses & alij regulares tenentur dare decimas de omnibus prædijs suis, quæ de nouo acquirunt, siue ea manibus proprijs colant, siue non: extra de deci. nuper. sed secundum vetera iura ita tenebatur, quod omnibus religiosis concessum erat non dare decimas de nutrimentis animalium suorum, & de hortis. & de noualibus, quæ proprijs manibus & sũptibus excolebant. monachis vero Cisterciensis ordinis & templarijs & hospitalarijs concessum erat non teneri dare decimas de prædijs ecclesiæ suæ. sed propijs bene tenentur dare, ut inf. ea. q. c. decimas. & extra eo. nouum. in fin. leprosi autem non sunt exempti a decimis, nisi tantummodo in hortis, & in animalib. suis ut extra de ecclesi. ædifi. cap. 2.

Si quis laicus.] CASVS. Quidam laici uel clerici uendebant prædia sua uel donabant, & decimas prioribus ecclesijs subtrahebant, quare statutum est in concilio Moguntinensi, ut nullo modo faciant, & si quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: & usque ad emẽdationem excommunicabitur.

e ¶ Vel clericus.] Clericus ergo dat decimam, quod verum est de proprijs prædijs.

f ¶ Inde abstrahere.] Res enim transit cum onere suo, ut extra de deci. cũ nõ sit in homine 2. & ff. de contrahen. emp. alienatio. ff. de dona. ad eum. §. 1. & ff. de reg. iur. nemo. ff. de distract. pig. si creditor.

g Irrita] Pactum illud non obstat quin ab ecclesia vel alio possessore possit peti decima. ut extra eo. pacto talis. ff.

2 Iste canõ nullus. &c. præcedens hic alle. s. cũ episcopi. nun videntur probare propositum allegantis. quoniam in episcopis loquuntur. postea autem canõ, s. cũctis. loquitur in simplici sacerdote parochiali, ut patet ex tex. dicebat Ioã. de Fant. quòd casus huius c. cũctis. est quod clerici nihil debẽt facere sine licentia episcopi. Ar.

Monachi an teneantur ad decimas de agris suis.

Capitu. l. 2. c. 36. Mogunt. 3. sub Arnulpho. c. 22. & sub Carolo ca. 41. & in Rhemensi Trosleiano.

Clericus dat decimas de proprijs prædijs.

2 Et extra de pig. ex litteris in fin. vbi de hoc.

ralis. ff. de pac. inter. & si possessor partem fructuum, & ille à quo causam habuit, etiam partem fructuum percepit. vterque conueniendus est, vt extra eod. ti. à nobis. & c. tua nobis. Sed nunquid pactum istud tenet quantum ad contrahentes? videtur quod sic, vt ff. de pact. epistola. §. pactum. sed contra. extra de pact. pleriqoe. so infra ead. multis. sed contra eum est extra de eccle. ædifi. ad audientiam. melius extra eod. titu. tua. vbi nõ obstat ei iuramentum quod fecit de rebus eccle. non alie. vnde hoc non videtur esse alienatio, vt ibi perpendetur. Item auferendo vni, & dando alij ecclesiæ sibi subiectæ, non videtur alienare: sicut frater dãdo sorori non videtur alienare. C. de fideic. voluntas. & est simile C. de ædific. priua. si quis post. & ff. de leg. 2. vnum ex familia & l. peto. § fratre. simile extra de his quæ fiunt à prælat. sine consensu cap. cum Apostolica. Io. de Fan.

¶Antiquiores ecclesiæ nec decimis, nec vlla possessione priuentur. C. XLIII.

Deusdedit p. 3. Burc. l. 3. c. 9. Iuo. p. 3. c. 12.

Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, nec vlla possessione priuentur; ita ut nouis [a] oratorijs tribuantur.

Item ex concilio Vuormaciensi.

¶Antiquiores ecclesiæ propter nouas iustitiam suam non perdant. C. XLIIII.

Burch. l. 3. c. 7. Iuo p. 3. c 9.

Quicumque voluerit in sua proprietate ecclesiam ædificare, & consensum [b], & uoluntatem episcopi habuerit, in cuius parochia est, licitum sit. Veruntamen omnino prouidendum est episcopo; vt aliæ ecclesiæ antiquiores propter nouas suã iustitiam, aut decimã non perdant: sed semper ad antiquiores [c] ecclesias persoluatur.

¶*Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Vuormaciensi, c. 6. quo loco in eo, quod extat, habetur aliquid ad hanc rem faciens.*

Decimas autem baptismalibus ecclesiis persoluendas Leo Papa IIII. affirmat dicens.

¶Baptismalibus ecclesijs decimæ dari debent. C. XLV.

13. q. 1. ecclesias §. item Leo. Poly. l. 3. tit. 21. Deusdedit. p. 3. Ans. l. 5. c. 53. Iuo p. 3. c. 151.

De decimis iusto ordine non tantum nobis, sed etiam maioribus nostris visum est plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur, debere dari.

¶*Iuo fere eadem citat ex Gelasio: sed Anselmus & Polycarpus ex Leone, vt Gratianus.*

Si ergo nulli licet decimationum prouentum à priori ecclesia, cui assignatus fuerat, abstrahere, si ius antiquioris ecclesiæ nouis tribuendum non est, si decimæ tantummodo baptismalibus ecclesiis dandæ sunt: patet, quod monachi ex proprijs prædijs decimas dare coguntur. Sed & illa auctoritas Moguntinensis concilij de uenditore, uel donatore loquitur, definiens, quòd ille, qui uendit, aut donat nõ potest prouentum decimationum illi ecclesiæ detrahere, cui prius legitime fuerat assignatus. Monachi autem decimas, & primitias non auctoritate uendentis, uel donantis, sed

S. c. si quis laicus

Ecclesiæ.] CASVS. Statutum fuit in concil. Cabilo. vt antiquæ ecclesiæ decimis & possessionibus suis non priuentur ad hoc vt nouis ecclesijs tribuantur.

a ¶Vt nouis.] Quidam hoc intelligunt in eo casu cũ prior ecclesia enormiter læditur. aliàs episcopus bene aufert de iure vnius, & dat alij, vt 12. q. 2. bonæ rei. & 1. q. 1. nulli episcoporum. & extra de exces. præla. sicut vnire. infra de consec dist. 1. c. 2. Hug. tamen scribit, quod episcopus non potest auferre vni ecclesiæ, & dare alij inuito sacerdote. nam quod semel est consecratum, alienari nõ potest. 12 q. 2. nulli. & c. sine exceptione. Itẽ quia sacerdos iste non cogitur de suo facere bñficiũ, vt 10. q. 2 precariæ. Item quia priuilegium solius Papæ est vni auferre, & alij dare, vt 9. q. 3. conquestus, & c. nunc vero & c. per principalem. Item quia nulli consolendum est cum alterius iactura. 11. q. 3. si quis uero. 24. q. 5 denique. & 22. q. 2. primum. Item arg. est pro Iplo, scopalis plebis. de illis enim loquitur c. 12. q 2. uobis. & cap. Vulteranæ. & c. concesso. & c. quatuor. Tamẽ dico quod quælibet ruralis ecclesia etiam debet suas decimas in quattuor partes diuidere, ut vna sit baptismalis ecclesiæ, alia pauperum, tertia fabricæ, quarta capellanorum. licet hodie episcopi omnia occupent. alter no. 1. 10. q. 1. nouerint. & contra Io. est extra de deci. quoniam. & c. cum contingat. B.

Eps an possit vni auferre, & alteri dare.

Quicumque.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Vuormaciensi, vtrum quilibet in suo prædio possit ecclesiam ædificare? Et respondetur quòd sic, dummodo hoc faciat de licentia episcopi, in cuius parochia est: ita tamen, ut antiquiores ecclesiæ suam iustitiam uel decimas non amittant. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ad §. Si ergo.

b ¶Consensum.] J. de consi. dist. 1. nemo. & cap. si quis etiam.

c ¶Ad antiquiores.] Ar. quod ubi contenditur pro iure duarum ecclesiarum, semper stãdum est antiquiori, vt extra de religio. do. c. 1. Item ar. quod semper baptismalibus ecclesijs soluendæ sunt decimæ, non capellis, ut J. c. prox. & c. quæsti. & c. statuimus. & in c. sacris. & extra eo. ti. nuo cios. & sm hoc episcopus non debet habere decimas baptismalis plebis, id est, ruralis ecclesiæ, sed tantum episcopalis plebis.

Decimæ sũt soluẽdæ ecclesijs baptismalib. & non capellis.

1 Ad idem dicunt Vin. & B. extra de test. req. sisti. in prin.

De decimis.] SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis cap. si quis. & cap. quicumque. & c. de decimis. quod monachi de proprijs prædijs decimas dare non tenentur. Postea respondet illi cap. si quis laicus dicens quod venditor vel donator auctoritate sua decimas non potest subtrahere priori ecclesiæ: sed monachi non retinent decimas auctoritate sua, sed auctoritate Moguntin. concilij, & Paschalis secundi, à quibus dicitur, quod monachi non soluant decimas de proprijs prædijs. & ad hoc inducit seq. cap.

a ¶Paschalis.] Sed quomõ Paschalis potuit dare hoc priuilegium monachis, cum sit contra preceptum diuinæ legis, vt j. ea. decimæ. & c. reuertimini. contra quod non potest dispensari 25. q. 1. sunt quidam. & s. dist. 5. cap. 1. s. dist. 8. quæ contra? Sed forte non est absurdum, ꝙ priuilegium conceda tur, quãuis sit contra ius diuinum. sed si cõtraria cõstitutione illud tolleretur, nõ posset fieri. Sed nunquid laico posset dare tale priuilegium? Dic quod sic. Ioan.

Priuilegiũ cõtra ius diuinum concedi potest.

QVesti.] CASVS. Quidam clerici conquesti sunt de epis & abbatibus, qui decimas dari non permittebãt ecclesijs, ubi coloni eorum episcoporũ vel abbatum Missas audiebãt, & baptizabantur eorum filij & ideo statuit concilium Moguntinen. ut episcopi & abbates de prædijs, quæ proprijs colũt stipendijs, decimas sibi retineãt. coloni uero ibi dent decimas, ubi filij eorũ baptizantur, & ubi per totũ circulũ anni audiant diuina.

b ¶Coloni.] Partiarij, qui partẽ fructuũ percipiunt. tales enim ꝓ ea portione quam ipsi pcipiũt, tenentur dare decimas: & dñi eorũ pro ea quam ipsi percipiunt, ut extra eod. quoniam. & cap à nobis. & c. tua nobis. immo & in pensionario colono idem iuris est, siue ipse pro pensione seruiat: siue dño det certam pensionẽ: quia ante quam aliqua pensio detur, res est decimanda, ut extra eod. titu. cum homines.

Partiarij coloni, qui sint.

Decimæ sunt à colonis partiarijs dandæ.

c ¶Vt episcopi.] Patet hic, ꝙ clerici non dabũt decimas de bonis ecclesiæ, ut extra eod. fraternitatem. & 200. dis. nouit. & j. ca. proxi. licet H. contradixerit, qui dixit esse speciale in episcopo. sed obstat, extra eod quoniam. §. vlt.

d ¶Ad ecclesias suas deferri.] Proprijs sumptibus.

e ¶Decimas.] Si prędia sint in episcoporum parochia. Vel loquitur de decimis personalibus 1, quæ dandæ sunt ubi sacramenta percipiuntur, ut extra eo. ad apostolicæ.

1 Iste intellectus ap. p baf j. eo. c. statuimus in glos. 2 & 1 c. qõ. 1. in sum. ubi uideas.]

DEcimas.] CASVS. Quæsitũ fuit à Paschali, utrum monachi vel clerici cõmuniter uiuentes decimas debeant dare. Et rñdet, sacerdotes & leuitæ à populo decimas percipere debẽt. Sed à monachis & clericis communiter viuẽtibus nullus de pdijs, quæ suis sumptibus colũt, & nutrimentis pprijs decimas audeat extorquere. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Greg.

f ¶A monachis.] Duplici ratione: tum quia nõ habẽt populum: tum quia non ministrat eis spiritualia.

g ¶Com-

auctoritate eiusdem concilij, & Paschalis [a] *Papa detinentur, à quibus definitum est, ut monachi de proprijs prædijs decimas non soluant.*

Sic enim in Moguntinensi concilio statutum est.

In Cabilonensi sub Carolo magno, c. 19.

¶Non persoluant de proprijs prædijs abbates, & episcopi decimas. C. XLVI.

QVesti sunt præterea quidam fratres, quòd essent aliqui episcopi, & abbates, qui decimas non sinerent dari ad † ecclesiam, ubi illorum coloni [b] Missas audiunt. Proinde decreuit sacer iste conuentus, ut episcopi [c], & abbates de agris, & vineis, quæ ad suum, uel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias suas ᵃ deferri [d] faciant: familiæ † uero eorum ibi dent decimas [e] suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.

Ans. l. 5. c. 57. Bur. l. 3. c. 132. Iuo p. 3. c. 198. Pann. l. 2. c. 59.

† al. ecclesias ubi illi coloni.

† al. familia det

¶Caput hoc in nullo concilio Moguntino, quod extet, habetur, sed in in Cabilonensi, vnde citant Burchardus & Iuo. In libro Vaticanæ bibliotheca, in quo sunt duo concilia Vrbani secundi, Placentinum, & Melphiense, hæc etiam leguntur. Relatum est ad sanctam synodum, quòd sint quidam episcopi, & abbates, qui colonos ad se pertinentes non sinant decimas dare ad ecclesias, ubi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit sacer iste cõuentus, ut episcopi, & abbates de vineis, uel agris, ac frugibus, quæ ad suum, uel fratrum vsum laborant, decimas sibi pro benedictione, vel hospitum susceptione habeãt: familiæ uero ibi dent decimas suas, vbi per totũ anni circulum Missas audiunt, & infantes eorũ baptizãtur.

ᵃ ¶Suas.] *Vox ista abest ab ipso concilio & cæteris collectoribus. sunt etiam nonnulla alia uarietates, quæ indicata sunt in margine.*

Item Paschalis secundus.

¶De proprijs laboribus monachi, & canonici decimas minime soluere cogantur. C. XLVII.

Deusdedit p. 3. *Num. 18.*

DEcimas à populo sacerdotibus, ac Leuitis esse reddẽdas diuinæ legis sanxit auctoritas. Cæterum à monachis [f], siue clericis communiter uiuentibus [g] nulla ratio sinit, ut milites [h], aut episcopi, aut personæ quælibet decimas de laboribus, seu nutrimentis suis proprijs extorquere debeant. Vnde beatus Gregorius sic ait: [Cõmuni † uita uiuẽtibus iam de faciendis portionibus, uel exhiben

† *Cõiter autẽ uiuentibus*] in orig. Gregorij cũ alijs etiã uerborum uarietatibus.

In respõsione 2. ad Augustinum.

g ¶Communiter uiuentibus.] Ecce ꝙ aliud habẽt priuilegium clerici communiter uiuentes, scilicet quàm qui separatim: & ꝙ idem habent quod monachi, similiter in absolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis, ut extra de vit. & hon. cler. quoniam. in fi. & extra qui cle. vel uouen. c. 1. & extra de sent. excõ. monachi. & ex tenore. in fi. contra. extra de sen. excom. cum non ab homine.

Clerici cõiter uiuẽtes & monachi habẽt idem priuilegiũ.

h ¶Milites.] An milites possint habere decimas, dicetur inf. q. 7. c. 2.

QVOD

da hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod superest, in causis pijs, ac religiosis erogandũ sit, dicente Domino: [Quod super est, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.] Luc. 11.

5 *Quòd autem dicitur, quòd antiquiores ecclesiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla possessione priuentur; non ita intelligendum est, vt nullo modo credatur licere episcopo aliquam partem possessionum, vel decimationum vnius ecclesiæ alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos episcopatus in unum potest redigere; ita & vnus proprio consentiẽte episcopo in duos potest diuidi, uel etiam metropolitano inuito quælibet ecclesia ab eius iurisdictione Apostolica eximi auctoritate.*

Vnde Gregorius Papa scribit Benenato episcopo, lib. 2. epistola 31.

¶Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica potest auctoritas. C. XLVIII.

Ansl. 6. c. 108. Poly. l. 3. tit. 3n.

ET temporis qualitas, & vicinitas [a] nos locorum inuitat, vt Cumanam, atque Misenatem α vnire [b] debeamus ecclesias: quoniam nec longo itineris spatio à se seiũctæ sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitæ huius expleuit [c]; vtrasque nos ecclesias præsentis auctoritatis pagina vnisse, tibique commisisse cognosce: propriumque vtratumque [d] ecclesiarum scito te esse pontificem. Et ideo te, quæcunque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione, siue promotione, iuxta canonum statuta visa fuerint ordinare, atque disponere; habebis ut proprius reuera sacerdos liberam ex nostræ auctoritatis

QVOD AVTEM. Hæc est quinta pars quæstionis, in qua probat Grat. ꝙ Papa potest episcopatus diuidere & vnire, & quosdam eximere archiepiscopis suis incõsultis Ioan.

CASVS. Dictum est s. in c. ecclesiæ. & cap. quicũque. ꝙ antiquiores ecclesiæ propter nouas ecclesias suo iure priuari non debent: Nunc vero dicit Grat. ꝙ hoc non ita strictè est intelligẽdũ, ꝙ episcopo non liceat vnius ecclesiæ possessionem uel decimas alij tribuere: quia sicut Papa potest duos episcopatus redigere in unum, ita unum in duos diuidere, maximè episcopo consentiente. & quælibet ecclesia ab Apostolico eximi potest, etiam inuito metropolitano. ita supple episcopus potest vnius ecclesiæ possessionem, &c. Sed certè malè argumentatur G. de Apostolico ad episcopum cum Apostolicus habeat plenitudinem potestatẽ, quàm nullus alius habet. & quod auctoritate Papæ duo episcopatus in vnum redigi possint, probatur per duo sequentia capita.

ET temporis.] CASVS. Cumana ciuitas pastore carebat, quæ vicina erat ciuitati Misenatæ: sed quia pauci erãt ibi homines, ideo Papa Benenato episcopo Misenati vtramque ecclesiam gubernandam commisit, ita vt habitaret ubi utilius & commodius habitare prospexerit: dum tamen in illa ecclesia in qua corporaliter non erit, ministeria diuina solenniter peragantur. [Cumani castri.] id est, modicæ vrbis. [Sacerdos,] id est, episcopus.

a ¶Et vicinitas.] Arg. ꝙ propter remotionem uel incommoditatem multa fiunt licitè, quæ alias non licerent, ut infra ead. q. 7. si quis vult. 63. distin. cum longè. 13. q. 2. vbicunque. extra de eccle. ædifi. ad audientiam. supra 7. q. 1. temporis.

b ¶Vnire.] Sicut Papa potest vnire plures episcopatus, sic episcopus plures ecclesias, ut extra de excess. prælato. sicut vnire. Si quæras apud quã istarũ ecclesiarũ resideat dignitas epalis, vel an vtræque retineant dignitatem priorem? Dico ꝙ varijs s modis possunt vniri ecclesiæ: vel hoc modo, vt vna subijciatur alteri: & secũdum hoc dignitas episcopalis erit in vna tantum. Vel hoc modo possunt vniri, vt ex duabus dignitatibus vna fiat dignitas: & secundum hoc non dicentur esse duæ ecclesiæ, sed vna tantum. & secundum hoc illi, qui sunt canonici in vna, erunt canonici in altera. & tam isti quã alij canonici intererũt electioni episcopi, & alijs communibus negocijs. In tali vnione distinguendum credo, quod aut ecclesiæ simul vniuntur, aut vna earum vnitur reliquæ: quæ duo sunt penitus diuersa. Si vna vnitur alteri, secundũ hoc illius naturam, & cõsuetudinem & priuilegium assumit cui vnitur: & peribunt iura illius ecclesiæ quæ vnitur, vt extra de statu mon. recolẽtes. circa fi. Si autem neutra alteri vnitur, sed illæ simul vniuntur, tunc dico quòd consuetudines uel priuilegia quæ meliora sunt & humaniora, retinent illud vnitum. nam cũ malum & bonum associantur, malum recipit naturam boni. 32. q. 1. non est culpandus. & ar. C. de rei vxo. actio. in princip. & C. commu. de leg. l. 2. circa finem. Tertio modo possunt vniri ecclesiæ: puta quòd vtraque remaneat episcopalis. & secundum hoc remanent duo episcopatus, licet idem sit episcopus vtriusque ecclesiæ. secundum hoc si primo suberant istæ ecclesiæ diuersis metropolitanis, propter illam vnionem, neuter metropolitanus perdit ius suum, vt extra de relig. domi. cap. quia: & episcopus iste erit sub duobus metropolitanis. In primo casu erit sub illo cui Papæ placuerit, vel erit sub metropolitano illius ecclesiæ cui unita est altera: illius enim naturam assumpsit. Et sic Imperator quandoque vnit duas dignitates in unam, vt in authen. ut iudi. sine quoquo suffr. § illud. coll. 2.

s Vasijs. gl. c. vni. ea. vt eccl. benef. sine dimi. cõf. Pet. de Perus. in tracta. de vnione.

Ecclesiæ varijs modis vniuntur.

c ¶Expleuit.] Ergo si esset viuus, non vniretur, ut infra ead. multis. & extra de eccle. ædifi. ad audientiam. immo potius eo mortuo non debent vniri, vt extra ne sede uacan. c. 1.

d. ¶Vtrarumque.] In vtraque ergo erit sedes episcopalis, vt 21. q. 1. relatio. Vel fortè vbi ipse elegerit habitare: & alia erit sibi subiecta.

Postquam.] CASUS. Multæ ciuitates, inter quas erat Triumtabernarum ciuitas, intantum erant populis desolatæ, quod proprios prælatos habere non poterant, nec erat spes illas ecclesias reparandi, immo timebatur ne illarum ecclesiarum reliquiæ asportarentur. & ideo Ioanni episcopo Veliternen. ciuitatem commisit, eam suæ ecclesiæ uniendo: & dat sibi liberam potestatem, quatenus, put melius uisum fuerit sibi, uigilanti cura cũcta disponas.

Foelix.] CASUS. In concilio Carthaginensi Fœlix episcopus Selemselitan' dixit, vt in illis plebibus ponantur episcopi, ubi quondam fuerunt: in alijs uero nõ. cuius dictum concilium approbauit.

a ¶Vt diœceses.] Supra dist. 80. episcopi. & c. illud.

b ¶Non habeãt.] Nisi in casu, ut infra ea. præcipimus. 99. dist. nulli.

c ¶Proprium.] Nisi in duobus casibus. supra ead. & temporis. 25. q. 2. ita nos. licet ergo ciuitas per mille annos sine episcopo fuerit, dum tamẽ episcopalia limea possit probari, non obstat præscriptio. infra q. 3. licet.

Multis.] CASUS. Quæsitũ fuit in concilio Africano an plebes,

consensu, atq; permissione licentiam. Vbi vero commodius, atq; utilius esse perspexeris, ibi habitato: ita sanè, vt alteram ecclesiã, cui corporaliter præsens non es, solicita, prouidentiq; cura disponas: quatenus diuina illic mysteria † solenniter auxiliante Domino peragantur. † *al. ministeria*

α ¶Misenatem.] *Sic emendatum est ex vetusto codice B. Gregorij: quamuis in vulgatis sicut etiam apud Gratianum, esset*, Musitanam.

Idem Ioanni episcopo Veliterno, lib. 2. epist. 35. Ioannes diaconus l. 3. c. 15.

¶Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica valet auctoritas. C. XLIX.

POstquam hostilis impietas diuersarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) desolauit ecclesias, ut reparandi eas, spes nulla, populo deficiente, remanserit; maiori valde cura constringimus, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernatæ, per inuia fidei hostis callidi rapiantur (quod absit) insidijs. Huius ergo rei solicitudine sæpè commoti, hoc nostro sedit cordi consiliũ, ut uicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoq; fraternitati tuæ curam, gubernationemq; Triumtabernensium β ecclesiæ prouidimus committendam: quam tuæ ecclesiæ aggregari, vniri que necesse est: quatenus vtrarumque ecclesiarum sacerdos rectè, Christo adiutore, possis existere: quæque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, seu promotione vigilãti, ac canonica visa fuerint cura disponere. Quippe vt pontifex proprius liberam habeas† ex præsenti permissione licentiam. 7. q. 1. temporis qualitas. Ans. l. 5. c. 24. Poly. l. 2. ut 9. † *al. habebis*

β ¶Triumtabernensium] *In vulgatis legebatur*, Treuerensiũ. *Emendatum est ex aliquot vetustis, & originali, & Ioanne diacono. Nam, vt is testatur, hac epistola scripta est Ioãni episcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum Velitris vicinum est.*

Item ex concilio Carthaginensi 2. c. 5. Et in Toletano 12. c. 4.

¶Non habeant episcopum diœceses, quæ nunquam habuerunt. C. L.

FOElix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam si hoc placet, sanctitati vestræ insinuo, vt diœceses a, quæ nunquam episcopos habuerunt† non habeant b; & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium γ c. Secundum autem hanc prosecutionem δ sanctitas uestra æstimet, quid fieri debebeat Ab uniuersis dictum est, Placet. Burc. l. 1. c. 33. † *al. acceperũt*

γ ¶Proprium] *In concilio ipso sequuntur hæc.* Et si accedente tempore, crescẽte fide Dei populus multiplicatus desiderauerit proprium habere rectorem; eius uidelicet voluntate, in cuius potestate est diœcesis constituta, habeat episcopum.

δ ¶Prosecutionem.] *Emendatus est hic locus ex originali impresso, & manuscripto Nã antea legebatur*; Secundum hanc persecutionem sanctitatis vestræ est æstimare.

Item ex Africano concilio, c. 20. Et in Carthaginen. 3. c. 42.

¶Nisi cum voluntate episcopi diœceses, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios episcopos. C. LI.

MVltis concilijs hoc statutum est à cętu sacerdotali, vt plebes, quæ in Burch. ibidem.

bes, q sunt in episcopatu alicuius, possint hre proprios episcopos, quæ scilicet nunquam episcopos habuerũt. & respondet q non, sine voluntate illius episcopi à quo retinentur. Et scias q hæc duo ca. inducuntur ad probandum, q vnus episcopatus potest in duos diuidi,

niarijs eũ iniustè spoliauit, patriarcha uero in causa criminali ipsum iniquè deposuit. Super quo cũ querelam apud Greg. deposuit, honori suo & loco est restitutus, & præcipit Larissæo archiepo, vt de cætero nihil iuris super eo vel eius ecclesia præsumeret vsurpare: sed si qua causa fidei uel criminalis vel pecuniaria inter eos uerteretur, per delegatos domini Papæ, si mediocris est, uel per sedem Apostolicam, si ardua est, decidatur: quod si fecerit, sciat se communione priuatum. Itẽ præcipit ei, vt sine dilatione omnes res sacras, vel aliàs mobiles uel immobiles ei restituat. de quibus si quæstio vertitur inter eos, in regia urbe coram responsali uentiletur. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad §. [Sicut.]

diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores [a] *a*.

a ¶Rectores.] *In concilio Africano, & Carthaginensi sequitur,* id est episcopos: *quod additur etiam in glossa.*

Item Gregorius Ioanni episcopo [b] *Larissæo, lib. 2. indict. 11. epist. 7. seu c. 46.*

¶Apostolica auctoritas à iurisdictione archiepiscopi episcopos valet eximere. C. LII.

Ans. l. 6. c. 125. Poly. l. 1. tit. 7.

FRater noster Hadrianus Thebanæ ciuitatis episcopus ad Romanam urbẽ ueniens lacrymabiliter est conquestus de quibusdam capitulis so à fraternitate tua, necnon à Ioanne [c] primæ Iustinianæ † episcopo non legitimè, neque canonicè condemnatum. *& infra.* ¶De nequissimo autem, damnandoque eius [d] iudicio aliàs sumus, iuuante Domino, tractaturi. Hadrianum vero episcopum reperimus, & tuo contra sacerdotales mores odio laborasse, & nullo iure pecuniarijs in causis eum fraternitatis tuæ condemnatum fuisse sententia. Quia igitur & ab antefato Ioãne primæ Iustinianę episcopo cõtra ius, canonesq; depositus [e], honoris sui gradu carere non potuit; in sua eum reformari ecclesia, atque in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari. Et cum oportuisset te ex eo Dominici corporis communione priuari, quòd admonitione † sanctæ memoriæ decessoris nostri contempta (per quam eũ, ecclesiamque eius de tuæ iurisdictione potestatis exemit) rursus in eis aliquid [f] tibi iurisdictionis seruare præsumpseris; tamen nos humanius decernentes, communionisque tibi sacramentum interim conseruantes, decernimus, vt fraternitas tua ab eo, ecclesiaque eius omnem ante habitæ suæ potestatem iurisdictionis abstineat: & secũdum scripta decessoris nostri [g], si qua causa uel fidei, uel criminis, uel pecuniaria aduersus præfatum Hadrianum consacerdotem nostrum potuerit euenire; vel per eos, qui nostri sunt, vel fuerint in urbe regia respõsales, si mediocris [h]

† al. Iustinianæ vrbis

† al. post admonitionẽ contẽptam

c ¶Necnon à Ioanne.] Sub quo erat Larissæus metropolitanus. de cuius diœcesi fuit Hadrianus, sed fuit exemptus.

d ¶Eius.] s. Ioannis.

e ¶Depositus.] Etiã de facto. sic 24. q. 1. audiuimus.

f ¶Aliquid.] Arg. ex eo q quia eximitur, vt exemptus vniuersaliter etiam cum suis ecclesijs. in auth. ut eccl. Ro. cen. an. gau. præscrip. in prin. coll. 2. quia beneficia principum largè sunt interpretanda, ut ff. de consti. princ. beneficium. extra de dona. cum dilectus. 12. q. 2. qui manumittitur. & 24. q. 1. rogamus. & in authen. ut li. de cęt. §. si quis. coll 6. ĩ. ea. q. 2. ulti. argu. contra. extra de relig. do. constitutus. in fi. extra de do. pastoralis. extra de priuil. ex nre. in fi & c. cum capella, ff. de fun. instru. l. quæsitum §. ult. Ioan. Quid iuris sit de hoc, in quæstionibus not. diligenter. B.

Exemptio simpliciter an eximat uniuersaliter.

di, epo cõsentiente: aliter non licet, quod non est uerum quantum ad Papam: sed potest dici, q quædam concilia impetrauerant priuilegiũ à Papa diuidendi vnũ epatum in duos, de consensu tamẽ epi cuius erat epatus.

Epo inuito non possit in sua diœcesi nouus epatus fieri. ĩ De hoc. ĩ. c. pa. in gl. mg. & ĩ. 99. dist. ca. 2. in glo. fi.

a ¶Rectores.] Id est, episcopos. Videtur ergo q Papa nõ possit inuito episcopo nouum facere ĩ. episcopatũ in diœcesi sua, ut ĩ. ea. & temporis. Hn. dicit hunc esse tenorem huius cap. q nullus sacerdos potest institui si ne uoluntate diœcesani episcopi.

b ¶Ioanni episcopo.] Supple & Ioãni patriarchæ: qa archiepiscopo Larissæo scribit pro Hadriano.

FRater noster.] CASVS. Antecessor Greg. exemerat Hadrianum episcopum Thebanæ ciuitatis à iurisdictione Larissæi archiepi, & Ioãnis patriarchæ primæ Iustinianæ post quã exemptionẽ pfati archiepiscopus & patriarcha eum grauiter & iniustè in quibusdã causis condemnauerũt. Nã archiepiscopus in causis pecu

g ¶Nostri.] Vĩ q per legatum uel etiam delegatum q. lio fidei sit tractanda: cum tantum ad Petrum sit referenda quõ fidei, 24. q. 1. quoties. Sed dic q mediocres cãs possunt episcopi tractare, ut extra de hære. ad abolendã. sed magnas nõ, ut extra de hære. cum Christus.

Causas mediocres tractant epi.

h ¶Si mediocris.] Videtur ergo q delegatus criminales causas possit audire, ut 2. q. 6. decretn. C. de offi. procon. l. 1. Arg. ĩ. ff. de offi. procon. solẽt. extra de offi. leg. quod translationem. Sed dic quòd mediocres causas appellat, cum tale est crimen quod non inducit depositionẽ: in quo põt interuenire procurator ut ff. an per alium causæ appel. re. poss. l. 1. & ubi nõ est noua inscriptione, ut ff. de accus. leuia. Vel dic q cognoscere potest legatus de crimine episcopi: sed non deponere.

Delegatus vtrũ criminales cãs audire possit. Mediocres causæ quæ sunt.

Vel

vel dic quod potest pronunciare aliquem deponendum: sed eum condemnare non potest. sic 2. q. 6. biduum. versi. si quem in insulam.

a ¶Vel huc.] Hic arg. delegatum non posse omnia quae deleg ās: quod verum est, nisi ei specialiter aliquid fuerit permissum, vt 25. q. 1. in Galliarum.

nei, vt extra qui mat. accusa. poss. videtur. In fi. & extra de testi veniens. in fi. C. de repud. consensu s.

g ¶Discernant.] Vel per arbitrium, vel per amicabilē compositionē: superioris tñ auctoritas est necessaria. extra de transa. de caetero. & c. statuimus. & extra de arbi. — s Hoc no. 3. q. 5. in summa. & ca. 5. & 14. q. 2. sup. per prudentia.

est quaestio, cognoscatur: vel huc [a] ad Apostolicam sedē, si ardua est, deducatur: quatenus nostrae audientiae sententia decidatur. Quòd si contra haec, quae statuimus, quolibet tempore, seu qualibet occasione, vel surreptione venire tentaueris; sacra scias te communione priuatum: nec eā te, excepto vltimo vitae tuae tempore, nisi cōcessa Romani Pontificis decernimus iussione percipere [α]. *& paulo post.* — Iuo p. 4. c. 205.

¶Res autem siue sacras, siue aliàs mobiles, immobilesque eius ecclesiae, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam praesentibus annectimus litteris) sine aliqua ei dilatione fraternitas tua restituat. De quibus si qua inter uos quaestio uertitur; volumus, ut apud respōsalem nostrum in vrbe regia ventiletur.

α ¶Percipere] *Hic in epistola interijcitur, c. hac † consona. infra 25. q. 1.* — †al. hac

Si autem necdum in dioecesi alicuius episcopi illa loca assignata fuerint ex vigore Apostolicae sedis proprium episcopum accipiant.

Vnde Gregorius iunior scribit Bonifacio episcopo, epi. vl.

¶Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi episcopi sunt ordinandi. C. LIII.

PRaecipimus [b], vt iuxta sacrorum canonum statuta, ubi multitudo excreuit fidelium, ex vigore Apostolicae sedis debeas [c] ordinare episcopos: pia tamen contemplatione, ut non uilescat dignitas episcopatus.

Sicut duo episcopatus suprascripto modo in vnum possūt redigi, & vnus in duos valet diuidi; sic etiam episcopus de baptismalibus, & parochianis ecclesijs facere potest cum consensu suorum clericorum. Quod cū factum fuerit; illa pars populi, quae nouis ecclesijs supponitur, à iure prioris ecclesiae absoluitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo ecclesiarū ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales ecclesias in vna terminatione facere non potest.

Vnde in Toletano concilio legitur.

¶In una terminatione plures baptismales ecclesiae esse non possunt. C. LIIII.

PLures baptismales ecclesiae in vna [d] terminatione esse non possunt [e]: sed vna tantummodo cum suis † capellis. Et si contentio fuerit de terminatione duarum matricum; plebes vtrarumque [f] discernant [g]: & si non conuenerint, lis Dei iudicio [h] discernatur. — Burc. l. 3. c. 22. Iuo p. 3. c. 27. †al. subditis

b ¶Praecipimus.] Arg. quod sine auctoritate Papae episcopatus non fiunt. & argu. 7. q. 1. mutationes.

c ¶Debeas.] Vt tamen habeatur consensus episcopi, si regio illa esset intra dioecesim alicuius episcopi: quia quidquid excrescit, spectat ad episcopum, vt extra de deci. quoniam Ioan.

SICVT DVO EPISCOPATVS. CASVS. Supra dictum est in capit. & temporis qualitas. & capitu. postquam. & cap. Foelix. quod duo episcopatus in vnum redigi possunt: & vnus in duos potest diuidi. Nunc dicit Gratia. quod episcopus potest similiter vnam ecclesiam sibi subiectā in duas diuidere, & econuerso cū consensu suorū clericorum: & facta diuisione, noua ecclesia soluta erit à iure prioris ecclesiae: & nisi hoc fieret: multitudo ecclesiarū ad paucitatem reduceretur: plures tamen baptismales ecclesias in vna terminatione facere non potest episcopus.

PLures.] CASVS. Statutum est in concilio Toletano, vt intra vnam terminationem non sint plures ecclesiae baptismales, & si cōtentio fuerit de terminatione duarum matricum ecclesiarum, populi vtriusque amicabiliter componant, sin autem, lis Dei iudicio discernatur.

d ¶In vna.] Et intra eosdem limites.

e ¶Non possunt.] Ita quòd habeāt eosdem limites, ex quo enim sunt baptismales, debent habere limites distinctos, vt 13. q. 1. c. 1. vnus enim tantum debet esse princeps. 7. q. 1. in apibus.

f ¶Plebes vtrarumque.] Arg. quod qui rem melius nouerunt, siue sint domestici, siue extranei, potius debēt esse testes quàm alij, licet sint domestici uel consanguinei, vt extra qui mat. accusa. poss. videtur. In fi. & extra de testi veniens. in fi. C. de repud. consensu s.

bi. per Ioan. aliàs laicus non posset esse iudex in spiritualibus, ut extra de iud. decernimus. & c. seq. & in cōstit Inno. contingit. quae est de arbit. Et est hic argu. quod spiritualis cā laico potest committi 32. dist. § verum. — z Scilicet hominibus, & hoc tenet. Hug.

h ¶Iudicio.] Id est, iuramento. vel etiā sortibus z. quibus Dei voluntas ostenditur 26. q. 2. § 1. & c. sors. Vel

Dei

Dei iudicio, id est, ecclesiastico. 3 q. 5. qa suspecti. ver. veniat. 12. q. 1. futuram.

IVS ERGO. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probare intendit q̃ omnes ecclesiæ cum rebus suis sint in episcopi ptãte, nec decimæ sine eius licẽtia alibi

modi officia sunt commissa, decimas dare uoluerit pœna pecuniaria & excõmunicatione puniatur. [Oblationes,] In testamento relictas. Vel potest dici, q̃ oblationes debitæ sunt, & homines ad hoc compelluntur, ut infr. ea. q. in canonibus.

¶Caput hoc in nullo Toletano est inuentum. Burchardus & Iuo citant ex concilio Aquisgranensi.

6 Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, vt nisi episcopo disponente alijs ecclesijs fuerit assignatum, in nullo rum redituum diminutionem patiantur.

Capi. l. 6. c. 285. & l. 7. c. 7.

Vnde Anastasius Papa.

¶Communione priuetur, qui decimas, uel oblationes extra episcopi conscientiam tenere voluerit. C. LV.

Ansl. l. 5. ca. 45.

STatuimus, ut si quis oblationes [a] ecclesiæ, uel decimas, quas populus dare debet, tenere contenderit, uel extra baptismalem [b] ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam episcopi, uel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eorum uoluerit agere consilio; bannum [c] nostrum componat, & communione priuetur.

Cum addit: [Extra conscientiam episcopi,] intelligendũ relinquit, quòd episcopo consentiente alijs ecclesijs dari possunt. Item.

In conc. Ticinensi. c. 11.

¶Iuxta dispositionem episcopi decimæ distribuantur. C. LVI.

Ansl. l. 5. c. 46.

IN sacris canonibus præfixum est, ut decimæ iuxta episcopi dispositionem distribuantur. Quidam autem laici, qui uel in proprijs, uel in beneficijs [d] suas habent basilicas, contempta episcopi dispositione, nõ ad ecclesias, ubi baptismum, & prædicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed uel proprijs basilicis, uel alijs ecclesijs α pro suo libitu tribuunt: quod omnimodis diuinæ legi, & sacris canonibus constat esse contrarium. Vnde vestram β potestatẽ, vt eos corrigatis, expetimus.

α ¶Alijs ecclesijs] *In concilio Ticinensi, vnde hoc capitulum videtur acceptum, legitur,* suis clericis: *Apud Anselmum vero,* suis ecclesijs.

β ¶Vnde vestram.] *Verba hæc referuntur ad Imperatorem Ludouicum II. qui illi synodo inter fuit. Quare in ea sequitur,* sacra docet, &c.

Cum autem reprehenduntur, quia cõtempta episcopi dispositione decimas ecclesiis baptismalibus subtrahunt … (continues on next page)

a ¶Oblationes.] Arg. q̃ excõicari possunt laici, qui non dãt sacerdotibus oblatiões (scilicet debitas) vt j. de consecra. distin. 1. omnia Christianus. quod Hu. intelligit etiam de gratuitis oblationibus, si clericus non habet unde sustẽtetur. arg. extra de simo. cum sit. arg. contra 91. dis. clericus. 12. q. 2. charitatem.

b ¶Baptismalem.] decimæ ergo soluendæ sunt baptismalib. ecclesijs. arg. sup. ead. de decimis. & infr. ea. in sacris quod uerum est de prędialibus, sed personales debentur parochialibus ecclesijs, ut su. ea. q. & dixi sup. ead. quicumque. Item patet, q̃ episcopus potest auferre decimas uni ecclesiæ, & dare alteri, ut dixi su. ea. ecclesiæ.

c ¶Bannum] 60. solidorum, ut in Lombarda continetur. & sic semper intelligitur ubi non determinatur. & est hic. arg. pœnã pecuniariam ab ecclesia posse infligi. 58. dist. quoniã. extra de rap. in archiepiscopatu. ar. 23. q. 5. quid ergo. argu. contra extra de pœ. licet t. Item argu. quod iudex potest aliquem contumacem excommunicare, & aliter punire, quod non est uerum, ut extra ut lis. non contest. quoniam. in fin.

CVM ADDIT, CASVS. Dictum est sup. quod præter conscientiam episcopi decimæ alijs dari non debent. Nunc uero à sensu contrario (vt dicit Grat.) datur intelligi, quòd episcopo consentiente alijs dari possunt.

Decimæ cui ecclesię sunt soluendę.

Ecclesia põt pœnam pecuniariã infligere.

t Vbi d̃ hoc & 18. dist. quoniã. in fi. & 23. q. 5. si vos & 94. dist. c. vlt.

bi possint dari, & quòd episcopus debet illas dispensare secundum Deum, prout sibi videbitur melius expedire. Io. de Fant.

CASVS. In c. sup. quicumque. dictum est, ut antiquiores ecclesiæ ius suum non perdant propter nouas, qđ est (sicut Grat. hic interpretatur, nisi auctoritate episcopi alijs ecclesijs fuerit assignatum: & ad hoc inducit se c. Et hoc intelligit Hu. de ecclesijs, quæ tantum ad episcopum spectant. de alijs non potest sine consensu clericorum.

STatuimus.] CASVS. Statuitur in hoc c. q̃ si qs sua auctoritate decimas uel oblationes, quas debet populus dare, contenderit retinere, ut eas baptismalem ecclesiam pręter conscientiam epi, uel eius cui huiusmodi officia sunt commissa, decimas dare uoluerit pœna pecuniaria & excõmunicatione puniatur.

IN sacris.] CASVS. Conquesti sunt quidã archipsbyteri de quibusdã laicis, qui decimas ecclesijs baptismalibus subtrahentes episcopi dispositione contẽpta dabant eas illis ecclesijs, quas ædificauerant in proprijs prædijs uel in feudis, uel alijs ecclesijs. & ideo ꝓhibet Anastasius ne hoc de cętero fiat.

d ¶In beneficijs.] Id est, feudo. Et est arg. ius patronatus cũ feudo transire, nisi fuerit exceptum: ut extra de iure patro. ex litteris. arg. contra. j. ead. q. 7. nemini a.

CVM AVTEM. CASVS Dictũ est su. in proxi. c. q̃ reprehenduntur, qui contempta episcopi dispositione deci-

a Et illud verũ est singulariter. sed cũ vniuersitate l. ne. ff. de ĩ. emp. ĩ modicis secundum. Lau.

decimas alijs ecclesijs tribuunt. Nunc vero à sensu cõtrario colligit Gra quòd si eo disponente hoc facisit, irreprehensibiles inueniuntur.

IN canonibus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. in prima parte anathematizantur quicumq; oblationes alterius ecclesiæ, quas uel accipere, uel alteri dare volunt, præter conscientiã episcopi, uel alterius ad quẽ huiusmodi spectãt officia: cum iniquum sit ab aliquibus usurpari quod relictum est ꝑ remedio animarum, & maxime à Christianis & principibus, à quibus res ecclesiasticas conuenit custodiri. In secunda parte dicitur, quòd quicumque res ecclesiæ sua auctoritate uel auctoritate principis inuaserit: nisi commonitus resipiscat, debet excommunicari. In tertia parte ostendit hominem inobedientem excommunicandum. & hoc probat auctoritate Domini. Secunda pars incipit ibi. [Generaliter.] Tertia ibi. [Similiter & illi.] Et nota quòd in principio sunt verba Symmachi. ibi, [Si quis oblationes: [Sũt verba concilij. & caute considera, quę sunt verba concilij legendo. & loquitur illud cap. de immunitate rerum ecclesię: sequens uero c. de immunitate rerum clericorum.

si dominus. & infra ea. q. 7. decimas. 25. q. 1. omne qđ. 36. q. 2. nullus. arg. contra 63. dist. Salonitanæ. 14. q. 5. dixit.

e ¶Nisi cito.] Primo tamẽ videtur citandus princeps cuius auctoritate res ecclesiastica tenetur, ut 12. q. 2. de reb. sed illud ob scandalũ principis. sed non est ita.

Ecclesię res cõfiscari nõ possunt.

spositione hoc faciunt; intelligitur, quòd si episcopo disponente hoc fecerint, irreprehensibiles inueniantur.

Item Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit in synodo sexta Romana.

&I Aquisgran. sub Pipino. ca. 26.

¶Anathema sit, qui præter episcopi conscientiam decimas, & oblationes dispensare voluerit. C. LVII.

IN canonibus in Gangrensi ecclesia Apostolica auctoritate conditis de fructuum oblationibus, quæ ministris ecclesię debentur, & de his, quæ in vsus pauperum conferuntur, scriptum habetur: Si quis oblationes a ecclesiæ accipere uel dare voluerit præter episcopi conscientiam, vel eius, cui huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio; anathema sit.] Et iterum in eodem concilio Gangrensi: [Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit præter episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus; & qui dat, & qui accipit, anathema sit.] Valde iniquum † ergo, & ingens sacrilegium est, ut quæcumque uel pro remedio peccatorum, vel salute, uel requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit; ab his, à quibus hæc maxime [a] seruari conuenit, id est Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus [b], & primis regionum, in aliud transferri, vel conuerti *& infra*. ¶Generaliter uero, quicumque res ecclesiæ confiscare [c], aut competere, aut peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit; nisi se β citissime per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit; perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, qui res ecclesiæ, iussu, vel largitione principium, vel quorundam potentum [d], aut quadam inuasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filijs, uel hæredibus suis (ut à quibusdam iam factum audiuimus) quasi hereditarias reliquerint; nisi cito [e] res Dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint; perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, ut custodes potius chartarum [f], quàm defensores rerum creditarum (ut præceptũ est) iudicemur. *& infra*. ¶Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt.] Similiter & illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: [Auferte malum ex vobis.] Vniuersa synodus surgens acclamauit. Vt ita fiat, rogamus, Dictum est octies. Ita feruentur precamur, Dictum est decies. Vt in perpetum maneant, & vestra auctoritate firmentur, Dictum est duodecies. Exaudi Christe, Symmacho Papæ uita, Dictum est duodecies.

Deusdedit p 4. Ans l. 5. c. 44.

C. 7. Gangren. Capitu. l. 7. c. 7.

In Gan. c. 8. Burc. l. 3. c. 144. & 145. Iuo p. 3. c. 209. & 210. 12. q. 2. indigne

† Hoc & habes sup. 96. dist. c. 1.

Iuo p. 3. c. 148.

Deuter. 13. *et* 1. *Cor.* 5.

a ¶Maxime.] Quẽ qs tenetur defendere cõtra alios, multo fortius cõtra se. ff. si ser. vend. altius. 89 distin. nulli fas. 7. e. nulli episcoporũ. extra de nat. ex. lib. ven. c. vnico.

b ¶A principibus.] quibus Christus ecclesiam commisit. 23. q. 5. principes.

c ¶Confiscare.] Secũdum leges ueteres bona damnatorũ cõfiscabantur. hodie secus, ut C. de bo. dam. aucto. bona. Res autem ecclesię non possunt confiscari, ut su. ead. placet, argu. contra extra de præscrip. si diligenti.

d ¶Potẽtum.] Nota auctoritatem maioris in illicitis nõ excusare. 12. q. 2 quicumque. & c. de rebus. 11. q. 1.

f ¶Chartarum.] Id est, librorũ: quia episcopus nõ debet semper libris insistere, ut 86. dist. fratrem.

Si-

SImiliter.] CASVS In hoc c. dicitur, ꝙ res episcoporũ patrimoniales esse ecclesiæ non dubitantur: & ideo simili debent priuilegio gaudere: vnde si quis eas inuaserit, nisi admonitus resipiscat, sicut propter res ecclesiæ, ita propter res episcoporum excommunicari debet. & nota, quòd dicitur de rebus episcoporum, est intelligendum de rebus omnium clericorum.

a ¶Ecclesiæ.] Quia episcopus est in ipsa ecclesia, vt 7. q. 1. scire. Ex hoc c. cõsueuit dici, quòd res clericorum eodem gaudent priuilegio quo res ecclesiæ. 12. q. 2. ecclesiarum. & 87. dist. cos. vnde videtur ꝙ æquè committatur sacrilegium in rebus clericorum, sicut in rebus ecclesiæ. Vel dic ꝙ sunt res ecclesiæ quo ad defensionem: quia ecclesia debet eas defendere sicut suas. 12. q. 2. de laicis & 87. dist. eos. Vel dicũtur ecclesiæ quo ad hoc: quia si damnificat ecclesiam epũs, ecclesia habet recursum ad res suas, vt 12. q. 4. quicumq;. vnde dico ꝙ omnes res clerici sunt obligatæ suæ ecclesiæ: sicut res mariti vxori, vt extra de pig. ex litteris. & C. q. pot. in pig. l. vlt. sicut. & res tutoris pupillo. vnde q minor ex xxv. annis. non debet esse p̃latus, cum res ipsius non possint obligari ecclesiæ, vt C. de leg. tut. l. vlt. Nec obstant contraria hic signata supra 11. quæst. 3. episcopus. & quæst. 2. sint manifestæ. vbi dicitur, quod aliæ sunt res ecclesiæ; aliæ episcopi: & hoc fateor: sed dicuntur esse ecclesiæ quoad ea quæ dixi 12. quæst. 5. si episcopus. — Ecclesiæ & clericorum bona eodẽ potiunt priuilegio. — Hoc intellige, vt cũ d vt. & hone. cle. c. si. Arc. — Minor xxv. annis cur nõ debeat esse prælatus.

b ¶Simili.] Quam premisimus circa res ecclesiasticas.

α ¶Oblationes ecclesiæ.] *In concilio ipso Gangrensi legitur:* si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere, &c.

β ¶Nisi se] *Hæc vsque ad Vers.* Similiter *sunt addita ex Symmachi synodo.*

γ ¶Ista sequentur.] *Item hæc vsque ad Vers.* Exaudi.

Idem in eadem synodo.

¶Eadem plectuntur pœna, qui ecclesiæ res, & bona episcoporum inuadunt. C. LVIII.

Iuo p. 3. c. 141. SImiliter & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam vestra cunctorum exhortatione, & iudicio censemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri; quia episcoporum res ecclesiæ [a] nõ dubitantur esse; si in eorum facultatibus simili [b] fuerit crudelitate grassatum; peruasores rerũ memoratarum, prædictæ canonum districtionis feriãtur vindicta: vt qui moribus proprijs, ac nulla conscientiæ castigatione corrigũtur; saltem ecclesiasticæ, & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis.

Item ex libro primo capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum, c. 83.

¶Res ecclesiæ, principum auctoritate distribui non possunt. C. LIX.

Deusdedit p. 3. Ans. l. 4. c. 43. QVia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; cuique non solum habita conseruare; verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Vt † autem ab ecclesiasticis α de diuidendis β [c] rebus ecclesiæ suspicionem dudum cõceptam amoueremus; statuimus, vt neque nostris, neque filiorum [d], & Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram, vel progenitorum nostrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, vllam penitus diuisionem, aut iacturam patiatur.

† al. tamen vt

α ¶Ecclesiasticis.] *Sequebatur,* officijs, *quæ vox neque in vetustis, neque in ipso capitulari est, Refertur enim ad homines, non ad officia.*

a ¶De epiſcopo.] Scilicet qui ędificat eccleſias in alienis diœceſibus, & in proprijs prędijs. Et quia continuatur hęc materia cum pręcedenti. Ideo tractatur hic quęſtio quinta. Sed quare nō ita fecit magiſter in themate quia fortè non ita competenter poſſet poni thema. Nota ergo quod ſi epiſcopus fundat eccleſiam in ſuo proprio ſolo, id eſt, in patrimoniali loco, & in alterius diœceſi: non habet ibi poteſtatem nec quo ad temporalia, nec quo ad ſpiritualia. Si vero in ſolo eccleſię cui pręeſt, & in alterius diœceſi, habet poteſtatem ibi quoad temporalia, non autem quoad ſpiritualia, ſicut & monachi: licet quidam hoc negent, dicentes epiſcopum uel clericos non habere niſi ius patronatus in eccleſia, quam fundant in prędio proprię eccleſię, & in aliena diœceſi. Si ergo legatur hoc capitu. de eccleſia fundata in proprio prędio: uerbum illud circa finem, ſcilicet, omnia gubernatio: intelligitur quoad temporalia & ſpiritualia. Si vero de eccleſia fundata in fundo eccleſię, & in alio epiſcopatu: dic, omnia gubernatio quoad ſpiritualia tantum. nam qua ratione concederetur hoc monachis in prędijs monaſterij, ea ratione & epiſcopis & clericis in prędijs eccleſiæ ſuæ: hoc modo intelligitur extra de iure patro. ſignificaſti.

Ep̄s quod iuris hēt in eccleſia, q̄ fundauit.

b ¶Territorio.] Id eſt, diœceſi. Quandoque accipitur pro ipſa terra & poſſeſſione & proprietate, vt ſ. proxi. §. 1. ſ. q. 3. licet. Quid autem ſit territorium, habes ff. de verb. ſignifi. pupillus. §. territorium. Territorium enim eſt uniuerſitas agrorum intra fines cui uſque ciuitatis, ut ibi dicitur. — Territorij quid ſit.

QVAESTIO V.

¶Videtur contra ordinis rationem, vt inter ſecundam & tertiam quæſtionem quinta ſit poſita. Et in omnibus antiquis exemplaribus, exceptis duobus peruetuſtis, in ſecunda quæſtione ſunt omnes hi canones, quibus conſtat quinta quæſtio: deinceps ſequitur tertia, & quarta cum ſuis capitulis, vt in vulgatis codicibus: tum verba Gratiani, quæ in vulgatis habentur initio ſextæ quæſtionis, &c. conſuetudo faciunt quintam quæſtionem: reliqua vero ſextam. Verum hanc, quæ nunc tractatur, eſſe quintam quæſtionem ex propoſitione initio cauſæ facta perſpicuum eſt. Et potuit Gratianus ideo ordinem nunc mutare, quia argumentum quintæ quæſtionis valde coniunctum eſt ijs, quæ in fine ſecūdæ allata erant. Quam ob cauſam, ac præterea ob auctoritatem illorum duorum codicum, & receptū vſum citandi hos canones ſub quinta quæſtione, viſum eſt nihil eſſe mutandum.

TAles, etſi ius territorij habeant; tamen poteſtatem gubernandi populum, & ſpiritualia miniſtrandi non habent. Quod etiam de epiſcopo [a] intelligendum eſt.

Vnde Nicolaus Papa ait.

¶Anſelmus citat ex Arauſico, in cuius 10. capite ferè idem legitur.

¶Epiſcopus, qui in alterius diœceſi eccleſiam ędificat, eius conſecrationem ſibi vendicare non ualet.

C. I.

SI quis epiſcoporum in alienę ciuitatis territorio ꝓ qua cunq; ſuorum opportunitate eccleſiam ędificare [a] diſponit, non pręſumat dedicationem facere: quę illius eſt, in cuius territorio [b] eccleſia aſſurgit. Aedificatori uero epiſcopo hęc gratia reſeruetur; ut quos deſiderat [c] clericos [d] in re ſua ordinari; ipſos ordinet [e] is, cuius territoriū eſt; uel ſi ordinati iam ſunt, ipſos habere acquieſcat: & omnis eccleſię ipſius gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio eccleſia ſurrexit, pertinebit. — Anſ. l. 5. c. 9.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34.

SI quis epiſcoporum.] CASVS. Epiſcopus Bonon. villam habebat in diœceſi Mut. in qua eccleſiam uolebat ędificare. quęrebatur vtrum dedicatio illius eccleſię, & alia iura ad ipſum debeant ſpectare? & reſpondet ꝙ non; ſed hoc de gratia ſibi tanquam patrono reſeruatur, ut poſſit ibidem clericos undecunque uoluerit repręſentare. Inueſtitura autē & dedicatio, & omnia iura ſpiritualia ad ep̄m pertinebunt, in cuius diœceſi eſt eccleſia illa.

[Territor.] i. diœceſis epiſcopalis, uel iuriſdictio: & ita ſumas ſemper in hoc c.

c ¶Deſiderat.] Et dicit Hug. ꝙ priuilegium eſt epiſcopi, vt vndecunque uelit poſſit clericum pręſentare, contra illud 71. diſtinct. hortamur. Hic tamen non dicitur hoc.

d ¶Clericos.] Argu. ꝙ plures poteſt pręſentare patronus ad vnam eccleſiam. argu. 73 diſt. c. de principali. — Patronus plures pōt a se pōt ad vnam eccleſiam.

e ¶Ordinet.] Id eſt, inſtituat. Si autem ſunt ordinati, quid iuris ſit, ſequitur in littera.

e ¶Ordinet.] Etiam ſine examinatione: quia ſufficit teſtimonium epiſcopi pręſentantis 7. q. 1 ep̄s de loco. ſic & in monacho abbatis. ſ. ead. q. 1. monachi. ſi tamē ſit de ſuo epiſcopatu cui teſtimonium fert. loan.

Poſſeſſio.]

POssessio.]CASVS. Statuitur in hoc c. per concilium Toletan. quod si quis episcopus habeat villam in episcopatu alterius, in qua ecclesiã de nouo ædificauerit, licet populus illius loci illuc ad officium vadat, propter hoc nec populum nec ecclesiam quo ad spiritualia date nec ulterius quid tale fieri permittat.

d ¶Lator præsentium.]Infra de consec. distin. 1. præcepta, su pra. 7. q. 1. episcopus in diœcesi.

e ¶Dedicare. Sed nunquid fecit locum religiosum dicando ecclesiam sine consensu proprij episcopi? Videtur quod non ar. insti. de re. diu. §. sacræ. de consecr. dist. 1. nemo. Credo tamen contrarium, ut 7. q. 1. episcopus in diœcesi.

f ¶Emendare.]Non dicit qualiter. Sed nunquid destrui faciet ecclesiam? Non: arg. 17. q. 4. quesiti. 14. q. 6. cōperimus. 7. q. 2. epa in diœcesi. arg. contra extra de no. ope. nun. cum ex iniuncto. Dico quod si denunciatio præcessit, destrui dēt illud quod factū est: aliter non ut in c. præ dicto 1.

¶Basilicæ nouiter conditæ ad episcopum pertinent, cuius conuentus esse constiterit. C. II.

7. ead. q. 3. sicut diœcesim. Burc. l. 3. c. 147. Ivo p. 3. c. 212.

POssessio [a] territorij conuentum [b] non adimit: ideoq; basilicæ, quæ nouæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio pertinebunt [c] episcopum, cuius conuentus esse constiterit.

¶*Canon 34. concilij quarti Toletani sic habet.* Sicut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit: ita territorij conuentum non adimit, &c.

Item Gregorius lib. 11 epist. 19. ad Ioannē subdiaconum.

¶Aedificatori episcopo in diœcesi alterius ecclesiam consecrare non licet. C. III.

Ans. 5. 5. c. 27. Poly l. 1. tit. 3.

LAtor præsentium [d] Ioannes frater, & coepiscopus noster [a] indicauit nobis, quòd quidam. Exuperātius episcopus ausu temerario in diœcesi ipsius oratorium cōstruxerit; idq; sine præcepti auctoritate cōtra morem præsumpserit dedicare [e]: Missasq; illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celeritate †, ac districtione conuenit emendare [f]: nec vlterius tale aliquid attentare permittas.

† *celebritate*] orig.

a ¶Noster.]*Hoc loco in epistola ipsa interijciuntur multa.*

Quod de iure [g] ordinandi, non possidendi intelligendum est. His auctoritatibus facile perpendi potest, quòd siue abbates, siue episcopi in suis castellis, uel villis ecclesias ædificauerint; non ideo episcopo, in cuius diœcesi fuerint, conuentus adimitur: & ideo sacerdotes iuxta illud Vrbani, & Nicolai in eis non nisi per episcopos, cum consensu tamen & electione ædificantium ordinari possunt.

QVOD DE IVRE. CASVS. Dictum est supra in trib. proximis c. quod ecclesia ędificata sub esse debet episcopo, in cuius diœcesi est ędificata. Nunc vero dicit Grat. hoc esse intelligendū quo ad spiritualia tantū: & ideo siue abbas, siue episcopus in suo castello vel villa ecclesiam ędificauerit, non poterit eam subtrahere epo, in cuius diœcesi est. Vnde sacerdotes iuxta Vrbanum & Nicolaum, non poterunt ibi ordinari & inuestiri, nisi per episcopum cuius est diœcesis, cum cōsensu tamen ędificatoris.

1 Sub. sed erit trāseundū ad inter dictū quod ut, ut ff. de no. oper. nun. l. 1. § 1. ioan. de Faut.

g ¶Quod de iure.] Respicit. c. possessio.

QVAESTIO VI.

Q Vod autem præscriptione [h] temporis

Q Vod aūt.] Hęc qō. diuidit [1] 2. partes. in prima quarum probat per quatuor auctoritates, quod præscriptio tricennalis currit aduersus ecclesias, quod hodie correctum est infra ea. quas actiones. Secunda ibi, [Ecce his.] Tertia ibi, [Potest etiam aliter.] Quarta ibi, [Item si de rebus.] Quinta ibi, Item ea q. Sexta ibi, [Prima actione.] Septima ibi, [Tollunt.] Octaua ibi, [Præscriptionum.] Nona ibi, De pscriptionib. Decima ibi, [Sed sola. Io d Fa.

ea ędificator eps sibi poterit uendicare: quia proprietas territorij non adimit populum à iurisdictione episcopi, in cuius diœcesi est ecclesia. Hunc tamen casum Hugo sic breuiter ponit. Episcopus Bonon. ędificauit ecclesiam in episcopatu Mutinen. populus illius loci illuc ad officium uadit. episcopus Bonon. uult sibi uendicare populum illum dicitur, quod non potest.

a ¶Possessio.] Id est, prędij proprietas. arg. ff. de uerb. sign. interdum.

b ¶Conuentum.]Id est, populum, vel iurisdictionem: ita populus facit conuentum.

c ¶Pertinebunt.]Infra ea. q 7 omnes.

LAtor præsentium.] CASVS. Exuperantius episcopus temere cōstruxit oratorium in episcopatu Io. episcopi: & ipsum cum Missę celebratione dedicauit: super quo cum Ioannes episcopus conquereretur, pręcipit Gregorius cuidam ut faciat illum plenius emē-

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quęritur, an omnia iura ecclesiastica temporis præscriptione tollantur? Et respondetur quod sic quadragenaria, ut infra eadem, quas actiones, nisi in his, quę sunt in limite, uel limiti cohęrent, inter memoratos antiquitus tamen currebat præscriptio tricennalis, ut infra ead. c. 1 2 3 & 4. quę capitula sunt abrogata.

h ¶Quod autem præscriptione.] Hic describitur sexta q. an oīa iura præscriptione tollantur. Ad euidentiam ergo dicendorum, uidendum est primo de usucapionibus

omnia iura [a] *tollantur, probatur auctoritate Chalcedonenſis cōcilij, & Gelaſij Papæ, et Toletani concily. Prima eſt hac.*

¶Ruſticanæ parochiæ apud epiſcopos, qui eas poſſident, triginta annis ſine violentia permaneant immobiles. C. I.

In Chal.c.17.& in ſexta ſyn. ca. 55. Poly.l.3. tit.12. Ans.l.5 c.26 But.l.3. c.148. Iuo p.3 c.106. Pann.l 2.c.64.

PEr ſingulas eccleſias α parochias ruſticanas, ſiue in poſ ſeſſionibus β, manere immobiles apud eos, qui eas retinent, epiſcopos decernimus, & maximè [b] ſi ſine uiolētia eas iam per triginta [c] annos tenentes gubernauerunt. Si uero intra triginta annos facta fuerit, aut fiat de his dubitatio † [d]; liceat eis, qui ſe dixerunt læſos propter eas, mouere apud ſynodum prouinciæ certamen.

†al. altercatio

¶Caput hoc eſt ex priſca verſione, quæ in collectione Iſidori: atque ex ea cum duobus Vaticanis eiuſdem collectionis codicibus collata eſt emendatum.

α ¶Eccleſias] *Apud Balſamonem in codicibus manuſcriptis legitur,* καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, *id eſt,* in vnaquaq; prouincia. *ſed in Græco canone vulgato.* καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν.

β ¶Siue in poſſeſſionibus.] *Græcè eſt.* ἀγροικικὰς παροικίας. ἢ τὰς ἐγχωρίους, *id eſt,* parochias, quæ in ruribus, aut quæ in vicis, & pagis ſunt.

Item Gelaſius epiſt. 2. ad Siculos, c. 1.

pionibus, poſt de præſcriptione. Videndum ergo quid ſit uſucapio, & qd in ea exigatur, & quæ res poſſit vſucapi. Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuam poſſeſſionem temporis lege diffiniti. arg. ff. de vſuca. l. 3. Exiguntur autem in ea quinque, bona fides ab vtraque parte. argu. ff. pro emp. l. 2. §. ſi eam C. de pſcrip. long. temp. Auth. malæ fidei poſſeſſor. Item iuſtus titulus, & cōtinua poſſeſſio, & quod res ſit mobilis, & q̄ non ſit uitioſa: & quod dixi, ab vtraq; parte, uerū eſt quo ad initium cōtractus non quo ad contractum medij tēporis, infra ead §. poteſt. ſecundum canones tamen exigitur bona fides continua. extra de præſcri. uigilanti. & c. vlt. Titulus autem eſt iuſta cauſa poſſidendi quod noſtrum non eſt, & exigitur titulus, ut C. de vſucap pro emp. l. vlti. & extra de præſcrip. ſi diligenti. qñque tñ vſucapio procedit ſine titulo iuſto errore interueniente 1. C. de vſuc. pro do. l. 1. ff. pro emp. qđ vulgo. ff. pro legato, l. 4. & vlt. Iuris tñ error non prodeſt in uſucapionibus. ff. de iuris & fac. igno. l. iuris. ff. de uſuc. nunquam. 1. reſponſo. Exigitur etiam continua poſſeſſio. hoc planum eſt. Et q̄ res ſit mobilis, quia in immobilibus non habet locum vſucapio. Quæ autem res uitioſa dicatur, habes inſt. de uſuc. § 1. & 2. ff. de acqui. rer. do bonæ fidei. Item vſucapio non interrumpitur h. cōte. ff. de rei ven. ſi quis poſt acceptum. & ff. pro emp. l. 2. § rem alienam. at C. de an. exce vt perfectius. J. ead. §. tolluntur. Illi tamen quatuor caſus ſunt ſpeciales. vnde verſus:

Vſucapio quid ſit, & quot in ea exigantur.

Titulus qd ſit.

Secus ſi nō eſſet iuſtus error, C. de uſu. l. ſi. ff. đ vſu. p emp. l. 5. § ſi a pupillo.

Non vſucapiet, niſi ſint tibi talia quinque,
Recta fides, iuſtus titulus, res non vitioſa:
Quod res tradatur, poſſeſſio continuetur.

Sequitur de præſcriptione quid ſit, quæ eius ſpecies, & quæ ad eam exigantur, & quæ præſcriptio currat contra eccleſiam, & qualiter interrumpatur, & quis ſit eius effectus. Præſcriptio eſt exceptio ex tempore ſubſtātiā capiens, & quę actioni perſonali, uel in rem opponitur eſt autem quædam longi temporis præſcriptio, de qua nihil ad præſens: cum contra eccleſiam non currat a. q̄ contra præſentes, ſpatio x. ann. contra abſentes, ſpatio. xx. an. completur. C. de præſcri. x. vel xx. an. l. vlt. nec currit niſi cum bona fide. Alia eſt longiſſimi temporis, id eſt xxx. vel xl. ann. in qua, ſecundum leges non exigitur bona fides, vel titulus. C. de ann. exce. l. 1. ſm canones. hæc nō pcedit, niſi q̄s bonam fidē habuit. ex̄ de pſcr. vigilanti. & in conſti. Innoc. q̄m omne. & 34 q. 2. ſi uirgo. nec etiam illa, quæ eſt xxx. ann. currit contra eccleſiā, ſed tantum xl. inf. ea. quas actiones. Item ſecundum canones titulus requiritur in longiſſima pręſcriptione, vt extra de præſcri. ſi diligenti. Io. quod T. negat, niſi ratione præſumptionis ꝗ quandoq; tamen minus iuſtus titulus parit cauſam pſcribēdi, vt extra de emp. & ven. peruenit. & extra de iu. pat. cum. Interrumpi aūt

Præſcriptio q̄ & quotuplex eſt.

a Dñi q dī, q̄ nec ēt p eccleſia. ſi. e c pſcriptio. ibi de hoc ſ gloſſ. argu. quòd, &c.

naturaliter & ciuiliter. Si naturaliter interrumpitur, prodeſt omnibus ius habentibus in re. ff. de vſuca. l. naturaliter. Si ciuiliter, prodeſt interrumpenti tantum, & eius hæredi, vt ff. de diuer. & tem. præſcrip. inter quatuor. Eſt autem effectus eius, vt acquiratur tantum exceptio ſecundum Io. non dominium niſi vtile. vt infra es. quicunq;. ſecundum B. & alios, etiam directum dominium acquiritur, ut eſt expreſſum. C de bon. mater. Auth. niſi & infra ead. inter memoratos. ibi, [Si æternum dominium.]

Præſcriptio dupliciter Interrumpitur.

Præſcriptionis effectus

a ¶Iura.] Hoc nō eſt verū: quia nec oīa iura, nec à quocunq; pręſcribi poſſunt q̄ nō omnia, habes inf. c. licet. & C. de præſcrip. xxx. an. comperit. Quod non à quocunq;. extra de præſc. cum ex officij & c. cauſam. Io.

PEr ſingulas.] CASVS. Quidam epī tenuerunt parochias aliorum epōrum per xxx. ann. quiete & ſine violentia quæſitū eſt in Toletano. concil. vtrum ſint tuti, & reſpondet q̄ ſic Si uero intra xxx. ann. quæſtio ſuper hoc fuerit mota, liceat ſuper his parochijs mouere certamen vel litigium.

b ¶Maximè.] Id eſt, tantum. ſic 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. nam uiolentus detentor, non præſcribit. extra de præſcr. c. vlt.

c ¶Triginta.] Hodie non ſtatur huic numero. extra de præſcri. de quarta, infra ea quas actiones

d ¶Dubitatio] Per lit. cōteſt. ſic enim res efficitur dubia. arg. extra de offic. deleg. relatum. C. quib. ad lt. procla. l. 3 vel per libellum oblatum principi ſecuta conuētione, vt C. de præſcrip. xxx. ann. l 3. vel per ſynodalem proclamationem extra de præſcrip. ſanctorum. nam ſimplex denunciatio habetur pro lit. conteſt. ut extra. ut lit. non conteſt. quoniam, in ſi. Et dico quod ex quo ſemel facta eſt lit. conteſt. poſt ſecundū canones nō currit præſcriptio, quia præſumitur poſſidens iam habere malam fidem, & de iure ſuo iam titubare. C. de acqu. poſſ. nemo. vnde nō præſcribit vſq; ad mille annos, ut ex̄ de pſcr. q̄m. ſed leges, q̄ non curāt de mala fide dūt quadraginta annos exigēdos 3. C. de an. excep. l. 1. Io.

3 Vt C. đ an. exce. l 1. C. de præſcri. 30. an. l. vl.

Præ-

PRæsulum.]CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd episcopi habent potestatem regendi ecclesiæ facultates, ita ut de duabus partib. prouideant clericis & pauperibus; reliquas vero duas partes pro se & captiuis & peregrinis. In secunda parte dicitur, quod episcopi iure sibi vẽdicent possessiones uel parochias, quas triginta an. pacifice possederunt, quia sic placuit legibus Imperatorum. Secũda pars incipit ibi, [Illud etiam.]

a ¶ Ad regendum.] Arg. ff. pro emp. qui fundum. §. si tutor.

b ¶ Decretum est.] Ab eodẽ Gelasio 12 q. 2. quatuor.

c ¶ Facultates.] Hoc habes. 12. q. 2. facultates.

¶Triginta annis ab episcopio possessę, immobiles permaneant diœceses. C. II.

Poly. l. 3. tit. 22. Iuo p. 3. c. 147.

PRæsulum nostrorum auctoritas emanauit, ut facultates ecclesię episcopi ad regendum [a] habeant potestatem; ita tamen, ut viduarum, pupillorum, atque pauperũ, necnon & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est [b]: reliquum sibi episcopi uendicent, ut, sicut antea diximus, peregrinorum, atque captiuorum largitores esse possint. *Idem ibidem c. 2.* ¶ Illud etiam annecti placuit, ut si, quod absit, facultates [c] ecclesiæ, nec non diœceses ab aliquibus possidentur episcopis; iure sibi vendicent, quod tricennalis lex conclusit; quia & filiorum nostrorum principium ita emanauit auctoritas.

12. q. 2. c. 1. Iuo p. 3. c. 144. Burc. l. 3. c. 149. Pann. l. 2. c. 65.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34.

¶Territorij possessio conuentum non adimit. C. III.

Cap. ea. q. 5. possessio. Poly l. 3. tit. 22. Ans. l. 5. c. 27. Burc. l. 3. c. 147. Iuo p. 3. c. 212.

SIcut diœcesim [d] alienam tricennalis possessio tollit; ita territorij α conuentum [e] non adimit [f] β.

α ¶ Territorij] *In vulgatis sequebatur*, possessio: *quæ ab est à vetustis, à Burchardo, & Pannormia, & codicibus conciliorum impressis, & manuscriptis.*

β ¶ Non adimit.] *Sic in editionibus conciliorum Coloniensibus, & codice regio, & vetustis Gratiani exemplaribus, & in Pannormia. Verum in duabus editionibus conciliorum Parisiensibus & apud Iuonem habetur*, non amittit *& in duobus codicibus Vaticanis, & apud Burchardum*, non admittit.

d ¶ Sicut diœcesim.] Id est, ecclesiam diœcesis. Et dic, sicut, id est, quamuis.

e ¶ Conuentum.] Id est, ius episcopale.

f ¶ Non adimit.] Id est, non ideo adimit.

Item ex eodem, c. 33.

¶Tricennalis possessio intra unam prouinciam seruari debet. C. IIII.

Poly. l. 3. tit. 22. Ans. l. 5. c. 28. Burc. l. 1. c. 67. Iuo p. 3. c. 131. & p. 5. c. 175. Pann. l. 2. c. 67.

QVicumque episcopus alterius episcopi diœcessim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit; quamuis γ secundum ius legis [g], eius non uideatur esse diœcesis; admittenda non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra unam prouinciam [h] δ: extra

QVicumque.]CASVS. Quidam episcopus possedit diœcesim alterius episcopi sine interpellatione p triginta annos: quæsitum fuit in concilio Toleta. vtrum sit tutus aduersus alium episcopum? & respondit, si est intra eamdem prouinciam uel episcopatum, id est, in inferiori parte prouinciæ uel episcopatus, licet secundum ius legis naturalis eius non uideatur diœcesis esse, tamen contra eum actio non est admittenda: si uero est extra prouinciam, uel episcopatum, id est, in exteriori parte prouinciæ uel episcopatus, id est, in limite uel iuxta, nõ est tutus præscriptione, ne prouinciarum, uel episcopatuum termini confundantur. Ita intelligo cap. & si aliqua melius intellexeris, gaudium erit mihi.

g ¶ Legis.] Naturalis: nam de iure naturali non sunt præscriptiones inductæ. nam de iure naturali iniquũ est aliquem ditari cũ aliena iactura, ut extra de pœn. suam. & ff. de cond. inde. nam hoc. Sed ideo inuenta est præscriptio, ne dominia rerum semper sint in incerto. ff. de vsu. l. 1. uel dic secundum ius legis ciuilis, & hoc secundum opinionem dicentium 1 præscriptione dominium non acquiri, sed tantum exceptione. sed contra eos est inf. ea. q. clerici, in fi. C. de bon. mat. auth. nisi. & res præscriptione temporis mutant dominium. ff. de vsucap. eum qui ædes uer. & uniuersitas.

Præscriptio ad qđ est inuenta.

1 Qui sunt no. 5. ea. in sum. & hoc etiã no. 7. c. § pôt. 2. in gl. ar. p &c.

b ¶ Prouinciam.] Id est, diœcesim. quandoq; enim prouincia sumitur pro diœcesi, ut 50. dist. studeat. quandoque econuerso, ut 9. q. 2. episcopi. Quidam tamen in loco isto dixerunt, quòd intra aliam prouinciam nõ possit præscribi, licet intra aliã diœcesim possit. Quid autem præscribi possit in diœcesi alterius, uarie à varijs est notatum. & celebris fuit hæc sententia, quod quidquid est intra terminos alterius diœcesis, præscribi potest, dummodo non sit in limite, uel coniunctum limiti, vt extra de parochijs. super eo. non tamen quo ad episcopalem iurisdictionem, sed tantum quo ad proprietatẽ, vt dicunt, & hoc dum constat de limitibus. Sed si de limitib. nõ cõstat, tũc quo ad proprietatẽ, & quo ad episcopalia iura

Præscribi qd potest 1 alterius diœcesi.

SIcut diœcesim.]CASVS. Ego Barthol. Brix. hunc casum sic intelligo. Dicitur enim quod licet episcopus præscribat alterius episcopi ecclesiam uel populum p triginta annos, non tamen acquirit populũ uel iurisdictionem in eo, quo ad spiritualia, & si præscribat terram aliquam. Tu tamen prudens lector, si melius intellexeris, me de insufficiẽtia excusabis. H. tamẽ & glossæ hanc litteram sic intelligunt: licet aliquis præscribat ecclesiam quo ad temporalia & parochialia iura, non tamen præscribit ius episcopale.

uero [a], nullo modo; ne dum diœcesis defenditur, prouinciatum termini confundantur.

γ ¶Qnamuis.] *In concilio impresso cum manuscriptis collato legitur*, quia secundum ius legis, eius videtur esse diœcesis, ad mittenda non est, &c *Iuo autem in catera parte etiam clarius post ver.* possederit *sic habet*, eam teneat: quia secundum ius legis, eius uidetur esse diœcesis, & admittenda non est, &c. *Burchardus autem*, quamuis secundum ius legis, eius uidetur esse diœcesis. *In Pannormia vero quemadmodum apud Gratianum.*

δ ¶Prouinciam.] *Auctor glossa interpretatur*, id est, diœcesim: *& in varijs conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, parochiam. *qua voce sape diœcesis significatur, ut in canone Apostolorum* 14. episcopo non liceat alienam parochiam propria relicta peruadere: *& in concilio Antiocheno, c. 21. uocem παροικίας, alij verterunt parochiam, alij diœcesim omninoq; in Toletanis ha voces confunduntur, ut Toletano 3. c. 20. & Toletano 4. c. 32. & 35. & Bracharensi 2. c. 2. Et in huius capitis initio uox*, diœcesis, *partem quandam, id est, parochiam, significat: Verum in codice conciliorum Lucensi regio, & uetustis exemplaribus Gratiani, & Pannormia, & apud Iuonem par. 5. in margine est.* prouinciam.

2 *Ecce his auctoritatibus probatur, quòd possessionis, & gubernationis iura præscriptione tolluntur.*

Sed idem Gelasius contra testatur scribens Maximo & Eusebio episcopis.

¶Status parochiarum nec præsumptione, nec temporis præscriptione mutari potest. C. V.

Licet in regulis contineatur antiquis, parochias [b] unicuique ecclesiæ pristina dispositione [c] deputatas nulla posse ratione conuelli, ne per consuetudinem pessimã, exempli [d] mali temeritate crescente, uniuersalis confusio nasceretur; tamen etiã decretis nostris ante non multum — Ino par 3. c. 97.

lia ... ra, res alterius episcopi præscribitur, ut j. ead. licet. extra de deci. cum uni homines. Sed illis uehementer obst. extra de præsc. ad aures. & c. auditis, & c. cura ex officij. & de re ig. do. c. 1. in quibus non solum res, sed iura episcopalia præscribuntur. Similiter hic distingui pōt inter iura parochialia, & iura episcopalia, ut iura parochialia possint præscribi, siue diœceses sint limitatæ, siue non, ut ius decimarum, ut baptismata, oblationes, & procurationes dũmodo res illæ nõ sint coniunctæ limiti: sed iura episcopalia non, ut consecratio: immo ulterius procedi pōt, quod similiter iura episcopalia, quæ consistunt in lege iurisdictionis episcopalis præscribi possunt ab alio episcopo: quia taliter præscribitur exemptio, non tamẽ unus intrabit terminos alterius: sed intra terminos proprios utetur iure illo, nisi in casu, ut j. ea. placuit. Sed tamẽ dicunt quidam, quod quodlibet ius episcopale potest præscribi, dummodo nõ sit uicinum limiti. Sed quantum ad proprietatem, satis uidetur, quod siue siti in limite, siue aliàs, quod res alterius præscribi possit, ut extra de prob. ex litteris. Si quęras, quare limes non possit præscribi, dico ideo, ne confundantur termini prouinciarũ, uel ideo, quia limes communis est, ut probat ff. de acq. re. dom. adeo, §. ult. & l. seq. sed si rem, quæ mihi est communis cum alio, ille possederit, ergo per ipsum retineo possessionẽ, vt ff. quemad. ser. amit. si communem. Vel ideo non præscribitur. quia non præsumitur, quod aliquis communi re vitiose vtatur, ut ff. pro soc. mento. & sic præsumitur, quod quantocumque tempore alter possideat, quod non tantum nomine suo, sed nomine meo possederit. Sed certe hæc ratio non videtur sufficiens: quia eadem ratione, nec fines prædiorum possent præscribi: quod falsum est, vt j. ea. q. 4. volumus. ut extra de præscrip. quia. & C. fin. regun. l. ult. Alij dicunt quod limes bene potest præscribi: sed non manens limes: quia quàm cito est præscriptus, desinit esse limes.

Limes diœcesis est imprascriptibilis.

a ¶Extra vero.] Nullo modo, quantum ad omnia episcopalia iura.

ECCE HIS. Hæc est secunda pars quæst. in qua probat per tria cap. quod limites & ei adhærentia. nun præscribuntur. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis cap. quod ecclesiastica iura præscriptione tolluntur: postea probat contrarium per cap. sequentia.

Licet in regulis.] CASVS. Beneuen. sic ponit casum istum. Anconitanus episcopus habebat quasdam villas intra terminos episcopatus Anuscani episcopi, occasione possessionum & uillarum inuasit ibi spiritualia. Super hoc cum episcopus Anuscanus conquereretur, decreuit Gelasius inuasa restitui Anuscano episcopo: & pcepit Maximo & Eusebio episcopis, vt ipsũ mitterent in possessionem. H. vero hunc casum sic ponit, cuius possessionem magis approbo. Inter Anconitanum episcopum, & Constantinum Anuscanæ ciuitatis episcopum, controuersia erat de quadam ecclesia posita in limite alterius, puta Constantini; alter, scilicet Anconitanus episcopus diu possederat eam de qua cõuentus coram Gelasio per nuncios respondebat, quam cõtrouersiam sic decidit Gelasius, vt ecclesia restitueretur petenti episcopo: quia limites nulla ratione possunt præscribi, sicut & in antiquis regulis. & in suis asserit contineri decretis. quapropter scribit Maximo, & Eusebio episcopis, ut hanc sententiam mandet executioni. Et similem formam in omnibus similibus casibus dicit fore seruandam.

b ¶Parochias.] Id est, intra limitem vnius diœcesis.

c ¶Dispositione.] Id est, terminatione. s. 13. q. 1. c. 1.

d ¶Exempli.] Supra dist. 96. bene quidem. & 1. quæst. 1. principatus.

a ¶Noua-

a ¶Inuasa.] Nam inuasores non præscribunt. C. de præscrip. xxx. an. si quis emptionis. & 93. dist. illud.
b ¶Putat.] Nam diuturnitas temporis, &c. extra de si. non statis.
c ¶Formam.] Arg. quod certis personis mandatur, ad alios extēdi: & quod in vno negocio statuitur, ad omnia similia extendi. s. 5. q. 1. multi. 14. q. 2. super. 32. qō. 7. Apostolus. arg. dist. 61. miramur. dist. 38. ignorantia. extra de re iud. in causis.
d ¶Conuenit.] Pone quod aliquis episcopus possideat ecclesiam intra dioecesim alterius episcopi remotam à limite: & fluuius quidam erat limes: sed fluuius paulatim accedit ad illam ecclesiam, ita quod efficitur vicina limiti. Dic quod interrumpitur præscriptio naturaliter, nec præscribitur. Vel dic quod nihilo minus procedit præscriptio, nec termini episcopales variātur propter hoc, vt ff. de contrah. emp. Rutilia Polla. Quid dices de ecclesia sita in limite, & in vtraque dioecesi, habet parochianos? Dic quod erit communis r. quo ad parochialia r sicut & arbor in confinio posita. ff. com. diu. arbor. & insula in confinio posita. insti. de re. din. §. Insula. in solidum autem habebunt episcopalia, si discordant in ecclesiç dispositione, superioris erit officiū in hac parte. extra de iure patro. nullus. vel alternis annis disponant. ff. de vsufru. quoties.

Ecclesia in limite dioecesis posita cuius est.
r Pōt dici, quod ecclesia erit illius solius, in cuius limite cāpus positus est. arg. de acq. rerum do. adeo. §. vlt. sm Lau.

Q quod in vno negocio statuit, ad oīa similia extē dius.

temporis destinatis omnia iussimus, quæ taliter fuerant inuasa [a], restitui. Sed quia temeritas peruadentium legem sibi posse putat [b] generari, si sceleri suo pertinaciam retētionis adiungat; ea, quæ inter fratrem, & coepiscopum nostrum Constantinum Anuscanæ [α] ecclesiæ sacerdotem, &

† al. et directos

† inter nuncios directos ab Anconitano Pontifice decreuimus, per vos impleri cupimus; tunc formam [c] in ceteris cognitionionibus, quæ sit sequenda, præscripsimus. Nulla igitur præsumptione statum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate durauit, patimur immutari: quia nec negligentia pontificis, nec temporalis obiectio (quæ per incuriam fortè generatur) neq; ignauia faciente consensus adhibitus, nec subrepente † supplicatione præceptio diuellere potest semel dioecesim cōstitutam: ex qua semper ad regenerationem, atque consignationem plebs deuota conuenit [d]. Territorium [β] etiam non facere dioecesim olim noscitur ordinatum.

Ansl. l. 5. c. 15.

† al. subripiēte

α ¶Anuscanæ.] *In vetustis codicibus variè legitur, id est,* Canuscanæ, Camuscanæ, Tamiscanæ.

β ¶Territorium.] *Hæc referuntur etiam ab Anselmo, licet non ab Iuone.*

Hoc multipliciter distinguitur. Sunt quædam dioeceses, quæ certis limitibus distinctæ sunt: hæ nullo modo præscribi possunt. Aliæ vero, quæ non sunt certis limitibus distinctæ, & de quibus certa definitio non olim præcessit, præscriptione tolluntur.

HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. s. dictum cap. dicens illud loqui de dioecesibus, quæ certis limitibus sunt distinctæ, quæ nullo modo in limite, vel circa limitem præscribi possunt: aliæ vero, quæ certos limites nō habent, præscriptione tolluntur.

Vnde Innocentius Papa.

¶Limitis possessio præscribi non potest. C. VI.

In cōc. Hispalē. si 2. c. 2. Pol. l. 6. tit. 20. Burch. l. 1. c. 69. Iuo p. 3. c. 99.

INter memoratos fratres nostros Fulgentiū Astigitanū, & Honoriū Cordubensem episcopos discussio [e] agitata est propter parochiam basilicę cuiusdam, quam horum alter Cellanēsem [f], alter Rhegiensem asseruit. Et quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio uentilata † est, cuius quamuis vetusta retentio, nullum [g] iuris præiudicium affert †: ideo ne in dubium vltra inter eos nostra deuocaretur sententia [h], prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt. Quorū auctoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos vsurpet, ob hoc placuit inter alternas partes inspectores † viros mittendos [i], ita ut dioecesis [k] possidentis (si ta-

† al. vēdicata

† al. afferret: ideoque

† al. inspectionum

INter memoratos.] CASVS. In extremis finibus episcopatus Astigitanen. erat Cellanen. ecclesia. in finibus vero episcopatus Cordubæ, erat ecclesia Rheginen. quæ plebes erant: inter quas est quædam basilica, super qua Cellanen. ecclesia, & Rheginen. contendebant: occasione quarum ecclesiarū, inter episcopos prædictarum ciuitatum erat contētio. quare Innocen. delegat causam iudicibus, mādans eis vt terminos uideant & ostendit eis sub qua forma procedent, vt scilicet si inuenerint ecclesiam illam intra terminos possidentis, adiudicent eam sibi perpetuo: si vero extra terminos, & præscribit, similiter adiudicent eam sibi: si uero nondum præscribit, restituent eam episcopo, qui appellauit & repetijt. & iste casus verus est: & si bene inspexeris de littera elicitur.

e ¶Discussio.] Id est, quæstio discutiendi.
f ¶Alter Cellanensem.] Quæ ecclesia erat subiecta sibi.
g ¶Nullum.] Arg. quod limitis manifestatio rem indicatam reuocet 2. Aigu. supra ead q. 1. Fœlix.
h ¶Sententia.] Quam super hoc sentimus.
i ¶Mittendos.] Vbi enim agitur de finibus agri: oculis sunt ipsa loca consideranda. extra de præscri. quia. ff. fi. re. l. si irruptione. & vtriusq; partis testes audiuntur, vt extra de prob. ex litteris.
k ¶Ita vt dioecesis.] Sic construè, id est, ut æternū do

z Nā vr quod alterā iā de derat sniā: cū dicat ultra q̄ reuocata erat propter manifestationē limitis sus Hu. dic ulters, id est, de cætero.

minii diœcesis: scilicet de qua est cõtrouersia, sit possidentis ecclesiæ, cuius est ius retentionis.
a ¶Ius retentionis.] Id est, quæ in possessione.
b ¶Quod si limes.] Potest esse sensus, i. si limes ipsius possidentis eam non concludit: & tamen ipse praescripsit, habeat ecclesiã. Vel aliter, si diœcesis non est limitata, & eam præscribit, habeat eam.
c ¶Appellatio.] Id est, interpellatio.
d ¶Præsentis.] Id est, petentis.
e ¶Extra alienos.] i. illius contra quẽ ius præscribitur. Ioan.

probare non potest. sed dicat, præscripsi. 2.
POTEST Hæc est tertia pars quæstio. in qua dicitur quod res ui possessa non præscribitur. Io. de Fan.
CASVS. Secundo modo exponit illud c. licet. vt non intelligatur de limitibus: sed de rebus inuasis, quæ nullo titulo

2 De hoc no. 19. q. 3. quia cognouimus.

†Vt quia est in parte aliterius lõge est à limite suo H.

men basilicam veris signis limes præfixus monstrauerit) ecclesiæ, cuius est ius † retentionis [a], sit æternum dominium. Quòd si limes [b] legitimus eandem basilicam non concludit, & tam longi temporis probatur obiecta præscriptio, appellatio [c] præsentis † [d] episcopi non valebit: quia illi tricennalis obiectio silẽtium imponit. Hoc enim & sæcularium principũ edicta præcipiunt, & præsulũ Romanorum decreuit auctoritas. Sin uero intra metas tricẽnalis temporis extra alienos [e] terminos basilicæ iniusta retentio reperitur; repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

†al. iusta retẽtio
† al. conuenisset
† al. repetentis

¶*Caput hoc extat in concilio Hispalensi 2. c. 2. & ex eo Burchardus citat.*
α ¶Cellanensem.] *In conciliis impresso, ac manuscripto legitur Celticensem: & Plinius lib. 3. c. 1. inter oppida conuentus Hispalensis numerat Celticam.*
β ¶Ita vt diœcesis.] *In conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur,* ita vt, si in diœcesi possidentis suam basilicam veteribus signis limes præuisus (al. peruisus) monstrauerit, ecclesiæ, &c. *itemque in codice Lucensi regio, nisi quod loco dictionis,* præuisus, *habetur,* præfixus.

DIlectio tua.] CASVS. Inter quosdam episcopos erat contentio de limitibus episcopatuũ: dele gat ergo Gelasius Iusto episcopo casum sub hac forma, ut si aliqua certa diuisio de limitibus quondã inter eos processerit, intemerata seruetur. Si uero nihil fuerit terminatum, recipiat testes, & sacramẽtum partis, quæ de præscriptione confidit: & etiam alterius partis, si uult exceptionem suã probare. [Si qua pars cõfidit.] scilicet quæ agit.
f ¶De spatijs.] Prædiotam, nõ limitum. 7. q. 4. c. 2. Vel intellige de limitibus.
g ¶Intemerata.] Supra 6. q. 4. qd bene. 7. 18. q. 2. Eleutherius.
h ¶Sacramentum.] Scilicet testium, per quos probat præscriptionem. sic 31. q. 2. si uero n.
i ¶O ferre.] Alteri parti. Vel dic quod illi parti quæ probauit præscriptionem, si non potest probare titulũ, & bonam fidem permittẽdum est ei intrare quod bona fide possederit rem illam, & quod iusto titulo habuerit eã, non tñ dico quod cogitur probare titulum, sed si probat cursum temporis, & allegat titulum, præsumo ratione tpis ipsum hre titulum, ut 12. dist. illa. ff. de usur. cum de in rẽ

Item Gelasius Papa Iusto episcopo.

¶Spatia, quæ definita fuerint, tempore præscribi non possunt. C. VII.

DIlectio tua studeat, quæsita omnium fideliter rerum veritate, ut si de spatijs [f] de quibus memoratur orta contẽtio, definitio dudum certa processerit, intemerata [g] seruetur: alioqui si nihil vnquam constiterit terminatum, tunc de præscriptione temporũ, si qua pars confidit, præbeat sacramentum [h]: vt tamen, de ijs, quæ hactenus posse disse probatur †, iusiurandum sinatur offerre [i].

Iuo p. 3. c. 135. & p. 6. c. 105. Pann. l. 2. c. 69.

† al. habetur

3 *Potest etiam aliter distingui. Quæ quisque sua auctoritate vsurpat; quia nullo titulo possidere incipit, præscribere non potest: & in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gelasii: [Temporalis obiectio, quæ per incuriam fortè generatur, non potest diuellere diœcesim semel constitutam.] Intelligendum est, si nullo titulo, sed sola vsurpatione eam possidere cœpit. Si vero iudicis auctoritate, & priuilegiorum longa consuetudine possidere cœperit; tunc temporalis obiectio alteri silentium imponit.*

Vnde Gelasius Papa ait.

In syno. 8. sub Hadriano 11. c. 18.

¶Debent priuilegia triginta annis possessa immobiliter obseruari. C. VIII.

PLacuit huic sanctæ, magnæque synodo, ut res, & pri-

Poly. l. 3. tit. 23. Ans. l. 4. c. 20.

uerso. Nec obstat quod dicitur extra de præscri. si dili gẽti. & extra de proba. licet. illa quod debeat cõstare de titulo. Intelligo n tunc qñ est præsumptio contra eum, ut ibi fuit, & sic intelligo qđ est extra de deci. dudũ. sed fatuus est, qui allegat titulũ quẽ

titulo possidentur, & hæ præscribi non possunt. si uero possidentur iudicis auctoritate, nel longa consuetudine priuilegiorum tunc præscriptione tolluntur.
PLacuit.] CASVS. Quidam laici per potentiam sæcularem conabantur auferre res, vel priuilegia, quæ ad ec-

ecclesiam ex longa consuetudine pertinebant, vel quæ donata fuerant ecclesiæ ab Imperatoribus, vel alijs, & ab ecclesia per triginta annos possessa: & ideo præcipit Gelasius, ut omnia sint in potestate episcoporum, nec ab eius subtrahantur potestate: & quicumque laicus, vel clericus contra fecerit, debet anathematizari donec resipiscat. Sequens capitulum patet.

a ¶Priuilegia.] Infra 25.q.2.c.1.& 2.

2 ¶Priuilegia.] Id est, chartas ecclesiæ. 12.q 2.si quis de clericis.

b ¶Consuetudine.] Ergo consuetudo dat priuilegium. 9 q 3. conquestus.

c ¶Imperatoribus.] Hic canon emendat legem, quæ loquitur de quadriennij præscriptione in rebus donatis ab Imperatore.

Ecclesia quomodo sequi potest. d ¶Annos triginta.] Arg. ꝙ præscriptio decennij vel uicennij, non habet locum in ecclesia, ut ipsam rem priuati tali præscriptione possit retinere. Alij dicũt cõtra. Sed nonne contrarium est. C. de quadr. præscrip. l. bene a Zenone? nam ibi dicitur, ꝙ si Imperator rem priuati conferat alij, tutus est donatarius. & hic dicitur necessariam esse præscriptionem. Sed dic, maxime: vel dic, & pro vel. C. de verb. sig. l. pen. Vel dic ꝙ sicut ecclesia noluit hoc recipere contra se, ut 12. q. 2. quicumque militum, ita nec pro se 1. Vel ibi loquitur cum dedit Imperator rem alienam tãquam alienam, hic tanquam suam. Vel hoc quod dicit de triginta annis, referturad proximum, scilicet ad alios, & non ad Imperatorẽ, ut extra de sen. & re iudi. cum inter. in fi.

tem priuati ꝓscribere.

1 Vide s. 12. q 2. c. quicũque.

[Pri]uilegia [a], quæ Dei ecclesijs ex longa consuetudine [b] pertinent, & siue à diuæ recordationis Imperatoribus [c], siue ab alijs Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta [d] possessa sunt; nequaquam à potestate præsulum [eorum † quæcumque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet auferat: sed sint omnia in potestate, ac iussu † præsulis ecclesiæ; quæcumque intra triginta annorum spatium ab ecclesijs possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo sæcularium α contra præsentem definitionem egerit; tanquam sacrilegus iudicetur: & donec se correxerit, & ecclesiæ propria priuilegia, seu res restituerit; anathema sit.

† abest ab orig.

† al. iussu

¶*Quod hic tribuitur Gelasio, habetur in synodo octaua habita ab Hadriano II. c. 18 & ex ea citatur apud Anselmum, & Polycarpum. Sed manuscripti codices Gratiani concordant cum Vulgatis.*
α ¶Sæcularium.] *In Vulgatis legebatur,* Quisquis ergo clericorum, vel sæcularium *Sed absunt illa dua voces,* clericorum, uel *ab aliquot vetustis, & ab ipso concilio manuscripto. In concilio impresso legitur.* Qui contra fecerit, vt sacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia, &c.

Idem episcopis Dardaniæ inter cætera [e] inquit.

¶Repeti non possunt, quæ triginta annis quiete possidentur. C. IX.

Ansl. l. 4. c. 27. Deusdedit p. t.

POst quingentos annos constituta Christi [f] quosdam audio uelle subuertere: cum triginta annorum lex [g] hominum non possit abrumpi.

¶*Caput hoc non legitur in epistola Gelasij, quæ extat, ad episcopos per Dardaniam Nicolaus primus in epistola ad episcopos Galliæ, cuius initium est* Quamuis singularum *nuper. Vt dictum est, impressa in appendice bibliotheca, citat ex epistola Gelasij ad orientales. Deusdedit Cardinalis, & Anselmus absolute Gelasium citat.*

4 *Item si de rebus ecclesiæ controuersia mota est, & definitio subsecuta; etsi iniusta sit, tamen quia non sua, sed definientis auctoritate [h] possidere cœpit, tricennalis [i] præscriptio petitori silentium imponit: ita tamen. ut supputatio præscriptionis non à tempore definitionis, sed à decessu † definientis exordium sumat.*

† Adde ꝙ a, poni ut hic pro, ex. simile in l. 1 §. adeo. ff. de acq re rum do.

Vnde in Toletano concilio 9. c. 8. statutum est.

e ¶Inter cætera.] Verba sunt Gratiani.

f POst quingentos] ¶ Constituta Christi.] Id est, ecclesiæ alicuius.

g ¶Lex.] Id est, præscriptio a lege introducta. lex enim processu temporis nõ potest confirmari: quia si est iusta, statim ualet & confirmatur 2. si est iniusta, nũquam valet. s. dist. 4. erit autem lex. uidetur tamẽ quod contra legem potest præscribi spatio 22. annorũ, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis.

2 Sed cõtra 3. di. s. istis. & §. sequẽ.

ITEM SI DE REBVS. Hæc est quarta pars quæst. in qua dicitur, ꝙ tempore prælati male alienantis nõ currit præscriptio, sed post eius mortem incipit currere. & hoc probat per c. sequens lu. de Fant.

CASVS. Ostẽdit Grat. in hoc §. ꝙ si super rebus ecclesię mota sit controuersia, & iniusta sit definitio subsecuta. ille qui cœperit possidere auctoritate definiẽtis, poterit præscribere xxx. annis. sed hæc præscriptio non incipit, nisi a decessu male definientis. Et nota ꝙ definitio tripliciter potest hic sumi: vel pro alienatione, vel trãsactione, vel definitiua sententia, unde iuxta hanc triplicem significationem, tripliciter potest poni casus sequentis cap.

h ¶Auctoritate.] Nam iuste possidet qui auctore prætore possidet. 14. q. 5. dixit. extra qui filij sint legi. cum inter. ff. de acqui. pos. arg. contra, de pœni. dist. 2. si quis semel.

i ¶Tricennalis.] Immo præscriptio decem dierũ tunc sufficeret: nam plus facit sententia, licet iniusta, quam aliquod priuilegium, ut extra de sent. & re iudi. cũ inter. in fi. Ioan. Sed non loquitur de tali sententia, sed de concordia, quæ definitio uocatur. B.

Si sacer-

SI sacerdotes.] CASVS. Quidam prælati iniuste alienauerunt possessiones ecclesiarum in vita prælatorum: receptores retinuerunt possessiones illarum per triginta annos: quæsitum fuit in concilio Toletano vtrum detentores tuti sint præscriptione illa? Et respondetur quod nō: quia præscriptio non currit in vita prælati male alienantis, sed post mortem: quia contractus non sumpsit initium ab origine æquitatis. a ¶Si sacerdotes.] Triplex casus solet hic poni. Prius sic: ecce episcopus alienauit res ecclesiæ in eius illicito: dicitur hic quod uiuente episcopo, nulla præscriptio currit contra ecclesiam in rebus illis: sed eo mortuo incipit currere. & secundum hoc expone definisse, id est sua definitione & auctoritate alienasse. ar. 12.q.2. episcopus qui mancipia. & dic scribendo decreuerunt, id est, decreto scripturæ interpositio alienauerunt. Vel, secundum alium casum, expone, scripto decreuerunt, id est, scripto trāsegerunt, & in fraudem: cum enim non poterat dare nepotib. suis, fingebant se habere litem cū eis de illo, et transigebat enim eis. Tertius casus est, episcopus tulit definitiuam sententiam contra aliquam ecclesiā super aliqua possessione ecclesiæ, & sic intelligi debet scriptum ... dicitur hic, quod ipso uiuente non currit contra eam præscriptio. Sed cum ista sententia lata fuerit contra leges scriptas, ut hic innuit, & ita nulla actio, uel exceptio ei ea competit, ut arg. 2.q.6. §. diffinitiua. versi. item si sententia. qualiter etiā iste poterit præscribere post mortem? Dico quod iste non, sed eius successor: & sic intelligitur extra de iure pat. cura pastoralis. Vel dic, quod iste bona fide possedit: quia ignorauit illam sententiam non tenere: & sic sententia, quæ nulla est, dat alicui causam præscribendi, sicut titulus, qui non ualet, dat causam præscribendi, ut extra de emp. peruenit. ff. pro empto. quod vulgo. & ff. pro leg. l. 3. & 4. nec contradicit extra de ijs quæ fiunt à prel. c. 2 quia ibi sciente capitulo, alienatio fuit facta possessionum: unde ibi possessor statim tutus est, sed hic capitulo contradicente, uel forte iste non erat malæ fidei possessor, quia ignorabat sententiam iniquam: uidetur tamē quod de illicite alienatis nō possit currere pscriptio. C. de bo. mater. l. 1. & in hoc est deterioris conditionis ecclesia, quàm minor, siue filius familias: quia nō potius cōtra eum pscribitur, quàm sua potestatis esse incipiat, ut C. de bonis quæ lib. quæcūq; b ¶Non ex die.] Si. extra de tranl. de cętero. extra de censi. pręterea. si. 12. q. 2. si quos. ff. de diuer. tem. præscri. cum hęres. in si.

c ¶Moriendo.] Ideo, quia licet quilibet possit male alienata tenere, ut 12. q. 2. non liceat. non tamen ita de facili admitteretur, cum eps semper cōtradiceret, & ei litteras de rato denegaret. Arg. C. de anna. excep. l. 2. §. vlt. & C. de bo. quæ lib. l. 3. extra de ind. causam, d ¶Supputationis.] Id est, reputationis. e ¶Substabit.] Id est, incipiet numerari. f ¶Contractuum.] Id est, contractus, quē fecit episcopus, non habet iustum initium. hoc ideo dico, quia pscriptio non est contractus. g ¶Ab origine.] Arg. initium spectandum, ut 61. dist. miramur. 1. q. 1. principatus. extra de elec. dudum. ff. pro emp. qui fundum. & ff. de diuer. & temp. præscrip. cum hęres in si.

Casus triplicite ponitur.

¶ Patet exemplum extra de re iu. cū causa & hic intellectus ex eo pendit ur: quia dicit contra patrum sanctiones, secūdum H.

¶ Vita irrite disponentis non poterit pertinere ad tricennium temporis. C. X.

SI sacerdotes † [a], uel ministri, dum gubernacula ecclesiæ rum administrare videntur, cōtra patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definisse aliqua dignoscūtur; non ex die [b], quo talia scribendo decreuerunt, sed ex quo talia moriendo [c] definita reliquerunt, supputationis [d] ordo substabit [e]. Nunquam enim [α] poterit ad tricennium † temporis pertinere uita irrite hoc iudicantis: quia status contractuum [f] initia non sumpsit ab origine [g] æquitatis.

sacerdos, uel minister] ori. & sic consequenter.

† *al. triēniū*] orig.

α ¶Nunquam enim] *Sic in vetustis etiam codicibus Gratiani, & in codice conciliorum Lucensi regio. In duobus Vaticanis est quidem dictio*, triennium, *sed in cæteris verbis aliqua varietas. In concilijs vero impressis legitur*. Nunquam enim ad triennium temporis pertinebit potestas irritum (al. irrite) hoc iudicantis *& ab aliquibus editionibus abest vox*, potestas.

§ *Item ea, quæ beneficijs possidentur, siue quæ metu hostilitatis interueniente diutius possessa fuerint, præscribi non possunt.*

Vnde in Agathensi concilio, c. 59. definitum est. Et in Epannen si, c. 18.

¶ Quæ in beneficijs possidentur, præscribi non possunt. C. XI.

CLerici quilibet quantacumq; diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in ius Iuo p. 3. c. 166.

ITEM EA. Hæc est 5. pars q. in qua dicitur. quod si episcopus concedit alicui clerico uineas uel terras ecclesiæ, tamen non præscribi ear possessor: & hoc probat per duo cap. Io. de Fan.

CASVS. Supra ostensum est, quod res ecclesiæ, & quę sunt in limitibus præscribi non possunt. Idem dicit nunc Grat. de beneficijs, & de rebus per metum possessis, quæ præscribi non possunt. [Beneficijs.] Id est, rebus quarum vsus conceditur, uel quæ gratis conceduntur. De beneficijs probat per duo prima cap. De metu hostilitatis, probat per cap. prima actione. & per c. porro.

CLerici.] CASVS. Quidam clerici possidebant quędam beneficia ab ecclesijs sibi concessa per xxx. an. quęsitum fuit in concilio Agathen. utrum ratione præscriptionis clerici proprietatem illorum beneficiorum possint sibi uendicare. Et respon. quod non, dum modo rei constet fuisse ecclesię. & hoc probatur duabus rationibus. Prima est, quia si præscribi possent: nec episcopi, nec alij prælati precarias facere deberent: & quia prælati secundum hoc in rebus ecclesię diu retentis, proprietatem sibi possunt vendicare.

a qua

c ¶Quadraginta.] Sic extra de præscr. de quarta. Sed nonne contra Cisterciẽsium ecclesiam, quæ valde est priuilegiata præscribitur spatio xxx. anno. vt extra de priuileg. si de terra? Sol. in actionibus, uel exceptionibus, quæ cõmuni iure competit, tenet quod hic dicitur: sed in actionibus vel exceptionibus, q contra ius indulgentur, citius præscribitur, vt patet extra de constitu. cum accessissent. in fin. & hæc est ratio: quia non uidentur deterioris cõditionis esse si reuertuntur ad suum pristinum statum, vt 34. distinct. ab exordio, sicut vides, quòd licet cõditio dotis per pactum non possit fieri deterior, tamen si primo fecit mulier pactum, quòd hodie redderetur ei dos, deinde facit pactũ, quòd vsque ad annum. ex quo modo conditio dotis reuersa est ad suam naturam, non dr deterior facta, vt ff. de pact. si unus. § quod & in specie & est si C de test. hac consultissima. §. si quis autem. Vel dic ꝙ ibi non ratione præscriptionis præiudicatur eis, sed ratione taciti consensus †. Vel dic, ꝙ licet exceptio perpetua sit, & actio temporalis, vt ff. de excep. doli, purè. §. vlti. tamen facilius perditur exceptio, quam actio. nam actio non perditur, nisi vsq; ad quadraginta ann. sed exceptio vno actu perditur, ut extra de constitu. cum accessissent. & extra de præben. ꝓ illorum. in fin. C. de iure do. impe. l. a. & ff. de procu Põponius. §. rari.

Præscriptio an currat ꝯ Cisterciẽ...

† Hic videas qđ not. 1.q. 1. nuil' eps 3 & 16.q.2. cap.1.

QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ nemo debet ponere vexilla in rebus suis. Secũda ibi, [Quod autem] Tertia ibi, [Econtra.] Io. de Fau. CASVS. Hic ponitur sexta quæstio, quæ duas habet articulos. Primus est an prælati ecclesiarũ auctoritate propria res ecclesiarum repetere possint sine iudice. Et respondetur ꝙ non. vt ĩ. ead c. 1. Secundus est, utrum cadant à iure suo, si sua auctoritate vsurpent, quæ sibi debita putant. & respondetur ꝙ in causa ecclesiastica non cadunt à iure suo, vt infra ead. si episcopum sed in propria causa sic, ut C. vnde vi. l. si quis in tantam.

d ¶Quòd autem.] Hæc quæstio habet duos articulos. Primus est, an prælati ecclesiæ auctoritate sua res ecclesiæ repetere valeant absque iudice: & quidem non, ut ĩ. ead. cap. primo. Secundus est, utrum cadant à causa

si sua auctoritate vsurpent, quæ ad se pertinere putāt: & quidē in causa ecclesiastica, licet vsurpent sua auctoritate, non cadunt à causa, ī. ea. si episcopum. in cā propria sic. C. vnde vi, si quis in tantā. & ī. ead. placuit. nisi in casibus no. C. quando liceat vnicuique sine iudice se vindi. l. 1.

habent hic 6. q. in præcedenti articulo 5. Sed Hu. & Beneuen. Archid. & glos. ord. sic signauerunt eas. Et revera ita debet distingui.

QVOD AVTEM. Hic est secundus articulus huius quæstionis. Dicas ergo, in rebus ecclesiæ non habet locum

Conditio l. si quis in tantam. nō hēt locū in rebus ecclesiæ.

¶Iudicio, non manibus res ecclesiæ defendantur. C. I.

Consuetudo noua in ecclesia [a] hac, & valde reprehensibilis erupit, vt cum rectores eius patrimonij vrbana, vel rustica prædia iuri illius competere posse suspicantur, fiscali more titulos [b] imprimant, atque hoc, quod cōpetere pauperibus existimant, non iudicio, sed manibus [c] defendant [d]; & cum per prædicatores suos ueritas dicat [Nihil per contentionem;] etiam ipsum litigiosæ contentionis malum transcenditur †; & res quælibet, cum æstimatur ecclesiæ posse competere, per vim tenetur. Proinde præsenti decreto constituo, vt si quis ecclesiasticorum vnquam titulos ponere siue in rustico, siue vrbano prædio sua sponte [e] præsumpserit: anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit. ¶Is autē, qui ecclesiæ præest, si hoc vel ipse fieri præceperit, vel sine sua præceptione factum digna punire animaduersione neglexerit; anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit.

Poly. l. 4. tit. 8.
Philip. 2.
† al. transcendunt

2 *Quòd autem quisquis sua auctoritate, quod sibi deberi putat, vsurpat, nec per iudicem reposcit; cadat a causa, ex auctoritate Mileuitani concilij habetur, in quo ita statutum legitur, c. 21.*

Et in Afri c. 87.

¶Causæ suæ detrimentum patiatur episcopus, qui ecclesias suas ab alio detentas propria auctoritate quærit adire. C. II.

Placuit, vt quicunque episcopi quascunque ecclesias, vel plebes, quas ad suam cathedram existimant † pertinere, non ita repetierint, ut causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint; siue volen-

Poly. l. 3. tit. 12. Burch l. 1. c. 70. Iuo p. 5. c. 177.
† al. existimant

Consuetudo.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte Greg. reprehendit consuetudinem cuiusdam ecclesiæ, ubi rectores statim cum putabāt vrbana, vel rustica prædia ad ecclesiam suā pertinere, more fisci signa imprimebant & violenter sine iudicio possidentibus auferebant. Præcipit ergo Greg. vt quicunque de cætero talia fecerit, anathematizetur. In secunda parte dr̄, quòd si prælatus ecclesiæ hoc fieri præceperit, uel ab alijs facta non punierit, anathema sit. Secunda pars incipit ibi. [Is autem.]

Papa iudex esse non debet in causa propria.

a ¶Ecclesia.] Id est, Romana prohibet tamen & in alijs. ī. end. c. Et ita est hic arg. ꝙ si Papa cum aliquo causam habet, non debet ipse esse iudex, & rem occupare, sed arbitros eligere, arg. 2. q. 7. nos si. alioquin cadet, à re, vt in auth. de man. prin. coll. 3. §. vlt. C. vt nemini liceat sine iu. l. vna. C. vt nemo. priua. tit. l. 2. C. de his quæ pœ. nomine l. 1. tamen si vult esse iudex in causa ecclesiæ, potest esse, ut dixi 2. q. 7. si qui sunt.

b ¶Titulus.] Id est, vexilla, vel alia signa. hoc enim soli principi est permissum, vt C. vt nemo priua. tit. l. 2. & q̄ signa imprimit rebus propria auctoritate. si est de plebe, decapitatur: si nobilis, proscribitur. C. vt nemo, priua. tit. l. 2.

c ¶Sed manibus.] Infra 23. q. 8. conuenior. & c. quicūque. supra 15. quæst. 6. auctoritatem. contra supra 63. distinct. Hadrianus. contra infra 23. quæst. 8. occidit. Solu. ibi dicitur de materiali & spirituali gladio, sed singula singulis referuntur. hic enim non possidet, sed alij auferre conatur. Vel secus cum possessor non vult stare iuri.

d ¶Defendant.] Id est, petant, ut dist. 8. quo iure.

e ¶Sponte.] Id est, sua auctoritate. Io.

QVOD AVTEM. Hæc est secunda pars quæstio. in qua dicitur, ꝙ nullus sine iudice debet aggredi rē ab altero possessam, quam credit ad se pertinere. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic est secundus articulus huius quæstionis, in quo hoc ordine procedit. Primo probat, ꝙ si prælatus sua auctoritate vsurpat rē quā putat ad ecclesiam pertinere, cadat à causa. Postea probat contrarium, tandem dat solutionem inf. ead. § si ergo. Et no. ꝙ quādo locum constitutio si quis in tantam C. vnde vi, quia delictum prælati, &c. ut ī. ea. si episcopum. & prælatus potest facere meliorem conditionem ecclesiæ, non deteriorem, vt extra de in integ. rest. requisiuit. sicut nec inuasio tutoris, uel violentia præiudicat pupillo, ut C. vnde vi, meminerint.

Placuit.] CASVS. Quidam episcopi cum putarent quasdam ecclesias, vel plebes ad suam cathedram pertinere, sine iudicis auctoritate inuaserunt eas. & super ecclesijs, uel plebibus inuasis, confirmationem impetrauerunt: quæsitum est in Mileuitano concilio qd̄ sit super hoc faciendum, & quam pœnam pati debeat inuasor. Respondetur ꝙ inuasor pati debeat detrimētum causæ suæ siue volentibus, siue nolentibus plebibus hoc fecerit, & res inuasa debet restituere spoliato, & literas confirmationis ei tribuere. Facta vero restitutione, si de proprietate quæstio vertitur, per iudices delegatos decidatur. [Detrimētum patiatur.] i. deponatur, & ita nō poterit postea agere. Vel causæ suæ,] &c. id est in causa sua, id est re propria, vel pecunia propria si habet: quia puniri debet iusta æstimatione. vel causæ suæ detrimentum, &c. quantum ad possessionē: quia de cætero non auditur nisi de proprietate. [Habeat,] inuasor. Cōueniat ille cuius fuit. [Eum.] id est, inuasorem [tenuisse] aliquando.

a ¶Siue

a ¶Siue volentibus.] At.quòd illicitus consensus non habetur pro consensu.92.distin.si quis episcopus extra de elect. Osius.18.quæst.2.si quis abbas. C.de salgamo hospitibus non præbendo l.s.lib.12. & C. de rap.vir.l. vna arg contra.28.dist.diaconi.
b ¶Cau- sic extra de confir.vti.examinata.
e ¶ Vt eum appareat.] Non autem auferat ei per uim. Vel dicut eum appareat detentorem primum.
f ¶Pacifice.] Id est, iuste, &c.
g ¶Retulerit.] Fortè excipiendo qđ non inuasit, & ita referat quæstionem de electione ante restitutionem. vel repetendo, volẽs repetere, qđ innasit, & ita referat quæstionem ex sentẽtia, uel ex limite, uel ex aliquo iure & hoc intellige dum toleratur. extra de reb. ec. non alie. si quis presbyterorum. 12.qõ 2. præcipimus. ar. C. de sac.san. ec inbemus. lo. Sed si in modum exceptionis aliquid proponitur, quare idẽ iudex non cognoscit de exceptione. uel si in modum reconuentionis proponatur, ideo non intelligas de exceptione uel reconuentione: sed hoc vult dicere, ꝙ facta restitutione potest agi de proprietate coram iudicibus electis, cũ suspectum habẽt primatẽ. ar. 11. q.1.peruenit. Est autẽ arg. ex eo ꝙ dicit, literas impetrauit, ꝙ primas potest concedere priuilegiũ. ex de iis quæ fiu. a præla. quanto. similiter archieps, ut 9.qõ.3. per singulas. sed non in diœcesi suffraganei. extra de excess. præla. sicut unire. nisi hoc fieret de cõsensu omnium epĩscoporum, ut 9. qõ. 3. archiepiscopus.

tibus [a], siue nolentibus plebibus causæ [b] suæ detrimentum patiantur [c]. Et quicumque hoc iam fecerint; si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt; ille inde discedat, quem constiterit prætermissis iudicibus † ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si à Primate, ut retineat, litteras [d] impetrarit: sed siue habeat litteras, siue non habeat; conueniat eum, qui tenet, & eius litteras accipiat: ut eum appareat [e] pacifice [f] tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit [g]; per episcopos iudices causa finiatur siue quos eis Primas † dederit, siue quos ipsi uicinos α ex consultu Primatis β delegerint.

† al. iudicijs

Burc.l.1.c.145. Iuo p.5. c.258.

† al. Primates dederint

α ¶Vicinos.] *Antea legebatur,* uicini *Emendatum est ex editionibus conciliorum Coloniensibus, vno codice Vaticano, Sorensi regio Burchardo, & Iuone. In exemplari etiam antiquo concilij Carthaginensis Græci.c.121 legitur,* γειτνιῶντας, *vbi in impressis est,* γειτνιῶντες.
β ¶Ex consultu Primatis.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum vetustioribus, codice Soriensi regio, & duobus Vaticanis. Sed in recentiore Coloniensi quattuor tomorum editione, & apud Burchardum & Iuonem est,* uicinos ex consensu delegerint. *itemque in concilio Africano in omnibus editionibus.*

3 *Econtra Gregorius Ioanni defensori eunti in Hispaniam scribit lib.11.epist.50.dicens.*

¶Delictum personæ in damnum ecclesiæ conuerti non potest. C. III.

2.q.1.in primis. §. si autẽ epm.

SI episcopũ talem culpam admisisse cõstiterit (quod absit) vt constet eũ nõ irrationabiliter fuisse depositũ; eadem eius depositio [h] confirmetur, & ecclesiæ res suę oẽs restituãtur, quæ ablatæ claruerũt: quia delictũ [i] personę [k]

Priuilegiũ põt cõcedi à primate.

b ¶Causę.] Quantum ad possessorium iudicium etiã, quia puniri debet in litis ęstimatione si habet propria. ad similitudinem eius quod de tutore dicitur. C.de admi tut.non est ignotum. & C.vnde vi, meminerint.ut sicut factum tutoris non redundat in pupilli damnũ: ita nec hoc delictum personæ redundabit in damnum ecclesiæ.
c ¶Detrimentum patiantur.] Quia deponitur, & sic non aget 12.q 2.monemus.aliter exponit G.j.ead.qõ. §.vlt.1.& punitur publicatione bonorum. arg. C.vnde vi, meminerint, & in expensis. C.de admi.tut.non est ignotum. Sed contra 2.q.7.lator. sed ꝙ ibi non punitur raptor, ex misericordia factum est; sed adhuc est cõtra 18.q 2. Eleutherius. ibi enim presbyter cuiusdam episcopi spoliauit monachos pro iure episcopi conseruãdo, sed tamen non dicitur ibi, ꝙ mandauerit hoc episcopus. Sed videtur, ꝙ si episcopus occupet huiusmodi rem consensu canonicorum, ꝙ præiudicet ecclesiæ: arg C.de sac.san eccl.iubemus.25. quæst.2.ita.sed hoc non concedo, ut arg.12.q.2.sine exceptione.& arg.18. q 2.si quis abbas.
d ¶Litteras.] Confirmationis.quæ non valent in re violenter possessa. C.vnde vi, auctoritatem. sicut nec priuilegium super re litigiosa, ut extra de testi.causam.

a Vel dicens no. extra de don.c.8. de hoc ẽt not. j.c.proxi.

Item per tale priuilegiũ non confirmat nisi quod aliàs est legitimũ. nam solus Papa id quod nullum est, facit ratũ auctoritate sua, si ex certa scientia hoc faciat.ar.j. ea.si episcopum licet alias confirmari non dicatur, nisi quod ante firmum erat.ext.de fi.instr.c.inter.dilectos.

ECONTRA. Hæc est 3.pars q.in qua probat per sex auctor. quod delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet, immo persona tantum puniatur. Io.de Fant.

CASVS. Probatũ est s̃.ꝙ prælatus inuasor patitur suæ causæ detrimentum, nunc probat contrarium.

SI episcopum.] CASVS. Quidã epũs Hispanię, nomine Stephanus, fuit depositus à iudicibus nõ suis. pcepit ergo Papa Ioanni defensori eunti in Hispaniam, ut propter scandalum eius depositionem confirmet, si inuenerit eum commisisse culpam dignam depositione, & Comitiolum[a], qui illius ecclesiam spoliauit, uel eius hæredem compellat ad res ecclesiæ restituendas: quia delictum personæ in damnum ecclesię non est conuertendum.
h ¶Depositio.] Licet mala fuerit, & hoc propter scandalum a sic 3 q 6.hæc quippe.
i ¶Delictum.] Sic 18.q.2. Eleutherius contra.
k ¶Persona.j.25.q 2.ita nos.contra.sed ibi potius puniri

a Et metu principis hoc factum fuit, s.ꝙ depositio fuit cõfirmata, arg. contra s̃.e.q.1.fatetur.

mui

niti sunt delinquentes, quàm ecclesia. vel bene punit ecclesia non in honore, sed in facultatibus ob delictũ personarum.sup.ea.q.3. placuit.
a ¶In damnum ecclesiæ.] 25.q.2.item nos cõtra.sed ibi potius puniuntur delinquentes, quàm ecclesia.Itẽ cõtra.supra.quæst.3. placuit.sed delictũ quod consistit in omittendo, bene præiudicat ecclesiæ: sed quod in faciendo, nequaquã: alienare tamen dicitur,qui usucapere permittit.ff. de uerb. sig. alienationis.Item cõtra,ĩ.54.dist.si seruus. ubi dicitur, quòd pro uno seruo episcopus duos debet recompẽsare domino. sed intelligendum est illum debere restituere duos,nõ de rebus ecclesiæ. sed de rebus proprijs si quas habeat.

tiã,deputet, ut ĩ. ea. de lapsis uel cõmunione rerũ ecclesiæ sibi commissæ.nõ enim propter hoc res sunt ecclesiæ auferendæ, licet hoc quotidie fiat ab epis,& forte non minus iniuste, cum pœna pecuniaria magis timeatur, quàm corporis: & iõ iuste uidetur posse fieri. arg.

in damnum ecclesiæ [a] non est conuertendum. Si enim, ut dicunt, Comitiolus defunctus est; ab herede eius, quæ iniuste ab illo ablata sunt, sine excusatione reddantur [b].

Idem Petro subdiacono, lib. 1. epist. 42. Ioannes diac. I vita, l. 2. nu. 65.

¶In personam delinquentis, non in facultates eius ultio procedat. C. IIII.

COgnouimus, quòd si quis ex familia culpam fecerit ecclesiæ α, non in ipsum † [c], sed in eius substantiam † uindicatur. De qua re præcipimus, ut quisquis culpam fecerit, in ipsum † quidem, ut dignum est, uindicetur: à cõmunione β [d] autem eius omnino abstineatur.

Iuo p. 16. c. 81. † al. ipso † al substãtia † al. ipso

α ¶Ecclesiæ.] *Hæc uox abest à plerisque uetustis Gratiani codicibus, & duobus epistolarum B. Gregorij (quamuis sit in impressis) & Ioanne diacono, & Iuone.*

β ¶A communione.] *Sic etiam legitur in Probeniana editione operum B. Gregorij: sed in cæteris editionibus, & apud Diaconum, & Iuonem,* à commodo. *qua uox in ea epistola sæpe repetitur ad significandas facultates ipsas. Quare hæc statim subduntur,* nisi forte parum aliquid, quod in usu executoris, qui ad eũ transmissus fuerit, proficere possit.

Item in eadem epistola.

¶Res eorum, qui ex clero labuntur, simul cum ipsis monasterio tradantur. C. V.

DE lapsis sacerdotibus, uel leuitis, uel quolibet ex clero obseruare te uolumus, ut in rebus eorum nulla cõtaminatione miscearis: sed pauperrima regularia monasteria require, quæ secundum Deũ uiuere sciuntur †; & in eisdẽ monasterijs ad pœnitentiam lapsos trade: ut res lapsorum in eodem loco proficiãt, in quo agere pœnitẽtiã

Ansel. 8. ca. 5. Iuo p. 6. c. 370. & p. 15. c. 20. † al. sciunt

b ¶Reddãtur.] Licet ad eum non perueneri, tenetur ex maleficio defuncti secundũ canones.extra de pig. c.3.12.q.2. episcopus. qui filios.arg.96. dist. bene quidem. extra de rap. in literis r. si cui heres defuncti tenetur cõdictione furtiua.ff.de condi.furti. si pro fure.§. conditio.& ff. ui bon. rap. l.2.§ ult. quia illa oritur ex maleficio, etiã si lis cum defuncto contestata non sit: imo præsumitur peruenisse ad eum, ex quo in uniuersum successit 21. extra de usu. sua. sed hoc ideo, quia ibi defunctus fuit obligatus ex quasi contractu propter indebitum solutum, & bene conuenitur heres. licet ad eum nihil peruenerit. Sed obijcitur: si pro usuris repetendis agitur actione ex quasi contractu, quid ad ecclesiam, si agitur ex contractibus ratione pacti: ergo heres nõ est conueniendus: Respondeo, licet ex contractu agatur, tamen uersatur ibi delictum, unde heres potest conueniri, ut ff. de act. & obl. l. ex contractu. secundũ legem autem non tenetur ex delicto defuncti, nisi lite contestata. C. ne ex delic. defun. l. 1.

Hęres an teneatur ex maleficio defuncti.
r Concor. ica. in l. ue tetis. C. de Ghen & conuit. stip. & in l. unica. C. ut ac. ab hęre & cõtra hęre.

COgnouimus.] CASVS. Quidam clerici delinquebant, episcopi tamen non ipsos puniebant, sed eorũ ecclesias suis bonis spoliabant. quare præcipit Gregorius, uel clerici delinquẽtes psonaliter puniani, sed a rebus ecclesiæ abstineator. [A cõione eius.] Id est, à communione rerum ecclesiæ, quæ dicuntur eius, quia sunt ei commissæ. [In eius substantiam,] i. ei commissam, uel cõione, id est, participatione rerum eius, non communicemus nobis res eius, sed ipsi puniantur.

c ¶Non in ipsum.] Id est, non propria, sed ecclesiæ a, potest enim in propria puniri, 21. q. ult. si quis cuiuslibet. si illam pœnam plus timeat.

a Scilicet si bi cõmissæ. & sic facit ad proposi tum. Gra-

d ¶A cõmunione.] s. rerũ eius, i. nõ cõicemos facultates eius nobis, sed locus in quo acturus est pœniten-

arg. 23 q. 4. ea vindicta. extra ut lit non contest. quoniam. in fi. Et intelligunt quidam hoc tantum esse de libertis ecclesiæ promotis, qui omnia acquirunt, ipsi ecclesiæ acquirunt, ut extra de ser. non ordi. c 3 unde ne propter eorum delictum damnificetur ecclesia, statuitur hic ut puniantur in persona, & non in reb. Res enim ecclesiæ non possunt confiscari, ut sup. ea. q. 1. in canonibus. & §. nonarum.

Ecclesię res non confiscantur.

DE lapsis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte loquitur de clericis sæcularibus quos præcipit G. in pauperib. monasterijs, si delinquerint, detrudi ad pœnitẽtiã agẽdã, & ut res eorũ eisdẽ monasterijs tradãtur, ut monachi subditum habeant de rebus eorũ, cum onus accipiant psonarum. si uero parentes habent, res eorum parẽtibus tradantur: ita tñ ut prouideãt in necessarijs clericis retrusis ad pœnitentiã. In secũda parte loquitur de clericis regularibus, q cũ delinquunt, in alijs locis religiosis debent ad pœnitentiam redigi: sed res eorum prioribus ecclesijs non subtrahant. ita tñ, ut priores ecclesię in necessarijs eis subueniant: ne locis in quibus positi fuerint, sint onerosi. Secunda pars incipit ibi, [Si qui uero.] Il. tñ dicit q scda pars intelligitur de illis clericis. q fuerũt serui eccle-

ecclesiæ alicuius, quorum res debent dimitti illi ecclesiæ, cuius prius fuerant serui. Seq. duo c patent, quæ inducuntur, cum inutilitas uel malitia prælati non nocet ecclesiæ.

a ¶Subsidium.] Ar. ad quem spectat onus, &c. 12, q. 2. cha-

latus inutilis factus est, quasi diceret, inutilitas prælati non debet redundare, &c.

d EPiscopo.] ¶Subijciat.] Cum coepiscopis. Vel secundum Hu. solus i. hoc faciat 2. infra. 17. q. 2. si quis abbas. arg. epm posse deponere abbatem: & hoc verum est ab honore, non ab ordine, sicut de monacho dicitur. 81. dist. valet. & s. 1. q. 5. c. 1.

traduntur: quatenus ipsi ex rebus illorum subsidium [a] habeant, qui de correctione eorum solicitudinem gerunt. Si vero parentes habent; res eorum legitimis parentibus dentur, ita tamen, ut eorum stipendium, qui in pęnitentiam dati fuerint, sufficiēter debeat procurari. ¶Si qui vero ex familia ecclesiastica sacerdotes, vel leuitæ, vel monachi, vel clerici, vel quibet alij lapsi fuerint, dari eos in pęnitentiam volumus, sed res eorum [b] ecclesiastico iuri nō subtrahi. Ad vsum tamen suum accipiant, vnde ad pęnitendum † subsistant: ne, si nudentur, locis in quibus dati fuerint, onerosi sint.

† *al. pœnitentiam*

† *fortasse, tertius*

Item Leo quartus † Carolo Regi.

¶Inutilis sacerdos ecclesiam suam dignitate non priuat. C. VI.

Iuo p 5. c. 21.

SI fortassis (quod non credimus) apud vos inutiles iudicamur; ecclesia tamen, cui permittente Domino præsumus, non inutilis [c]: sed caput, principiumque omnium merito simul ab omnibus vocatur.

Item in Moguntinensi concilio.

¶Possessiones monasterij pro peccato abbatis episcopo tollere non licet. C. VII.

Burc l. 8. c. 88.
Iuo p 7. c. 106.

EPiscopo nō licet possessionem monasterij tollere, quãuis abbas peccauerit: sed subijciat α [d] eum potestati abbatis alterius monasterij.

α ¶Subijciat.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, mittat eū in aliud monasterium in potestatem alterius abbatis.

Item Gelasius.

¶Quæ sacerdotes dederunt; subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant. C. VIII.

Ans l. 6. c. 172.

ILlud statuendum censuimus, vt quascũq; munificentias clericis, aut sibi seruiētibus de rebus ecclesię in usum [e], aut de proprijs in proprietatem præcedentes dederint sacerdotes; subsequentes pontifices nullatenus auferre [f] pſumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate [g] personarum, vel regula præcedentium canonum in persona habeatur, non in facultate districtum.

Si ergo delictum personæ in damnum ecclesiæ conuerti non potest, quia procurator conditionē ecclesiæ potest facere meliorem [h], *non deteriorem: si peccato abbatis possessiones*

1 Sine alijs coepis, sed nō sine suis canonicis, sm Hug. & hic uideas qđ legit & not. 21. dist. submittitur in si.

a De hoc not. 15. q 7. in sum.

ILlud.] CASVS. Quidam episcopi concesserunt quibusdam clericis res quasdam ecclesiæ suæ in usum, vel de rebus proprijs in proprietate, & nomine ecclesiarum, in quibus ipsi clerici ministrabant: subsequentes vero pontifices cū videbant eos delinqueres ecclesijs eorū auferebant res, quas dederant prædecessores. statuit ergo. Gelasius, ut personæ delinquentes puniantur: sed ecclesiæ suis bonis non spolientur. & nisi sic poneretur, nō faceret casus ad propositum Gratiani.

e ¶In vsum.] Quandoque tamen res ecclesiæ dantur in proprietatem. 12. q. 2. bonæ. sed cum dantur intuitu officij, non, vt hic.

f ¶Auferre.] Infr. e. q vlt. inuentum. s. s. distin. 74. gesta arg. s. es. q. 1. possessione. s. Sed die nullatenus, id est, vsque ad tempus præstitutum.

g ¶Pro qualitate.] Vide meliorem conditionem clericorum percipientium aliqd in ecclesia propter obsequium aliquod, uel extrinsecam probitatem, quàm canonicorum: quia ob delictū non amittunt illud, sed habent vsque ad obitum suum. argu. hic, & 12. qō. 2. sæpè. Vel dic auferre præsumat, non dico ei, sed ecclesiæ & sic facit ad propositū Grat. ꝙ delictum personæ nō redundat, &c.

charitatem. 27. q. 1. si quis rapuerit. s. 50. di. si quis episcopus s. 12. q. 5. c. ult. ff de reg iur. secundum naturā. Nam naturale est commoda eum sequi, & c C. de fur. & ser. cor. l. si §. sed cum.

b ¶Sed res eorum.] Videtur hic, ꝙ si clericus semouatur ab ecclesia sua, ꝙ omnia sua ei reddantur, ut extra de elc. conu. ꝙ à 1c. & extra de renun. c. 3. & 29. q. 1. si quis rapuerit. sed hoc non concedo. 12. q. 2. nō liceat. sed dico ꝙ tm usufructus illorum debet habere tempore vitæ suæ, & sic intellige quod hic dr.

c SI fortassis.] ¶Non inutilis.] Propter hoc ꝙ præ-

SI ERGO. CASVS. Concludit Grati. ex supradictis, ꝙ propter delictum prælati ecclesia pati damnum nō debet: quia procurator est, & non dominus. vnde non potest conditionem ecclesiæ facere deteriorem. & sol uit superiorem cōtrarietatem, scilicet, quia innator detrimentum causæ suæ sic patitur, vt clericis stantibus coram iudice pro re ecclesiastica repetenda episcopus propter innasionem sileat, & in proprijs si quæ habeat puniatur.

h ¶Meliorē.] Extra de in inte. restit. requisiuit. & hoc

verum

verum est, in acquisitis, secus in acquirēdis. C de a:q. poss. ea liberis. sed si propria habet prælatu , agatur cō tra eum. C. arbit tut. quidquid. & 12 q. 2. monemus.

lud e. abrogatum est, vt dist. ea. § verum. Ioan.

Decimas.] CASVS. Hoc capitu. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod laici decimas possidere non possent; & si recep as a quibuscunque personis ecclesiæ cui competunt, non reddiderint, pœnam

monasterij auferri non licet: quomodo delictum episcopi vertetur in damnum ecclesiæ, vt inde detrimentum causa sua patiatur? sed detrimentū causæ pati non: sic est accipiendū, ut ecclesia suo iure priuetur, sed potius, quia clericus coram suo iudice stantibus episcopus tacebit, & pro iniuria illata mulctabitur, si propria habuerit.

QVAESTIO VII.

Quod autem ecclesias [a] de manu Laicorum [b] nec abbati, nec alicui accipere licet, omnium canonum testatur auctoritas. Generaliter n. tam ecclesiæ, quàm res ecclesiarum in episcoporū potestate consistunt. Laici autem nec sua, nec episcoporum auctoritate decimas uel ecclesias possidere possunt. Vnde episcopi sine beneficio, siue pretio ecclesias, vel decimas laicis dederint: domum orationis, domum negociationis, & speluncam latronem faciunt. Vnde post euersionem cathedræ à cœtu fidelium segregati, æterno verbere, a Domino flagellabuntur. Math. 21.

Vnde Gregorius VII. ait in concilio Lateranensi, c. 7. lib. 6. regesti.

¶Decimæ à laicis non possideantur. C. I.

Decimas, quas [c] in usum pietatis concessas esse canonica auctoritas demōstrat, à laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus. Siue enim ab episcopis, uel regibus, uel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. Opportet autem congruentius, non decimas, & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere: quas

Poly l 3. tit 21. Ant. l 5. c. 53. Pann. l. 8. c. 145. Deusdedit li. 3.

Quod autē.] Hæc qō. diuiditur in 6. partes in quarum prima dicitur & probatur, ꝙ oēs decimæ, & ecclesiæ debent esse in potestate episcopi loci: & debet illas canonicè diuidere, & dare ecclesias & beneficia canonicè, & sine illo nullus potest ecclesias vel decimas conferre, Secūda ibi, [Quoniam in quibusdam.] Tertia ibi, [Pigmentis.] Quarta ibi, [Vt ergo.] Quinta ibi, [Si quis vult.] Sexta ibi, [Constituit.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur septima q. vbi quæritur an laici ecclesias monachis dare possint de consensu episcopi & clericorum. Et hanc quæstionem extendit Grat. ad decimas & primitias, & etiam ad alias res ecclesiasticas. Et primo in hoc § ostendit, ꝙ laici nec ecclesias, nec decimas possunt possidere, nec potestatem habent disponēdi res ecclesiasticas. Vnde nec monachis nec alijs eas dare possunt. si tamen interueniat cōsensus episcopi, valet donatio, ut infra e. §. sicut ergo. & c. sequen. sed sua auctoritate non possunt, ut infra ea. nullus. ius autem patronatus (vt dicunt quidam) etiam sine auctoritate epi cōferre possunt loco religioso, vt dicebatur in extrauagan. de iure patrona quamuis. & c. consultationibus. Postea ostendit quid iuris sit in ecclesijs ab eis fundatis, utrum sibi possunt vendicare.

a ¶Ecclesias.] Hæc est 7. qō. s. an abbas possit retinere ecclesiam, quam accepit de manu laici interueniente postmodum consensu episcopi: Et dic ꝙ sic, vt ī. ead. nullus. & c. decimas. Et extendit eam magister etiam ad decimas, & omnes res ecclesiasticas, & in hunc modum eam tractat. Primo ostendit ꝙ laici ecclesias vel decimas, nec etiam epō otiā auctoritate habere, vel possidere possunt: ergo nec alicui eas cōferre possunt: si tā post cōsensus epi interueniat, tenet donatio: ī ead. §. sicut ergo. & c. decimas. ius autem patronatus etiam sine auctoritate ipsius cōferre possunt loco religioso. extra de iure pa. illud & c. consultationibus. Ostendit postea Gratianus 1. quid iuris in ecclesijs a[1] eis fundatis laici sibi valeāt uendicare. Dic ergo ꝙ qui ecclesiam cōsequitur à laico, ipso iure suspēsus est. Arg. infra ead. decimas & c. cōstitutiones & c. si qs deinceps. nisi auctoritate Papæ hēat laicus inuestituras, sicut Dux Apuliæ: tūc pt dare cui vult pter auctoritatē epi. ī. ea nemini.

b ¶Laicorum.] ī. 63. di. in Hadrianus a. contra. sed illud e. abrogatum est...

Laici ecclesias. aut decimas hēre non pñt.

1 Scilicet infra ea. c. pigmētis. cum c. seq.

nam æternæ damnationes incurrent: & quòd clerici tantum decimas & primitias habere debeant, probat auctoritate prophetæ dicentis: Inferte &c. In secunda parte dicitur, quod decimæ dēnt esse in potestate episcopi, ita vt omnibus clericis fideliter distribuat: nec qd quā alicui personæ exhibeat: ne alij propter hoc scrupuloso corde moueantur, vel possint pati detrimētum. [In horreum,] i. ecclesiam. Secunda pars incipit ibi, [Has vero.]

c ¶Quas.] Videtur ergo ex hoc c. & extra de deci. ca. quamuis. & c. prohibemus. & extra de præsc. causam. quod laici peccant si decimas possideant. H. dicit ꝙ epūs bene potest conferre laico decimas, sicut etiam posset pignori supponere vel vēdere, vt extra de pigno. c. 1. sed ius spirituale non potest conferre. Alij vero dicunt, quòd quocumque modo accipiunt, peccant, per prædicta c. & extra de deci. ad hæc. quia etiam fructibus uti prohibentur: vt 10. q. 1. hanc consuetudinem. Ego credo quod temporalia non potest habere laicus iure feudi; ut ad hæredes descēdāt, ut extra de deci. ad hæc. quia ius spirituale quod residet apud ecclesiam, siue temporali consistere non potest, sicut corpus sine anima, ut 1. q. 3. si quis. Itē quia inutile esset illud ius ecclesiæ.

Laici non possint sine peccato decimas percipere.

sæ, ut dicit lex de vsufruct. ut insti. de vsufruct. § 2. Nec ob. extra de his quæ fiunt à prælа. cũ Apostolica. quia ibi potius factum quàm ius tangitur. extra de appella. ad pœnitentiam.

a ¶In horreum.] Argum. quòd non solum dare, sed etiam ad domum deferre decimam debent. argum 7. ea. q. 1. reuertimini.

b ¶Sub manu epi.] Infra 12. q. nemini. contra. sed ibi de iure patronatus agitur quod laicus potest dare, & ab eo recipi. 3. dist. 32. præter. sup. 10. q. 1. decretum est.

fideles Domino præcipiente offerunt, iuxta illud uaticiniũ Malachiæ prophetæ : [Inferte omnem decimationem in horreum [a] meum, ut sit cibus in domo mea.] ¶Has uero decimas sub manu episcopi [b] fore censemus: vt ille, qui cæteris præest, omnibus iuste distribuat, nec cuiquam perso næ honorabilius [c] exhibeat, vnde alij scrupuloso corde moueantur. sed sint omnia communia : quia inhonestum uidetur, ut alij sacerdotes habeant, alij uero detrimentum patiantur; sed sicut una est fides catholica, ita necesse est, ut ille, qui prouisor est loci, quamuis multæ [d] sint ecclesiæ, omnibus [e] tamen fideliter distribuat.

Mal. 3.

¶Est canon septimus concilij à Gregorio VII. Romæ in Laterano habiti anno Domini 1078. quod habetur lib. 6. registri eiusdem Gregorij. Eundem canonem repetiuit Innocentius II. in concilio à se Romæ habito, c. 9. Vtrumque concilium extat in bibliotheca Vaticana.

a ¶Oportet autem] *Quæ sequuntur vsque ad finem, in neutro concilio, neque in Polycarpo, aut Pannormia, neque apud Anselmum habentur.*

[Vnde Vrbanus II.]

¶De eodem. PALEA. C. II.

In collect. 1. c. de capel. mona.

CONgregato apud Claramontẽsem urbem multorum episcoporum synodali conuentu, proposita nobis est à quibusdam eorum quæstio de ecclesijs, uel de ecclesiasticis possessionibus à clericis, uel monachis usque in præsentiarum, inconsultis episcopis, acquisitis. Nos autem usi saniori consilio eorundem episcoporum, condescendẽtes pro tempore, prouidentesque ecclesiasticæ paci, uel quia aliter absque ineuitabilis scandali periculo huiusmodi quæstio non poterat procedere? Apostolica auctoritate decreuimus, ut ea, quæ à clericis, uel monachis, uel à quibuscumque personis, prout potuerint, usque hodie fuerint acquisita, rata perenniter, & inconcussa permaneant: hoc tamen tenore, ne in posterum inconsultis episcopis: talia præsumant.

¶Caput hoc in concilijs Vrbani non est inuentum. Habetur autem in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis, titu. de capellis monachorum, ex eodem Vrbano citatum.

Vnde Gregorius VII.

¶De eodem. C. III.

1. q. 3. peruenit. Poly. li. 3. ti. 22.

PEruenit ad nos fama sinistra, quòd quidam episcoporum non sacerdotibus propriæ diœcesis, decimas, atq; Christianorum oblationes conferant; sed potius laicalibus personis, militum uidelicet, siue seruitorũ, uel (quod grauius est) etiam consanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti transgressor; inter maximos hæreticos, & antichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicæna synodus de simoniacis censuit, & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici, siue pretio, siue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

c ¶Honorabilius.] supra ead. q. 1. ad hoc. Contra. sup. 71. distin. cõsuluit. sup. q. 2. c. vl. supra 12. q. 2. Vulteranæ. in illis omnibus dicitur, quod secundum merita personarũ potest res ecclesiasticas diuidere. Solu. hoc capit. loquitur de illis clericis, quorum præbendæ nõ sunt distinctæ. Vel dico, quod loquitur de decimis & oblationibus, quæ æqualiter sunt diuidendæ. pares ergo erunt reditus omnium, qui sunt in eadẽ ecclesia quoad præbendam, ut extra de constit. cum oẽs. & cap. cum M. & extra de præben. relatum. sed secundum Apostolum unus non debet esurire, & alius ebrius esse: & quorundam remissio alijs nõ debet esse tribulatio: ut 25. quæst. 1. § his ita. in fi. sicut iniquum est inter socios, quod unus consequatur plus quàm alter, ut ff. pro socio. uerum § si cum tres. Vel dic quod non negatur hic quin secundũ merita personarum possit diuidere res: sed secundum carnalem affectum non debet eos diuidere. Ioannes.

Reditus eorum qui sunt in eadẽ ecclesia, dẽt esse pares.

d ¶Multæ.] Quoad membra: quia ipsa ecclesia est una, ut 7. q. 1. Nouatianus. 24. q. 1. loquitur.

e ¶Omnibus.] Argu. pro capellis ut cõcedantur eis decimæ, ut 70. dist. sanctorum, sup. ea. q. 1. c. decimas. sup. 12. q. 1. uidentes.

PEruenit.] CASVS. Quidam epi decimas & oblationes non dabant sacerdotibus, sed potius militibus, uel seruitoribus, vel cõsanguineis: quod cũ significatũ fuisset Gregorio, statuit, ut epi qui talia fecerint, inter maximos hæreticos, & antichristos compararetur: & episcopus datos

cor & laicus receptor deputentur pœnis æternis.

QVicumque.] CASVS. Statuitur in hoc c. quòd si quis cognouerit se decimas non fideliter persolutas, modo soluat ad plenum, scilicet de omnibus fructibus & fœtibus, & de negotio, & etiam de venatione sua.

pomis arborum sacerdotibus dentur; & si quis tertio communitus eas dare noluerit, donec satisfaciat, anathematizetur. Quę sequuntur plana sunt usque ad ca. & hoc diximus.

d ¶Sanctificatur.] Id est, ministerijs sanctis, id est, sanctæ

¶In vulgatis codicibus huic capiti erat præpositum nomen Palea: sed habetur in omnibus manuscriptis. Refertur autem plano eisdem Verbis supra 1.q.3. peruenit & de eo ibi notatum est. In Polycarpo est longe copiosius, & citatur ex concilio Africano.

Item Ambrosius in sermone Quadragesimæ, cuius initium: [Ecce nunc tempus.]

¶Fideliter decimas dat, qui omnium suorum decimas soluit. C. IIII.

QVicumque recognouerit † in se, quòd fideliter non dederit decimas suas; modo emendet, quod minus fecit [a]. Quid est fideliter decimas dare? nisi ut nec peius, nec minus aliquando Deo offerat aut de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio [b], aut de ipsa [c] uenatione sua. † *al. recognouit*

¶In sermonibus sæpe citatis, qui B. Ambrosio inscripti in bibliotheca Vaticana, & monasterij Mediolanensis seruantur, sermone primo de Quadragesima habetur hoc capitulum.

Item ex concilio Rothomagensi.

¶Excommunicentur qui sacerdotibus decimas dare nolunt. C. V.

Burc.l.3.c.130. Iuo p.3.c.196. Pann.l.2.c.58. *Leuit.27.*

OMnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborũ, Domini sunt; & illi sanctificantur [d] boues α †, & oues, & capræ, quæ sub pastoris uirga transeunt: quidquid decimum uenerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod † mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur.] Sed quia modo multi inueniũtur decimas dare nolentes; statuimus, ut secundum Domini nostri præceptum admoneantur [e] semel, & secundo, & tertio. Qui si non emẽdauerint; anathematis uinculo feriantur usque ad satisfactionem, & emendationem congruam.

† *omnium decimarũ bouis, et ouis, &c.*] *ori.* † *al. & quod mutat, & quod mutatum est.*

¶Hic etiam auctoritate veterum codicum inductum est nomen Palea.

α ¶Boues.] *Hæc usque ad vers.* Sed quia. *in aliquot vetustis codicis non habentur. Sunt tamen etiam apud cæteros collectores.*

Item ex concilio Moguntinensi.

¶Veterum exemplo decimæ soluantur. C. VI.

DEcimas Deo, & sacerdotibus Dei dandas, Abraham [f] factis, & Iacob [g] promissis insinuat: deinde lex statuit,

Burc.l.3.c.133. Iuo p.3.c.199. Pann.l.2.c.20.

a ¶Quod minus fecit.] Sed pone quod aliquis diu non soluit decimas: nec modo posset soluere nisi venderet omnia quæ habet: nunquid tenetur ea uendere? Sic, sed ecclesia debet ei dimittere unde uiuat: cum hoc idem esset ei datura. res enim ecclesiæ omnibus sũt communicandę. arg. sup. ea. q.1. quoniam quidquid. nec enim ita auare sunt omnia extorquẽda: quia habenda est eius ratio, ne egeat. arg. ff. de re iud. inter. § nisi. Item patet hic quod sicut laicus non potest præscribere in decimis, sic nec in quantitate decimarũ: licet sit argu. contra, extra de deci. in aliquibus. ubi dicitur quod decimæ, quædam ex longa consuetudine debentur: sed illud potest intelligi secundum decre. extra eo. ad Apostolicę. Vel loquitur de decimis personalibus, quæ reddi bene debent ecclesiæ in qua recipit sacramentum. sed certe istæ & illæ similiter lege diuina debentur 1, ut 23.q.5. dicat. Et not. quod licet nõ currat præscriptio in quantitate decimę, tamen currit in quantitate cathedratici 2, ut extra de cens. olim. quod mirũ uidetur: cum clericus possit præscribere in decimis, & non in cathedratico 3. cum cathedraticum non possit episcopus à se abdicare, ut extra de dona. pastoralis.

Res ecclesię omnib. sunt communicandæ.

Decimarũ quantitate utrũ possit pręscribi.

1 Hoc vult Inno. tenere. quod dic ut pleneno. de deci. super rub.
2 Quãtitate. idẽ Cardi. Floren. in cle. 1. col. 2. de iure patrona.
3. Argu. contra 13. q. 2. in princ.

b ¶De negotio.] De hoc dixi sup. ca. q. 1. ca. reuertimini.

c ¶Aut de ipsa.] Su. 86.dist. Esau. contra. & c. qui uenatoribus. 5. distin. 34. quorundam. contra. Solu. ibi de arenaria uenatione, quę prohibita est: hic de saltuosa, quę quibusdam est concessa: de qua decimam dari pręcipitur. argum. 23. q. 1. nisi bella. & c. noli.

OMnes decimę.] CASVS. Statuit concilium Rothomagẽ. ut omnes decimę, siue de fructibus, siue de

& Dei ecclesię, scilicet deputatis conferuntur, ut 12. q.2. nullus. sup. ead. q 1. reuertimini.

e ¶Admoneantur.] Trina enim admonitio debet præcedere uindictam: arg 12.q.2. indigne. sup.5.q.2. præsenti. infr. proxi. q 4. de presbyterorum.

f DEcimas. [¶Abraham.] Ut 24. q.9. dicat.
¶Iacob.] Cum uenit in Mesopotamiã, dixit quod si eũ be-

bene succederet, decimas Deo daret.

a DEcimas.] Ex hoc c. & illo. 1. q. 1. nullus. & 7. q. 1. sancitum, dicunt quidam, quod non licet mihi ius meum spirituale redimere. & exponunt finem huius c. prohibendum est, s. episcopis ne fiat ab eis. s. ut redimant, quia simo-

Ius spirituale an possit redimi.

est partiri, & aliud partem dare. ff. de usufruc. etiam partis. ff. de verb. sig. l. nomen. §. portionis.

ET hoc diximus.] CASUS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima parte exponit Origenes litteram illam Euangelij, Intrauit Iesus in templum, & eiecit omnes vendentes & ementes de templo, & ostendit quod templum dictum est illud quod fecit Salomon de lapidibus insensatis, de quo uisibiliter eiecit Iesus uendentes & ementes: quia fecerunt ipsum domum negotiationis, & speluncam latronum. In secunda parte dicit, quod Dominus hoc fecit in figura spiritualium actuum: quia s. populus cum debebat facere festiuitates ad honorem Dei, & orationibus uacare, intenderet mundanis negotiationibus. In 3 parte ostendit quod iuxta tropologiam templum Dei dicitur ecclesia, uel congregatio fidelium, ubi uendentes & ementes sunt mali prælati, qui spiritualia pro pecunia donant, & ostendit quod Christus dolet de peccatis eorum: & hoc probat duabus auctoritatibus, scilicet Oseæ, & Euangelij. In quarta parte ostendit, quod per venditores columbarum intelliguntur prelati, qui ordinant indignos & irreligiosos episcopos vel presbyteros ad prælaturam ecclesiarum, qui Deo nesciunt reuerentiam exhibere. quod probat auctoritate Hieremiæ. [Secundum simplicem,] Id est, litteralem. Pro mundanis,] negotiationibus. Secunda pars incipit ibi, [Hoc ergo facto.] Tertia ibi, [Nunc autem arbitror.] Quarta ibi, [Et arbitror conuenire.]

& omnes sancti doctores commemorant.

Non autem decimæ sunt redimendæ à populo, si aliter dare eas noluerint.

Unde in eodem concilio legitur.

lib. 5. capitul. c. 45 & in leg. Longobar. l. 3. ti. de decimis. Burc. l. 3. c. 134. Iuo p. 3. c. 200. Pan. l. 2. c. 62.

¶Decimæ non sunt à populo redimendæ. C. VII.

ij DEcimas [a], quas populus dare non vult, nisi quolibet munere ab eo redimantur; ab episcopis prohibendum est ne fiat [b].

¶Burchardus & Iuo citant ex concilio Mediomatricis. Habetur in capitularibus lib. 5. c. 46. & in legibus Longobardicis lib. 3. tit. de decimis.

Item Augustinus lib. 50. homiliarum, homil. 48.

¶Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fisci accessit. C. VIII.

MAiores nostri ideo copijs omnibus abundabant [c], quia Deo decimas dabant, & Cæsari [d] censum reddebant. Modo autem, quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Nolumus partiri [e] cum Deo decimas: modo autem totum tollitur. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

Item Origenes homil. 15. ad c. 21. Matthæi.

¶Columbas uendit, qui ecclesiam indisciplinatis committit. C. IX.

Esa. 56. Mat. 21.

ET hoc diximus secundum simplicem intellectum. Iuxta moralem autem talia dicemus: & primum quidem de templo, de quo per prophetam dixit Deus: [Domus mea, domus orationis uocabitur.] Ergo secundum corporalem circumcisionem carnis, & secundum corporales legis festiuitates & sacrificia consequenter & templum Dei æstimabatur, quod ex lapidibus insensatis erat constructum; primum quidem à Salomone [f], deinde reparatum ab Esdra [g], postea vero post Christi aduentum à Romanis [h] destructum; & illa æstimabatur domus orationis: qua destructa [i]

simonia est. ar. extra de si. Matthæus. & c. querelam. Alij dicunt quod si iniuste vexor in iure spirituali, quod ad me pertinet, vexationem meam redimere possum, ut si illum eo iniuste deponi. ar. extra de si. nobis. & c. dilectus 1. & 1. q. 3. quæsitum. & iudicium iustum emere possum. arg. 14. q. 5. non sane. C. de adult. seruus. Io. consueuit dicere, quod si sum in possessione, possum redimere, aliàs non. laicus ut extra ea. dilectus.

b ¶Ne fiat.] Supple redemptio decimarum, & c. sicut dicit lex, quod faber non potest dare pecuniam pro specie, vt C. de fabri. l. 1. lib. 11. ar. contra. 14. q. 6. comperimus; vbi pretium recipitur pro re spirituali.

Non quia ibi laicus non debeat prius incidere suo, & ibi consentia potestas ipsi laico reddi. Arch.

c MAiores.] ¶Abundabant.] s. ead quæst. c. decimæ.

d ¶Cæsari.] s. 11. q. 1. si tributum. s. 23. q. 8. conuenior.

e ¶Partiri.] Id est, decimam partem dare, & ita aliud

bitror.] Quarta ibi, [Et arbitror conuenire.]

ET HOC DIXIMUS. CASUS. Ponit Origenes auctoritatem illam, Intrauit Iesus in templum eijciens uendentes, &c. dupliciter eam exponens ad litteram, usque ad locum illum. [Nunc autem.] deinde moraliter usque in finem. Sic ergo ordina litteram, incipe ibi, [Et primum.] Et cum veneris ad illum locum [Nunc autem,] repetas principium. & hoc diximus secundum simplicem intellectum. Iuxta moralem autem alia dicemus.

f ¶Salomone.] s. de cons. dist. 1. c. 1.

g ¶Ab Esdra.] Reuerso à captiuitate Babylonica; quia Nabuchodonosor destruxerat templum.

h ¶A Romanis.] Id est, à Tito & Vespasiano. 23. q. 5. §. hinc. 76. dist. ieiunium.

i ¶Destructa.] Ar. quod ecclesia destructa, non remanet locus priuilegiatus. ar. ad hoc ex de verb. sig. abbate. in fi.

3.ca.q.1.generaliter. Argumentum contra 19.q.3.quæ semel.ff de contrah.emp.l.ædem.Sed dicimus hoc uerum esse cum superioris auctoritate ecclesia destruitur arg.contra.de cons.dist.1.placuit.
a ¶Speculationis.] Id est, cognitionis & culturæ unius Dei, sicut olim dictū est 1. Notus in Iudæa Deus, &c.nam modo ubique colitur.
b ¶Secundum legē.] Eā sequēdo ad literā quo ad cæremonialia, ut extra de const. translato.
c ¶Eiecit.] I.ostendit officia turpia & immunda esse eijcienda.
d ¶Festiuitates.] Nō ideo reprehenduntur, quia ad festiuitates ueniunt, sed quia non diuinis insistunt officijs. sed turpibus cantilenis. de consec. dist.3 c.2.
e ¶Pietatem.] 1.3.q.5.accusatores.
f ¶Quæ utilitas.] Cū uidet, quod non pōt proficere in eis, dicit, quare fundo sanguinē meū? unde dicit, in sanguine meo effuso propter peccata redimenda.
g ¶Dū descēdo.] Per eos in corruptionem, id est, si iterum corrūpitur ecclesia nec enī dabis sanctum tuum, id est, Christum, uidere corruptionē, scilicet quantum ad membra, quia omnes corrumpuntur & inficiūtur peccatis. Vel in corruptionē. i. putrefactionem, s.corporis ut detinerer in morte sicut cæteri. q.d. nulla, si hoc est: quia nulli annunciabor: nullum lucrabor.
g ¶Dum descendo.] Per uarios gradus tormentorum, scilicet uulnerationem, uerberationem, & colaphizationem.
h ¶Per Oseæ] In lib. 12. prophetarū, quorū primus est Osee, nā hoc in Michæa. c.7.dicitus.
i ¶Factus,] i.pauper & inops, paucos acquirens, s.ad modū istorum, qui pauca colligunt.

cutionis.sup.1.q.3.saluator.& ff.de hære. inst.l.1.in fin.
l ¶Qui tradunt.] Non ergo tantum simoniacis.& est argumen. quod ubi communis est causa, non refert cuius nomen exprimatur. C.de diuer.rescrip.l.1.argum.et. dilitu. mitamur 3. auctoritas enim præmissa tantum de

necesse est, vt Iudæi, quasi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium speculationis [a] Dei; nec possint secundum legem [b] Deo seruire. ¶Hoc ergo facto omnia Christus eiecit [c] in mysterio spiritualium actuum suorum; & tunc, uisibiliter fecit, quod semper inuisibiliter agit, eijciens vendentes, & ementes de templo, & mensas nummulariorum euertens, & cathedras uendentium columbas ad correptionem populi: vt non pro [a] mundanis festiuitates [d] in nomine Dei celebrent, nec emptionibus, & uenditionibus vacent in loco non competenti, in quo non debent emere, & uendere: sed orationibus uacare, qui congregantur quasi in domo orationis. ¶Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus uiuis constructum esse ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea, non, sicut decet, uiuentes spiritualiter, sed secundum carnem militantes: qui & domum orationis de lapidibus uiuis constructam faciunt speluncam esse latronum actibus suis, non ecclesia Dei dignis, sed spelunca latronum. Qui enim considerat in multis ecclesijs talium Christianorum peccata, qui arbitrantur quæstum esse pietatem [e], & cum deberent de Euangelio uiuere, secundum quod uiuere decet seruos Dei, hoc non faciunt, sed diuitias, & multas possessiones acquirunt; nōne dicet speluncā latronum factam esse sub illis ecclesiā? vt recte dicat Christus ad eos propter dissipatione ecclesiæ suæ: [Quæ vtilitas [f] in sanguine meo, dum descendo [g] in corruptionē?] Item ipse per Oseæ † [h] tali modo: [Væ mihi, quoniā factus [i] sum sicut qui colligit stipulam in messe; et sicut qui racemum in uindemia, cum non sunt † botri ad manducādū, primogenita. Væ animæ meæ: quia perijt timoratus à terra: & qui corrigat, in hominibus nō est.] Et cum intellexeris Iesum dicentem talia, & lugentem peccata nostra; aspice simul & illud, quod in Euangelio scribitur: [Cum uidisset Hierusalem, fleuit super eam, & dixit, quia si cognouisses [k] & tu.] Et si rationabiliter fleuit super Hierusalem; & rationabilius flebit super ecclesiam, ædificatā quidem, ut esset domus orationis, factā autem non esset) principium populi, speluncam latronū. *et infra.* ¶Et arbitror conuenire uerbum de uenditoribus columbarum eis, qui tradunt [l] ecclesias auaris [m], & tyrānicis, & indisciplinatis, & irreligiosis episcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantūmodo appellauit Euangelista euersas esse ab Iesu. Et utinam audirent hæc cum dicentis † admonitione scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moysi in quibus sedent, & uendunt omnes ecclesias columbarum, & tradunt eas talibus præpositis, ad quos recte dicatur à Domino per Hieremiā prophetam: [Principes populi mei me non cognouerunt. Filij enim

i Idē dicit L. cuius fuit hæc glo. & idē Io. de Fan.

l Ad idē extra de app. cap.pen.C. de ua.li.authen. si q.s.

Ps.29.
† *Michæam*] orig *& est Mich.7.*
† *al. sit botrio*] orig.
Luc.19.
Matt.23.
† *decētis*] orig.
Hier.4.

a Sub. sicut alij supplēt conuersæ, &c.

K ¶Si cognouisses.] supple fieres, uel conuersa esses ad fidem per prædicationem, & est ibi defectus locutionis. Et est arg. quod nec testes, nec instrumēta uitiantur propter defectū locutionis

de simoniaco loquitur: sed hic extendit eam etiam ad alios. Ioan.
m ¶Auaris.] Sup. dist. 85. Florentium.

b ¶ Niſi graui.] Non eſt ergo quis pro qualibet culpa deponendus, ut 60. diſt. c. 1. Item arg. ꝙ nullus dẽt priuari ſuo beneficio ſine culpa ſua, ut 56. diſtinct. ſatis peruerſum. & extra de conſtit. cognoſcẽtes. Arg. cõtra extra de cleri. ægro. c. ulti. Sed illud propter ſcãdalum, pro quo multa omittuntur, ut diſt. 50. ut conſtitueretur. extra de no. oper. nun. cum ex iniuncto.

Beneficio ſine culpa ſua nemo priuari debet.

c ¶ Coram epiſcopo.] Ergo ſolus 3 epũs põt cognoſcere de crimine vbi agitur de priuatione beneficij ſiue ad aliam pœnam: dummodo non agatur ad depoſitionem ordinis, ut not. 15. q. 7. in ſumma licet aũt nõ remoueatur aliquis ab adminiſtratione niſi pro graui culpa: tamen regulares pręlati pro leui culpa remouẽtur, ut extra de ſim. per tuas. in fi. & ſ. ea. q. 1. c. ult.

3 Id eſt, ſine alijs epiſcopis, ſed nõ ſine ſuo capitulo, ſm H. ſic etiã dẽt intelligi qđ le. & no. ſ. c. q. 7. c. epi. ibi diai. A.

SICVT ERGO. CASVS. Iſte §. reſpicit illud c. quod eſt ſup. ea. q. 1. quoniam quidquid. & concludit Grat. ex eo, dicens ꝙ ſicut monachis licet decimas de manu laicorum cum epiſcopi conſenſu recipere, ita & eccleſias. Sequens cap. planum eſt.

Regularis pro culpa leui remouetur.

d ¶ Hieronymi.] Vt ſup. ea. q. 1. cap. ult.

Nemini

NEmini.] CASVS. Dr in hoc c. q nulli principi uel laico alij, licet tradere ecclesiam alicui in proprium usum: sed alij ecclesiæ potest eam tradere, uel commutare cum alia ecclesia: uendere uero nullo modo licet. & si contra factum fuerit, irritetur. [In proprium ius.] id

patronatus, & non de ipsa ecclesia.

a ¶Nemini.] Quidam sic ponunt casum: Nulli licet dare iuspatronatus priuatæ personæ, uel etiam commutare cum priuata persona: sed dari potest pro monasterio uel commutari cum monasterio: uedi ante nulli potest. pro istorum casu facit quod legitur extra eo. tit. de iure. Sed eis obstat extra eo. ex insinuatione. in prio. Sed potest dici, q ibi uous alij cessit administrationem suldam. non enim dedit iuspatronatus, cum priua fuisset patronus. H. autem intelligit de ipsa ecclesia. quod nullus potest dare ecclesiam priuato, vt inde faciat habitaculum, vt 19. q. 3. quæ semel. De permutatione ecclesiæ planum est, qa non potest ecclesia permutari, nisi cum alia ecclesia, vt extra de re. permu. ad quæstiones. Satis credo, quod siue sit ecclesia, siue iuspatronatus. bene potest concedi monasterio: dum tamen habeatur consensus episcopi, vt extra eo. con sulationibus. in fin. & ea nullus. similiter & ecclesiæ sæculari, vt extra de testi. spo. com venisset. Ioan. Ego credo, quod iuspatronatus possit concedi sine episcopo r. extra ea. illud. B. Facit ea. r. de iure patro lib. 6. — Ecclesia cũ ecclesia permutari pot. — †Idẽ not ĩ. ea. q. 1 I su. & idem tenet hic Ioã. de Fan.

b ¶In proprium.] Id est, priuatum.

c ¶Monasterium.] i. ecclesiam.

d SI quis.] Ad meliorandũ.] Hæc est una de tribus causis, propter quas transferuntur ecclesiæ de loco ad locum, vt de consec. dist. 1. tribus. & 7. q. 1. temporis. & est contra regulam illam 19 q. 3. q semel & perdit prius ecclesia priuilegium suum, ut ĩ. ea. & hoc diximus.

COnstituit.] CASVS. Quidam epi, vel abbates res vel hæreditatem quorundam cupientes, eos allexerunt in tantum,

¶Sine uoluntate episcoporum decimas, vel ecclesias à laici monachi non suscipiant. C. XXXIX.

iiij DEcimas, & ecclesias à laicis monachi nõ suscipiãt absq; consensu & uoluntate episcoporum. Quòd si aliter præsumptum fuerit, canonicæ vltioni subiaceant.

†al. Siluerij. In capitol. l. 5. c. 233.

Item ex decreto Syluestri † Papæ.

¶Nulli liceat in ius suum monasterium conuertere, alij tamen ad ordinandum tradere illud valet. C. XL.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 23. Iuo p. 3. c. 28. Ans. l. 5. c. 90. — † al. pprium liceat — † al. comento] al. commodo

NEmini[a] regũ, aut cuiquã hominum in proprium †[b] ius liceat monasterium[c] tradere, nisi ad aliud monasterium, vel commutare nisi cum alio monasterio, uel quocunque commercio † vendere[a]. Quod si factum fuerit; non valebit: sed ipsum monasterium in pristinum reformetur statum.

¶*In capitularibus sic habetur*, Nemini regum aut cuiquam hominum liceat monasterium tradere, vel commutare, vel quocunque comitto vendere.

a ¶Vendere. *In locis indicatis hæc sequuntur*, Hoc etiam diuina, & Apostolica, atque canonica sub anathematis pœna sanxit auctoritas.

Item ex † decreto Bonifacij.

† al. ex eodem

¶Episcopi, & fratrum consilio monasterium ad meliorandum alij supponere nullus prohibeatur. C. XLI.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 26. Iuo p. 3. c. 31.

5 SI quis vult monasterium suum ad meliorandum[d] in alium locum ponere; fiat cum consilio episcopi, & fratrum suorum; & dimittat presbyterum in priori loco ad ministeria ecclesiæ.

Item ex concilio Moguntinensi.

In Cabilon. 2. c. 7. & 20. q. 3 constituit.

¶Publicæ pœnitentiæ subijciantur, qui circumueniendo aliquos tondere præsumat. C. XLII.

Burch. l. 8. c. 93. Iuo p 7. c. 111.

6 COnstituit[e] sanè sacer iste conuentus, vt episcopi siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt; pœnitentiæ canonicæ, vtpote turpis lucri sectatores, subiaceant. Hi vero, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cœperunt, perseuerare cogantur: res vero eorum hæredibus reddantur.

¶*Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone recitatur ex Moguntino, & multo plenius, eodemque planè modo, quo nunc legitur in Cabilon. 2. c. 7.*

†al. ex eodẽ] id est Moguntino

Item ex concilio † Toletano.

id est, In proprium vsum, id est, vt eo vtatur tanquam de re propria, vel ut ibi fiat commune habitaculum. Et dicit Beneuen. quod hoc cap. loquitur de laicis, qui priuilegio Papæ ecclesias possidebant: sed postea propter mala, quæ inde oriebantur, est immutatum, ut supra ea. quoniã. quidam tamen intelligunt cap. de iure

vt habitum monasticum induerent. Vnde quæsitum fuit in concilio Moguntin quid esset de hoc faciendũ. Et respondet ut epi uel abbates sicut turpis lucri sectatores, canonicæ pœnæ subiaceant: illecti vero in monasterio perseuerẽt: res vero ipsorũ hæredibus reddãt.

e ¶Constituit.] Hoc c. legitur 20. q 3. constituit.

Congre-

Congregatio.] CASVS. Tria dicun'nr in hoc c. Primum est, cõgregatio monachorum eligat sibi abbatem defuncto antecessore, uel deposito propter delictum, uel causa aliqua recedente. Secundum est, ut abbatem in prælatura non retineat epũs uiolenter, si recedere uoluerit iusta de causa. Tertium est, ut epũs uel abbas non faciat aliquem abbatẽ uel monachũ de propinquis uel amicis, ni si de fratrum processerit uoluntate. uf, cum hoc sit peccatum quoad Deum; quare ecclesia illud tolerat: cum hoc sit laqueũ iniicere talibus, & decipere aĩas eorũ: quod non est faciẽdũ, ut 27. q. 1. de uiduis. cum dominus ipse noluit facere differentiã inter iuramentum & simplicem loquelam, ut 22. q. 5. iu-

a ¶Cõgregatio.] Infra 18. q. 2. abbas. & c. abbatem.

b ¶Retinere.] Si vult propter humilitatem renunciare, ut 18 q. 2. abbas. Nam admonere potest eum vt non renunciet, sed non inuitum tenere licet, ut extra de renun. cap. litteras.

c ¶Propinquis.] Supra di 89. decẽter 10.

¶Sine uoluntate fratrum aliquem de suis propinquis abbas sibi substituere non ualet. C. XLIII.

Congregatio [a] debet sibi eligere abbatem post abbatis sui mortem, vel eo viuente, si ipse discesserit, vel peccauerit. Episcopus enim non debet abbatem violenter retinere [b] in loco suo. Ipse autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis [c] vel amicis sine voluntate fratrum.

Butch. l. 8. c. 86. Iuo p. 7. c. 104.

CAVSA XVII.

Qvidam presbyter infirmitate grauatus se fieri uelle monachum dixit: ecclesiam, & beneficium in manu aduocati † renunciauit. Postquam conualuit, mox se futurum monachum negauit, & ecclesiam, & beneficium reposcit.

1 *Hic primum quæritur, utrum reus uoti teneatur, an liceat ei à proposito sui cordis discedere.*

2 *Secundo, an ecclesia, & beneficium ei reddenda sint, quæ prius liber à uoluntate refutauit.*

3 *Tertio, si contigisset eum se, & sua monasterio tradidisse, an licentia abbatis liceret ei ad propria † redire.*

4 *Quarto, si sine licentia abbatis retro abierit, an sua sibi ab abbate reddenda sint.*

† Adde quod aduocatus sumitur hic, pro patrono ecclesiæ si. in l. nec quidquam. §. obseruare. ff. de of. procõ. & leg. gl. & Bart. in l. 1. § aduocatos. ff. de var. & extra or. cog.

† al. priora

Qvidam presbyteri.] CASVS. Supra in decimasexta causa tractatũ est de ijs, qui in uoto perseuerant. Nunc de his agit Gratianus, qui à voto recedere volũt: sed vt hoc competentius agat, proponit thema: & inde quatuor elicit quæstiones.

QVAESTIO PRIMA.

Qvod à voto [d] discedere non liceat, multis auctoritatibus probatur. Ait enim propheta: [Vouete, & reddite Domino Deo vestro.] Ps. 75.

Item Augustinus.

Qvòd à voto.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes: in prima quartum probat per quatuor c. quod talis est uoti reus, quod tñ falsum est in 2. dat solutionem. Secunda ibi, [Gonsaldus.] Ioan de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quærĩt, an liceat ei pœnitere, qui infirmitate grauatus se velle fieri monachũ dixit. Et uidetur, si professionem non fecit, sed quod corde cõceperit, simpliciter ore pronũciauit, non cogitur quoad ecclesiã in voto permanere, vt infra ea §. si ergo. in si quoad Deum tñ peccat: vnde tenetur facere pœnitentiam de fide mentita, vt 27. q. 1. uiduas, ante medium. Et procedit Gratia. hoc ordine. Primo probat, quod à voto ei recedere non licet. Postea rñdet allegatis distinguẽdo, infra. ea. §. si ergo.

d ¶A voto.] Hic quæritur an liceat alicui discedere à uoto. Et in hac quæstione magister distinguit, quod aliud est uotum conceptum corde, ore simpliciter pronunciare: & aliud est obligatione aliqua se obnoxiũ facere. sed tñ quocunq; istorum modorum quis voueat, non liceat ei recedere à voto quoad Deũ: sed quoad ecclesiã licet à primo voto ei recedere: sed nõ a scdo. Sed aliud iuramenti. Potest melius distingui inter deliberationẽ & uoluntatẽ & uotũ. Si quis recedit à deliberatione t. non peccat mortaliter. Si quis autem recedat a proposito quod firmè fixerat in animo suo, peccat: sed uenialiter secũdum quosdam, ut extra de voto & uo. redẽp. litteraturam. secundum Hug. uero peccat talis mortaliter, ac si uerbis uouisset, ut inf ea. qui bona. Sed à uoto qd verbis exprimitur siue cũ solẽnitate, siue sine ea, non licet recedere sine mortali peccato sm oẽs, ut extra qui clerici, vel vouen. rursus. licet Alexander uideatur dicere, quod post uotum simplex potest contrahi matrimonium, ut extra qui cler vel uo. veniens. Sed illud intelligas de comparatiua permissione. Ioan.

Votũ deserere vtrum sit permissum.

t Hæc versãtur in aĩo, eũ. s. qs secum reuoluit, & fluctuat. Lau. Vñ deliberare est præmeditari, cogitare, secundũ Pa.

¶Quæ Deo vouentur, necessario reddantur. C. I.

Svnt quædam, quæ etiam non vouentes

Svn. quidam.] CASVS. Dicit Augustin. in hoc capit. quod quædam sunt, quæ etiam sine voto facere debemus,

mus, vt facere eleemosynam, & diligere Deũ & proximum. Alia sunt ad quæ non tenemur, ut seruare continentiam, & ire vltra mare: quæ postquã vouerimus, necessario ad ea constringimur. Sequent. cap. patet.
a ¶ Debemus.] Vt ad fidem seruãdã, & generaliter ad omnia illa, sine quibus homo saluari non potest, de q̃bus habetur de pœn. dist. 2. charitas.

quod abstinentiæ non potest facere vxor sine uiro. 33. q. 4. manifestum. nec monachus sine abbate. 20. q. 4. monacho. Item nec filius impubes sine voluntate patris 1. 20. q. 2. c. 1. & 2. nec seruus sine uoluntate domini, ut 14 dist. ex antiquis.

1 De hoc vide q̃d leg. & no. 32. q. 2. mulier.

debemus [a]: quædam etiam [b], quæ nisi vouerimus, non debemus: sed postquam ea Deo promittimus [c], necessario [d] reddere constringimur [e].

¶ Huius capituli ipsa omnino verba non sunt inuenta apud B. Augustinum, sed fere eadem habentur apud Cassiodorum in ps. 75. ad vers. vouete. quem citat glossa ordinaria ad eum locum.

† Aug. de bono uiduitatis, c. 9 & glossa ordin. ad cap. 5. 1. Timo. su dist. 27. vouẽtibus. infr. 27. q. 1. nuptiarum. Sent. 4. di. 38.

Item Hieronymus †.

¶ De eodem. C. II.

VOuentibus virginitatem non solum nubere, sed etiã velle, damnabile est.

Item Gregorius in regesto, lib. 1. epist. 33. ad Venantium.

¶ Dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahit à voto resiliens. C. III.

Act. 5.

ANanias [f] pecunias Deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abstulit; considera, quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum [g] Deo omnipotenti (cui te sub monachali habitu deuoueras) subtraxisti.

Sensus summarum redditus.

Item super Ezechielem, lib. 1. homil. 3.

¶ Ante Dei oculos cadunt, qui bona, quæ concipiunt, agere recusant. C. IIII.

QVi bona agunt [h], si meliora [i] agere deliberant [k], & post deliberata non faciunt; licet in bonis prioribus perseuerent, in conspectu tamen Dei ceciderunt [l] ex deliberatione. *Item paulo superius.* ¶ Sunt qui cuncta relinquere, & Dei seruitio se subdere, & fræno castitatis se restringere deliberant: sed cum post castitatem alios cecidisse conspiciunt, se retrahendo, meritum perdunt.

Si ergo post uotum quisque necessario cogitur soluere quod uouit: si uouentibus non solum nubere, sed etiam uelle, damnabile est: patet, quòd sacerdos iste ad executionem sui uoti cogendus est, & non solum non fieri, sed etiam velle monachum non fieri, sibi damnabile est. Quod uero inter vouentes iste computandus sit, patet ex verbis Augustini dicentis: [Dixi confitebor, & c.] Magna pietas Dei est, ut ad solam promissionem peccata dimittat. Nondum enim pronunciat [m] ore: & tamen Deus iam audit in corde. Votum enim pro opere reputatur.] *Sicut ergo propheta inter*

Sent. 4. dist. 27. Aug. Cassiodorus, & glossa ordin. in psal. 31. inf de pœnitentia dis. 1. c. 5.

e ¶ Cõstrigimur.] Nisi fortius vinculũ superueniat. 27. dist. si vir.

ANanias.] CASVS. Greg. In hoc cap. reprehendit quendã monachum, qui dimiserat habitum monachalem, & ostendit, q̃ reus erit in diuino iudicio: & hoc probat exemplo Ananiæ, qui ad preces Petri extinctus est, q̃a nummos quos Deo dederat, postea subtraxerit. Multo magis puniri debet qui non nummos, sed seipsum abstulit Deo.

f Ananias.] De hoc habes 12. quæst. 1. dilectissimis.

g Temetipsum.] Ar. quòd maior est alienatio personæ, quàm rei. si. 12. quæst. 1. præcipimus.

QVi bona.] CASVS. Quidam bona facientes proposuerant proprijs renũciare, & Deo seruire; sed cum uidebant alios cecidisse, se a proposito retrahebant. q̃ & si in prioribus bonis perseuerent, in cõspectu tamen Dei ceciderunt.

h ¶ Agunt.] Scilicet matrimonium.

i ¶ Si meliora.] Id est continentiam.

k ¶ Deliberant.] firmiter proponẽdo: & tũc secundum Hug. peccant mortaliter 2, secundum alios venialiter.

2 Hæc sẽtẽtia Hu. approbatur per Lau. Gof. & B. extra de vo. litteraturam.

l ¶ Ceciderunt.] Impropie, scilicet ab eo quod non habent, ut ibi, Cadẽt à latere tuo mille, &c.

SI ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, quòd sacerdos iste, qui in ægritudine se futurum monachum vouit, pœnitere non potest. & ad hoc probandum inducit auctoritatem August. Postea respondet allegatis, dicẽs, q̃ p̃pter tale votum non cogitur habitum suscipere; quia nec abbati se tradidit, nec professionẽ fecit, quod corde conceperat, ore simpliciter enunciauit: si autẽ professionem fecisset, reus voti haberetur. Et ad hoc inducit cap. seq.

b ¶ Quædã etiã.] Vt cõtinẽtiam, ut 32 q. 1. integritas.

c ¶ Promittimus.] Arg. q̃ ex nuda promissione quis tenetur, ut 12. q. 2. scimus. & q. 2. quicumq; suffragio. 27. q. 1. c. 2.

Vouere nõ omnib. est gratuitum.

d ¶ Necessario.] Nisi tale sit illud q̃d pẽdeat de alieno arbitrio, ut si vnus coniugum promittat cõtinentiam, non tenetur, ut 27. quæst. 2. si tu. Item uotum alterius

m ¶ Pronũciat.] Ergo obligatur quis ex solo proposito cordis 3, quod Hugo concedit.

3 Idẽ tenet Al. de Imo. i l. bonorũ C. q. admit. ad bo. pos. possunt.

Con-

GOnsaldus.] Hæc est secũda pars primæ quęstio. in qua ꝓbat ꝗ. scilicet ꝙ nisi sæculo renunciet, pōt iterum redire ad statũ pristinũ moribus emendatus. Ioan. de Fant. CASVS. In hoc c. terminatur prima qō, & intitulatur secunda, scilicet an iste possit repetere beneficium cui renunciauit. & dicendum est, ꝙ sic; quia non renunciauit ut debuit, & in passione corporis & alienatione mentis renunciauit. Est ergo casus huius c. Gonsaldus presbyter feruore passionis oppressus se futurum monachum promisit, nō tñ monasterio, uel abbati se tradidit, nec professionẽ fecit: sed ecclesiam in manu patroni renunciauit: sed postquã cõualuit, nolebat monachus esse, & ecclesiam repetebat quæsitum fuit ab Alexandro, vtrum audiri debeat? Et respõdetur, ꝙ sic. vnde ecclesiam suam recipere debet, cum iuxta Benedictum & Greg. antequã monachus fiat, debeat esse in probatiõe p annũ.

a ¶Gõsaldus.] In hoc cap. terminatur prima q̃stio, & intitulatur secunda: an possit qs repetere beneficium cui renunciauit, & dicendum est, ꝙ sic: quia non renunciauit prout debuit, & in passione corporis renunciauit. argu. 22. q. 2. oe quis.

b ¶Aduocati.] Arg. hic, ꝙ illicita renunciatio nõ p̃iudicat alicui, ut 6. q. 4. deniq. & ff. de off. præsi. legatus. & C. de defen. ciui. l. ult. argu. contra. extra de renun. quod in dubijs.

d ¶Vnius anni.] Alibi datur biennium, ut 19. q. 3. monasterijs. alibi triẽniũ, ut ī. ea. si quis incognitus. & extra d̃ reg. c. 1. Sed pōt breuiter dici, ꝙ ideo diuersa tẽpora statuũtur, ad ostendendũ, ꝙ sunt arbitraria. Vel dic ꝙ clericus ignotus, & laicus notus per biennium probantur: sed clericus notus per annum si tamen clericus notus per annum statim uoluerit conuerti, admittitur, ut extra de reg. ad Apostolicam 3.

probare renunciationem, vel teneatur probare spontaneam, quæsitum? Videtur ꝙ ad duo teneatur, scilicet ad renunciationem, & spontaneam. arg. prædictorũ iurium in quibus satis hoc innuitur. Ber.

uouentes reputatur, quia dixit, Ego confitebor: sic iste inter eosdem computãdus est, quia dixit, fiam monachus. His ita respondetur. Aliud est propositum corde concipere, & etiam ore enunciare, aliud est, subsequẽti obligatione se reũ voti facere. Quia ergo a iste propositum sui cordis ore simpliciter enunciauit, non autem monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, nequaquam reus voti habetur.

Vnde Alexander Papa secundus ait.

a ¶Quia ergo.] *In plerisque vetustis exemplaribus hic est initium quæstionis secundæ.*

QVAESTIO II.

¶Non cogitur aliquis in monasterio manere, nisi professionem fecerit in manu abbatis. C. I.

GOnsaldus [a] presbyter quondam in infirmitate feruore passionis pressus, monachum se fieri promisit: non tamen monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionem scripsit: sed beneficium ecclesiæ in manu aduocati [b] refutauit [c]. At postquam conualuit, mox se monachum negauit fieri. Quapropter quia & beati Benedicti regula, & præcipue patris, & prædecessoris nostri sancti Gregorij Papæ canonica institutio interdicit monachum ante unius anni [d] probationem effici; iudicamus, & auctoritate Apostolica præcipimus, ut præfatus presbyter beneficia a [e], & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat. Ivo p. 6. c. 428. & copiosius. Pann. l. 3. c. 181.

a ¶Beneficia.] *In vetustis exemplaribus, & apud Iuonem (apud quem caput hoc copiosius habetur) legitur,* beneficium: *sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 70.

¶Vxor post propositum continentiæ ducta dimitti non debet. C. II.

NOs nouimus, nos testes sumus, quòd omnes actus Ivo p. 7. c. 9. & 10. & p. 8. c. 16.

c ¶Refutauit.] De hoc dixi 6. q. 3. denique. sed si renũciasset in manu prælati sui, teneret renũciatio, nisi iũc temporis non fuisset compos sui, ut extra de success. ab intest. c. 3. sed cui istorum incumbit ꝓbatio? Vel illi qui dicit quòd fuerat compos, uel qui dicit, quòd non erat compos? arg. ꝙ illi qui dicit, ꝙ compos erat, ut 3. q. 9. indicas. Item quia non est præsumẽdum de spontanea renunciatione, ut extra de renun. super hoc. ff. de proba. cum de indebito. arg. contra extra de succes. ab intesta. cum dilectus. C. de codici. l. nec codicillos? Respon. ei qui dicit, incumbit probatio, ut ff. de proba. ei qui dicit. & probatur stultitia per uerba proferentis, vt extra de succes. ab intest. cap. cum dilectus in parte decisa. si enim stulta uerba dicat p̃sumo quod non erat sui compos, ut dicta decre. cum dilectus. & 95. dist. legimus. in prin. Ioan. Sed an sufficiat

e ¶Beneficia.] Nunquid clericus, q fuit in ꝓbatione per annum, debet repetere bñficia sua, cũ clericus nõ nisi per tres septimanas possit abesse ab ecclesia, ut 7. q. 1. si quis clero vel vsq; ad sex menses, ut extra de ele. nõ sen. ex tua? Sed dic vt notaui 27. q. 2. despõsatã. Io. Sed de hoc quid iuris sit, in quæstionibus notaui. Ber.

NOs nouimus.] CASVS. Bonifacius comes promisit se monachũ fieri, postea duxit vxorẽ. vñ quæsiuit ab Augustino vtrum ratione Prioris voti exire non debet: n-

di quem furiosũ præstes vel aliter, vt p Baldũ, & modernos in l. furiosũ. C. qui test. facere pos. & per glos. in l. si cũ dotẽ, §. si maritus. ff. solu. matri & ibi B. Ang. & Io. de Imo. & per Bal. in l. 5. ff. de bo. pos. fur. infan. delata. & in l. is qui. §. si. ff. de testo. & cara. da. ab his. in l. mutũ. & ibi Bald. ff. de ac. his. Bar. in l. si quidem. ff. sol. mat. cõcos. ibi alle. & p Do. de sancto. Ge. in ca. 2. §. si uero. & ibi ĩ tex. d̃ ele. ægrotao. lib. 6. & c. filij. d̃ hęre. in 6.

1 Ad idẽ extra d̃ reg. si cut tenor. sed hæc cõ non est sufficiẽs: nã ẽt Inito eõ possit trãsire posset religionẽ. 19. q. 2 duæ sunt. est ergo rñ. quia nõ erat cõpos secũdũ Io. de Fan.

2 Adde demodo ꝓtã

3 De hoc ẽt legit & no. 13. dis. c. vl. & ibi dixi, de hoc satia nota. Ray. in sũma. ẽ. tito. de voto §. potest autẽ, &c. Arc.

obstante possit continere Et respõdet Aug. quod nõ: quia vxor innocẽs, quæ sine fraude nupsit, est impedimẽto.
a ¶Nauigasti.] Sicut nauigans subijcit se varijs periculis nec proprio motu regitur, sed ventis, sic habẽs vxorẽ.
b ¶Sciẽs.] Ergo si sciuisset, quod votum simplex fecerat, peccasset

corde cõcepit. Postea dicit, quod iuxta beatũ Gre. & Benedictũ annus indulgetur notis ad probationem, ignotis vero triennium & ad hoc inducit sequens cap. & respicit hoc finem illius c. Gonsaldus.

SI quis incognitus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toletano, si aliquis incognitus vult ingredi monasterium, per quos annos debeat esse in probatione. Et respõdetur, per tres. sed si seruus, vel libes curiæ adstrictus, vel adscriptus à domino suo intra triẽnium quæratur, reddatus ei talis cum omnibus quæ attulit in monasterio, accepto prius iuramento de impunitate personæ s si vero intra triennium non requiratur à domino, postea non audietus dominus, nisi sit tam longe, quòd inueniri nõ possit.

c ¶Habitus.] Ergo tẽpore probationis erit in habitu priori, vt 53. dist. legem. & 54. dist. multos. & extra qui cle. vel vo. super eo. probabilius tamẽ videtur, quod in habitu monachali debeat esse, cum nõ aliter possit experiri asperitatem ordinis, nisi induat habitum. & quod dicit hic, non præstetur, intellige cum effectu. & vt eum non possit reijcere.

Religio in quo habitu probari debet.

d ¶Aut libertus.] Per istud c. videtur soluta quæstio, si vxoratus se & sua tradidit religioni sine licentia vxoris, & postea repetitur ab uxore, an postea sint ei res suæ restituendæ, hic dicitur quod sic: Vel intelligitur de tali liberto, qui est adstrictus alieni curiæ.

e ¶Intra triennium.] Sed cum iste seruus fecerit furtum sui corporis, quomodo rem furtiuã vsucapit triennio, cũ nec spatio longi tẽporis possit seruus fugitiuus præscribi, ut C. de ser. fugi. l. 1. Rñ in hoc ẽ fauor ecclesiæ. posset tñ dici, quod ecclesia debet recõpensare dãnũ dño. 14. q. 6. cõperimus. cõsimilis fauor est infra, ea. q. 4. quæsiti.

s Ista fuit opinio H. qui dixit hoc est in fauorem religionis. vide super hoc illum §. in authen. de mona. § de singulis.

publicos; quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua serui Dei monachi viuunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus; nauigasti [a], vxoremque duxisti. Si coniugem non haberes; diceremus tibi, quod & Tubunis diximus, vt sanctitate continentiæ viueres: sed, vt te ad istam vitam non exhorter; impedimento coniunx est: sine cuius consensione continenter tibi non licet viuere: quia & si tu post illa tua verba Tubunensia ducere non debeas; illa tamen nihil eorum sciens [b] innocenter tibi, & simpliciter nupsit.

¶*Confectum est hoc caput ex verbis B. Augustini in epist. 70. sed in epitomen redactis. Iuo autem integre refert.*

Ecce iste corde concepit se monachum fieri, & ore pronunciauit se velle in otium sanctum conferre; non tamen postea coactus est suscipere quod corde concepit, & ore pronunciauit. Auctoritas illa Alexandri secuta institutionem beati Gregorij, & beati Benedicti probandis annum indulget, sed notis: ignotis vero triennium conceditur.

Vnde ex decreto Bonifacij.

Nouell. 5. c. 2. & apud Iulianum antecess. nouel. la 123. c. 52. Cap. l. 5. c. 227. Burc. l. 8. c. 20. Iuo p. 7. c. 41. Pano. l. 3. c. 184.
† *al. vel colonus*

¶Ante probationem triennij nullus in monasterio suscipiatur. C. III.

SI quis incognitus monasterium ingredi voluerit; ante triennium monachi habitus [c] ei non præstetur. Et si intra tres annos aut seruus, aut libertus [β] [d] colonus † quæratur à domino suo; reddatur ei cum omnibus, quæ attulit: fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium [e] non fuerit requisitus; postea quæri nõ potest, nisi sit tam longe [f], quòd inueniri non possit. Sed tantũ [γ] ea, quæ in monasterium adduxit, dominus serui accipiat.

¶*Caput hoc etiam in Pannormia citatur ex Bonifacio. A Burchardo autem & Iuone, & in plerisque vetustis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Toletano. Sed in nullo eorum, quæ impressa, aut manuscripta habentur, inuentum est. eadem tamen fere sunt in capitularibus, & apud Iulianum antecessorem nouella 123. cap. 52.*

β ¶Libertus.] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex locis indicatis: quam lectionem habuit etiam auctor glossæ. Antea legabatur,* liber.

γ ¶Sed tantum.] *Hæc addita sunt ex locis indicatis.*

QVAESTIO III.

QVod au-

peccasset ipsa mortaliter: quod uerum est, sicut & alter qui impediuisset votum illius, vt 32 q. 2. hoc sanctum. & est simile extra de eo qui dux in matri. proposuit.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex supradicto c. dicens quod licet iste coram ore pronunciasset se uelle monachum fieri, nõ tñ est coactus postea suscipere quod

f ¶Lõge.] Ex hoc vr, quod tñ curratur istud triẽniũ à tẽpe scientiæ. Alij dicũt, quod currit à tẽpe seprobationis 1, ut dist 54. dist. si seruus.

QVod autem.] CASVS. Hic ponitur tertia quæstio

quæstio, qua quæritur an liceat monacho redire ad ꝓpria cũ abbatis licẽtia? Et rñdetur, ꝙ nõ: q̃a ipse mortaliter peccaret ei licentiã dando: quare abbati non liceet licentiã dare: nec ei licet retrorsum abire: quia ex quo se abbati subiecit, sine eius permissu nihil agere pôt, si mente sana hoc fecit.

alie. si quis presbyterorum. & 12. q. 2. nõ liceat. §. ult. c ¶ Vel exiguũ.] ergo pro alienatione rei modicę deponitur aliquis. & sic est arg. contra 12. q. 2. terrulas. & extra de dona. c. 3. Sed itelligas hoc tale exiguũ, quod tamen utile est ecclesiæ. Item in huiusmodi alienationi-

a ¶ Quòd autem.] Hic quæritur an monacho recedenti reddenda sunt quæ sua fuerunt. & dicẽdum est, ꝙ nõ. 19. q. 3. quia ingredientibus. & ĩ. proxi. q. 6. de lapsis. & in Authen. de monach §. si uero relinquens. coll. prima. Si tamẽ timetur de eius sæuitia, possunt monachi permittere, ut sua tollat, ut infra eadem. q. 4. §. ult.

tem [a] quæritur, an post traditionem sit ei fas cum licentia abbatis ad propria † redire, facile monstratur non posse fieri. Ipsum enim redire criminosum est. Qui autem manifesto facinori desinit obuiare cum potest; consentit. Hic autem non solum non obuiat, sed etiam permittendo fautor existit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro abeundi: nec illi licet utique retrorsum abire: quia ex quo semel se abbati subiecit, absque eius permissione nihil agere potest. † al. priora.

QVAESTIO IIII.

SI autem sine licentia abbatis de monasterio discesserit, quæritur, vtrum sua sint ei reddenda, an non. Sed possessiones, & res ecclesiæ traditas quolibet modo alienare nec abbati, nec alicui licet.

SI autẽ sine.] Hæc quæstio diuidit in septẽ partes: in quarũ prima probat per quattuor ca. ꝙ illi, qui recedunt à monasterio suo, non sunt eis sua reddẽda. Scd̃a ibi, [Sicut antiquitus.] Tertia ibi, [Qui autem.] Quarta ibi, [Verum ne.] Quinta ibi, [Occasione.] Sexta ibi, [Etiam si episcopo.] Septima ibi, [Sed notandum.] Io. de Fãt. CASVS. Hæc est quarta quæstio, qua quæritur an abbas reddere debeat alicui monacho recedenti ea q̃ monasterio dedit. Et rñdetur ꝙ nõ. 19. q. 3. quia ingredientibus. & ĩ. proxi. q. 6. de lapsis & in Auth. de mona. §. si uero relinquẽs, quia abbati nõ licet alienare possessiones, & res ecclesiæ traditas, nec ẽt alicui alteri licet. si tamẽ de eius sæuitia timeat, possunt abbas & monachi permittere ut sua tollat, ut ĩ. e. § ul.

Vnde Symmachus Papa [Possessiones quas vnusquisque, &c.] & iterum in synodo Romana 3. c. 6. — ĩ. 16. q. 1. possessiones.

¶ Honore priuetur, qui de iure ecclesiæ aliquid alienare præsumpsit. C. I.

QVicunque episcoporum, presbyterorum, diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor [α] in constitutum [b] præsens, committens prædiũ [β] ecclesiæ magnum, vel exiguum [c], vel quidquam de iure ecclesiæ alienare tentauerit; & donator, & alienator, & venditor honoris [d] sui amissione mulctetur. — Anſ. l. 4. c. 30. Poly. l. 6. ut. 15.

α ¶ Immemor.] *In concilio ipso sequitur,* cuius Romanæ ciuitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus deuinciri. *Nam, vt supra 12. q. 2. non liceat dictum est, in ea synodo Romana tantum ecclesia legem Symmachus præscripsit.*

β ¶ Prædium.] *Hoc loco omissis verbis sexti capitis, eorum loco referuntur hæc ex titulis eiusdem concilij, omnimoque caput hoc ex verbis illius synodi suo modo collector aptauit.*

[*Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 11. epistola 31.*] — ex. de præbendis, c. ratio.

PALEA. C. II.

RAtio nulla permittit, vt proprijs cuiusquam vsibus applicetur † quod pro communi vtilitate datum esse cognoscitur. — Anſ. l. 5. c. 38. Polyc. l. 3. u. 12. — † Concorda. l. 1. in rẽ tũ. §. 1. ff. de redi. & in l. quantus. ff. de auro & ar. leg.

Item Ambrosius lib. 2. de pœnitentia, c. 9.

¶ Qui reuocandum putat, quod ecclesiæ contulit, sacrilegij crimen iucurrit. C. III.

SVnt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non

QVicumque.] CASVS. Quidã epĩ uel alij prælati iniuste alienabãt res mobiles & immobiles ecclesiæ suæ: & ideo statutum fuit, ut qui talia faciunt, deponantur.

b ¶ In constitutum.] Id est, contra constitutionem talia prohibentem.

b ¶ In constitutũ.] Id est, contra hoc statutũ, uel ponitur propric t Incidit enim in pœnam: sed si statim restitueret ecclesiæ, pœnã effugeret. extra de reb. ecc nõ

3 Id est, Icidit ĩ aliud constitutũ quodcũq; q̃d similia ꝓhibet secundũ Lau. & Hu.

nibus ualde attendenda est consuetudo, & lex municipalis extra de donat. c. 3. & ff. quod ui aut clam. l. prohibere §. non tantum.

d ¶ Honoris.] Ecce pęna alienantis. 12. q. 2. quisquis.

SVnt qui opes.] CASVS. Quidã res, quas cum quodam mentis impulsu ecclesiæ contulerũt, reuocare nole-

volebant. Alij erant, qui dolebant res suas pauperibus diuisisse. De primis dicitur, quòd donatio non fuit eis fructuosa, quia iudicium non habuerunt, & postea sacrilegium in auferendo committunt: De secundis dicitur, quod pœnitere non debent, nec oportet eos agere pœnitentiam: quod esset eis periculosum. Sequens capit. planum est.

iudicio perpetuo[a], vbi ecclesiæ contulerunt, postea reuocandas putauerunt. Quibus nec prima[b] merces rata est, nec secunda[c]: quia nec prima iudicia habuit, & secũda habuit sacrilegium: Sunt quos pęnituerit opes suas diuisisse pauperibus. Sic eos α, qui pœnitẽtiam agunt[d], hoc solum timere oportet, ne ipsius pœnitentiæ agant pęnitentiam[e].

α ¶ Sic eos.] *In originali legitur.* Sed eos qui pœnitentiam agunt, hoc solum pęnitere non debent: ne ipsius, &c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Item Gregorius Sabino subdiacono, lib. 8. epist. 6.

¶ Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit. C. IIII.

Ansl. l. 12. c. 4. Poly. l. 3. tit. 12.

SAcrilegium[f], & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis studijs, suis tentauerit compendijs retinere.

Item Lucius episcopus ad Galliæ & Hispaniæ episcopos, epist. 1. c. 6.

¶ Sacrilegi iudicantur, qui ecclesiæ facultates alienant. C. V.

Ansl. l. 12. c. 4. Burc. l. 11. c. 19. Iuo p. 3. c. 140. & p. 14. c. 89.

OMnes ecclesiæ raptores, atque suarum facultatũ alienatores à liminibus sanctæ matris ecclesiæ anathematizamus †[g], Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus: & non solum eos, sed omnes consentientes eis; quia non solum qui faciunt, rei iudicantur: sed etiam qui consentiunt[h] facientibus. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit.

† *anathematizando, or.*

Ro. 1.

Inter decreta Nic. in codice Ormanetti.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

Votũ emittens an semper teneatur illud seruare.

a ¶ Non iudicio perpetuo] quasi dicat, non iudicio discretionis: quia illud esset perpetuum. nam nisi sit perpetuum, nullum dicitur. de pœni. dist. 1. diuortiũ. & ff. de reg. iur. quidquid. & 23. q. 1. paratus. Et est hic arg. ꝙ si aliquis emittat votum proprio quodam impulsu animi, ꝙ teneatur illud obseruare. Sed si aliquis propter aliorum impulsum vel clamorem aliquod emisit, tunc secus est, vt 22. q. vnusquisque. nam electio facta ad aliorum impulsum, non valet, vt 8. q. 1. licet & cap. si ergo. similiter nec libertas. ff. qui & à quib. manu. l. be. non ll. l. si priuatus.

b ¶ Nec prima.] Id est, primum factum est quo debuit mereri mercedem.

c ¶ Nec secunda.] Scilicet reuocatio.

d ¶ Agunt.] Id est, pęnitent quod dederunt.

e ¶ Pęnitẽtiã.] Quia pęnitẽt & dolẽt ꝙ dederũt pauperibus, & de illo dolore siue pęnitẽtia agant pęnitẽtiã.

‡ Sed nunquid è malus sacrilegium, &c. quod hic vt no. 22. q. 5. cap. 5.

Sacrilegij definitio.

f SAcrilegium.] Quia hic fit mentio de sacrilegio: quid sit sacrilegium videamus. Sacrilegiũ magistraliter varijs modis describitur. Vno modo sic: Sacrilegiũ est sacræ rei violatio, siue in se siue in alio, & hoc appellatur sacra res: siue sit res ipsa sacra. siue ipsa persona ecclesiastica 1. Alio modo describitur sic. sacrilegium est publici iuris trãsgressio, quid autẽ sit ius publicũ, habes ĩ. 1. dist. ius publicum, largius tamen quique dicitur committere sacrilegium qui disputat de iudicio principis, vel cum dies solennis violatur, vel cum legibus siue canonibus reuerentia nõ impendit. Committitur aũt tribus modis sacrilegiũ, vel cũ sacrũ de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrũ de sacro aufertur. vt ĩ. ea. quisquis. Imponitur autẽ pro sacrilegio quandoq; spiritualis pœna, vt si committatur in persona ecclesiastica, quia talis est excommunicatur ipso iure. ĩ. ea. si qs suadẽte. sed si in re ecclesiæ fit sacrilegium; tunc post trinã admonitionem excõicandus est, vt infra ead. quisquis. §. item si quis domum. Itẽ imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, quandoque minor, vt inf. ead. quisquis & cap. si qs contumax. secũdum leges durior pœna imponitur pro sacrilegio ff. ad leg. Iul. pecu. sacrilegij. Sed si quæras cui danda sit pœna, quæ debetur pro sacrilegio; dicas ꝙ si personæ facta est iniuria, ipsi personæ præstãda est, vt ea tra. de sẽ. exc. parochianos & c. grauẽ. si rei facta ẽ iniuria; tunc ipsi rei pstãda est, vt inf. e. ea. si quis in atrio. extra de simo. de hoc autẽ.

Sacrilegiũ tripliciter cõmittit.

Sacrilegij pœna.

OMnes ecclesiæ.] CASVS. Lucius Papa statuit & decreuit, vt raptores rerum ecclesiasticarum tanquã sacrilegi sint anathematizandi cum omnibus sibi consentientibus, qui pari pœna sunt puniendi. [Consentientes.] Scilicet defensione vel cooperatione.

Sacrilegi an sint ipso iure excõmunicati.

g ¶ Anathematizamus.] Videtur hic ꝙ omnes sacrilegi & dilapidatores ecclesiarũ sunt ipso iure excõmunicati. 11. q. 3. canonica. extra de sent. exc. cõquesti. ar. cõtra inf. ea. quisquis. & c. seq. vbi dicitur, ꝙ sunt excõmunicãdi nisi resipiscant. Respon. violatores ecclesiarũ sunt ipso iure excõmunicati, sed non alij. Vel dic, ꝙ si in consecratione, vel cum datur res ecclesiæ ferat episcopus sententiam excommunicationis, ꝙ quicũque violentiam fecerit in re tali, sit excommunicatus; tunc dicerem ꝙ statim est excõmunicatus sacrilegus non ratione sacrilegij, sed ratione sententiæ dudũ latæ. 24. q. 1. c. 1. & 2. extra de sent. excõ. à nobis. Vel dic ꝙ refert an Papa hæc verba proferat constituẽdo, vel sententiando: si proferat ea constituendo, tunc nõ est excommunicatus qui rapit res ecclesiæ. si autem sentẽtiando profert talia verba, tunc est excommunicatus, vel dic ꝙ si consuetudo loci habet, ꝙ tales sunt excommunicati, tunc ita seruanda est: quia consuetudo est optima iuris interpres. extra de uer. sign. abbate.

Clerici percussorẽ ratificans, an sit excommunicatus

h ¶ Consentiunt.] Cooperando ut extra de sent. exc. nuper. Sed pone ꝙ aliquis percussit clericũ, & ego ratum habeo, nunquid sum excommunicatus? videt ꝙ sic. quia

sic:quia non solum in contractibus, sed etiam in maleficijs ratihabitio mādato comparatus, ut extra de rest. spo. cum ad sedem. in fi. ff. de ui, & ui arm. l. 1. §. sed & si cū q s. nā nō solum de consilio, sed etiam de uoluntate aliqs tenet. 1. q. 4. quia p̄sulatus. immo q pōt resistere & non resistit, excommunicatus est, ut extra de senten. excō. quanto. Respon si nomine meo quis percutiat alium, ibi ratihabitio mandato comparatur, alias non. ff. de neg. gest. si pupilli. §. item quæritur. extra de sen. exc. mulieres.

terrenus amicus pro illo fugitiuo intercessisset, pro conuenit meruisset, multo magis Deo debuit obedire. & si de potestate sua præsumit, respiciat Nabuchodonosor regē, qui propter superbiam in bouē est ex homine cōmutatus, & à suo regno expulsus. Præcipit ergo sibi, vt

¶Excommunicetur, qui confinia ecclesiæ frangere tentauerit. C. VI.

2 SIcut antiquitus à sanctis patribus statutum est, statuimus, vt maior ecclesia per circuitum xl. † passus [a] habeat; capellæ vero, vel minores ecclesiæ triginta. Qui autem confinia earum † confringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit; nisi publicus [b] latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur. Ansl. l. 5. c. 74. Iuo p. 3. c. 164. Pano. l. 2. c. 81. † al. lu. † al. eorum

Item est concilio Triburensi.

¶Soluatur altario, quod pro emunitate emendatur ecclesiæ. C. VII.

j SI quis in atrio ecclesiæ pugnam committit, aut homicidium facit: quidquid pro emunitate [α] violata emendandum est, altario [c] soluatur, cuiuscumque fuerit ecclesia illa. Burc. l. 3. c. 196. Iuo p. 3. c. 113.

α ¶Emunitate] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet*, pro immunitate violata. *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur*, pro emunitate ecclesiæ violatæ. *Summa autem huius capitis fere habetur in Triburiensi, quod extat c. 4. & 6.*

Item Augustinus ad Bonifacium epist. 187.

¶Non licet alicui hominem de ecclesia rapere. C. VIII.

MIror, quomodo tam subito fidei murum aries [d] rupe rit inimici. Noui enim qua religione semper sis ecclesiam Dei veneratus. Quo instigante facere ausus es? hominem de ecclesia rapuisti? Tuus si de tuo amico forte præsumeret fugituus: posset proculdubio intercessoris causa veniam promereri. Ergo si amicus intenditur [e]: cur Deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur: Nabuchodonosor regē intende; qui causa superbię in boué [f] est ex homine commutatus [α]. Non vt confundam te, hęc scribo: sed vt filiū charissimū moneo. Ecclesiæ igitur illęsum reuoca, quem vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio [g] Iuo p. 3. c. 122. 1. Cor. 4.

Ratihabitio quādo cōparatur mandato.

SIcut antiquitus.] Hæc est a. pass q. 1 qua probat magister per ax. cap. q sacrilegium committitur pluribus modis. Ioan. de Fant.

CASVS. In hoc ca. statuit Nicolaus Papa (sicut antiquitus à sanctis patribus fuerat cōstitutū) ut maior ecclesia in circuitu habeat xl. passus, aliæ uero minores ecclesiæ xxx. intra qd spatium si quis uiolētiam fecerit, aut personam hominis uel bona eius inde extraxerit, excommunicetur donec satisfaciat, nisi fuerit publicus latro: cuius persona uel res inde subtrahitur sine pœna canonis. Seq cap. planum est.

Passus qd sit.

a ¶Passus.] Passus (ut ait Isidor.) est mēsura quinque pedum. Pes est spatium 15. digitorum 1. istud tamē non tenet in capellis, quæ sunt intra ambitum castellorum, ubi propter loci angustiā non potest istud obseruari, ut infra, cap. quisquis. & c quæsiti.

1 Idē Bar. in l 3. ff. de ues. si. & Alexan. de Imol. in l. 1. si quis cau.

b ¶Nisi publicus.] Et nocturnus depopulator agrorum, hi soli excipiontur secundum ius canonicum: licet leges plures personas excipiant, ut extra de immu. ecc. inter leges enim excipiunt homicidas, adolteros, raptores uirginū, sed secundum canones raptores uirginum tuti sunt in ecclesia, ut 36. q. 1. de raptoribus.

Ecclesię immunitate multi priuantur.

c SI quis in atrio.] ¶ Altario.] Hic habet, q pecunia restituitur illi loco, in cuius ignominiam data est a. 27. q. 1. si quis rapuerit, & extra de simo. de hoc. & Inno. dicit q cum pœna duplici reddetur, ut extra de simo. audiuimus. & in auth. de san. epis. §. sed neq; & ff. de calum. l. & generaliter. §. illud ar. contra. de simo. ueniens Sed illud est dispensatio.

2 De hoc no. ī. ea. sacrilegium. & ī. 1. q. 3. & q s dator.

MIror.] CASVS. Quidā nomine Bonifacius hominem quendam forte seruum fugitiuum uiolenter de ecclesia extraxit, de quo Aug. eum grauiter reprehendit, & ostendit q hoc facere non debuit, quia si ut hominem quē uiolenter de eccl. rapuit, ad eandem ecclesiā reuocet, & donec ecclesiæ satisfaciat, & pęniteat, prohibet Aug. ne oblationes suę domus suscipiantur a clericis, & Bonifacio communionem interdixit. Et hæc uerba sic expone, [Tuus,] Scilicet seruus tuo amico, id est, apud tuum amicum forte, scilicet permanere. ordinato, id est, statuto, & præfixo.

d ¶ Aries.] Id est, impetus diabolicæ suggestionis, ad similitudinem arietis instrumenti, quo frangitur murus.

e ¶Intenditur.] Id est, exauditur.

f ¶In bouem.] Id est, in bouinam mentem, ut 23. q. 4. Nabuchodonosor.

g ¶Oblatio.] Hoc est in detestationē criminis ipsius, q non solum ipse, sed etiam familia eius prohibetur a sacramētis. sic 90. dist. oblationes, & 12. q. 2. de uiro. & extra de spon. non est uobis. lo.

Reum,

Ecclesia fugientes adiuuatur.

REum.] CASVS. Statutum est in hoc cap. vt prælatos defendat reum ad ecclesiam fugientem à pœna corporali: tamen quod abstulit, cum pœna pecuniaria reddat.

a ¶Vel ad mortem.] Sed nunquid poterit postea accusari iste de illo crimine? si non potest, ergo crimina remanebunt impunita: quod esse non debet, ut extra de sen. exc. vt famæ. & sic priuilegiũ ecclesiæ erit multis occasio delinquendi. ppter hoc dicũt qdã, quod à quolibet potest accusari postea, præterquam ab illo, qui promisit impunitatem. sed qui sic respõdet, nititur cõtra priuilegium ecclesiarũ: quod est iniustum, uel hæreticum. ut 22. distin. omnes. ad quid enim impetraret ecclesia ei uitam, si pro eodem crimine postea decapitaretur? Dicas ergo, quod hoc est priuilegium ecclesiæ, quod talis amodo nec uitã, nec membrũ perdat: sed quod aliàs pecuniariter satisfaciat. Vel si hoc non potest, seruiat ei perpetuo quem læsit, ut 36. q. 1. de raptoribus.

1 Hæc fuit sñia Laur. q dicit, quod nemo pôtest accusari post casũ, & pterquã, &c. vt sequitur. secus si sẽ p essent in ecclesia. C. de his, qui ad ecc. con l. vl. La. sed huic dicto obstat 23. q. 5. de raptorib. unde dic ut sequitur. Archid.

Vel

† al. interdixi nero domus tuæ à clericis ne suscipiatur, indixi †: communionemque tibi interdico: donec peracta pro ausibus, uel errore à me definita tibimet pęnitentia, & tempore *† al condonato* ordinato † pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.

a ¶Commutatus.] *Hoc loco ista erant interiecta*, atque à regno suo profugus recedens non ante regnum recepit, quàm conuersus Deum præ sic uit, *quæ à multis uetustis absunt. & originali, & Iuone. Sunt autem inter verba Gratiani infra de pænitentia. dist. 1. c. voluissent.*

& in adiectis c. 29 & in conci. Moguo. 1. c. 39. Burc. l. 3 c. 194. Iuo p. 3. c. 123. Pann. l. 2. c. 71.

Item ex libro capitularium 5. c. 90.

¶Fugientem ad ecclesiam nemo audeat abstrahere. C. IX.

REum ad ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat, neque inde donare ª ad pęnam, uel ad mortem ª, ut honor Dei, & sanctorum eius conseruetur: sed obtinere studeant: tamen legitime componat, quod inique fecit.

a ¶Donare.] *Sic est emendatum (antea enim legebatur* damnare) *ex capit. Caroli, & concilio Moguntino, & plerisque uetustis Gratiani exemplaribus & cæteris collectoribus: quamquam apud Burchardum ex concilio apud Theodonis uillam, & in Pannormia ex libro capitulorum longe copiosius hoc caput referatur.*

Item Gelasius Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, & Timotheo episcopis.

¶Ab ecclesiæ arceatur ingressu, qui aliquem de ecclesia violenter rapuerit. C. X.

Polyc. l. 7. tit. 1. Iuo p. 3. c. 120.

FRater, & coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggessit, Benenatum, & Maurum Beneuẽtanæ municipes ciuitatis, in contumeliam religionis acerba nimis, & plectibili contumacia prosiluisse: qui confugiẽtem ad ecclesiæ septa curialẽ suum, ne illic quidem tutũ, aut de iniuria sua securum esse siuerunt: ausi irruptione *† al. irreptione* † temerariæ mentis admittere, quod nec potestatibus quidem uel principibus unquam licuit perpetrare: ut hominem in sanctuarijs constitutum (captata sacerdotis absentia) reluctantem, reclamantemque uiolenter abstraherent. Quos, quantum sua nobis suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione iudicauit. Et si reuera tanti facinoris constat admissum; nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim ᵇ iure ad supplicandum debet admitti qui † admittere sacrilegium non *† al. vbi* dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ uenerationi deputata vtrumque sibi licere existimet pro suæ uoluntatis arbitrio; vt & humilitatem sibi uendicet, & furorem, Et ideo fratres charissimi supradictos si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus ᶜ parochiarum uestrarum ecclesijs nostræ præceptionis auctoritate ᵈ prohibete: vt nõ

FRater] CASVS. Epiphanius episcopus excommunicauit Benenatum, & Maurum ciues Beneuentanæ ciuitatis, quia quendam suum curialem ad ecclesiam fugientem in absentia sacerdotis de ipsa ecclesia uiolenter extraxerant: quod cum significatum fuisset Gelasio, excommunicationem illam confirmauit, & præcepit sex episcopis, ut si illi tres excommunicati peruenerint ad suos episcopatus, interdicant eis introitum ecclesiarum, ut illius ultionis timore alij à tali præsumptione reuocentur. Seq. c. patet.

b ¶Nec enim.] Extra de vsu quia frustra.

c ¶Ab omnibus.] Ar. quod sacrilegus in nulla ecclesia tutus erit, cũ in ecclesiã delinquit, vt ĩ. c. prox. quod qdã cõcedũt. Vñ si aliqs furtũ uel sacrilegiũ fecerit in ecclesia, illũ non debet tueri ecclesia: cũ in ecclesiã deliquerit, ut ĩ. c. prox. in de ere. extra de immu. ecclesie inter. tantũ duas personas excipit.

d ¶Auctoritate.] Sed quid operatur hic auctoritas uel confirma

tio Papæ, cum illud per se facere potuerint? Respon. cõfirmatio tria operatur. præstat enim ipsi facto maiorem auctoritate, ut 11. dist. quis nesciat. Item si quid est inualidum, supplet eius defectum cõfirmatio, ut extra de transac. c. 1. Item quod sine eius licẽtia nõ põt retractari illud quod ipse confirmauit. extra de cõfir. vti. uel inuti. c. 2. lo. constitutiones. contra. illud quod est extra de iudi. at si clerici. & extra ut lit. nõ contest. quoniam frequẽter. in fi. & quia lex dicit, quod unum delictum non debet uarijs æstimationibus coerceri. ff. de pœ. sanctio.

Confirmatio Papæ tria operat.

SIcut.] CASVS. Hoc ca. diuidit in duas partes. In prima parte dicit, quod sicut iudicatur sacrilegus, qui bona ecclesiæ rapit uel inuadit: sic censetur sacrilegus, qui Dei sacerdotes insequit. In secũda parte dicit, quod sicut Deus est maior homine: sic sacrilegiũ quod in Deum cõmittit, maius est fornicatione, quæ committitur in hominem.

a ¶Grauius.] Hic vr quod maius sit peccatũ sacrilegium quam adulterium: & sic est contra 32. q. 7. quid in omnibus. sed ibi solutũ est. Item nonne homicidium maius sacrilegio est? Sic; sed intelligas quod hic dicitur, in eadem specie facti. nam homicidium, quod fit in clerico, maius est quàm illud quod fit in laico: quia unum est sacrilegium, aliud non. similiter quod fit in sanctimoniali, est maius quàm aliud quod fit in alia muliere.

b ¶Maius.] Sic 22. q. 1. omne. & c. mouet.

ATtendendum.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc c. ut ecclesia non cogatur soluere tributa uel collectas de prædijs ecclesiasticis: si quis vero cõtrafecerit, post debitam pœnam sacrilegij sit infamis, & carceri tradatur, vel exilio perpetuo damnetur.

c ¶Post debitæ] Hæc verba sumpta sũt a lege: quæ est 16. q. 1. §. nouarum

d ¶Et carceri.] Ergo ecclesia habet carcerẽ, & infligit pœnã relegationis 2. 2. q. 1. in primis. Item habes hic, quod diuersæ pœnæ infliguntur alicui pro eodem delicto, ut 21. q. 5. c. 3. & 16 q. 1. statuimus. & ca. q. 7.

Ecclesia habet carcerẽ.

1 Vide quod legi. & not. 3. q 4. hi qui.

SI forte.] CASVS. Quæsitum fuit à Clemente quam pœ-

solum hi, qui in iniuriam sanctorum locorum prosiliuisse probantur †, merito consequantur pro facti sui qualitate vindictam; verumetiam cęteri à tali præsumptione vltionis istius timore reuocentur. † al. probabuntur

Idem Epiphanio episcopo.

¶Ecclesiarum non est dignus ingressu, qui eas violat. C. XI.

6 *Etiam si episcopo consentiente f monasterij possessio ab abbate data fuerit; nullius momenti erit donatio: nisi forte in ecclesiæ fabricam erigendam donatio processerit. Quo casu tantum ei donare licet, quantum ecclesiæ parietes concludunt.*

Vnde Gregorius scribit lib. 7. indict. 1. epist. 33. Ioanni episcopo Scyllaceno.

c ¶Non possit.] Ar. est hic, quod si propter periculum moræ non possunt absentes vocari ad electionem, quod eis absentibus & non vocatis pōt fieri electio 2. vt 96. dist. ca. 1. ver. Eulalius. & 26. q. 6. Aurelius. Io.

IN uenditionibus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dr, quod si abbas aliquid alienauerit sine licẽtia epi, per episcopũ debet reuocari. In secũda parte dicitur, quod abbas mancipia monasterio donata manumittere nõ debet, ut ipsi otio potiantur libertatis, & monachi rurali opere fatigentur. Secunda pars est ibi, [Mancipia.]

d ¶Episcopi.] Quidam dicunt id quod hic dicitur, & 12. q. 2. abbatibus. hodie non tenere, per id qđ est ĩ. prox. q. 2. nullam. ubi dicitur, quod tota dispositio monasterij ad abbatem pertinet. sed eis obuiat qđ est extra de re. ecc. nõ alie. ca. 1. Hoc scias, quod nullum prædium potest alienari inconsulto episcopo loci in cuius diœcesi situm est prędium, ut C. de prædi. mino l. si prędium. & extra de foro comp. c. sanc.

e ¶Manumitti.] Quia qui manumittit mancipium ecclesiæ, duo dabit ecclesię pro illo, ut 12. q. 2. episcopus qui . ic ł cũ abbas nihil habeat. ergo nihil potest dare. vt 54. dist. abbati. Io.

ETIAM. Hęc est 6. pars q. in qua dicitur, quod non potest abbas etiã episcopo dare loca aliqua in damnum monasterij. Io. de Fant.

CASVS. Nunc ostẽdit Grat. quod etiam consentiente episcopo abbas sine cõsensu monachorum, uel etiam cum consensu, si ecclesia lædatur, dederit possessionem, quod non ualet donatio nisi in fabricam ecclesię erigẽdam quo casu ualet donatio quantum ecclesię parietes concludunt,

su episcopi in sequẽti c. quia epo dedit abbas 1 & ipse eps non potuit cõfirmare donationẽ sibi factã: quia nemo potest prętare auctoritatẽ rei proprię, ut extra de insti. cum ad nostram. & ff. de aucto. tuto. l. 1.

1 De hoc ẽt no. 12. q. 1. c. 1. uersi. quod si necessitas.

2 Ad idẽ extra de electio. quod sicut. & c. cũ inter uniuersas.

De hac materia nota. 7. q. 1. factus Arch.

Prędia monasterij inconsulto epõ nõ possunt alienari.

3 Dic quod nõ sufficit cõsensus epi, nisi conuẽtus abbati consentiat. extra de rebus eccle. non alie. c. 1. in fin. & extra đ his q̃ fiunt à p̃la. c. 2. & ca. ea noscit. et extra de re. eccle. non alie. c. ad nostrã. sm Host. q ita no. I prędi. c. 1. de reb. eccl. non alien. Arch.

Qvesti nobis.] CASVS. Monachi cuiusdã monasterij sunt conquesti, ꝙ abbas eorum donauerat terram sexcentorum pedum in castro Scyllaceno sub prætextu ecclesiæ fabricandæ. quare Papa præcepit episcopo ut omnes possessiones extra muros ecclesiæ clesiæ ad vsum monasterij reuocentur: quia secundum leges & canones res monasterij non possunt ab ecclesiæ dominio separari.

a ¶Vendicari.] Tũ hæc ecclesia erit sub alio monasterio de cuius rebus cõstructa est, vt 12.q.2. Apostolicos.

b ¶Reuertatur.] Arg. ꝙ donatio pro parte est valida, & pro parte non, ut 12.q.2. si quos. Sed nõne ista ecclesia habebit viam, qua itur ad ipsam? nam qui habet haustum, iter debet habere, vt ff. de ser. rust. præd. itẽ sic. §. qui habet haustum. Resp. sic habebit: sed monachi nõ cogentur gratis eã dare, cogentur tamẽ uiã uendere iusto pretio ut ff. de religio. si quis sepulchrum.

¶Nullo titulo res monasterij valent ab eius iure segregari. C. XLI.

Qvesti nobis sunt prædicti monasterij monachi, abbatem suum terram intra Scyllacænum a castrum, quę in DC. pedes extenditur, sub prætextu fabricandę ecclesię fraternitati tuę, donationis titulo concessisse. Et ideo, uolumus quantum parietes possunt edificatę ecclesię circundare, iuri ecclesię uendicari [a]. Quidquid uero extra parietes eiusdem ecclesię esse poterit; ad iura monasterij sine difficultate aliqua reuertatur [b]: quia nec mũdanorum legum, nec sacrorum canonum statuta permittunt res monasterij de iure eius quolibet titulo segregari. Eapropter donationem eiusdem terræ, quæ contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restitue.

a ¶Intra Scyllacænum] *Sic est emendatum ex multis codicibus epistolarum: à qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parum discrepabant. In uulgatis erat,* in Tranquillitanum castrũ.

PALEA. C. XLII.

¶.18.q.2. quàm sit §. hàc ergo.

Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore à te, & ab omnibus episcopis firmam statuimus, illibatamq; seruari: ut & suæ ecclesiæ iuuante domino, tantummodo sint iure contenti: & monasteria ecclesiasticis conditionibus, seu angarijs, siue quibuslibet obsequijs sæcularibus nullo modo subiaceant, nullis canonicis iuribus deseruiant: sed remotis uexationibus diuinum opus cum summa deuotione perficiant.

¶*Hæc palea abest à uetustis exemplaribus, uno excepto, & huc temere translata est: cum habeatur infr. 18.q.2. c. quàm sit § hanc ergo. Ubi nonnulla notabuntur.*

7 *Sed notandum est, quòd aliud est in suos, vel propinquorum usus res ecclesiæ conuertere (quam perniciosum cupiditatem sacri canones vbique prohibent, & damnabilem ostendunt:) aliud est, quod ex dispensatione charitatis, humanæ infirmitati consulitur: ut quondam illi sua reddantur, qui in sacro proposito manere contemnit. Quod non tam iure fori, quàm iure poli nonnullos sanctorum fecisse legimus. Beatus enim Ioannes Euangelista duobus* [c] *iuuenibus, quos pœnituerat omnia sua pro Christo reliquisse, & pauperibus erogasse, aurum, & gemmas reddidit, ut cuncta, quæ uendiderant, sibi redimerent. Sed obijcitur, beatus Ioannes non oblata reddidit, quæ pauperibus iam erogata fuerant, sed alia recompensauit, quæ in pauperum, uel ecclesiarum facultatibus nunquam computata fuerant. Similiter si abbas* [d]*, vel episcopus aliqua habuerit, quæ in ecclesiasticis facultatibus nondum sunt adnumerata,*

Abdias lib. 5. historiæ Apostolicæ.

SED NOTANDVM EST. Hæc est 7. pars q. in qua soluit quæstionem principalem, scilicet, utrũ abbas debeat conuerso apostatæ restituere sua. & dicit ꝙ non debent ei reddi, sed sinere quòd recipiat. & hoc probat per ęquitatem canonicam. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic determinat Grat. an abbas debeat reddere sua monacho retro abeũti, & dicit ꝙ cõuertere res monasterij in suos uel propinquorum usus, est perniciosum: sed ex dispensatione charitatis consulitur infirmitati humanæ, si quondam sua reddant monachi retro abeunti, quod magis fit iure poli, ꝗ iure fori. Et ꝙ hoc fieri possit, probat exemplo Ioannis euangelistę: q duobus iuuenibus cũcta reddidit, quos pœnituerat sua pro Christo pauperibus erogasse. Postea obijcit ꝯ hãc solutionẽ: & dicit ꝙ Ioãnes euangelista non reddidit erogata iam pauperibus, sed alia: sic & abbas quæ sunt inter facultates ecclesiasticas deputata, non reddet recedenti, sed alia. Postea supponit exemplum Aurelij: quod magis videtur efficax quàm supradictum est.

c ¶Duobus.] Tito & Eugenio. Sed nonne beatus Ioannes renũciauerat proprijs? Utique. ergo quidquid habuit, acquisitum fuit pauperibus, uel illi ecclesiæ ad quam se transtulit. Sed dic ꝙ adhuc non peruenerat ad ecclesiam illam. Vel dic quòd de virgis fecit illud argentum quod dedit.

d ¶Si abbas.] Sophistice & male respondet: quia quàm cito abbas habet aliquid, tam cito fit ecclesiæ.

r Et ideo quærit hic Hug. qualiter abbas possit habere talia, cũ oĩa quę ad eũ pertinẽt monasterij sunt. simile inuenis 54. distin. ex antiqu. fm Hug.

QVicumque.] CASVS. Quidam clerici cum patrea inlulte filios exhæredabant, totam hæreditatem si bi relictam recipiebant, & filij repetentibus nihil restituebant: quos Augustin. redarguit in sermone suo: & docet hoc non esse faciendum, exemplo huius. Aurelij Carthaginen. episcopi. qui reddidit hæreditatem iam susceptam filijs postea natis.

QVidam abbas.] CASVS. Supra in 16. causa dictum est, quod ecclesiæ & res ecclesiarũ sũt in potestate episcopi. & in proxima causa superiori q. 4. in illo cap. in uenditionibus. dictum est, quod abbates nõ possunt sine licentia episcopi res ecclesiæ alienare: sed ne propter hoc videretur monasteria subiecta ex toto episcopis sicut aliæ ecclesiæ sæculares, ideo magister annectit hanc 18. causam.

exemplo beati Ioannis det illa recedenti, oblata vero ecclesia retineat. ¶ *Sequetur* † *ergo aliud exemplum, quo eadẽ, quæ oblata sunt, laudabiliter reddenda monstrentur.* † al. Sequatur

Ait enim Augustinus in sermone 2. de uita clericorum. Et ser. 52. al. 55. ad fratres i ere mo. & in conc. Aqsgran. c. 122. luo p. 3. c. 177.

¶ Non debet ecclesia suscipere, quæ filio exhæredato sibi offeruntur. C. XLIII.

QVicumque vult exhæredato filio hęredem facere ecclesiam; quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: immo, Deo propitio, nullum inueniet †. Quàm laudabile factum sancti & uenerandi episcopi Aurelij Carthaginensis? quomodo impleuit os omnium, qui sciunt, laudibus Dei? Quidam enim cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes (retento sibi usufructu) donauit ecclesiæ. Nati sunt ei filij postea: & reddidit episcopus, nec etiam opinanti illi, quæ donauerat. In potestate habebat episcopus non reddere [a], sed iure fori [b], non iure poli † [c]. † al. inueniat † al. cæli.

Ecce, quod aliquando oblata iure & laudabiliter redduntur. Verumtamen non hoc exemplo, recedenti sua reddenda monstrantur. Aliud est enim in professione sua uita persistere: aliud à proposito sui ordinis discedere. Si sanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia post oblationem filios accepit; non ideo in apostasiam euntibus sua reddenda sunt, quibus utilius [d] *necessaria subtraherentur, ut coacti redirent ad ordinem, à quo recesserant. Sed sicut inimicis, & persecutoribus iubetur necessaria subministrare, sicut ab Apostolo monetur tempus redimere, ut expeditus orationi vacemus; sic ne ecclesia scandalum patiatur, ne discedens in deteriora præcipitetur, ne in perniciem monachorum, aut incendium monasterij occasione suorum exardescat; laudabilius sibi sua non dico reddantur, sed auferri sinantur, quàm ab illo ista inferantur.* 1. Cor. 7.

Filius pro patre põt donationẽ patris reuocare.

a ¶ Non reddere.] Simile. 14. q. 6. comperimus. Sed nonne filius natus iure communi potest reuocare legitimam portionem suã si pater omnia bona sua donauit, ut C. de inoffi. don. si totas? Nam si aliquis liberto suo dedit bona sua cum crederet se non habiturum filios, numquid filius postea natus nõ solum partem, sed etiam totum reuocabit, ut C. de reuo. donatio. si nunquam? Resp. uerum est: & quod hic dicitur intelligendũ est quod ecclesia non cogitur totũ reddere, sed tantum legitimã portionem, vel canon corrigit legem.

b ¶ Iure fori.] Quasi dicat, ad hoc nõ cogebat iure actionis, sed quadam naturali æquitate tenebatur, ad hoc. a. q. 3. hinc colligitur.

c ¶ Non iure poli.] Id est, quadam naturali æquitate.

Legitimã. hac limitatione ad dic. l. si vnquã sequtur Bal. in l. r. colla. vltim. & ibi Pau. col. 2. Arch. & alij hic. Bart. in l. Titia. §. lun paior. de leg. 2. Ial. in auth. si qua mulier col. 1. C. de sac. ss. eccle sed hæc limitatio est falsa. quia immo in totum reuocatur, ut idẽ Bal. cõsuluit cons. 215. pũctua li 5. Phil. De c. in l. licet. no. 3. in fin. C. de pact. Fran. Ripa. in dicta l. si vnq. qõ. 49. & idẽ And. Tiraq. charta 93.

ECCE. CASVS. Concludit Gra. ex supra dictis. ca. quod monacho recedenti, sua reddenda sunt: sed postea dicit hanc nõ esse ueram solutionem: sed aliam verã subdit, dicens, quod licet Aurelius illi rustico qui proprijs non renunciauit, nec habitũ mutauit, sua laudabiliter reddidisset: non tamen propter hoc exemplum monacho eũti in apostasiam, sunt reddenda, sed potius est compellendus ut in religione perseueret. Verumtamen sicut tenemur inimicis & persecutoribus necessaria ministrare, sic propter scandalum uitandum, & mortem monachorum, & incendium monasterij recedenti de monasterio sua laudabiliter sinantur auferri, etsi non reddantur.

d ¶ Vtilius.] Vt sup. q. 1. non omnis.

CAVSA XVIII.

QVidam abbas consecratus in episcopum, prius monasterio multa contulit; postea in episcopatu plura acquisiuit: cui dum fratres successorem quærerent, episcopus loci semet electioni volebat inserere, ut per ipsum abbas in monasterio ordinaretur: fratres renituntur.

re.causam, vt ostendat in quibus monasteria à iurisdictione episcoporum sunt exempta, quod vt competentius ostendat, proponit thema, duas inde eliciens quæstiones. Casus autem thematis per se patet: nec indiget expositione.

Prima

talem possessionē, vt j. 92. dist. si quis episcopus. & extra de elec. cum in cunctis. sicut nec miles, q̄ transit de vno numero ad alium, non prius dicitur esse de secundo numero antequam perueniat ad eum, ut ff. de de milit. testa. ex eo tempore. l. Io. de Fant.

1 *Quæritur primo, an monasterium possit petere, quæ ab episcopo quæsita sunt, an episcopalis ecclesia possit sibi vendicare, quæ monasterio fuerunt tradita* †.

† *al. contradita*

2 *Secundo, an per episcopum abbas sit eligendus, & ordinandus, an tantummodo à proprijs fratribus sit instituendus.*

QVAESTIO PRIMA.

a *PRima quæstio* [a] *terminatur in concilio habito apud Alteum, in quo sic statutum legitur.*

§ *Burchardus lib. primo, c. 230. citat concilium apud Alth præsente Conrado rege, itemque. Iuo par. 5. cap. 343. sed exprimit* Altheim: *Idem vero par. 14. c. 116. plura de hoc concilio refert his verbis.* Regno Conradi pijssimi, & christianissimi regis quinto congregata est sancta generalis synodus apud Altheum (al. Altheum) in pago Rethia, præsente uidelicet domini Ioannis Papæ Apocrisario, sanctæ Hostiensis ecclesiæ Petro venerabili episcopo.

¶ Qui de monacho episcopus ordinatur, quòd ante consecrationem habuit, monasterio; quòd uero post consecrationem acquisiuit, propriæ ecclesiæ relinquat. C. I.

Burc. l. 1. c. 131. Iuo p. 5. c. 343.

STatutum est, & rationabiliter secūdum sanctos patres à synodo confirmatum, ut monachus, quem canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit [b], & sacra ordinatio de monacho episcopum facit; uelut legitimus [c] heres paternam sibi hereditatem postea iure uēdicandi potestatem habeat: sed quidquid acquisierat, uel habere uisus fuerat; monasterio relinquat, & abbatis sui, qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sanctificatur, & titulatur †, secundum sacros canones, qđ quod acquirere poterit, restituat [d].

† *al. intitulatur*

STatutum.] CASVS. Quæsitū fuit in concilio apud Altheum, quid debeat fieri de rebus, quas episcopus, cum adhuc esse monachus, monasterio donauit: & quid de hereditate paterna, quam acquisiuit postquam factus est episcopus. Et resp. ea, quæ donauerat monasterio relinquātur arbitrio abbatis disponendas: hereditatem uero paternam, quam acquisiuit post consecrationem episcopalem, habeat episcopalis ecclesia.

1 Ad hanc materiā facit qđ leg. & nota. extra de priui. quidā. & 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

b Absoluit.] Ab obedientia, quam fecit abbati. Absoluitur enim ab obedientia sua cum sit factus de filio pater. Item à monachi regula in ieiunijs, vigilijs, & modo cantādi. silentio enim non potest amodo vacare cum debeat habere tubam præconis, ut 43. dist. in sit rector. Item potest sibi facere cōmatres, qđ prius non licuit, exēplo Gregorij, qui prius monachus factus est, postea cum esset diaconus Cardinalis, compater Mauricij Imperatoris factus eū. De hac materia plene inuenies 16. q. 1. c. 1. 2. & 3. & q. 7. in nona.

c ¶ Legitimus] Immo etiam monachus existens legitimus heres est, etiam in eo casu in quo alius non posset esse heres, ut 19. q. vltim. si qua mulier. C. de epis. & cle. Deo nobis. Sed obijcitur, si hereditatē vendicat: ergo pōt habere propriū, cum tñ remaneat monachus: quod esse non debet, ut extra de sta. mo. cum ad monasterium. in fi. sed dic sibi, id est, ecclesiæ suæ.

d ¶ Restituat.] Sed qualiter hoc stare potest? cū enim aliqs facta est monachus, omnia quæ habebat, dedit monasterio, ut 19. q. ul. nunc autem. ergo & ius succedendi. qui enim dat omnia bona sua, dat & spem futuræ actionis, ut C. de don. l. 3. ergo uidetur q̄ prius succedit monasterium. Sed dic q̄ ius succedendi non cōpetit nisi post mortem defuncti. unde illud ius nō dedit monasterio, sed tantum solam spem. sed illa spes euanescere debet ex quo illa persona desinit esse filius illius monasterij a, ut insti. de acqui. per arrog. § mortuo. Ioan.

Monachus ius succedēdi non dat monasterio

2 Quod accidit p̄ trāslationē ad ecclesiā sæcularē, vel aliam p̄latonem. 16. q. 1. ne pro cuiuslibet. extra đ electio. constitutis. Arch.

PRima quæstio.] CASVS. Hic intitulatur 1. quæst. qua quæritur, an monasterium possit petere quæ episcopus post consecrationem suam acquisiuit, & an episcopalis ecclesia possit vendicare sibi quæ ipse episcopus potius donauerat monasterio? & in vtraque quæstione certum est quòd non, ut j. probatur. c. uno.

a ¶ Prima quæstio.] Certum est ut quādiu est abbas vel monachus in monasterio, ipsi acquirit: sed quidquid acquirit factus episcopus, acquirit episcopali ecclesiæ. vt j. ea cap. 1. & hoc forte obtinet cum est translatus perfecte ad ecclesiam episcopalem, ut j. 21. q. 2. si quis iam translatus. Sed quid si iam est confirmatus, adhuc tamen non est translatus? Videtur velle littera illa ex eo quòd dicitur: absoluit, & quod acquirit ecclesiæ episcopali. sed illa littera, postquam, &c. videtur velle quòd priori potest dici cum Hug. quod non prius acquirat secundæ ecclesiæ, quā sit adeptus corporalem

Abbas factus ep̄s ei ecclesiæ acquirit.

SEcundam vero.] ¶Hæc qō. diuiditur in 12. partes. In quarum prima continetur qd' in c. seq. dicitur. Secunda ibi, [Econtra.] Tertia ibi, [Ecce in Toletano.] Quarta ibi, [Hinc ēt.] Quinta ibi, [Itē sunt.] Sexta ibi, [Abbate.] Septima ibi, [Pro huiusmodi.] Octaua ibi, [Non solum.] Nona ibi, [Prohibentur.] Decima ibi, [Item sunt.] Vndecima ibi, [Visitandi.] Duodecima ibi, [Pro talibus.] Ioannes de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. in qua quæritur an abbas sit eligendus & inuestiendus per episcopum, an per monachos? Et certum est quòd per monachos est eligendus, vt ĵ. ea. abbatem. per episcopum vero instituendus, ut infra c. 1. excipiuntur monasteria priuilegiata, vbi abbates per monachos eliguntur & instituūtur, ut infra ea. abbas. vel potius per Apostolicum, si immediatè sunt ei subiecta, vel p alium abbatē, cui immediatè subiectum est monasterium, instituitur abbas.

a ¶Secundam vero.] Quæstio secunda non est dubia: quia tantum monachi eligēt, vt infra ea. abbatem. Ioan.

HOc tātum.] CASVS. Quidam episcopi vendicabant in monasterio plus q̄ canones concedebāt: & ideo in cōcilio Tolet. statutum fuit, vt de cætero non vendicent in monasterijs episcopi, nisi quod canones sibi concedunt, scilicet monachos promouere, & bonum abbatem & alios prælatos inuestire, & malefacta contra regulam corrigere. si vero vltra præsumpserint, excommunicentur.

batur per 7. e. q̄ de iure communi ad monachos tantum spectat electio abbatis: & si populum non habent non subsunt episcopo lege diœcesana, sed tantum lege iurisdictionis. Io. de Fan.

CASVS. Supra in c. hoc tantum dictum est, q̄ episcopi ali-

QVAESTIO II.

SEcundam vero [a] quæstionem terminat auctoritas Toletani concilij quarti, c. 50.

¶Abbates, & alia officia per episcopos debēt institui. C. I.

HOc tantum [b] sibi in monasterio vendicent sacerdotes, quod præcipiunt canones, id est monachos ad cōuersationem sanctam præmonere abbates, aliaq; officia instituere [c], atque extra regulam facta corrigere [d]. Quòd si aliquid in monachos canonibus interdictum præsumpserint, aut vsurpare quidpiam de monasterij rebus tentauerint; non deerit ab illis sententia excommunicationis.

a *Ecōtra Gregorius scribit Castorio Ariminensi episcopo.*

¶Congregatio monasterij, non episcopus, aut aliquis extraneorum abbatem instituat. C. II.

j ABbas in monasterio non per episcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur [e]: neq: ab episcopo Missa [f] ibi celebretur; vt nulli ecclesiæ subijciatur [g].

¶Huius capitis eadem est sententia ac sequentis; in quo sunt ipsa B. Gregorij verba. Itaq; hac videtur summa quadam sententis & propterea in aliquot vetustis exemplaribus non sunt distincta.

Idem eidem Castorio episcopo, lib. 4 epist. 43. seu c. 87.

¶De eodem. C. III.

j ABbatem cuilibet † monasterio non alium, sed quē dignum moribus, atque actibus monasticæ disciplinæ cōi consensu congregatio tota poposcerit, ordinari † volumus. Missas autem publicas [h] per episcopum, vel clericos in † monasterio fieri omnimodo prohibemus.

Ansl. 7 c. 174. Poly. l. 3. tit. 15. & lib. 4. tit. 13. Pann. l. 3. 16. 8.

† al. eidē] orig.

† al. illic] ori.

† al. volumus te ordinare] orig.

Eps nō plus pōt petere ab ecclesijs, q̄ qd' ex canonibus sibi debeti pbat.

b ¶Hoc tantum.] Argu. q̄ non potest eps plus ab ecclesijs petere quam quod ex canonibus sibi deberi probat, vt 9. q. 3. conquestus. & 10. q. 3. quia cognouimus.

e ¶Instituere.] Id est, cōfirmare. Vel dic propriè q̄ instituit, cum sint negligentes, vt 9. q. 3. cum scimus. Vel etiam potest alium instituere cū monachi minus idoneum volunt eligere, vt infra ea. q. si quis abbas.

Monachorum coercitio ad quē spectat.

d ¶Corrigere.] Ergo coercitio monachorum ad episcopum spectat, vt 10. dist accedens. ĵ. ea. si qs abbas. & c. abbates. & c. cognouimus. Dicunt quidam, q̄ in minimis excessibus ab abbate vel priore sunt puniendi: sed in maioribus ab ep̄o, vt extra de sen. exco. monachi. & 9a. di. si qs monachus. & 12. q. 1. non dicatis. Sed melius dicatur, q̄ si ordine iuris agitur ꝯ monachum, q̄ coram ep̄o sit agendum. vt 11. q. 1. de persona. secus si non in forma iuris. extra de appel. reprehēsibilis. Ioan.

ECONTRA. Hæc est secunda pars quęst. In qua probatur aliquid iuris sibi possint vendicare. Nunc Gratianus vult ostendere contrarium, & ad hoc inducit sequentia cap.

ABbat.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ abbas in monasterio ordinari debet per monachos, & non per episcopum: nec ibi Missa per ep̄m celebretur, ne p hoc ostendatur alicui esse subiectum. Idem verè dr̄ in duobus sequētibus c. cuius casus patent, & per te formabis. Aliquid tamen plus additur in 3. ca. Et not. q̄ hoc quod ibi dicitur, intelligitur de monasterijs exemptis.

e ¶Ordinetur.] Id est, eligatur.

f ¶Missa.] Publica, conuocato populo: nisi sit de voluntate fratrum, vt infra ea. luminoso.

g ¶Subijciatur.] Quoad legem diœcesanam 1. vt 16. q. 1. cum pro vtilitate. nisi in casu, vt 1 a. q. 2. Apostolicos. eo ipso ergo q̄ eps in aliquo loco celebrat, præsumit locus ei subiectus. arg. 7. q. 1. pontifices. Hoc tamē scias, q̄ eps pōt subijcere vnā ecclesiā alij, vt extra de excel. pla. sicut. & ēt aliqua ecclesia pōt se subijcere alij. huc tñ nō p̄iudicat ep̄o. extra de don. Iter dilectos.

† Loc⁹ quo ad legē iurisdictionis 16. q. 1. interdicimus ĵ. ea. si quis abbas. & c. seq. de hoc not 10. q. 1. in sum.

h ABbatem.] ¶Publicas.] Quibus populus non interest nisi inuitet ab abbate, ut ĵ. ea. q. duā. Ioā.

Ab-

Electio pri opi præsentanda est.

* Abbate.] ¶Dominus.] Ar. est hic quod electio maxime prælati spectat etiam ad patronum, ut 16. q. 5. si quis episcoporum & q 7 decernimus. & 63. distin. principali & ǯ. ea. q. 2. Eleutherius sed non est ita: ut extra de iure pat. nobis. & ǯ. c. prox. Sed solennis electio præ-

Qvàm sit.] CASVS. Hoc c. diuidit in quattuor partes. In pr ma dicitur, quod nulli episcoporum uel laicorum de cætero præsumant aliquid auferre de rebus monasteriorū, & suarū ecclesiarū, vel villarū, uel fraudes aliquas eis facere. In secūda parte dicitur, quod ille abbas eligatur, quē monachi de sua congregatione elegerint, si in ea idoneus inueniatur. In tertia parte dr, quod præter uoluntatem abbatis monachi non debent de monasterio suo ad alia monasteria transire, uel ad sacros ordines, vel ad aliquod officiū ecclesiasticū ordinari. In quarta parte dicitur, quod statuit illud dēt ab omnibus epis obseruari, scilicet ut monasteria nullis canonicis iuribus deseruiant, quibus deseruiunt ecclesiæ seculares: & epi suis ecclesijs sint contēti. Scda pars ibi, [Defuncto vero] Tertia ibi, [Pariter aūt.] Quarta ibi, [Hanc ergo.]

b ¶Vel de cellulis.] Ar. quod capellæ parochiales habent idē priuilegiū cū monasterijs. 20. q. 3 inter cætera. sed nō est ita, vt extra de pb. de monachis, nisi monasteria essent exempta tā in capite, quàm in membris. 16. qō. 1. in summa.

c ¶Vel immissiones.] Id est, exactiones.

d ¶Nisi de eadē.] Supra dist. 61. nullus inuitis. & c. obitum. & c. victoris.

e ¶Cōcors.] Et canonica, ut ea. dist c. r. & ǯ. ea. si quis abbas.

f ¶De alijs.] Etiam Heremitanis, vt ex de electio. cum monasterium. ar. contra ǯ. pro si quæst. vlti. in §. penul.

g ¶Ad ordinandū.] Si tamen monachus sit necessarius, per superiorem cogatur ipsum dare, ut extra de iure patrona. nullus. Sed quid si monachus sit factus Papa inuito abbate: debet ne redire? Sic, & ipsemet compellet se redire: quia cum teneatur de alijs iustitiam facere, multo fortius de se ipso & si servus vēd l attius.

Monachus factus Papa sine licē tia abbatis redire det.

h ¶Iuribus.] Quantum ad legē diœcesanam, ut 16. q. 3. cum pro vtilitate vt not. 1. q. 1. in summa.

a ¶Vel clericos] *Verba hæc non leguntur apud B Gregorium, omninoque nonnulla videntur consulto immutata à collectore.*

Item Pelagius Papa Mellito subdiacono.

¶Ille debet abbas institui, quem sua congregatio, & possessionis dominus ordinari poposcerit. C. IIII.

Iuo p. 7. c. 24.

ij Abbatem in monasterio illum uolumus ordinari, quem sibi de sua congregatione & monachorum electio, & possessionis dominus a, & (quod magis obseruandum est) ordo vitæ, ac meritum poposcerit ordinari.

Item Gregorius omnibus episcopis.

In conc. Later. sub Greg. 1. & reg. lib. 7. indic. 1. epist. 18. Mariniano epo. Poly. l. 5. tit. 15. Ans l. 5. c. 38. Iuo p. 7. cap. 11.

¶De libertate monachorum. C. V.

Qvàm sit necessarium monachorum quieti prospicere, & c. *& infra.* ¶Interdicimus igitur in nomine Domini Iesu Christi, & auctoritate beati Petri principis Apostolorum prohibemus (cuius uice hic ecclesiæ Romanæ præsidemus) ut nullus episcoporum, aut sæcularium a vltra præsumat de reditibus, vel chartis & monasteriorum, uel de cellulis b uel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocumque modo, uel qualibet occasione † minuere; uel dolos, uel immissiones c, aut uiolentias aliquas facere. *& infra.* ¶Defuncto uero abbate cuiusquam † congregationis non extraneis [eligatur †, nisi de eadem d congregatione, quem sibi propria uoluntate concors e fratrum societas elegerit: & qui electus fuerit, sine dolo, uel uenalitate aliqua ordinetur. Quòd si aptam inter se personam inuenire nequiuerint; solerter sibi de alijs f monasterijs similiter eligant ordinandum. *& infra.* ¶Pariter autem custodiendum est, ut inuito abbate ad ordinandum † g alia monasteria, aut ad ordines sacros, vel clericatus officiū tolli exinde monachi non debeant. *& infra.* ¶Nullus monachus y † sine testimonio, & * concessione abbatis sui in ecclesia aliquem locum teneat, vel ad aliquem promoueatur honorem. ¶Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore ab omnibus episcopis firmam † statuimus illibatamque seruari, ut & suæ ecclesiæ ʃ, iuuante Domino, tantummodo sint iure contenti; & monasteria ecclesiasticis conditionibus, seu angarijs †, vel quibuslibet obsequij sæcularibus nullo modo subiaceant. Nullis canonicis iuribus g h deseruiant: sed remotis uexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant.

† al. exquisitione

† abest ab orig. Pann. l. 3. c. 181. Poly l. 4. tit. 33.

† al. cuiuscumque

*al. uel consensu

† al. ordinanda

† al. monachorum

ǯ. 17. q. 3. lib. 4. reg. ep. 43

† al. & quibuscumque alijs firmam

† al. angarijs, aut etiā procurationibus, vel quibuslibet subsidijs, obsequijsque.

¶Caput hoc habetur in decreto concilij Lateranensis edito à B. Gregorio pro quiete, ac libertate monachorum: quod extat secundo tomo conciliorum inter decreta Gregorij primi: eiusque magnam partem ipsemet refert lib. 7. reg. indict. prima, epist. 18. Mariniano episcopo Rauennati.

præsentanda est principi uel patrono, vt extra de elect. cum terra & c. quod melius. co. ti. sacrosanctam, & c. quod sicut. & 63. dist. Reatina. & c. lectis.

Luminoso abbate.] CASVS. Luminosus abbas conquestus est de episcopis Ariminensibus, quod suo monasterio & alijs multa praeiudicia & grauamina inferebant: & praeter voluntatem monachorum Missas publicas in monasterijs eantabant. Praecepit ergo Gregorius Castorio Ariminensi episcopo, ut in monasterio Luminosi abbatis & alijs nullam potestatem exerceat imperandi, nec aliquam ordinationē etiam leuissimam ibi faciat, nisi ab abbate fuerit rogatus. Et intelligitur hoc capit. de monasterijs exemptis. Vel si intelligatur de non exemptis, intelligitur de ordinatione officialiū, quos instituit abbas, & non episcopus, ut dicit Hugo.

a ¶Luminoso.] Hoc capitulum loquitur de monasterijs exemptis, uel priuilegiatis.

b ¶Publicas.] In quibus est concursus populorum, quae fiunt in hora tertia. ℨ. de consec. dist. 1. & hoc. sed publicas, id est, solennes bene cantant.

c ¶Recessibus.] Potius ergo erunt monasteria in solitudine quàm in urbe. 16. q. 1. ℌ cupis 1.

d ¶Collocare.] Vt ibi exerceat iudicia.

e ¶Ordinationem.] ℨ. ead. cognonimus. contra, sed hic loquitur de exemptis, ibi non. uel si hic loquitur de non exemptis, tunc dic, quod episcopus hoc facere potest, nisi abbas negligens sit in ordinationibus, id est, dispositionibus, ut 9. quaest. 3. cum scimus.

f ¶Abbate.] Sup. 10. quaest 3. inter cetera.

1 Secūdum hanc gl. expone recessibus, i. locis solitarijs, uel dic, i. monasterijs, ad quae monachi ueniunt de saeculari cōuersatione recedentes.

Pridem.] CASVS. In monasterio sācti Andreae erat baptisterium, cuius occasione monachi patiebantur molestias & incursionem populorum. Quare praecepit Gelasius episcopo loci, ut baptisterium inde remoueret, & loco eius altare fundaret. quod qa prima uice facere distulit, praecipit nunc sibi, ut sine mora liberis susceptis hoc exequatur, ne de sua negligētia monearur contra eum. Sequens cap planum est, & per se patet.

g ¶Monasterio.] Episcopus ibi fecerat baptisterium.

a ¶Aut saecularium.] *Absunt ab aliquibus conciliorum editionib. & Gratiani manuscriptis exemplaribus.*

β ¶Chartis.] *In concilio legitur*, curtis. *sed in epistola & apud Iuonem*, chartis.

γ ¶Nullus monachus.] *Hinc usque ad finem non habentur in epistol. 1. sed in concilio*

δ ¶Vt & suae ecclesiae.] *In concilio legitur*, Et sanctae ecclesiae, iuuante Domino, suo termino, siue iure contentae, &c. *In epistola uero 43. lib. 4. (ubi idē fere scribit Castorio Ariminensi episcopo) hoc modo*, Vt & sua ecclesia, iuuante Domino, suo tantummodo sit iure contenta, & monasterium illud, &c.

ε ¶Iuribus.] *In concilio est*, cui is. *in epistola*, canonicae uel iuris dictioni.

Idem Castorio episcopo Ariminensi. — In eodem cōc.

¶Missas publicas in coenobio episcopi non celebrent, ne aliquod eis grauamen inferant. C. VI.

Iuo p. 7. c. 12.

Luminoso [a] abbate referente plurimis in monasterijs multa à praesulibus praeiudicia, atque grauamina monachos pertulisse cognouimus: Oportet ergo, ut tuae † fraternitatis prouisio de futura quiete, eorum salubri disponat ordinatione: quatenus conuersantes in illis, in Dei seruitio, gratia ipsius suffragante mente libera perseuerent. Missas quoque publicas [b] in † coenobijs fieri omnimodo prohibemus: ne in seruorum Dei recessibus [c], & in eorū receptaculis ulla popularis cōuentus praebeatur occasio: [Vel mulierum fiat illis † introitus,] quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare [d] episcopus ζ; vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationē [e], quamuis leuissimam, faciēdi, nisi ab abbate [f] loci fuerit rogatus: quatenus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate: ut remotis uexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa deuotione animi perficiant.

†*al. nostrae*] in conc.

Ibidē inferius, & lib. 4. epi. 41.

† *ab eo in coenobio*] in cōc. id est, ab episcopo.

†*munus*] orig.

Ibidem inferius. ℨ. c. 5.

¶*Libro quarto registri est epistol. 41. Luminoso abbati & 43. Castorio Ariminensi episcopo scripta: in quibus leguntur quae ad hoc caput pertinent. Propria tamen uerba usque ad vers.* Missas, *non habētur in epistolis illis, sed in concilio, de quo in prox superiori capite dictum est, exceptis primis uerbis,* Luminoso abbate referente. *& ex eo nonnulla sunt emendata, & addita.*

ζ ¶Episcopus.] *In concilio sequitur*, sed quacumque alia dignitate praeditus, aut potestate, uel quamlibet potestatem imperandi, &c.

Item Gregorius † Papa lib. 2. indict. 11. epist. 56. Secundino episcopo.

†Antea legebatur, *Gelasius*

¶Baptisterium in monasterio non permittitur fieri. C. VII.

Poly. l. 4. ti. 34. Ans. l. 5 c. 48. Iuo p. 3. c. 55.

Pridem praecipimus, ut de monasterio [g] S. Andreae,

a ¶Altare.] Hoc ideo quia locus fontium non debet pedibus conculcari, vt infr. ea de consecr. dist. 1. altaris. & hoc commodius non potest fieri, quàm si ibi altare ædificetur.

b ¶Post susceptas.] Sic extra de appel. super eo. in fin. Abbas

superiore. Io. de Fant.

CASVS. Nunc G. repetit supradictam contrarietatem, & dicit quod in quibusdam capitulis dicitur vt abbates & alia officia per episcopos instituantur, & in quibusdam dicitur contrarium. Sed soluit nûc Gratianus, & dicit, quod illud quod dictum est in hoc capitulo: hoc tantum, scilicet quod episcopus habet institutionem abbatum & aliorum officiorum, statutum fuit propter quosdã monachos indomitæ ceruicis, qui deponebant suos abbates, qui eos corrigebant, & alios pro suo arbitrio eligebant, quales fuerunt monachi beati Benedicti, qui in mortem eius conspirasse leguntur. & ad hoc inducit seq. capit.

quod est super Mascalas, baptisterium propter monachorum molestias † debuisset auferri, atque in eodem loco, quo fontes sunt, altare [a] fundari: cuius rei perfectio hactenus est protracta. Admonemus igitur fraternitatem tuã, vt nullam iam moram post susceptas [b] præsentes litteras nostras inserere debeas: sed repleto loco ipsorum fontiũ, altare ad sacra celebranda mysteria illic sine dilatione aliqua fundetur: quatenus & prædictis monachis opus Dei securius liceat celebrare, & non de negligentia uestra contra fraternitatem tuam noster animus excitetur.

† al. insolẽtias

Item ex concilio Moguntino.

¶Cum permissione episcopi abbas locum suum deserere potest. C. VIII.

Burc. l. 1. c. 16. Iuo p. 7. c. 104.

ij ABbas pro humiliatione, & cum permissione [c] episcopi locum suum potest relinquere: tamen eligant sibi fratres abbatem de ipsis: sin autem, de extraneis.

3 *Ecce in Toletano concilio [d] dicitur, quòd sacerdotes † abbates, & alia officia instituere debeãt. Beatus Gregorius [e], & Pelagius prohibent, dicentes abbatem à fratribus suæ congregationis eligendum, & ordinandum. Quomodo ergo hæc tanta diuersitas ad concordiam reuocabitur? Sed sciendum [f] est, quosdam monachos esse indomitæ ceruicis, & effrenatæ superbiæ: quos dum abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectionem conspirant, & alium moribus suis conuenientem sibi præficere contendunt: quales erant illi, qui in necem beati Benedicti conspirasse leguntur. Pro huiuscemodi constitutum est, vt abbates, & alia officia per sacerdotes instituantur.*

† al. episcopi

Vnde Pelgius Papa scribit Opilioni † defensori dicens.

† al. Apollonio

¶Non licet monachis abbates pro suo arbitrio expellere, aut alios ordinare. C. IX.

Ansl. l. 7. c. 185.

NVllam potestatem de cętero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio suo aut abbates expellere, aut sibimet alios ordinare [g]: quia nulla auctoritas [h] remanebit abbati, si monachorum potestati cęperit subiacere: ut de cętero fideliter, & studiose vniuersa, quæ vel ad diuini cultus reuerentiam, uel ad utilitatem eiusdẽ monasterij pertinent, abbatis solicitudo, ad quem potestas tota [i] pertinere conuenit, debeat adimplere.

d ¶In Toletano concilio.] sup. e. t.

e ¶Beatus Gregorius.] s. ea. abbatẽ t.

f ¶Sed sciendũ.] Magister intelligit i, quod cap. supradicta ex causa data sunt. Ioan.

NVllã potestatẽ.] CASVS. Quidam monachi pro suo arbitrio deponere volebant abbates, & alios quandoque malos sicut uolebant ordinabãt. Quare Papa Pelagius pcepit Opilioni defensori, ut de cętero monachos talem licentiam habere non permittat, sed tota potestas & solicitudo monachorum & monasterij ad abbatem pertinebit.

g ¶Alios ordinare.] id est, eligere.

h ¶Auctoritas.] Humani enim moris est illum timere cuius iudicio nunc erigitur, nunc deprimitur. 16. q. 1 oilis. Nec superiores debent inferioribus nimis familiares esse. nam ex conuersatione æquali nascitur contemptus dignitatis. ff. de offi. præsi. obseruandum. nec etiam debent subditi plus esse subditi, quàm expediat. 2 quæst. 8. admunendi. Ioan.

t Vnde dicebat Lan. quod Gratia. vult ponere contrarietatẽ obi non est, unde licet ista capitula. omnia sic inducat, tñ totum contrarium est dicendum. s. quod loquatur de iure communi, secundũ L. Familiaritas nimia parit contemptum.

Subditi nõ debẽt plus esse subditi quam expediat.

c ABbas.] ¶Cum permissione.] Non enim potest sine licentia prælati suam deserere ecclesiam, ut carta de renun. admonet. 16 q. vlt cap. ult. 71. dist. cap. primo & 2. & 19. q. 2. duæ. Io.

ECCE Hæc est tertia pars quæstionis, in qua dicit, quod monachi non possunt abbatem deponere sine

i Tota.] Ergo episcopus nullam habet iurisdictionẽ in monasterijs & sic est contra 17. q. viij. in uendutionibus. 18. q. 2. abbatibus. sed istud verbum, tota, non excludit episcopum, sed ipsos monachos, id est, ita pertinet ad abbatem, quod non ad monachos.

HINC ETIAM. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua probat quod omnes monachi pertinent ad prouisionem & correctionem episcopi: & hoc probat per quinque cap. Ioan. de Fant.
CASVS. Non solum constitutum est ut propter malitiam monachorum episcopi institutionem habeant in monasterijs, sed etiam, vt clerici singulorum monasteriorum in tantum sint sub potestate episcoporum, ne alicui eorum liceat absque conscientia episcoporum monasteria ædificare: quod probatur per seq. c.
a ¶Constitutum est.] id est, propter causam r. Intelligit enim Gratianus omnia hæc ca. ex causa fuisse statuta.

r Id est, propter eorum malitiam.

QVidam monachorum.] CASVS. Hoc diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod narratum fuit in concilio Chalcedon. quod quidam monachi multum de se præsumentes indifferenter ibant per ciuitates: & monasteria auctoritate sua ædificabant: & ideo statutum fuit in concilio, vt hoc de cætero non faciant sine licentia episcopi. In secunda parte dicitur, quod omnes clerici etiam in locis regularibus constituti, in episcoporum potestate consistant secundum traditionem sanctorum patrum. In tertia parte dicitur, quod omnes debent hanc constitutionem seruare, & qui eam seruare noluerint, vel episcopis proprijs obedire, si clerici fuerint, secundum ordinem & dignitatem personarum puniantur: si laici, uel monachi fuerint, communione priuentur. Secunda pars incipit ibi, [Item clerici in ptochijs.] Tertia ibi, [Eos vero.] Alia pars quæ sequitur in capitulo, idem dicit cum secunda & tertia. Omnia quæ sequuntur usque ad §. [Item sunt.] plana sunt, & per te videbis.

non solum oratorium, sed nec etiam hospitale potest sine licentia episcopi construi, ut extra de relig. domi. ad hæc. sed si oratorium non est sine licentia episcopi construendum, tamen simplex hospitale potest construi sine licentia episcopi. extra de eccle. ædifi. si hospitale. quæ hodie

Hospitale sine licentia episcopi construi non potest.

4 *Hinc etiam constitutum est* [a], *ut clerici singulorum monasteriorum sint in potestate episcoporum; nec alicui liceat extra eorum conscientiam monasteria ædificare.*

Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 4. legitur.

¶ Sine conscientia episcopi, monasterium nullus ædificet.

C. X.

QVidam monachorum habitu vtentes indifferenter per ciuitates incedunt, necnon & monasteria, & seipsos præsumptione propria commendant [b]. Placuit igitur neminem aut ædificare, aut construere monasteria, aut oratorij [c] domum sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi. *Item, c. 8.* ¶ Clerici in ptochijs α, & in monasterijs, aut martyrijs constituti sub potestate sint eius, qui in ea est ciuitate episcopus, secundum traditionem sanctorum patrum: nec per præsumptionem recedant à suo episcopo. ¶ Eos uero, qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocunque modo, vel si noluerint subiacere proprio episcopo: si quidem fuerint clerici, pro personarum ordinatione subiaceant condemnationibus canonum: si vero laici, uel monachi [d] fuerint, communione priuentur. *Item.* ¶ Clerici γ [e], qui pauperum dispositioni, vel monasteriorum, vel martyriorum præsunt; sub potestate singularum ciuitatum episcoporum secundum canonum traditionem perdurent: neque per suam temeritatem episcopi sui moderationem† declinent. Qui autem huiusmodi dispositionem quolibet modo subuertere ausi fuerint, & episcopo suo non obedierint; si quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi subiaceant; si autem monachi, vel laici sunt, à communione suspendantur.

Iuo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 174

Iuo p. 6. c. 358. Poly. l. 4. tit. 34.

eod. c. 8. ex alia versione. Iuo ibid. c. 359.

†*al. ordinationem*

¶ *Quoniam versio huius capitis vsque ad vers.* Clerici *primo. est alia ab ijs, quæ circumferuntur in conciliorum codicibus, licet apud Iuonem, & in Pannormia idem ferè sit sensus, placuit adferri verba Græca, & nouam interpretationem.*

Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μονήρη μετιόντες βίον, τῆς προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι, τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράσσουσι πράγματα; περιιόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾶν ἐπιτηδεύοντες, ἔδοξε μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν, μὴ δὲ συνιστᾶν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου. *id est,*

b ¶ Commendant.] Sed nemo debet se commendare. 22 q. 2. si quis uero. arg. contra. ff. de offic. proconsul. obseruare. § antequam vero
c ¶ Aut oratorij.] Quibus temporis in oratorijs sit Missa audienda, habes infra de consec. dist. 1. si quis etiam. & die est remota. Item nec in oratorijs licitum est ponere campanas, vt extra de priuil. parentibus. Io.
d ¶ Vel monachi.] Loquitur secundum ea tempora cum monachi fuerunt laici. 16 q. 1. generaliter.
e ¶ Clerici.] Id est, prælati.

a ¶ Qui

Qui verè & sincere monasticam uitam degunt, conuenienti honore afficiantur. Verum, quoniam nonnulli speciem monachicam præferentes & ecclesias, & ciuilia negocia perturbant, in ciuitatibus indifferenter vagantes, ac præterea monasteria sibi ipsi constituere aggredientes; placuit nemi nem quidem vspiam ædificare, neque constituere monasterium, vel oratoriam domum præter sententiam episcopi ciuitatis.

α ¶Prochijs.] *Sic in nonnullis vetustis codicibus Gratiani, et Vaticanis conciliorum, & in versione prisca (ex qua videtur esse hic versiculus.) & est vox canonis Græci. In vulgatis autem Gratiani, & aliquot libris conciliorum est,* parochijs.

β ¶Pro personarum ordinatione.] *Sic in eadem prisca, sed in canone Græco, & in versione Dionysii exigui nihil est, quod his verbis respondeat.*

γ ¶Item clerici.] *Est idem, quod in proximo superiore paragrapho sed ex alia versione, quæ non extat in conciliorum voluminibus, atque hanc eandem repetitionem licet animaduertere apud Iuonem par. 9. c. 358. & 359.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 97.

¶Examinetur ab episcopo, qui religiosis feminis præponendus est. C. XI.

Burc. l. 8. c. 76. Iuo p. 7. c. 94.

QVi religiosis feminis præponendus est, ab episcopo loci comprobetur [a].

Monasterium quoque absque episcopi permissione nulli incipere, aut fundare licet.

Vnde in Agathensi concilio, c. 27. legitur.

¶Sine permissione episcopi nullus monasterium præsumat incipere, aut fundare. C. XII.

DE monachis α, monasterium nouum [b] (nisi episcopo aut permittente, aut probante [c]) nullus incipete, aut fundare præsumat.

α ¶De monachis.] *Absunt istæ voces à recentioribus editionibus conciliorum, sed non à vetustioribus, & manuscriptis codicibus, aut Iuone.*

Et in Epaunēsi, c. 10.

Item ex eodem, c. 58.

¶De eodem. C. XIII.

Burc. l. 8. c. 14. Iuo p. 3. c. 165. & p. 7. c. 92.

CEllulas nouas, aut congregatiunculas β [d] monachorū absque episcopi notitia prohibemus institui.

β ¶Congregatiunculas] *Antea legebatur,* congregantiū ecclesias *Emendatū est ex plerisque manuscriptis, & locis indicatis.*

Cap. l. 6. c. 138.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 24.

¶Absque episcopi, vel abbatis voluntate nullus monachorum cellulam construere præsumat. C. XIIII.

NVllus monachus congregatione monasterij derelicta, ambitionis [e], & vanitatis † impulsu cellulam construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate præsumat.

† al. varietatis

§ *Item sunt alij, qui pro executione diuersarum causarum quoslibet admittūt; qui destructionem eorum soluant, & quietem religionis perturbent. De quibus in concilio Triburiensi legitur.*

a QVi religiosis.] ¶Comprobetur.] Ne sit nimium iuuenis: vt 3 ... distin. quorundam. & ... fraternitatur.

b DE monachis.] ¶Nouum.] Nouum dicitur cuius facies immutatur, ut ff. de noui. ope. nunc. l. prima. § opus nouū. si ergo totum monasterium sit destructū, requiritur consensus episcopi in constructione, sed in reparatione non requiritur, ut 16. q. vlt. si quis vult. eat. de Iudæ. Iudæi 2. & C de ope. publi l. a. & l. ar.

1 Itē q non sit monachus. 16 q. 1. de præsenti. ſm La

2 Et ibi Cardin. Flo. & Felinus.

c ¶Aut probante.] Ex postfacto: quia ratihabitione pōt cōfirmare, ut 21 q. 1. c. vl.

d CEllulas.] ¶Aut congregatiunculas.] Noua collegia non potest quis facere, nec etiam nouas regulas, uel nouam uitam, extra de reli. domi. ne nimia. ff. de colleg. illi. l. 3.

e NVllus.] ¶Ambitionis.] Infirmitatis n. causa pōt abbas permittere monacho facere cellulā specialem, vt 20. q. 4. c. ulti.

ITEM SVNT ET ALII. Hæc est quinta pars q. in qua dicitur, quòd malus abbas nō remoueatur, etiam si velint monachi. Ioan. de Fant.

CASVS. Superius in c. nullam. dictum est, q monachi abbates deponebant, & pro arbitrio eligebant. Nūc vero dicit, quòd aliq erant monachi, qui indifferenter quoslibet abbates malos, & lasciuos admittebant, ut religionis quietem dissoluerent, & causas ecclesiasticas tractare ualerent, & etiā sæculares.

Si

¶Abbas,

¶Abbas, qui cautus in regimine non fuerit, à proprio epiſcopo, & à vicinis abbatibus à ſuo arceatur honore. C. XV.

SI quis abbas cautus [a] in regimine, humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriusq; non fuerit, ac diuina præcepta uerbis & exemplis non oſtenderit; ab epiſcopo, in cuius territorio conſiſtit, & à vicinis abbatibus, & cęteris Deum timentibus à ſuo arceatur [b] honore: etiam ſi omnis congregatio vitijs ſuis conſentiens cum abbatem habere voluerit.

Bute. l. 8 c. 96. Iuo p. 7. c. 114. Simile ē diſ. 61 c. in ordinatione. quod eſt ex regula S. Benedicti.

Item ex concilio Aurelianenſi primo, c. 21.

Et in capitu. l. 6 c. 37.

¶In epiſcoporum poteſtate abbates conſiſtant. C. XVI.

6 ABbates pro humilitate religionis in epiſcoporū [e] poteſtate conſiſtant; & ſi quid extra regulam fecerint; ab epiſcopis corrigantur; qui ſemel [a] in anno in loco, vbi epiſcopus elegerit, accepta vocatione [d] conueniāt. ¶Monachi autem abbatibus omni obedientia, & deuotione ſubiaceant. Quòd ſi quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua uagari, aut peculiare [e] aliquid habere præſumpſerit; omnia, quæ acquiſierit [f], ab abbatibus auferantur ſecundum regulam monaſterio profuturā. Ipſi autem, qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia reuocentur. ¶Et reum ſe ille abbas futurum eſſe cognoſcat; qui in huiuſmodi perſonas † non regulariter animaduertit, vel qui ſuſceperit [g] monachum alienum.

Bute. l. 8. c. 67. Iuo p. 7. c. 85.

† *al. perſonis non regulari animaduerſione diſtrinxerit*

a ¶Semel] *Sic etiam legitur in concilijs impreſſis. & manuſcriptis, & capitularibus. Verum apud Burchardum & Iuonem poſt ver.* corrigantur, *eſt inſertum c.* non ſemel. *infra ead.*

Item ex concilio Arelatenſi †.

† *al. Aurelianenſi.*

C. XVII.

MOnaſteria, vel monachorum diſciplina ad eum pertineant epiſcopum †, in cuius ſunt territorio conſtituta.

†Scilicet in grauibus delictis exigētibus depoſitionē. ſm Pa. in c. licet de of. ord.

Item Paſchalis Papa II.

SI quis abbas cautus.] CASVS. Statutū fuit in Triburienſi concilio, ꝙ ſi aliquis abbas malus fuerit & inutilis, & præcepta Dei verbis & exemplis non cuſtodierit à proprio epiſcopo, & à vicinis abbatibus & cæteris Deum timentibus deponatur, etiam ſi omnis congregatio monachorum velit eum habere abbatem.

a ¶Cautus.] Ergo videtur, ꝙ aliquis poteſt deponi propter ſimplicitatem, ut hic, & 74 diſt. epiſcoporū. Sed dicas, ꝙ hic nocat illum incautum, qui negligens eſt. nā propter negligētiam deponitur aliquis, vt 81. diſt. in dictum. Vel dic quòd abbates ꝓpter modicas cauſas poſſunt remoueri, vt extra de ſimo ꝑ tuas. b ¶Arceatur.] Hic patet quòd epiſcopus etiam ſine numero epiſcoporum abbatem poteſt deponere à dignitate abbatiæ. Sed non poteſt ſolus, ab ordine deponere vt 16. q. 7. inuentum. & no. 15. quæſt. 7. in ſumma. & hoc ideo quia cauſa illa non eſt criminalis. extra de ſecuſ. ſuper his. & de ſimo. capitu. per tuas.

Prælatus negligens eſt deponēdus

Abbatē ab abbatia pōt ſolus epū ꝺponere.

ABbates.] Hæc eſt ſexta pars quæſtionis, in qua ꝓbat, quòd omnes monachi debent epiſcopo obedire, & uenire ad ſynodum, & debet requirere fugitiuos: & hoc probat per quatuor c. lo de Fan. CASVS. Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ abbates ſubeſſe debent epiſcopis, & ſi in aliquo deliquerint, debēt ab eis corrigi, & ſemel in anno cum epiſcopus eos vocauerit ad ſynodum uadant. In ſecunda parte dicitur, ꝙ monachi debent abbatibus ſubeſſe, & eis obedientiam præſtare. & ſi quis eorum inobediens cœperit euagari, vel peculium habere, totum peculiū ei per abbates auferatur ad vſum monaſteriorū. Monachus uero uagabundus cum auxilio epiſcopi reuocetur. In tertiā parte dicitur, quòd abbas, qui tales non punierit, uel monachos ſuſceperit alienos, reum ſe futurum cognoſcat. Secunda pars incipit ibi, [Monachi autem.] Tertia ibi, [Et reum ſe.] Sequens capit. planum eſt.

e ¶In epiſcoporum.] Ad epiſcopū enim pertinet omnis cura diœceſis tam in monaſterijs, quàm in alijs eccleſijs, ut 9. q. 3 c 2. & 91. diſt nulla. lo.

d ¶Vocatione.] Si neceſſitas magna fuerit, aliàs abbates non debent uocari ad ſynodum, ut 18. diſt. epiſcopus 2.

e ¶Aut peculiare.] Niſi ab abbate ei conceſſa ſit adminiſtratio, ut extra de ſtatu mon. monachi.

f ¶Quæ acquiſierit.] Ergo fugitiui & uagabūdi acquirunt eccleſiæ ſuę quidquid acquirūt, vt hic, & C. de epiſ & cleric. Deo nobis § hoc etiā. ſicut ſeruus fugitiuus dño acquirit ff. de acq. poſ. l 1. §. per ſeruum. Sed ponamus, ꝙ aliquis ſæpius delinquit, propter quod monaſterium noluit ipſum recipere: quæro ſi id qđ poſtea acquirit, priori monaſterio acquirat, uel ſequenti? Videtur ꝙ ſequētia: quia cum pro derelicto habitus eſt, non debet priori acquirere, ſicut nec ſeruus habitus ꝓ derelicto, ut ff. de ſtipulatio. ſeruorum, quod ſeruus. & argumento 16. q. 6. de lapſis. C. de latina liberta. ſollēda, ſed ſeruus. lo. Sed hanc quæſtionem plenè notaui inter dominicales quæſtiones B.

Monachi fugitiui cui eccleſiæ acquirunt.

g ¶Suſceperit.] Sine cōſenſu abbatis, ut 20. qō quarta. monachum. lo.

ı Ad huius dicti declarationē uide qđ leg. & no 27. q. 1 nec aliquis. ver. ꝙ ſi in ſi. & c. peruenit.

Ab-

ABbatibus.] CASVS. Paschalis Papa statuit, ut nullus episcoporum episcopalia administret abbatibus, qui sub nullo uolunt esse prælato. Nam cum sub nullo episcoporum se esse confiteatur, nullus episcoporum episcopalia iura eis debet administrare.
a ¶Abba-

Gratianus ex supradictis, quod pro malis abbatibus & monachis statutum est, ut monasteria per episcopos disponantur.

COgnouimus quòd.] CASVS. In Sardinia quidam pro uoluntate sua, scilicet abbates uel alij monastici, monachorum uel monacharum monasteria perturbabant: quare præcepit Greg. Vitali defensori Sardiniæ, ne hoc de cætero permittat: sed omnia monasteria sint in potestate episcopi loci, ut per episcopum causæ & utilitates monachorum & monialium disponantur. Incongruum enim est, ut per alios disponantur, quàm per eum, qui pro eis redditurus est rationem.

c Vt omisso.] Argumen. quòd omisso episcopo non potest appellari ad metropolitanum, vt 6 quæst. 3. scitote. Io.

d ¶Animabus.] Arg. cui maius committitur, & minus, ut 12 q. 1. præcipimus.

¶PRO HVIVS MODI. Hæc est septima pars quęstionis, in qua monachi prohibentur habere commatres. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est s. in c. cognouimus. quod quidam abbates, uel monachi, clerici uel laici monasteria pro solo libitu perturbabant: nunc vult ostendere Gratianus, quod propter huiusmodi perturbationes mulieres indifferenter ad monasteria non accedant nec fiant monachorum commatres, & ad hoc inducit seq. c.

PEruenit.] CASVS. Valentinus abbas permittebat indistincte mulieres ad suum monasterium accedere, & monachos mulieres sibi facere commatres: & propter hoc Grego. sibi præcepit, ut hoc de cætero fieri non promittat: quod si fecerit, sic eum puniet ut eius pœna cæteri terreantur.

¶Nullus ministret abbatibus episcopalia, qui alicui episcoporum nolunt subesse. C. XVIIII.

ABbatibus [a], qui neque sub episcopo, neque sub metropolitano, neque sub primate, neque sub patriarcha sunt, nullus prorsus episcoporum episcopalia [b] quælibet administret. Cum enim se nulli episcopo omnino subesse profiteantur; consequens est, vt nullus episcoporum, quæ sua sunt, eis tanquam extraneis largiatur.

Pro huiuscemodi ergo statutum est, vt causæ, & utilitates monasteriorum per episcopos disponantur.

Vnde Gregorius scribit Vitali defensori Sardiniæ, lib. 7. epist. 65.

¶Vtilitates monasterij à proprio episcopo debent disponi. C. XIX.

Ans. l. 7. c. 184. Poly. l. 3. tit. 3.

COgnouimus, quod monasteria seruorum Dei, vel etiã fœminarum pro suo quisque libitu, & diuersarum causarum executione perturbat. Quod omnino non grate suscipimus: tuamque experientiam ex hoc commonemus, ne quemquam hoc vsurpare denuo, accepta nostra auctoritate permittas; sed ut episcopo loci illius sub cuius moderamine degunt, curæ sit eorum causas, vtilitatesque disponere. Vnde enim est incongruum, vt omisso [c] eo alius quilibet eorum se causis admisceat: sed ille eorum uitam competenti, regularique debet moderamine disponere; qui pro commissis eorum animabus [d] compellitur reddere rationem.

7 *Pro huiusmodi etiam prohibet beatus Gregorius mulieres passim ad monasterium accedere, & monachorum commatres fieri, scribens Valentino abbati, lib. 3. epist. 40.*

¶Neque commatres sibi facere, neque ad fœminas accedere monachis licet. C. XX.

Ans. l. 7. c. 185.

† al. accedant

† al. accedere

j PEruenit ad nos, quòd in monasterio tuo passim mulieres ascendant †, & (quod adhuc est grauius) monachos tuos sibi commatres [e] facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione, humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat; ideo huius te præcepti serie commonemus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascendere †: neque monachos tuos commatres sibi facere. Nã si hoc denuo ad aures nostras quocumque modo peruenerit: sic te seuerissime noueris vltioni subdendum, ut emendationis tuæ qualitate cæteri sine dubio corrigantur.

a ¶Abbatibus.] s. 93. dist. nulla ratione.

b ¶Episcopalia.] Licet abbas sit exemptus: tamen primo debet petere iura episcopalia ab episcopo loci, nisi ipse malitiose denegat ea.

PRO HVIVSCEMODI. CASVS. Concludit

e ¶Commatres.] Sed nonne per baptismum contrahitur compaternitas? Sic, ut 30. q. 1. omnes. sed monachi possunt baptizare, ut 16. quęst. 1 doctos. ergo possunt fieri cõpatres. Rñ. possunt fieri cõpatres baptizãdo, sed non leuando quia in illo maior cõtrahitur familiaritas. Io.

Monachi leuãdo cõpatres fieri nõ possũt, sed bñ baptizando.

NON

NON SOLVM. Hæc est octaua pars quæstionis, in qua mandatur, quod monasteria monachorum & monialium non sint duplicia: & hoc probatur per quatuor cap. Io. de Fant.

CASVS. In superiori cap. prohibiti sunt monachi à communione mulierũ secularium, nunc prohibentur a communione & cohabitatione monialium: & ad hoc inducit seq. c. Gratianus.

tione præsumit accessus. 27 q. 1. nec aliqua & 81. dist. clericus & cap. in omnibus. & 11. q. 6. ab illa. Et est argu. hic, quod cum petitur restitutio consanguineæ, quod non solum commistionis, immo nec cohabitationis facienda est restitutio.

Et

8 *Non solum autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis interdicitur, verumetiam à sanctimonialium † habitatione prohibentur.* † al. monialiũ

Vade in vij. synodo, c. 20. legitur.

¶Cum sanctimonialibus, monachis habitare non licet. C. XXI.

DIffinimus minime duplex [a] monasterium fieri: quia scandalum id, & offendiculum multis efficitur. Si vero aliqui cum cognatis [b] mundo abrenunciare, & monasticam uitam sectari voluerint; debent quidem uiri uirorum adire cœnobium; feminę vero mulierũ ingredi monasterium. In hoc enim placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt † dupla; secundum regulam sancti patris nostri Basilij, & secundum præceptionem eius ita formentur. Non habitent in vno monasterio monachi [c] & monachæ. Adulterium enim intercipit [d] cohabitationẽ α: si habeat aditum monachus ad monacham, vel monacha ad monachum secreto singulariter ad collocutionem. Non cubet monachus in mulierbi monasterio; neq. singulariter cum monacha conuiuetur: & quando necessaria uitæ à parte virorum ad regulares deferuntur; extra portã hæc suscipiat abbatissa monasterij feminarum cum aliqua vetula monacha. Porro si contigerit, ut aliquam propinquã suam videre uoluerit monachus; in præsentia abbatissæ huic confabuletur per modica & compendiosa uerba β, & in breui [e] ab ea discedat.

Iuo p. 7. c. 25.

† al. sunt

α ¶Cohabitationem.] *Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis Gratiani, & duobus codicibus versionis Anastasij, cuius tamen hæc non est ipsa omnino versio. Antea legebatur*, cohabitatio *Græce est*, μοιχεία γὰρ μεσολαβεῖ τὴν συνδιαίτησιν
β ¶Et in breui] *Hæc non sunt in canonum græcorum vulgata editione sed apud Balsamonem habentur.*

DIffinimus. [CASVS. Hunc casũ sic ponunt Bar. & Bene. Antiquitus duplicia erant monasteria, in quibus monachi & monachæ simul vel alternatim conueniebant in eodem choro ad officium faciendum: sed quia poterat hoc multis esse occasio fornicandi: ideo statutum est in sexta synodo de cętero duplicia monasteria nõ faciant, & quæ hactenus fuerint duplicia, diuidantur: ita scilicet, vt monachi à monialibus diuidantur. Et quando aliqui cum consanguineis conuiuari voluerint, viri vadant ad monasteria virorum: fęminæ vero ad monasteria monacharum & quando à parte monachorum ad moniales cibaria deferuntur, suscipiat abbatissa extra portam cum quadam uetula moniali. Et si propinquæ suæ monachus loqui voluerit, in præsentia abbatissæ loquatur, & hoc citra. [Cum cognatis] H. hanc literam sic intelligit. Abrenunciare voluerint rebus scilicet cognatis, id est, rebus & cognatis, quod facere debet quicumque transit ad religionem, ut 12. q. 1. cui portio. [Intercipit] Id est, arripit & inuadit. [Cohabitationem.] id est, cohabitantes. Si est in litera cohabitatio, tunc dic intercipit, id est, incurrit, id est, incurrit. Sequentia dum c. patent.

Item in regesto Gregorij.

¶Monachi, & monachæ in nullo simul cohabitent loco. C. XXII.

Apud Iulianũ antec. nouella 123 c. 14.

IN nullo loco monachos & monachas permittimus vnum [f] monasterium habitare; sed nec ea, quæ duplicia vocant. Et si quod tale est, religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco manere studeat; monachos autẽ aliud monasterium ædificare cogat. Si autem plurima sint talia monasteria; separentur in alijs monasterijs monachæ,

Burc. l. 8. c. c. 65
Iuo p. 7. c. 83.
Poly l. 4. tit. 34.

Moniales visitare no lic. 1.

a ¶Duplex.] in quo sunt monachi & monachæ.
b ¶Cognatis.] Nam qui sæculo vult & rebus renunciare, renunciabit & cognatis. 12 q. 1. cui portio.
c ¶Monachi.] Immo nec clericus nec laicus debet visitare monasterium monialium, ut extra de vita & honestate cleri. monasterio.
d ¶Intercipit.] Id est, intercipere solet: quia ex cohabitatione

e ¶Et in breui.] Hic manifeste perpenditur, quòd præsumitur varijs modis contra aliquem, & pro aliquo ex cohabitatione, ex loco, ex singularitate, ex societate, & breuitate temporis: quæ omnia iudex discretius considerabit, ut 23. q. 8. accidit & 81. dist. in omnibus. infra de pœni. dist. 1. aut facta. extra de testi. cũ causã.
f IN nullo loco.] ¶Vnum.] Fere eadem verba ponuntur in auth. de sanctissimis episcopis. §. si quis autem ad monasticam uitam. coll. 9.

Præsũptio contra aliquem & pro aliquo ex multis sumitur.

a ¶Iura

a ¶Iura.] Fortè pro numero personarum, cum enim collegiũ separatur, pro numero personarum diuiduntur bona, vt ff de colle. illi. l. r. in fi. Vel fortè secundum quod quilibet dedit monasterio arg. 12. q. 4. c. 1.

IN decima.] CASVS. Statutũ fuit in concilio Hispalen.

tur cũ aliqua earum sine speciali cõscientia abbatissæ. etsi velit dicere aliquid quod ad institutionem earum pertinet: nec etiam cum sola abbatissa frequenter loquatur: sed sub testimonio duarum vel trium sororũ: & hoc etiam raro fiat. & sit talis locutio breuis.

& in alijs monachi; res autem, quas habent communes, secundum iura [a] eis competentia distribuantur.

¶Burchardus etiam & Iuo Gregorium citant: apud quem nonnihil habetur ad hanc rem faciens lib. 1. reg. epist. 48. & lib. 7. indic. 2. epist. 38. Verba tamen ipsa leguntur apud Iulianum antecess. nouella 123. c. 54.

Item ex concilio Agathensi, c. 28.

¶A monasterio monachorum longius construantur monasteria puellorum. C. XXIII.

Iuo p. 3. c. 153. MOnasteria puellarum longius à monasterijs monachorum aut propter insidias diaboli, aut propter ob locutiones hominum collocentur.

Item ex concilio Hispalensi 2. c. 11.

¶Puellarum monasteria monachorum præsidio, & ministerio regantur. C. XXIIII.

IN decima † actione communi consensu decreuimus; vt monasteria uirginum in prouincia Bætica monachorum administratione, ac præsidio gubernentur. Tunc. n. salubria Christo dicatis uirginibus præbemus †; quando eis patres spirituales eligimis, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint: ea tamen circa monachos cautela seruata, ut remoti ab earum familiaritate †, nec usque ad uestibulum habeant accedẽdi familiare permissum. Sed neque abbatem †, uel eum, qui præficitur, extra eam [b], quæ præest, loqui uirginibus Christi aliquid, quod ad institutionẽ [a] earum pertineat, licebit: neque cum ea sola, quæ præest, frequenter eos loqui oportet; sed sub testimonio duarum [c] uel triũ sororum: ita ut rara sit accessio, & breuis omnino locutio.

† *al. vndecima*] orig.

† *al. prouidemus*

Burc. l. 8. c. 53. Iuo p. 7. c. 71.

† *al. peculiaritate*

† *al. abbatissæ vel es*

a ¶Institutionem.] *Sic legitur in vetustis Gratiani codicibus, & in antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis: in recentioribus autem Coloniensibus*, quod ad institutionem morum non pertineat.

9 *Prohibentur etiam sanctimoniales propria receptacula habere.*

Vnde Innocentius secundus in concilio Romæ habito, ca. 26. & 27.

¶Sanctimonialibus receptacula, seu domicilia priuata habere non licet. C. XXV.

PErniciosam, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum (quæ licet neque secundum regulam Beati Benedicti, neque Basilij, aut Augustini uiuant: sanctimoniales tamen vulgo censeri desiderant) aboleri decernimus. Cũ enim iuxta regulã degentes in cœnobijs, tã in ecclesia, quã in refectorio, atq; dormitorio cõiter [d] esse

b ¶Extra eam.] Id est præter conscientiam abbatissæ.

c ¶Duarum.] Hic patet ꝙ clericus accusetur, qui deliquerit cũ moniali, uel cum alia potest se expurgare cum mulieribus. ad quid. n. vocarẽtur istę, si non possent esse testes? Cum enim clericus repellatur à dignitate obtinenda propter testimonium mulierum, vt extra de testibus iam ex litteris. multo potius per eas expurgare se potest. vnde satis admitti potest, quòd si clericus non potest habere alios compurgatores clericos, ꝙ per honestos laicos potest se purgare, vt 2. q. 5. cap. omnibus. in fi. 81. distinctio. clerici 2. & sic 11. quæst. 1. capitul. 1. & in authen. de monach. §. cogitandum. colla. 1.

Mulieres & pro clerico & ꝯ clericũ possunt testificari.

2 Vbi ꝯ hoc & ex. de præsump. cũ in iuuẽtute. in fi. vbi nideas. Archi.

PROHIBENTVR ETIAM. Hæc est 9. pars quæstionis secundum Io. de Fant.

CASVS. Non solum prohibentur moniales esse cum monachis, sed etiam prohibentur propria receptacula habere.

PErniciosam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quædam moniales, pria habẽt receptacula, & proprias cameras, in quibus sub specie hospitalitatis recipiebant hospites minus honestos: quare Inno. secundus eas reprehẽdit, & prohibet ne hoc de cætero faciãt: sed in eodem refectorio & dormitorio cõiter uiuant. In secunda parte dr̃, ꝙ moniales simul cum monachis & canonicis in choro non veniant ad psallendum. Secunda pars incipit

3 Nisi essent q̃dã à cõione ad meliora exẽpti: vt essent anachoritæ, & ita exclusa Camaldul. sed dicit, ꝙ nõ dẽnt inter sæculares, &c. qa ne soli, &c. ex. de testa. mona. monachi §. n. Lauren.

1 Bætica

len. vt monasteria moniliũ in prouincia Bethilica r per monachos gubernentur, hac tamẽ cautela seruata, vt monachi cum monialibus familiaritatẽ nõ hẽant, nec abbas vel alius qui in monasterio præficitur loquatur

ibi, [Simili modo.]

d ¶Communiter.] Ideo cõmuniter omnia faciunt, vt sibi inuicem sint testes & honestatis & castitatis, vt in auth. de mo. § cogitandum. coll. 1. 3.

debeant; propria sibi ædificant receptacula, & priuata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites, & minus religiosos contra sacros canones, & bonos mores suscipere nullatenus erubescũt. Quia ergo omnis, qui malè agit, odit lucem, ac per hoc ipsæ absconditæ in iustorum tabernaculo se opinantur posse latere oculos iudicis cuncta cernentis, hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne vlterius fiat omnimodis prohibemus, & sub pœna anathematis interdicimus. *Ioan. 3.* ¶ Simili modo prohibemus, ne sanctimoniales simul cum canonicis, vel monachis in ecclesia in vno choro conueniant ad psallendum. *In conc. c. 27.*

a ¶ Regulam.] *In vulgatis sequebatur, S. Benedicti: cum tamen paulo superius aliarum etiam regularum sit facta mentio. Quare inducta sunt ista voces auctoritate vetustiorum codicum, & ipsius concilij: ex quo etiam alia nonnulla sunt emendata.*

10 *Item sunt alij, quos episcopi prægrauantes, salutem ipsarum animarum negligunt, quibuslibet † occasionibus bona monasteriorum distrahere cupiunt. Tales erãt quidam clerici Rauennatis ecclesiæ: qui simulata religione monasterijs cupiebant præfici, non transeuntes ad monasticum habitũ, neque renunciantes ecclesiasticæ militiæ.* † *al. quibuslibet vero*

De quibus Gregorius scribit Ioanni Rauennati episcopo, lib. 4. epist. 1.

¶ Monasteria, clericorum, aut laicorum habitacula fieri non debent. C. XXVI.

ij PEruenit ad me, quòd in ecclesia fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monasterijs consecrata, nũc habitacula aut clericorum, aut etiã laicorum facta sunt: dumq; hi, qui sunt in ecclesijs, fingunt [a] se religiosè viuere; monasterijs præponi [b] appetunt: & per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo enim potest ecclesiasticis officijs, &c. *& infra.* ¶ Proinde fraternitas tua, hoc, quolibet in loco factum sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior, vt sacra loca per clericorum ambitum destruantur [c]. *Ans. l. 5. c. 84. Iuo p. 3. c. 18. Poly. l. 3. tit. 13. ĩ. 16. q. 1. nemo*

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 40 siue cap. 204.

¶ Qui in sacro ordine sunt constituti, in monasterijs nullã habeant potestatem. C. XXVII.

DVdum ad nos multorum relatione peruenerat, monasteria in Rauennæ partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio prægrauari: ita vt occasione quasi regiminis ea (quod dici graue est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus, vt hoc per omnia emendare debuisset. Sed quoniam uitæ est termino citius occupatus; ne hoc onus monasterijs remaneret, frater- *Poly. ibidem. Ans. l. 5. c. 65.*

ITEM SVNT. Hæc est 10. pars q. in qua probatur, q clerici sæculares non debent esse abbates in monasterijs, & hoc probatur per duo c. Ioan. de Fant.

CASVS Hactenus probauit Grat. q quædam monasteria sunt in potestate episcoporum propter dissolutionem & malitiam monachorum. Modo probat contrarium: scilicet, q quædam sunt exempta propter auaritiam epõrum: qui salutem animarũ negligẽtes, monasteria suis bonis spoliãt. & tales erant clerici Rauennatis ecclesiæ: qui monasterijs præfici cupientes, in ecclesiastica militia remanere uolebant, ut infra ca. 1 & 2.

PEruenit.] CASVS. Bene. sic ponit casum. Significatũ fuit Grego. q in archiepa tu Rauen. quidã clerici monasterijs præponebantur, quorum occasione monasteria fiebãt habitacula laicorum. quare præcepit Greg. Ioanni archiepo Rauenna vt hoc emendare festinet. H. vero hunc casum sic ponit. Erant quidam clerici Rauennates, q sub obtẽtu religionis monasterijs præesse volebant: sed primas ecclesias non dimittẽtes, monasteria vltra modũ grauabant: & ea quasi communia habitacula habebant etiam laicorum. propter quod Grego. scribit archiepo Rauen. vt talia prohibeat, & de cætero fieri non permittat.

a ¶ Fingunt.] Tales sunt cogendi, vt vel veri clerici, vel veri monachi sint, vt extra de reg. vt clerici.

b ¶ Præponi.] De talibus habuisti. 16. q. vlt. cap. 3.

c ¶ Destruantur.] Id est, conuertantur in aliam formam, vt infra causa proxi. q. 3. §. quæ ritur.

DVdum.] CASVS. Casum istum sic pone. Grego. præcepit Ioanni Rauennati archiepiscopo, vt clericos sæculares, qui monasterijs præficiebantur, quorum occasione monastica regula dissoluebatur, & monasteria grauabantur, ab ipsis monasterijs remoueret. quod quia morte præuentus facere non potuit: ideo idem Grego. præcepit Mariniano eius successori, vt hæc adimpleret: qui cum in hoc negligens extitisset, scripsit ei Gregor. secundo mandans ei, vt omni mora, omnique excusatione remota ita studeat monasteria releuare à grauamine clericorum, vt de cætero in eis nullam habeant licentiam accedendi, nisi causa prædicandi, vel nisi

nisi à monachis fuerint inuitati: ne si aliter fiat, compellatur Greg. aliter monasterijs prouidere. cũ diu hoc pati non uelit. Ab illo tamen loco, [Ne si aliter fiat.] sic posuit Bene. casum, id est, ne si aliter fiat, in se patiatur districtionem hortandi, id est admonendi, uel prædicandi.

morte, vt extra de offi. deleg. quoniam abbas. Alij dicunt aliud esse in præcepto, quàm in mandato. expirat, sicut mandatum.

b ¶Hortandi.] Id est prædicandi.

c ¶Inuitati.] s. ead luminoso. Ioan a

d ¶Sed ne.] 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

s Ad idẽ 11. qõ. 1. ꝗ periculosũ. ẜm Lau.

nitati [a] uestræ hæc eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, ut comperimus, in huius rei hactenus correctione cessatum est; hæc ad uos iterum præuidimus scripta dirigete. Hortamur ergo, ut omni mora, omnique excusatione submota, ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauamine releuare; quatenus nullam deinceps in eis clerici, uel ij, qui sunt in sacro ordine constituti ob aliud (nisi hortandi [α] [b] tantummodo causa) accedendi habeant licẽtiam; aut si forte ad peragenda sacra Missarium fuerint inuitati [c] mysteria. Sed ne [d] pro cuiuslibet monachi, aut

16. q. 1. nemo

abbatis promotione, &c. *& infra.* ¶Nec illi ulterius habeat potestatem aliquam: ne monasteria huius occasionis uelamine ea, quæ prohibemus [β], sustinere onera compellantur. Hæc itaque omnia uigilanti cura emendare iam secundo commonita sanctitas uestra non differat: ne, si post hæc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus; aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. Nam notum uobis sit, quia tantæ necessitati seruorum Dei congregationem amplius subiacere non patimur.

α ¶Hortandi.] *In originali impresso, & manuscripto legitur,* orãdi. *Sed ob glossam, & quia in sequenti capite est uox,* Exhortãdi. *non est mutatum. Alia uero sunt emendata.*

β ¶Prohibemus.] *In vulgatis sequebatur,* simul cum canonicis, & monachis in ecclesia *quæ sublata sunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

Idem eidem, lib. 7. ind. 1. epist. 18.

¶Causa visitandi, & exhortandi monasterium episcopus adire potest. C. XXVIII.

Ivo p. 7. c. 14.

11 Visitandi, exhortandique gratia ad monasterium, quoties [e] placuerit, ab antistite ciuitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic episcopus impleat, ut grauamen [f] aliquod monasterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianensi.

¶Frequenter episcopi monasteria uisitent, & quæ corrigenda sunt corrigant. C. XXIX.

Burc. l. 8. c. 62. Ivo p. 7. c. 15.

Non semel, sed sæpius in anno episcopi uisitent monasteria monachorum: & si aliquid corrigendum fuerit, corrigatur.

Hoc caput apud Burchardum, & Iuonem est insertum capiti, abbates, supra ead. ut ibi notatum est. simile quiddam habetur in Pannormia ex concilio Rothomagensi. lib 3. c. 215.

12 *Pro talibus* [g], *qui animarum curam non habentes*

Visitandi.] Hæc est 11 pars quæst. secundum Io. de Fant.

e ¶Quoties.] Cũ utilitas, uel necessitas exigit; alias semel tãtum in anno ueniet episcopus, ut notaui 10. q. 1. decreuimus. uidetur tamen, ꝙ hodie bis in anno possit ex officio suo uisitare, ut extra de censi. cum venerabilis. in fi.

Eps qñ uisitet monasteria.

f ¶Vt grauamen.] Id est, ut non exigat enormem & immoderatã procurationem, ut 10. q. 3. illud. sed secundum ꝙ taxatur extra de censi. cum Apostolus. & hoc intelligat cum episcopus accedit ad ecclesiam propter utilitatem ecclesiæ. Sed si causa proprij negotij accedit, non tenetur ei monasterium prouidere, ut 10. q. 8. relata. & c. placuit. 12. q. 2. charitatẽ. extra de censi. cum venerabilis. ibi, cum causa correctionis, &c.

Procuratio non semper est debita episcopo.

Non semel.] PRO TALIBVS. Hæc est 12. pars qõ. in qua probat, ꝙ licet monasteria lege diœcesana non subsint episcopo, si non habent populum: tamen in fundatione, siue dedicatione monasterij, ponitur aliquid de pensione, quod exigi potest. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, dicens ꝙ pro talibus episcopis, qui curam animarum negligentes monasteria suis bonis spoliabant, & ea in usus suos conuertebant, statutum fuit, ut monasteria sint libera à dño & potestate epõrũ. & postea ostendit, ꝙ licet dicatur

dicãdi. Alia littera habet, [Orandi. & hæc littera plana est. Similiter sequẽtia duo c. plana sũt: & p te uidebis.

a ¶Fraternitati.] Sed nonne cum aliquid præcipitur alicui, sufficit ꝙ præceptum sit prædecessori r ad hoc ut successor teneatur, vt in auth. vt nulli iudi. § & hoc uero iubemus. coll. 9. licet aliud sit in mandato: quia illud extinguitur morte, vt extra de offi. deleg. gratum. Dicunt quidam, siue sit præceptum, siue mandatum: dũmodo expressis nominibus scribatur, semp expirat

r Prædecessori. dic ut ꝗ Feli. Phi. Decii eam in de rescri. Præceptum an morte

ꝟ. ea. in c. ꝗ sit. vt monasteria nullis canonicis iuribus sint subiecta: non ita tamen intelligendum est, ut monasteria non debeant aliquid dare epõ in signum subiectionis aliqua die statuta. [Eulogia.] Eulogia dr id quod solet assignari episcopo tempore consecrationis, & illud quod ei offertur in synodo, & proprie quod ei gratis datur: aliter tamen hic accipitur.

g ¶Pro talibus.] Scilicet epis qui eis non subsũt monasteria quo ad legem diœcesanã. 18. q. 1. in sũma. Ioã.

3 Et ita ex causa ola ista c. ẜm G. exaudi. ẜm. Lauren.

Eleuthe-

bona tamen monasteriorum in suos vsus conuertere cupiebant; statutum est, vt monasteria cum suis rebus penitus sint libera à potestate & dominio episcoporum. Quod autē nullis canonicis iuribus monasteria dicuntur esse subiecta; non ita intelligendum est, quin ipsi episcopo aliquid nomine eulogiæ, uel in die dedicationis, uel in natali † sanctorum, quorum nomine ipsum monasterium dedicatum est, debeat offerri.

† al. natalitijs

Vnde Pelagius a Papa ait.

a ¶Pelagius.] *Ante legebatur*, Gelasius. *Mutatum est ex Polycarpo, & quia supra dist. 9. 1. c. Eleutherius, alia pars huiusmet epistolæ citatur ex Pelagio: & Anselmus, qui hoc & illud caput coniuncte affert, Pelagio tribuit.*

¶Non debet episcopus aliquid à monasterio exigere preter conditiones, quæ dedicationis tempore constitutæ sunt. C. XXX.

Ans. l. 7. ca. 145. Poly. l. 4. tit. 27.

ELeutherius frater, & coepiscopus noster q̄ritur, quòd mater eius in casa, quæ castellum dicitur, oratorium construxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos constituerit, ex quibus unus est presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter episcopum Cardellum (cuius ipsa diœcesis est) & matrem suam asserit conuenisse [a], ut quidquid dedicationis, uel natalis martyrum die, quorum in eodem monasterio reliquiæ sunt, per fidelium oblationes intrauerit; medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem episcopo offeratur. Contra quam conuentionem Marium presbyterum (siue sciēte, siue nesciente episcopo) monachis ipsis, uel presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare, ita ut memoratum presbyterum prope cæciderit, & Missas eum facere nullo modo permittat: dicens, ut quasi pensionis [b] nomine aliquid statuere debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare iubemus: & si apud te euidenti ratione † constiterit; quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius positæ conuenerint; seruari eas ex nostra auctoritate præcipimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur †. Si uero nil tale constiterit †; mediante te quid episcopo ipsi nomine eulogiæ [c] offerri debeat [d], inter ipsos monachos, & presbyterum uolumus definiri: Saluo tamen eo, ut presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, Missas in monasterio suo, sicut consueuit facere, à nullo ulterius debeat prohiberi.

† al. veritate

† al. tentetur exigere

† al. conuenit

Item Vrbanus secundus.

¶Consueta seruitia episcopis monasteria exhibeant.

C. XXXI.

SEruitium [e] quod monasteria, aut eorum ecclesiæ à

ELeutherius.] CASVS. Mater Eleutherij episcopi fecit Cardellum episcopum dedicare quoddam monasteriū, qđ ipsa ædificauerat ĩ diœcesi sua in casa, quę dr̄ castellū, & tempore dedicationis conuentio facta est inter ep̄um & ipsam, ut de oblationibus, quę offeruntur in die dedicationis, uel in die natalis martyrum, quorū ibi sunt reliquię, medietatem haberet monasterium, & medietatem aliam episcopus haberet. contra quam conuentionem Marius presbyter sciēte episcopo, uel forsitan nesciente veniebat, & monachis vel presbytero, qui ex eis erat, molestias, & grauamina inferebat, & fere presbyterum nomine Gaudentium verberauit, nec eum ibi Missas celebrare permittebat, nisi aliquid ultra conuentionem prędictam redderet nomine pensionis ipsi episcopo dādum. Sed cum episcopus Eleutherius uice matris super hoc conquereretur, Gelasius Papa commisit causam cuidam, & mandat ei, ut si inuenerit, ꝙ ita facta fuerit conuentio tempore dedicationis, illam faciat obseruari. Si uero nulla cōuentio facta fuerit, eo mediante inter episcopum & monachos faciat aliquid assignari ipsi episcopo in signum subiectionis, eo saluo, ut presbyter Gaudentius in monasterio Missas celebrare à nullo prohibeatur. Seq. c. patet.

Pactio in spiritualib. an interuenire possit.

a ¶Conuenisse.] Ar. ꝙ pactio potest interuenire in spiritualibus, ut 10 q. 3. c. vlt. & cap. nec numerus. & 1. q. 3. quęsitum. vt no. 8. q. 5. in summa. sed huic c. obstat. 1. q. 2. c. 3. & 1. q. 1. c. statuim⁹. & q. 4. ecclesia. & ĩ. de cons. dist. 1. si quis basilicam. Sed dicas, ꝙ hoc non uere dicitur pactū: quia & sine pactu tenetur ecclesia aliquid dare episcopo in signū subiectionis, vt hic dicitur in fi. Itē & auctoritate episcopi potest aliquid constitui patrono †, ut extra de iure pa. pręterea.

† Etiam hic videas qđ no. 21. q. 2. c. 2. in glos. si quęras.

b ¶Pensionis.] Vltra id quod conuenit in principio.

c ¶Nomine eulogię.] Id est, in signum prędicationis, quam fecit tempore consecrationis.

d ¶Debeat.] Considerata consuetudine aliorum monasteriorū, ut ex̄ de cen. super e. 10. q. 3. nec numerus. in fi. Ex hoc ca. patet, ꝙ monasteria non sunt penitus exempta à lege diœcesana. tenentur enim ei ad eulogias. sicut hic dr̄. Itē tenent ad procurationē, q̄ debetur rōne visitationis, ut ex̄ de p̄scriptio. cū ex officij. Item. si aliquid ex cōsuetudine debēt, ut ĩ. c. proximo.

Monasteria à lege diœcesana non sunt prorsus exempta.

e ¶Seruitium.] Et tamen vix fuerunt xxv. anni à tempore

Cõsuetudo an possit annuas præstationes inducere.

tempore Grego. vsque ad tempus Vrbani.

a ¶Vsque ad hoc tempus.] Ergo consuetudo inducit anonas præstationes. nam & dat iurisdictionem, & dat priuilegium, vt not 9. q 3. cõquestus. in fi. & dat ius eligendi. extra de consuetu. cum dilectus. in fi. Item & inducit seruitutem. ff. de aqua. plu. arc. l. 1. § vlt. & l. 2. ff. cõia pd. vēditor. Itē & cõsuetudo obligat sicut ius scriptū, vt ar. dist. ecclesiasticarum. Et quod ea tēpore aliquid præsumitur debitum, sunt argu. multa. ff. de vsu cū de in rē & l. q semisses. & l. cum quidam §. 1. & C. de fideic. li. l. 1. at. contra ista, extra de cõsue. c. 1. & extra de cen. sciētes. & e peruenit. & 1. q. 1. nullus. & 10. q. 3 quia cognouimus & ff. de oper. li. operis. & C. de pac. l. si certis. & extra de causa poss. cum ecclesia. Item quia ex cursu tēporis nulla oritur obligatio, cum nec tollatur tempore, vt ff. de act. & obl obligationum. § placet Sed varij varijs modis dixerūt de hac materia sed omissis illis, dico quod nūquā ex consuetudine sola (licet esse pscripta) ius aliquod sit quæsitum †, nisi forte sit tanta, cuius memoria nō esset, vt ff. de aqua. quoti. & æsti. hoc iure §. ductus aquæ. & ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. vlt. sed solummodo commodum & ius possessionis quæsitum est ex consuetudine Possessor enim nihil tenetur probare de iure suo: sed aduersarius probabit esse indebitū. unde quamdiu est quæstio an talis præstatio sit debita, semper erit possessor in possessione, vt 16. q 4. volumus. extra vt lite penden. à memoria. ff. de aqua quoti & æstī. l. penult. & hoc est uerum cum allegat aliquam consuetudinis causam: & tunc causa allegata, & consuetudine longissima probata debitum præsumitur, adeo vt nō admittatur probatio in contrarium, & secundum hoc nulla est differentia inter consuetudinē pscriptā, & pscriptionem. Quidam tamen assignant hanc differentiam inter præscriptam consuetudinem, & præscriptionem: quia contra præscriptionē nō admittitur probatio, licet causa præscriptionis appareat iniusta, ut extra de præscrip. de quarta. sed contra consuetudinem præscriptam bene, ut scilicet probetur indebitum, licet allegetur debitum processisse, ut C. de agric. & cen. libro duodecimo. Turius credo præscriptionem allegandam, quàm consuetudinem præscriptā: quia ad probandam consuetudinem multa requiruntur, ut dixi supra distinct. 8. frustra. Et hæc vera sunt, quòd cõsuetudo semper tuetur possessorem donec probetur contrarium, nisi vi, uel clam, uel precario possederit. tunc enim ille, qui dedit, sua auctoritate potest negare. 10. q. 3 quia cognouimus. Ioannes Quidquid dicat. Ioan. ego credo quod ea cõsuetudine præscripta spatio xl. annorum, & bona fide ius & possessio acquiratur, ut extra de consue. cap. vlt. in fi. & ff. de legi. diuturna B.

Ex cõsuetudine sola nunquam ius aliquod quæritur: † Arg cõtra extra de pscri. ad audientiam. iuncta prin. ner. est arg. quod rōne cõsuetudinis debetur cē sus, & si alius titulus non pbet. secundū H.

Consuetudo & præscriptio differunt.

Cõsuetudo pscripta, & præscriptio quomodo differunt.

Ad probandam cõsuetudinē multa requiruntur.

tempore Gregorij septimi usque ad hoc tempus [a] fecerunt, & nos concedimus.

dist. 18. epūs non debet.

Canonica ergo iura, quibus monasteria subiecta nō sunt, synodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus est abbas (sicut in cõcilio Turonico statuitur) ad synodū ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quædam seruitutis officia, ut angariæ operum, crebræ receptiones, annuæ exactiones, mulctationes peccantium, à quibus omnibus monasteria libera sunt.

CAVSA XIX.

Duo clerici ad monasterium transire voluerunt: vterque licentiam ab episcopo suo petijt: vnus relicta ecclesia propria, eo inuito, alter dimissa regulari canonia † cœnobio se contulit.

† al. canonica

1 Modo quæritur, si episcopus debeat permittere, ut relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur.

2 Secundo quæritur, si episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monasterium possit adire.

3 Tertio si contigerit ipsos regulares canonicos fuisse, utrū concedendus esset eis monasterij ingressus.

QVAESTIO PRIMA.

Quòd episcopus [b] licentiam clericis adeundi monasterium dare debeat, in Toletano 4. concilio præcipitur, in quo cap. 49. sic statutum legitur.

CANONICA. CASVS. Concludit Gratianus ex supra dictis, dicens quod canonica iura à quibus monasteria sunt libera, sunt synodales exactiones, angariæ, crebræ receptiones, & annales exactiones, & indictiones pœnarum.

Duo clerici.] CASVS. Dictum est s. in causa proxima, quæst. 2. c. abbates. in fi. quod nullus abbas debet recipere monachum alienū: sed quia forte idem putaretur de clericis sæcularibus, & canonicis regularibus: ideo supponitur hic decimanona causa, in qua quęritur, an clerici sæculares, & canonici regulares inuitis prælatis suis possint ad regulam arctiorem transire: quod ut melius pateat, thema proponit, de quo tres elicit quæstiones.

Quòd episcopus.] CASVS. Hic ponitur prima quæstio, qua quæritur an episcopus debeat dare licentiam clerico suo uolenti ad religionem transire. & certum est, quod sic, ut infra cap. 1.

b ¶Quòd episcopus.] Dubitatio harum trium quæstionum ab eodem fonte procedit, vnde vna solutione terminatur Hug. dicit quod clericus sæcularis inuito episcopo possit transire ad monasterium, vt J. ea. c. 1 & J. e. q 2 duæ. Sed nec monachus, nec regularis canonicus pōt inuito abbate transire ad locum aliū, vt J. ea. q. 3. c. 1. &c.

s.& c.statuimus. sed eius opinio corrigitur extra de regu & transeun. ad relig. licet. vbi habes, quod quilibet pōt transire ad arctiorem religionem. petita tamē licētia, licet non obtenta: sed ad parem religionem nemo potest transire, ut extra de reg. sane. Ioan.

Transitus ad religionē arctiorē permissus est, non ad parem.

pars ibi, [Lex vero priuata.] & est interpositio ab illo loco, [Dignior est,] vsque ibi, [Quisquis igitur.]

c ¶Priuata.] Vt charitas, de qua dicitur: Habe charitatem, & fac quidquid vis, vt de pœn. dist. 2. radicata.

d ¶Sine commendatitijs.] Sed quare creditur commenda-

CLerici.] CASVS. Statuitur in hoc ca. vt episcopi debeāt licentiam dare clericis uolentibus ad monasteria transire, cum ipsi eligant meliorem uitam.

a ¶Meliorem.] Hæc causa est sufficiens, quod de minori ad maius transeundum est. 93. dist. in. legimus. in fin. sed non parem. & extra de regu. sane & rā dicit cap. sic uiue in monasterio, ut clericus esse merearis. 16. q. 1. sic uiue. Io.

INuito.] CASVS. Hic intitulatur secūda quæstio, qua quæritur an clericus sæcularis inuito episcopo suo possit ad religionem trāsire? Et respondetur, quod sic, ut j. ead. c. duæ. Gratianus tamen primo probat quod nō: & postea probat contrarium. Seq. cap. cum §. sequenti patet.

b ALienum clericum.] Immo nec etiam laicum alienum, ut 71. distinct. primatus. si ergo clericus huius episcopatus eligitur ad aliquam dignitatem in alio episcopatu, sine licentia huius episcopi non potest eam recipere, ut 76. distin. c. vlt. & 63 distinct. litteras. & 85. distinct. c. archidiaconum. Ioan.

¶Non debet negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt. C. I.

CLerici, qui monachorum propositum appetunt (quia meliorem [a] uitam sequi cupiunt) liberos eis ab episcopis in monasterijs largiri oportet ingressus: nec [α] interdici [α] propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

Poly l. 3. tit. 15. & l. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 21. Iuo p. 6. c. 378.

α ¶Nec interdici.] *Hæc vsque ad finem absunt à manuscriptis: sunt tamen in concilio.*

QVAESTIO II.

INuito vero episcopo clericum eius à nullo esse suscipiendum Leo episcopus testatur, scribens Anastasio † Thessalonicensi episcopo, epistola 82. al. 48. c. 9.

In conc. Aq̄sg. c. 58.
† Antea legebatur, *Rustico Narbon.*

¶Inuito episcopo eius clericum nemo suscipiat. C. I.

ALienum clericum [b], inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat.

Ansl. 6. c. 161. Burc. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 96.

Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum est illi etiam, episcopo contradicente, monasterium ingredi.

Vnde Vrbanus Papa II. in capitulo sancti Ruffini †.

† *al. Ruffi.*

¶Qui monachorum propositum appetit, etiam inuito episcopo suscipiendus est. C. II.

DVæ sunt, inquit, leges: una publica, altera priuata [c]. Publica lex est, quæ à sanctis patribus, scriptis est cōfirmata: ut est lex canonum, quæ quidem propter trāsgressiones † est tradita. Verbi gratia, Decretum est in canonibus, clericum non debere de suo episcopatu ad alium trāsire sine commendatitijs [d] litteris sui episcopi: quod propter criminosos [e] cōstitutum est: ne uidelicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur personæ. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo [f] episcopatu, in alie-

Poly. l. 4. tit. 31.
Gal. 3.
† *al. trangressores*

DVæ sunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod quidam clerici sæculares inuitis episcopis suis monasticum habitum, vel regularium canonicorum assumere uolebant, quare quæsitum fuit ab Vrbano Papa in c. sancti Ruffini. quid iuris sit de hoc? qui respondet duas esse leges, distinguendo, publicam scilicet & priuatam. Publica facta est propter transgressores, qui cū in suis episcopatibus celebrare non possent, ibant ad alios: & ideo ne criminosi & infames reciperentur, statutum fuit, ut nullus ep̄s clericum alienum suscipiat sine litteris cōmendatitijs sui ep̄i. In secunda parte dicitur, quod lex priuata est, quæ instinctu spiritus sācti scribitur in corde alicuius, secundum quam clerici sæculares libere etiam suis ep̄is inuitis transire possunt ad monasterium, uel canonicam regulam, uel regularem. Et hoc probatur auctoritate Apostoli: & præterea quia lex nō est posita iusto ad coercendum eum a bono. Secunda

datitijs litteris, cum quilibet possit commendare rem etiam uitiosam: Nam quæ commēdandi animo dicuntur, neminem obligant, vt ff. de contrah. emp. ea quæ. Sed dicas quod si quis commendat rem in gñe, non obligatur: sed in specie, obligatur. ff. de ædi. edi. secundum. sed nec in genere licitum est cōmēdare ex certa scientia rem vitiosam, vt extra de scrutī. c. unico alioquin de dolo tenetur, vt ff. de dolo, quod uenditor.

Obligat̄ nequi rem vitiosam cōmendat.

e ¶Propter criminosos.] Licet propter criminosos fuerit constitutio data, tamen extenditur etiam ad nō criminosos: quia nullus recipitur sine cōmendatitijs litteris sui episcopi. vbi enim aliquid statuitur propter impulsiuam causam, causa cessante non ideo cessat constitutio: sed vbi aliquid propter finalem causam est statutum: ibi si cesset causa, cessat constitutio. Sic distinguitur ff. de dona. l. 2. §. vlti.

f ¶In suo.] Supra 7. q. 1. si quis presbyter.

a ¶Si

a ¶Si quis horum.] Maxime. quia idem est in alijs. 61. dist. §. his omnibus.

Obedientiæ commendatio.

b ¶Si afflatus.] Sed qualiter potest aliquis clericus inuito episcopo transire ad religionem, cũ ei forte iuratus sit, & obediẽs suus sit, & tamen idololatriæ est nolle [continued below]

[gloss continuation:] ta lex publicæ, nam mulier, licet ducatur lege Dei, nõ potest inuito viro intrare religionẽ. 27. q. 2. si quis coniugum. nec impubes inuito patre 20 q. 2. puella. nec episcopus inuito Papa, extra de reg. c. licet. non fallit regula intelligentes. Io.

sibus vide præiudicate public.

no celebrare: quod iure præceptis, & scriptis detestatum est. ¶Lex uero priuata est, quæ instinctu sancti spiritus in corde scribitur: sicut de quibusdam dicit Apostolus. [Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.] & alibi [Cum gentes legem non habeãt, si naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt; ipsi sibi sunt lex.] Si quis horum [a] in ecclesia sua sub episcopo populum † retinet, & sæculariter viuit, si afflatus [b] spiritu sancto in aliquo monasterio, vel regulari canonia † saluare se voluerit; quia lege priuata ducitur, nulla ratio exigit; vt à lege publica constringatur. Dignior [c] est enim lex priuata, quàm publica. Spiritus quidem Dei lex est: & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui spiritui sancto possit digne resistere? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur; etiam episcopo suo contradicente, eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: sed ubi spiritus Dei, ibi libertas: & si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

[Margin: c. licet, extra de regulat. — Rom. 2. — Ibidem. — † proprium] Polycarpus. — † al. canonica — Rom. 7. 8. 9. — 1. Tit. 1. 2. Cor 3. Gal. 5.]

QVAESTIO III.

Canonicos autem regulares ad monasterium transire multis auctoritatibus prohibetur.

Vnde in concilio Educensi congregato sub Gregorio VII legitur.

¶Regulares canonici, monachi fieri non debent. C. I.

NVllus abbas, uel monachus [d] canonicos regulares [e] à proposito professionis canonicæ reuocare, & ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, ut monachi fiant, quamdiu ordinis sui ecclesiam [f] inuenire quiuerint: in qua canonice uiuendo, Deo seruire, & animam suam saluare possint. Quòd si temerario ausu id agere tentauerint; anathematis uinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa II.

¶De eodem. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31. MAndamus, & vniuersaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter professus, nisi (quod absit)

Canonicos.] Hęc q. diuidit in quattuor partes: in prima quarum probat, q canonicus regularis sine licentia nõ debet fieri monachus: & hoc probatur per tres auctoritates. Secũda ibi, [Quæritur si monasteria.] Tertia ibi,] Quæritur de his.] Quarta ibi, [Quæritur si ingressis.] Ioan. de Fant. CASVS. Hic ponitur 3. q. vbi quæritur an canonicus regularis possit ad monasteriũ transire. Et respondetur quòd sic, de licentia prioris, ut inf. ead. cap. statuimus. idem est in monacho, vt ĩ. 20. q. 4. monachũ. sed eis inuitis non, vt inf. e. t & 2. q libet tamen secundum iura hodierna potest ad regulam arctiorem trãsire petita licentia à suo superiore, & etiã si non habeat licentiam ab eo, vt extra de regu. licet. Et procedit hoc ordine Gra. Primo probat, quòd canonici regulares ad monasterium transire non possunt. postea probat contrarium.

NVllus.] CASVS. Quidam abbates uel monachi suis suggestionib. ad monasteria canonicos regulares pertrahebãt: & ideo statuit Greg. septimus, quod qui de cętero talia temere attẽtauerit, excommunicetur.

1 De hoc in glo. sufficit ergo. ubi sol. de hac quæstione. — Priuata lex in trib. ca-

le obedire, vt 8 q. 1. ferendum. & video q peregrinari non potest sine licentia episcopi, vt ut de conse. dist. 5. non oportet & sæpe bonum omittendum est propter meritum obedientiæ, vt 11. q. 3. quid ergo. cum etiam obediendum sit, licet iniuste aliquid præcipiat, ut 23. q. 1. quid culpatur. Item cum clericus non possit alienare res ecclesiæ suæ, ergo multo potius seipsum non potest alienare: cum personæ digniores sint rebus, ut 12. q. 1 præcipimus & maior est alienatio personæ, q rei, ut 17 q. 1. c. 3. sed dic q excusatur à delicto instinctu spiritus sancti sicut alij, vt extra de diuor. gaudemus. 24 q. 5 dixit.

c ¶Dignior.] Tamen in tribus casibus pręiudicat priua-

d ¶Monachus.] Vt priores. qui præsunt monasterijs. extra de statu monachorum. monachi.

e ¶Regulares.] Similiter clericus in qua ecclesia est semel intitulatus, in ea perpetuo perseueret, vt 70 dist. sanctorum. & 71. dist. clericus. vt enim ait Apostolus: In ea vocatione in qua quis vocatus est, in ea permaneat, ut 21. q. 1 c. 1.

f ¶Ordinis sui ecclesiam.] Si. extra de vi. & hone. cle. Deus. extra de relig. do. inter quatuor. in fin.

MAndamus.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc cap. vt canonicus regularis monachus non fiat, nisi publice delinquat. si uero cõtra fecerit, ad canoniam redeat: & ultimus memorialem cucullam deferat.

a ¶Lapsus.] Tunc enim posset, immo cogeretur, ut 20 q.1. sicut. Io.

b ¶Monachus.] Hoc consueuit intelligi eum causa leuitatis transit ad asperiorem vitam: tamen bene cogitur ibi stare, ut ex. de reg. licet. Sed manifeste obstat, extra de statu mona. cum nobis. sed hæc est remota. unde satis credo, & si non petijt licentiã, cogitur redire t. nec obstat extra eadem sane: quia ibi dicit, permittas, & sic est dispensatio.

1 Vide Pan. cõs. 95. l. 1.

c ¶Memorialẽ.] Non quod sit monachus, sed ratione prioris maleficij, ut 93 dist. præcipimus sed maritus qui transiuit ad religionẽ, reuocatus ab uxore sua, non fert cucullam, ut 21 quæstio. quod Deo. & sic quandoque potest esse dispar habitus in eodem choro.

Dispares habitus qui possunt esse in eodẽ choro.

SVBAVDIENDVM. CASVS. Est probatum quod canonicus regularis ad monasterium transire nõ potest. nunc dicit Gratianus, quod est intelligendum nisi de sui superioris licentia hoc faciat. Et ad hoc inducitur sequẽs cap.

STatuimus.] CASVS. Abbas sancti Ruffini quæsiuit ab Vrbano, utrum monachi possint recipere canonicos regulares sine permissione & licentia prioris, & fratrum? Et respondetur, quòd causa leuitatis, uel causa arctioris religionis non debet canonicus regularis de canonica sua recedere, nec aliquis debet eum recipere sine litteris capituli sui.

tunc possunt monachi remoueri & institui sæculares canonici: tamen cum auctoritate Papæ, ut extra ne clerici. uel mona. relatum 2. Vel nisi ita sit quod non inueniant aliqui de ordine illo, per quos possit locus ordinari, ut extra de reli. do. inter. Vel nisi ita sit quod aliter non

1 In hoc c. no Ala. Tã. & Be. quod hoc potest episcopos auctoritate propria. & idem sentit ibi Goffre. de hoc etiã no. 12. q. 2. si episcopus. sed Io. de Fant. hic sentit cum Io. & etiam Il idem tenet.

publice lapsus [a] fuerit, monachus [b] efficietur. Quòd si decreto nostro contraire præsumens id agere tentauerit, ad ordinem canonicum præcipimus ut redeat; & deinceps memorialẽ † [c] cucullã deferat, & ultimis in choro maneat.

† *al. memoriale sua præsumptionis cucullam.*] Poly.

Subaudiendum vero est, nisi cum patris sui licentia religionis propositum induerit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit abbati sancti Ruffini †.

† *al. Ruffi.*

¶Patris sui confessione regulares canonici, monachi fieri possunt. C. III.

STatuimus, ne professione canonicæ quispiam, postquã Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, uel districtioris [d] religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris α, & totius congregationis permissione recedere. Discedentem vero nullus abbatum, uel episcoporum, nullus monachorum sine communi litterarum cautione suscipiat.

Iuo p. 6. c. 411.

α ¶Patris, &c.] *In tribus vetustis codicibus legitur*, patris totius congregationis: *apud Iuonem*, sine abbatis, totiusque cõgregationis.

2 *Quæritur* [e], *si monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in clericorum, uel sæcularium habitacula. Quod in Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur*, c. 24.

¶Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper monasteria perseuerent. C. IIII.

QVæ semel dedicata sunt monasteria cum consilio episcoporum; maneant [f] perpetuo monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, monasterijs reseruari oportet, nec posse ea ultra fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri; subiaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

Poly. l. 3. tit. 15. Ans. l. 5. c. c. 62. Burc. l. 3. c. 19. Iuo p. 3. c. 17. & 22. Pann. l. 2. ca. 15.

¶*Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam afferunt Burchardus, & Iuo, c. 22.*

Item in synodo septima, c. 13.

d ¶Vel districtioris.] Infr. 20. q. 4. virgines, contra, extra de reg. cap. 5. sed hæc dictio, leuitatis, soluit contrarium, &c. si. C. de offi. ma. mili. l. penult.

QVÆRITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua quæritur, si monasteria possint redire ad humanos vsus. Dicitur quòd non. & hoc probat per duo capit. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic mouet Gratianus quandam incidentem q. scilicet, utrum monasteria possint fieri clericorum, vel laicorum habitacula? & respondetur quod non. ad quod inducit sequentia capitula.

e ¶Quæritur.] Incidentem quæstionem ponit magister: & illa dupliciter potest intelligi. Vno modo sic: an de monasterio possit fieri sæcularis ecclesia? Vel sic, an monasterijs possint præfici sæculares clerici? Dicas ergo, quòd de monasterio nunquam potest fieri sæcularis ecclesia, ut hic dicit, nisi enormiter uiuãt: non possit reformari locus ille, quàm per canonicos, ut extra de stata. mona. cum nobis. quę est remota. E contra videtur quòd episcopus licite possit de sæculari ecclesia facere regularem, ut extra de eccle. ædifi. ad audientiam & 16 q 7. si quis nult.

QVæ semel sunt dedicata.] CASVS. In cõcilio Chalcedonen. fuit statutum, ut monasteria semel dedicata, perpetuo sint monasteria, & in suo statu permaneant, & non fiant habitacula sęcularia, nec res eorum inde remoueantur. si quis autem hoc fieri permiserit, canonicę punietur.

f ¶Maneant.] Similiter nec hospitale potest conuerti ad alium usum, ut extra de reli. do. ad hęc, sed nec permutari possũt mancipia ecclesię. extra de rerũ permu. mancipia. dari tñ possunt priuato, ut 12. q 2. ecclesiastici. sic domus Imperatoris nõ põt conuerti ad alios vsus. C. de pala. & do. l. 1. sed quid si monasteriũ destituitur nunquid potest locus ille vel ędificia monasterij ad alium

Quę ad alium usum cõuerti nõ possint.

Monasterio destructo, possũt licite ligna comburi.

alium vsum conuerti? sic. possunt enim de lignis bene construere dormitorium uel alium honestum locum: vel etiam possunt ea in coquina sua comburere. de cõse.dist. 1.ligna.sed ad priuatos vsus non possunt conuerti:locus autem remanet sacer, licet dirutum sit ædificium vel monasteria: & fecerunt ea communia diuersoria: quare statutum fuit in septima synodo, vt si inuasores voluerint ea restituere, in antiquum statum reformentur:alioquin si clerici sunt, deponantur:si laici vel monachi, excõicentur:cum ipsi aduersentur Deo dicenti, Nolite facere domum patris mei, scilicet templum ædificatum nomini eius, domum negotiationis.

¶Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C. V.

QVoniam a quibusdam viris quædam venerabiles domus surripiũtur [a] tam videlicet episcopia, quàm monasteria, & facta sunt communia diuersoria: si quidem uoluerunt hi, qui hæc retinent, reddere ea, ut secundum antiquitatem restaurentur; bene, & optime est: alioqui si de sacrato catalogo fuerint; hos deponi [b] præcipimus: si uero monachi, vel laici, excommunicari: quos nimirum cõstat condemnatos esse a patre, & filio, & spiritu sancto, & deputentur ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini aduersantur, qui dicit, [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.]

Marci.9. ex Esa.66. Io.2.

¶Initium huius canonis in synodo septima ab Anastasio uersa sic habet. Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris in ecclesia facta est, subreptæ sunt à quibusdam uiris quædam uenerabiles domus, tam uidelicet, &c. *Ex eius antẽ uersionis duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuersionem ueniunt, quo tempore debeant tonsurari.*

De his ita scribit Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, lib.8.epist.23.

¶Antequam biennium in conuersione compleuerit, aliquis tonsurari non debet. C. VI.

Ansel.7.c.719.

MOnasterijs omnibus fraternitas vestra districtius interdicat: vt eos, quos ad conuersionem † susceperint, priusquam biennium [c] in cõuersatione † cõpleant †, nullo modo audeant tonsurare: Sed hoc spatio uita, moresque eorum solicite comprobentur: ne quis eorum aut non sit [d] contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum graue sit inexpertos hominũ sociari obsequijs; quis possit dicere, quàm sit grauius ad Dei seruitium improbatos applicari α. Miles [e] uero, si conuerti voluerit; priusquam nobis renuncietur, nullus eum sine nostro β consensu qualicumque præsumat ratione suscipere.

† al. conuertẽdum
† al. conuersione
† al. compleuerint

α ¶Improbatos applicari.] *Antea legebatur,* improbos applicare. *Emendatum est ex originali impresso, & manuscripto.*

β ¶Sine nostro.] *Hoc præcepit eo tempore B. Gregorius, ne omnino uideretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tulerat, ne milites ante completum tempus militiæ in monasterijs recipi possent: quàm legem idem Gregorius lib. 11 indict. 21. epist. 61. ipsi Mauritio scribens uehementer reprehendit: quod auctor glossæ non uidetur attendisse.*

4 *Quæritur, si ingressis monasterium vltra relinquatur*

a ¶Surripiuntur.] Id est, inuaduntur nã furtum non fit in re immobili. insti. de vsucap §. abolita.

b ¶Deponi.] Et hoc cum pœna incipit à crimine; secus si contumacia: quia tunc primo esset suspendẽdus, ut 81. distinct. dictum. lo.

QVÆRITVR. Hæc est tertia pars quæst secundum Ioã. Fant. & quæstio incidens.

CASVS. Hic mouet Gratianus incidẽtem quæstionem, scilicet, quo tempore debeãt tonsurari qui conuertuntur ad religionem. & respondetur quod post biennium, vt probatur seq. cap.

MOnasterijs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit Grego. ꝙ si aliquis uult monachus fieri; ꝙ nõ debet nisi post biennium tonsurari, ut hoc tempore discutiatur vtrum bonus sit, uel malus. Nam cum graue sit inexpertos hominum obsequijs sociari: multo grauius est improbos ad Dei seruitium applicare. In secunda parte præcipit ut nullus sine licentia sua suscipiat militem ad monachatum. Secunda pars incipit ibi, [Miles vero.]

c ¶Biennium.] Dic vt s. 17. q. 2. Gonsaldus. & c. si quis incognitus.

d ¶Aut non sit.] Simile. 61. dis. miramur. in fin. ff. nauta, caut. sta. l vlt. § hac autem.

e ¶Miles.] Forte loquitur de militibus Apuliæ, quæ tota est patrimonium, beati Petri, vt 94. dis. ualde. & 10. q. 3. relatum. Vel de illis, qui facti fuerant irregulares: sic 53. dis. legem. Ioan.

Apulia est patrimonium beati Petri

ficium. ff. de contrahen. emp æde sacra Ioan.

QVoniam à quibusdam.] CASVS. Quidam praui homines per uiolentiam inuaserunt episcopia

a QVÆRITVR. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæri-

quæritur, si monachus possit condere testamentum, & dicit quod nó, si iam professus est. heremita tamen potest. & sic intelligas sequentia. Ioan de Fan.

CASVS. Adhuc monet Gra. quondam incidétem quæstionem, utrum liceat monachis cōdere testamentum? Primo probat q nō, postea probat contrarium: & soluit.]. ead. econtra.

les ad ea quæ notaui. 16 q. 1. qui uere.

SI qua mulier.] CASVS. Lex ista diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, q si aliqua mulier sine liberis monasteriū intrauerit, omnes res eius statim in ipso ingressu competunt monasterio. In secūda parte dicitur, q si liberos habet, & monasterium ingrediatur, liceat ei postea res suas inter liberos diuidere, legitima nulli diminuta, & quod eis non dederit, totū penes monasterium remanebit. In tertia parte dicitur, q si omnes res suas voluerit inter filios diuidere, tantū remaneat pro monasterio, quantū dederit cuilibet filiorū. In quarta dicitur, q si moriatur post ingressum antequam inter filios diuidat, filij habebunt tātū legitimam, reliqua substantia ad monasterium pertinere. Secunda pars incipit ibi, [Sed si persona] Tertia ibi, [Sed si omnem.] Quarta ibi, [Sed si post.]

licentia testandi. Hoc Gregorius prohibet ita scribens Ianuario Caralitano episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 7.

¶Post monasterij ingressum nulli relinquitur licentia testandi. C. VII.

QVia ingredientibus monasterium conuertendi [a] gratia, vlterius nulla sit testandi [b] licentia, sed res eorū eiusdem [c] monasterij iuris fiant; aperta legis definitione decretum est [d]

Extra de testa. c. quia. Ans. l. 7. c. 172.

Item Gregorius Papa Cypriano diacono, lib. 3. epist. 6.

¶Post monasterij ingressum eidem monasterio omnia sunt conferenda. C. VIII.

PErlatum est ad nos Petronillam nomine de prouincia Lucania genitam, per exhortationem [e] Agnelli episcopi fuisse conuersam; resque suas omnes [f], quas habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen easdem monasterio, quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse.

Econtra Paulus primus heremita [g] *in testamento* [α] *colobium suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit; tunicam uero beato Antonio. Sed aliud est de his, qui in monasterium ingressi se & sua tradiderunt: aliud de his, qui solitariam uitam ducentes se nulli ecclesiæ tradiderunt* [β]. *Illi semel tradita nulli tradere possunt: isti nulli oblata libere testari possunt.*

α ¶In testamento] *Longe aliter B. Hieronymus in uita Pauli. Scribit enim beatum Antonium pallio, quod ei donauerat Athanasius, Pauli corpus inuoluisse & addit,* ne quid plus hæres ex intestati bona non possideret, tunicam eius sibi uendicauit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexuerat.

β ¶Tradiderunt.] *Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis. Antea leg. batur,* tradere possunt.

Item in authenticis, constitutione 9.

C. IX.

SI qua mulier, aut uir monasticam elegerit uitam, & intrauerit monasterium, liberis non extantibus [h], monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus.

Cod. de sacros. eccl. authen. si qua mulier. Apud Iulianum. antecess. nouel. 123. c. 56. Coll. 9 tit. 15. §. si qua.

QVia ingredientibus.] CASVS. Ianuarius Calositanus eps quæsiuit à Gregor. utrum monacho liceat cōdere testamentum de rebus, quas monasterio dedit? Et respondet q non.

Religio intratur dupliciter.

a ¶Conuertēdi] Dupliciter enim pōt aliquis intrare religionē. Potest enim intrare uel causa probādi, uel causa cōuertendi. & prælatus debet qualiter intret, vt extra de regul. cōsului sumus. & c. postulasti.

Filius familiās testari non pōt.

b ¶Testandi.] Qui enim in potestate alterius est, non potest testari. institu. quibus non est permissum facere testa. in princ. donare tamen potest mortis causa de consensu patris. ff de don. filiusfamilias. & etiam inter uiuos, vt ff eo. si eum filius. clericus tamen in potestate constitutus potest testari. C. de epis. & cler. auth. presbyteros.

c ¶Eiusdem.] Cum non habeat filios, vt]. ead. si qua.

d ¶Decretum est.] C de episco. & cleric. auth. ingressi.

PErlatum.] CASVS. Mulier quædam nomine Petronilla exhortatione Agnelli episcopi facta est monialis: & licet in ipso ingressu omnes res suæ monasterio competerent, eas tamen speciali titulo donationis monasterio contulit, quam donationem Greg. habuit ratam.

e ¶Per exhortationem.] Non tamen illectam, ut 15. q. 3 constituit.

f ¶Omnes.] Distinguitur tamen an sana, an infirma det, vt extra de sepul. de his.

ECONTRA. CASVS. Nunc probat Grat. contrariū, quod monacho licet condere testamentum: quod probat exemplo Pauli heremitæ, qui colobiū, id est, dalmaticam & tunicam in testamento testatus: postea soluit dicēs q licet Paulus fuerit heremita, non tñ fuit monachus: & ideo potuit condere testamentum.

Heremitæ habent proprium.

g ¶Heremita.] Heremitæ ergo habent propria: quæ ua-

h ¶Non extantibus.] Sed quid si habet ascendentes? idem uidetur: quia æque succedunt ascendentes. li-

eat ordine turbato. ff. de inof. test. nã & si. & quia ascendentem non potest quis exheredare, nisi commiserit causam ingratitudinis, ut in auth. vt cum. de app. cog. coll. 8 § e. ad idem C. de epi. & cle. authê. presbyteros. in fi. sed aliud est hic ratione monachatus, & fauore religio

illo uiuente? Videtur ꝙ nõn: tum ideo quia morte extinguitur vsusfructus: tum quia usufructus alij concedi non potest: nisi diceses ꝙ ius utendi semanciet apud istum, & utilitas apud monasterium. Sed ꝫ: si aliquod esset ius penes eum, io ipso ingressu esset factũ monasterij. Dico ergo vsumfructũ non remanere apud illum. Alij contradicunt. arg. C. de vsufru. l. ult.

¶Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret; liceat ei postea inter eos diuidere [a] legitima † non diminuta: [b] & quod eis non dedit, monasterio competeret. ¶Sed si omnẽ substantiam inter filios diuidere uoluerit; sua persona filijs connumerata partem sibi retineat, quæ monasterio competere [c] debet. ¶Sed si post ingressum moriatur, antequàm inter eos diuidat; filij legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. *In authenticis de mona. constit. 5 in collatio. 1.* ¶Nunc autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si prius testatus non sit: & exinde iudicio eius cessante [d]; lege disponitur, ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit: eatenus substãtiæ monasterio destinatæ detrahatur: ne quid contingat circa liberos iniquum.

† al. legitima portione nulli.

Const. 26.

Cod. de epis. & cler. auth. nunc autem.

a ¶Diuidere.] Sed qualiter testatur uel disponit ista persona de rebus alienis, contra illud institu. quibus non est permis. fa. test. in prin. Sed dic quod hoc ex quadam benignitate permittitur a iure, ne ecclesia uideatur aliquẽ velle circumuenire ꝓpter res suas. præterea uideo quod quandoque aliquis disponit de rebus alienis, vt mater, quæ transit ad secundas nuptias, testari potest de reb. priorum filiorum, & disponere inter ipsos, ut C. de secũdis nup. fœminę § ult.

b ¶Legitima non diminuta.] Id est, Tertia uel medietate secundum numerum filiorum C. de inof. testa. auth. nouissima.

c ¶Competere.] Ne sit onerosus monasterio, 16. quęst. 6. de lapsis.

Item ex nouella 123.

Ibidẽ apud Iulianũ antecess. c. 59. & 60.

C. X.

NOn liceat parentibus liberos, uel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamuis dũ laici fuerant, in causam ingratitudinis [e] inciderint. ¶Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam uitam transeuntes abstrahere de monasterijs.

¶Hoc caput expresse habetur apud Iulianum antecessorem, nouella 123 c. 59. In quo aliquot Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epitomen videre minime potuerant.

NVNC AVTEM. CASVS. Dicitur ꝙ eo ipso quòd aliquis efficitur monachus, res suas monasterio confert, si ipse non facit testamentũ prius. & ideo cessante postea iudicio eius testamentario, si filijs nihil uel minus legitima contulerit, legitima eis ꝑ leges supplebitur: ne quod circa eos contingat iniquũ.

d ¶Cessante.] Id est, si cessauerit iudicium: quia morte præuentus est: & sic non obstat supra ead. l. proxi. quidam tamen intellexerunt, quod hic dicitur, cum uere factus esset monachus: proximam legem intelligunt, cum adhuc est in probatione. Ioan.

NOn liceat.] CASVS. Hæc constitutio nouellę diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ parentes non possunt exhæredare filios ingratos, si post ingratitudinem monachi fiant. Idẽ iuris est de alijs contra parentes. In secunda parte dicitur, quod parentes non debent filios renocare ad monasterium transeuntes. Secunda pars est ibi. [Item non liceat.]

e ¶Ingratitudinis.] Ecce quòd ingratitudo aboletur per ingressum monasterij: similiter irregularitas, ut 56 dist. cap. 1. cum enim aliàs monachus sit perfectus, non requiritur in eo omnimoda regularitas, ut 16. q. 1. legi. monachatus enim omnem maculam abstergit. in authen. de mona. in prin. colla. 1. argumen. tamen est, quod non tollatur irregularitas. 55. dist. priscis. 2. q. 7. c. 2. lo. 2

Irregularitas tollitur per monachatum.

2 Dic de hoc vt plene no. extra de apo. capit. 4. in gl. ex hoc vi detur quasi fuit gl. L.

ligionis. Itẽ adhuc huic obstat, in auth. vt nul. iud. col. 9 § pe. ubi pater habet tertiam partem bonorũ filiæ, quæ detraditur in monasterium: sed hoc ideo est, quia ibi illo inuito fuit monacha. Sed quid si primo facit testamentum? Videtur ꝙ per ingressum monasterij rũpitur, quasi per posthumi agnationem, ecclesia enim comparatur posthumo, ut extra de probat. in præsentia. in auth. de san. epis. §. sed & hoc præsenti addimus sanctioni. ff. de iniust. rup. test. filio. Item per capitis diminutionem rumpitur testamentum. insti. qui mo rũpitur testa. § 2. Item iste diminuitur capite: quia transit in alterius potestatem 1. Econtra uidetur ꝙ teneat testamentum: quia pro mortuo habetur: sed in morte confirmatur testamentum. Item legatum non perit ꝑ capitis diminutionẽ, ut ff. de capi. dimi. legatum. Ad hoc dico quod rumpitur testamentum nisi prius aliquid reliquerit monasterio. si ergo instituerit monasterium ante ingressum monasterij in uno denario, postea non rumpitur testamentum. H. tamen & Io. cõtrarium dicunt. Sed nunquid monasterium ipso ingressu adeptum est possessionem rerum illius? Videtur ꝙ sic. quemadmodum adoptãs adipiscitur possessionem adoptati ff. de preca. si adoptauerit. quod cõcedo. Sed quid si ingrediens monasterium habuit usumfructũ bonorum: nunquid monasterium potest uti fructib.

Testamentum vtrum per ingressum monasterij rumpatur.

1 De hoc no. 3. e. quæstio. statuimus: & habetur insti. de capitis dimi.

Vsusfructus an tollatur per ingressum religionis, vel acquiratur monasterio

CAVSA XX.

DVo pueritiæ annos agentes à parentibus monasterio traditi sunt: vnus inuitus, alter spontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, inuitus ad secularem militiam rediit, spontaneus monasterium districtius petit.

1 *Nunc primum quæritur, si in pueritiæ annis traditi cogantur religionis propositum tenere.*

2 *Secundo, si præter voluntatem parentum tonsuram, vel religionis vestem quis in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi, an non.*

3 *Tertio, qui præter propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non.*

4 *Quarto, si ab vno monasterio in aliud districtius liceat alicui transire.*

QVAESTIO PRIMA.

QVòd intra annos [a] pueritiæ traditi, cum adulti fuerint, liberum habeant arbitrium manendi, vel discedendi, probatur auctoritate nonæ synodi.

a ¶Nonæ.] *In nonnullis vetustis exemplaribus est, octauæ. Verum in octaua ab Hadriano II habita non habetur, sed in libro B. Basilij de institutis monachorum, Ruffino interprete, ca. 8. Similia etiam sunt apud eundem B. Basilium in regulis fusius disputatis, c. 15.*

¶Virginitatis professio quo tempore firma esse incipit. C. I.

FIrma aũt tunc erit possessio virginitatis, ex quo adul-

DVo pueritiæ.] CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de adultis monachis factis: nunc vero supponit causam vigesimam Grat. vbi tractatur de impuberibus: de quibus, vt melius pateat quid iuris sit, proponit thema, de quo quatuor elicit quæstiones.

QVod intra annos.] Hæc quæstio diuiditur ĩ 5. partes. In prima probat superficialiter p quinq; c. q si puer à patre traditur monasterio, cogitur ibi semper esse: quod tamen non est verum, nisi vsque ad ætatem legitimam. Secũda ibi, [Ex his auctoritatibus.] Tertia ibi, [Velamẽ] Quarta ibi, [Tempus quoque.] Quinta ibi, [Quamuis.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima quæstio in qua quæritur vtrum pueri traditi monasterijs à parentibus ab annis pueritiæ cogantur in monasterijs permanere. Et certum est quòd vsque ad annos pubertatis in monasterijs p manere coguntur: sed cum peruenerint ad ætatem legitimam, si ibi permanere noluerint, recedere possũt, vt infra ea. q. illud ad instar sponsaliũm, vbi maior tenetur expectare minorem vsque ad legitimam ætatẽ, vt extra de despõ. impube. de illis. Hug. tamẽ dicit, quòd si sint doli capaces compelluntur ibi morari, si non contradicunt. Alij vero contra. & procedit hoc ordine Gratianus. primo probat, q in arbitrio puerorum est recedere vel stare, cum ad annos pubertatis peruenerint. postea, pbat contra sed in stabis illi capitulo, illud.

a ¶Quod intra annos.] Aut est adultus, q intrat monasterium: aut impubes. Si adultus est, & spontè intrat, exire non poterit, vt ȷ. ea. q. 1 puellæ, & q. 2. c. 1. & 2. si inuitus intrat, exire potest, vt inf. ea. q. 1. sicut nisi propter aliquam culpam inuitus intret, vt 50. dist. si ille. & 1. q. 1. placuit. Si impubes intrat, aut ab alio ponitur in monasterio, aut per se intrat. si ab alio ponitur in monasterio, & ipse non consentit, potest egredi qñ noluerit, vt ȷ. ea q. puellæ & q. 3. præsens. si uero consentit cũ ab alio ponitur in monasterio, tenet: licet cõsensus ille qui fit ante annos discretionis non teneat: inde tñ exire non potest priusquam veniat ad legitimam ætatem 1. ad instar carnalis matrimonij, vt extra de despõ. impu. de illis. & infra ead. q. illud sed q cito peruenerit ad perfectam ætatem, põt egredi, vt infra ea. q. 3 pñs. & extra de reg. cũ simus. licet quidã dixerint q in impubere sufficiat sola parentis oblatio, ad hoc vt monachus sit. arg. eius quod est extra de reg. c. significatum. & ȷ. ea. c. 1 & 2. Sed cõtra eos est expressè extra de reg. eum virum. & c. cum simus. Si vero impubes propria auctoritate intrat, potest extrahi à patre vel tutore, vt ȷ. ea. q 2. puella. Hoc tñ scias, q sm Hug. si doli capax est ingressus monasterium siue per se, siue per voluntatem patris, dummodo non fuerit coactus, amodo non põt exire, licet non peruenerit ad annos pubertatis: q cum doli capaces se possint obligare diabolo, vt extra de delic. pu. c. pueris. multo fortius Deo. Item cum in matrimonio carnali malitia suppleat ætatem, vt extra de despon. impub. de illis. ergo & in spirituali. Gregor. refert in dialogo de quodam puero nouenni, qui nutricem suam grauidauit. Alij dicunt q nemo obligat voto ante legitimam ætatem: nec est simile de matrimonio carnali quia ibi obligatur tantum homini: & illud vinculum dissoluitur saltem morte: sed vinculum spirituale morte dissoluitur arg. 32. q. 7. licitè sed hodie præualet opinio Hug. vt extra de reg. porrexisti. Io. sed certè particula, quæ hoc dicebat, est subtracta. B.

Monasteriũ ĩgressus sñ pfectã ætatẽ an possit postea exire

1 De hoc ȷ. ea q c. illud & ff. depos. l. si quis in rem.

Puer nouẽnis nutricẽ grauidauit. Voto nemo obligatur ante legitimã ætatem.

FIrma autem.] CASVS. Dicitur hic, quod professio virginitatis tunc erit firma, cum ætas cœperit esse adulta, id est, cum perfecta erit ætas nuptijs deputata: [Et,] pro id est.

a ¶Cœpe-

ta iam ætas esse cœperit[a]; & ea quæ solet apta nuptijs deputari, ac perfecta[α].

α ¶Ac perfecta.] *Hæc non sunt in eo B. Basilij loco.*

Si virginitatis professio tunc incipit esse firma, cum ætas cœperit esse adulta, & religionis professio tunc demum debet esse firma, cum ad adultam ætatem peruentum fuerit. Sed hic de illa professione agitur, quæ in annis pueritiæ proprio arbitrio Deo offertur, quam nō confirmat parentum cōsensus. Cæterum, quæ à parentibus Deo offertur professio in uiolatam seruari oportet.

Vnde Gregorius scribit ad Augustinum Anglorum episcopum.

¶*Sic etiam citat Iuo. Extat in epistola quarta Gregorij tertij ad Bonifacium legatum Germaniæ: & simile habetur in cōcilio Vuormaciensi, c. 22.*

¶Non licet de monasterio egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari. C. II.

Iuo p. 7. c. 15.

ADdidistis[b] adhuc, quòd si pater, vel mater[c] filium, filiamve intra septa monasterij in infantiæ[d] annis sub regulari tradiderint disciplina, vtrum liceat eis postquam pubertatis †[e] annos impleuerint, egredi, & matrimonio copulari: Hoc omnino deuitamus[f]: quia nefas est, ut oblatis à parentibus Deo filijs voluptatis † fræna laxentur.

† al. ad pubertatis
† al. voluntatis

Item ex concilio Toletano 4. c. 48.

¶Aut propria professio, aut paterna deuotio monachum facit. C. III.

Poly. l. 4. tit. 34. Ans. l. 8. c. 186. & l. 8. c. 6. Burc. l. 8. c. 6. Iuo p. 7. c. 30.

MOnachum aut paterna deuotio[g], aut propria professio[h] facit. Quidquid hotum fuerit; alligatum[β] tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad sæculum interdicimus regressus.

β ¶Alligatum.] *In duobus Vaticanis conciliorum codicibus, & Lucensi regis legitur,* allegatum.

Item Isidorus.

¶In monasterio perpetuo maneant, qui à parentius traditi sunt. C. IIII.

QVicunque à parentibus proprijs in monasterio fuerit delegatus, nouerit se ibi perpetuo permansurum. Nam Anna Samuelem puerum natum & ablactatum[i] Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio templi,

a ¶Cœperit.] Non intelligas cū cœperit attingere xiiij. an. masculus, vel fœmina xij. annum: sed cum iam est in fine xiiij. annorum, vel xij.

SI VIRGINITATIS. CASVS. Dicit hic Grat. q̄ c. firma. intelligitur de illa professione, quæ proprio fit arbitrio à puero, vel puella sine patris vel matris auctoritate: quæ cum peruenerit ad pubertatem, exire valet: secus si à parente offeratur monasterio: quia tunc exire non valet. & ad hoc inducit sequentia capitula.

ADdidistis.] CASVS. Quæsitum fuit à Greg. utrum possunt exire de monasterio & matrimonio copulari pueri cum ad pubertatis annos peruenerint, q̄ a parentibus in infantiæ annis monasterio traduntur? Et rñdet, q̄ nō: qa nefas est vt voluūtatis frœna relaxentur filijs, qui Deo à parētibus offeruntur. Sequens c. patet.

b ¶Addidistis.] Hæc tria cap. t. intelligas de illis qui post adultam ætatem consensum accommodauerint: sed H. intelligit de doli capacibus.

c ¶Mater.] Videt ergo q̄ mater possit tradere filium suum religioni, vt infra eo. quicunq;. quod nō vr cū non habeat ipsum in potestate, vt insti. de adop. §. fœminæ. legas ergo vel, pro &.

d ¶Infantiæ.] Id est, pueritiæ.

e ¶Pubertatis.] Supra 28. distin. de his q̄. sed loquitur de sæcularibus.

f ¶Deuitamus.] Ex his cap. sumunt quidam schisma erroris sui: & dicunt sufficere solam oblationem patris ad hoc vt quis monachus fiat, vt extra de reg. significatum. & c. ad hæc. sed eis obuiat j. ea illud. & extra eo. cū simus. sed intelligas ista ca. quando in adulta ætate consenserunt: & sic interpretatur c. Cœlestinus. extra eo. cum virum.

g MOnachum.] ¶Deuotio.] Et filij spontanea professio supple.

h ¶Professio.] Per se.

QVicunque.] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̄ quicunque fuerit à parentibus monasterio deputatus, perpetuo debet ibi morari & hoc probatur exemplo Samuelis, qui oblatus ab Anna, cum iam esset ablactatus à matre, in seruitio Dei p̄mansit. Sequens cap. planum est: & intelligitur hoc c. de illis, q̄ post legitimam ætatē consenserunt: vel qui tēpore oblationis erant doli capaces.

i ¶Ablactatum.] Id est, sola oblatio non sufficisset, nisi ipse postea ratum habuisset. Sed quare in baptismo cogitur seruare factum parentum, & non in voto? Responde, quia ibi recipit sacramentum: vnde illud cogitur seruare, vt 45. dist. de Iudæis. Item quia in baptismo potest puer per alium obligari, vt de consec. dist. 4. baptismi vicem.

1 Scilicet istud cap. & duo sequē. Idē repetit gl. vlt. eodē ca. & bñ: & sic l effectu hæc e. corrigantur. Mater non pōt filiū religioni tradere.

Obligāt parētes in baptismo, sed nō in voto.

Quem

quo a matre fuerat deputatus, permansit; & ubi constitutus est, deseruiuit.

¶Hoc non est inuentum in libris B. Isidori: sed Smaragdus in expositione regula B. Benedicti c. 59. hoc idem ex ipso Isidoro refert.

Item ex regesto Gregorij, lib. 1. epist. 48 ad Anthemium.

¶De eodem. C. V.

QVia autem dura est in insulis congregatio monachorum; etiam pueros in eisdem monasterijs ante xviij. annorum tempora suscipi prohibemus: uel si qui nunc sunt, tua eos prouidentia auferat, & in urbem Romanam transmittat. Hoc & in Palmaria, alijsque insulis te per omnia uolumus custodire. Extra de regu. c. I.

Item ex concilio Triburiensi.

¶Qui a progenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi non licet. C. VI.

QVem primogenitores ad monasterium tradiderunt, & in ecclesia cœpit [a] canere, & legere; nec uxorē ducere, nec monasterium deserere poterit: sed si discesserit, reducatur; si tonsuram dimiserit, rursus tondeatur; uxorem si usurpauerit, dimittere compellatur. Burc. l. 8. c. 97. Iuo p. 7. c. 115.

[Item ex Pœnitentiali Theodori.]

PALEA. C. VII.

INfans pro infante potest dari in monasterio: quamuis alter uocatus † sit. Tamen melius est uotum soluere. Similiter & pecora æquali pretio (si necesse est) sunt redimenda. † fortè] Getus

2 *Ex his auctoritatibus colligitur, quòd paterna professio pueros tenet obligatos: nec licebit eis à proposito discedere, quod paterna deuotione in puerilibus annis susceperunt.*

Sed obijcitur illud Leonis Papæ, epist. 90. ad Rusticum episcopum c. 13. & 14.

¶Non licet puellis nuptias eligere, quæ spontanea uoluntate uirginitatis susceperunt propositum.

C. VIII.

PVellæ [b], quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo iudicio uirginitatis propositum, atque habitū susceperunt si postea nuptias eligunt, præuaricantur, & si consecratio non accessit, cuius utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ambigi uero non potest crimen magnum admitti, ubi & propositum deseritur, & consecratio uiolatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari [c], quid eos † manebit, qui corruperint fœdera diuini sacramenti? Burc. l. 8. c. 2. Iuo p. 7. c. 20. Poly. l. 4. tit. 35. † al. de eis

Cū ergo in principio huius capituli dicatur: [Puellæ, quæ non coactæ imperio parentum,] datur intelligi, quòd si coactæ habitum uirginitatis sumpserint: sine præuaricatione ipsum deserere possunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius (ut in sequentibus demonstratur) post duodecimum annum est liberum arbitrium: nec in electione propositi cogitur sequi parentum imperium.

Sic & illud intelligendum est, quod est statutum in synodo habita ab Eugenio Papa II. c. 32.

---

a QVem progenitores] ¶Cœpit.] Arg. quòd præiudicatur alicui per factū sicut per dictū: & quòd non refert an factis vel dictis declaret quia voluntatē suam, vt extra de app. dilecti. & 22. q. 5. canete. sic extra de reg. vidua. & 17 di. quòd interrogasti 1.

EX HIS. Hæc est 2. para q. in qua probat magister, quòd non compellitur puer remanere nisi velit in ætate legitima: & hoc probat per tria ca. Io. de Fant.

1 Vide qđ leg. & not. 27 q. 1 c. 1. & c. vidua. ibi videas.

CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, quòd pueri ex oblatione paterna infantiū sunt obligati, quod à monasterio recedere non possunt. Sed huic cōclusioni obijcit postea Grat. per sequens c.

PVellæ :] CASVS. Puellæ quædam non coactæ ab eorum parentibus, sed spontè habitum monachalem susceperunt: postea matrimoniū contraxerunt. Quæsitum fuit à Leone Papa, vtrum contra professionem suam possint uenire: & respondet quòd non, etiam si nondum velum consecrationis susceperint. Et hoc probat exemplo contrahentiū, qui contra sua pacta impunè venire nō permittuntur.

b ¶Puellæ.] Adultæ. Sed secundum H. doli capaces. Cœlestinus tamen uideatur intelligere hoc capit. de adultis. extra de regu. cum virum.

c ¶Calcari.] Si 27. q. 1. cap. 2.

CVM ERGO IN PRINCIPIO. CASVS. Concludit hoc Gratianus ex supradicto capit. à contrario sensu, quod si à parentibus coactæ fuerunt habitū recipere, ipsū deserere possunt. Postea soluit dicēs, quod c. illud, puellæ, loquitur de puella nubili, quæ post xij. annum à patre cogi non pōt monaste-

nasterium ingredi:& si coacta fuerit, habitum seruare non cogitur:& ad hoc inducit sequens cap. sed si esset innubilis secus esset:sed hæc est allegatio.

Sicut q.] CASVS. Statuit Eugenius in hoc c. quod sicut illi, qui spōte ingrediuntur monasterium, recedere non

¶ Extra uoluntatem propriam retrusi in monasterijs non teneantur. C. IX.

Sicut, qui monasteria elegerunt, à monasterijs egredi non permittuntur; ita hi, qui inuiti sine iustæ offensionis [a] causa sunt intromissi, nisi uolentes, non teneantur: quia quod non petunt, non obseruant. Ideoque tales considerandi sunt magis † peccata committere, quàm plangere, sicut in decreto sanctissimi Leonis Papæ manifestissime continetur.

† *al. maxime*

[*Unde Marcellus Papa.*]

PALEA. C. X.

Illud autem statuendum esse censemus, ut si in minori ætate filij monasterio oblati fuerint, & † sacram tonsuram, uel uelamina susceperint; dignum quidem diximus, ut xv.[b] anno à prælatis moniti † inquirantur, utrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si uero permanere professi fuerint; vlterius pœnitendi locum minime amplectì possunt. Sin autem ad sæcularem habitum reuerti uoluerint; redeundi licentia nullo modo denegetur; quia satis inutile est, ut coacta seruitia Domino præstentur.

† *al. vel*

† *al. monitis verbis*

¶ Notatur nomine palea etiam ab auctore glossæ: sed extat fere in omnibus vetustis, & sine palea nomine

3 *Velamen [c] autem non licet imponere virginibus, nisi certis diebus.*

Unde Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, cap. 14. & 15.

aliquis cogeretur manere cum ea, qui nunquam deliberauit. nam etiam in illicitis datur aliter dilatio mensis, vt 1. q. 1. constat. decretalis tamē videtur eis dare triduum, vt extra ea ad nostram. Vel saltem communes induciæ deberent eis dari ad loquendū cū amicis, & cōponendas sarcinulas, vt ff. ex qui. cau. ma. ab hostibus. § vlt. Econtra uidetur, quod nihil temporis habebit. nā canon comparat contractū quo quis obligatur homini, obligationi diuinæ, ut 27. q. 1. c. 2. sed in cōtractu humano non licet etiam in continenti resilire, ut C. de transact. quamuis. ergo nec in hoc. Ad hoc dicunt quidam, quod si ante xiiij. annos fecit professionem, statim cum per unum diem fuerit post annos xiiij. in monasterio, est ei factum præiudicium: secus si nō fecit: per id quod est extra de regu. ad nostram. Melius z. credo esse dicendum, quod si ante annos pubertatis habuit discretionē tantam, ut si per se vel per alios sciuisset, quod statim esset obligatus, vt tunc statim post annos xiiij. sit obligatus, si non contradicat. Sed si nec per se, nec alios potuit scire aliquid de obligatione ista, tunc in xv. anno sit inquirendum ab ipso an uelit stare, an non. ab alijs enim nō est hoc inquirendum nisi ab illis, qui per se non possūt hoc scire: nec ab alijs hoc didicerunt. Item nūquid potest aliquis petere in integrum restitutionem, qui in xv anno intrauit religionem, Argu. quod sic, extra de reg. ad nostram? Respon. non: quia non est deceptus, qui Christo se coniunxit. præterea quia in talibus censetur maior. similiter in matrimonio. extra de restit. spolia. ea parte.

a Quidquid hic dicatur: hodie teneas ut dr extra lib. 6. de reg. in. is qui. c. nō solū. c. constitutionē. & de hoc Inno. notat satis, ex co. ti. ca. 1.

non possunt: Ita hi qui sunt inuiti missi sine iustæ offensionis causa, permittuntur abire: quia timendum esset vt tales magis peccata committerent quam plangerent, sicut probatur per decretum Leonis, [Maxime.] id est, magis.

a ¶ Offensionis.] Propter delictum enim cogitur quis intrare monasterium, vt 16. q. 2. de lapsis. 50 dist. si ille. & 8c. dist. dictum. & c. si quis clericus & 33 q. 2. admonere. Et si certum tempus ei non præfigitur, nunquid perpetuo ibi manebit? Videtur quod sic, vt 81. dist. si quis clericus. & seruus, qui sine præfinitione tēporis in vinculis ponitur, perpetuo ibi esse videtur, vt C. de pœ. seruus. Argum. contra 1. q. 1. in primis 1.

Monasteriū cogitur quis intrare propter delictum.

Illud autem.] CASVS. Hoc c. palea est: sed tamen melior est quolibet præmissu à G. & concordat cum illo c. firms. sit ergo casus huius c. Statuit Marcellus Papa vt si filij intra pubertatis annos à patētibus offerunt monasterijs, & tonsuram uel uelamen susceperunt in xv anno, ab abbatibus vel alijs prælatis debent inquiri utrum uelint in ipso habitu permanere, & si consenserint, vlta non erit pœnitentiæ locus: si autem negauerint, possunt ad sæcularem vitam redire: quia coacta seruitia Deus non diligit.

† Dic vt no. supra 8c. di. sua edictō. & uide quod no. extra de conuer. coniu. ex litteris. in dicta cap. 1. Archid.

Professio facta ante 14. annos, non statim post obligat.

b ¶ Xv.] Videtur ergo quod habeat xv. annum pro deliberatione an velit remanere, an recedere. Nam ante non potuit deliberare, cum nec ante habuit discretionem, videretur enim ecclesia circumuenire homines, si

VELAMEN. Hæc est 3 pars quæstio. in qua quæritur quando sunt uelandæ virgines. Et est dicendum quod in xxv. ann. & hoc probat per cap seq. Io. de Fant.

CASVS. Supra in præcedēti cap. facta est mentio de sacro velamine: nunc ostendit Gratianus quod sacrum uelamen non est imponendum uirginibus nisi certis diebus: quod probat per sequens capitulum.

c ¶ Velamen.] Hic agitur quo tempore uirgines sunt uelandæ uel consecrandæ. Est autem quadruplex uelū, scilicet uelum professionis, cōsecrationis, ordinationis, prælationis. Velum professionis imponitur tam uirgini quam viduæ: dum tamen sit xij annorum, vt J. qō. 2. puella. Velum consecrationis est quod tantum uirginibus imponitur in xxv. anno, vt J. ea. q. placuit. & 77. dist. placuit. Velum ordinationis quod olim imponebatur diaconissis in xl. anno, vt J. ea. sanctimoniales. Velum prælationis est quod in xl. anno datur abbatissæ, vt J. e. iuuenculas. 32 qō. 1 quomodo uirginibus. & per hanc dist. multa sedantur contraria. Ioan.

Velū ē quadruplex.

3 Aliquādo inuenitur uelū cōnectionis, ut J. 27. qō. 1. uiduas. q̄ ibi no. quod sit illud uelū, & quę sit differētia inter velū cōuersionis. & professionis notare uidetur Io: In gl. ibi in fi. Arch.

De-

¶ Non nisi certis diebus uelamen imponatur virginibus. C. XI.

DEuotis Deo virginibus, nisi aut Epiphaniorum [a] die, aut in albis [b] Paschalibus, aut in Apostolorum natalitijs sacrum velamen minime imponatur †; nisi forsan (sicut de baptismate dictum est) graui languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur. ¶ Viduas autem uelare pontificum nullus [c] attentet.

Poly.l.4 tit.35. Aol.l.7.c.190. Bur l.8.c.15. Iuo p.7.c.36. Paon.l 3.c.189.

† *imponãt*] orig.

4 *Tempus quoque consecrationis earum similiter obseruatur.*

Vnde Gregorius in regesto, lib.3. epist. 11.

¶ Ante sexagesimum ætatis suę annum uirgines non consecrentur. C. XII.

IVuenculas fieri abbatissas vehementissime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam [d] uirginem, cuius uita † hoc, atque mores exegerint, uelari permittat.

Poly.ibidem Aol l.7 e.91.

† *al. ætas*] ori.

Item ex concilio Carthaginensi 3.

¶ *Sic citatur etiam in omnibus vetustis, sed in nullo Carthaginensi est inuentum. Idem vero nonnullis additis habetur in concilio Agathensi, c.19.*

C. XIII.

SAnctimoniales ante annum quadragesimum, non velentur [e].

Item ex concilio Carthaginensi 3.c.4.

¶ *Antea citabatur ex concilio Africano 4. sed supra dist.77. c. placuit. citatur ex Carthaginensi 3. vbi habetur.*

¶ Ante vigesimumquintum annum virgines non consecrētur. C. XIIII

Poly.l.2.tit.27. Burc.l 2.c.11. Ioo p.6.e.31. Pann.l.3.c.10. Cap.l.1.c.46.

PLacuit, ut ante xxv annnos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & ut lectores populũ non salutent [f].

Item Pius Papa.

C. XV.

VIrgines non velentur ante xxv. annos; nisi forte necessitate periclitantis pudicitiæ uirginalis: & non sunt consecrandæ † nisi in Epiphania, & in sabbato [a] Paschæ, & in Apostolorũ natalitijs; nisi causa mortis vrgēte.

Foly.l.4.til.35. Burc.l.8.c.18. Iuo p.3.c.39. Paoo.l 3.c.190

† *al offerēda*

¶ *Caput hoc inter decreta Pij non est inuentum, & abest à tribus vetustis Gratiani exemplaribus. De causis vero, ob quas ante xxv. annos possint virgines velari, agitur in concilio Mileuitano, ca.26. & Africano, c.93. ex quo Africano refertur capitul. l.1.c.46.*

[a] ¶ Sabbato] *In vno vetusto legitur,* in albis, *& apud cæteros collectores,* in albis Paschalibus.

5 *Quamuis autem vidua velari prohibeantur; viduita-*

DEuotis. CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod sacrum velamen non debet virginibus imponi, nisi in die Epiphaniorum: vel in albis Paschalibus, & in natalibus Apostolorum: vel nisi essent in articulo mortis: sicut de baptismo contingit: ne sine hoc munere recedant à sæculo. In secunda parte dicitur, quod episcopi viduas velare non debent. Secũda pars est ibi, [Viduas autem.] Et intelligitur hoc de velo consecrationis, quod tantum uirginibus datur, ut 36. dist. a entius. Quod autem sequitur usque ad §. quamuis, planum est, & satis patet.

Velum quibus diebus imponi debet.

[a] ¶ Epiphaniorum.] Honestum est quod in talibus solennitatibus tantum imponatur: potest tamen quolibet die Dominico imponi. extra de temporibus ordi. c. t.

[b] ¶ In albis.] Id est, in tota septimana paschali.

[c] ¶ Pontificum nullus.] Sed ipsamet ab altari recipiat, ut 27. q.1. viduas quæ. Vel recipiat à sacerdote, vt j. ead. uidua. Quidam tamē ex hoc ca. dicebant quod nec eps, nec presbyter potest imponere velum viduæ. Nec ob. extra qd metus cau. perlatum. nam ibi non dicitur quod uelum imposuit, sed quod imponere simulauit. Similiter nõ ob. extra, qui clerici vel vouen. consoluit. nam intelligunt illud de velo, id est, de ueste, quod ex hoc apparet id quod dicitur in ea. decre. quod non fuerit professa, cũ tamen per illud uelum intelligatur quia profiteri, cum sit uelum possessionis. Io.

Abbatissa debet esse sexagenaria.

[d] IVuenculas.] ¶ Sexagenariã.] Apostolus enim dicit, Vidua non eligatur minor lx. annorũ. 31.q.1. quomodo. Potest tamen hoc intelligi quod si sexagenaria non ætate, sed perfectione continentię. 2.q.7. Paulus. ideo autem est uirgo, quia aliter non posset esse hortatrix virginitatis, vt 26. dist. vna.

[e] SAnctimoniales.] ¶ Non velentur.] Velo ordinationis, ut sit diaconissa. non ad ordinem, sed ad quoddã ministerium Euangelicum in matutinis lectionibus nunciandi. Ioan.

[f] PLacuit.] ¶ Non salutent.] Solenniter dicēdo: Dominus vobiscum. Ioan.

VIrgines non.] QVAMVIS. ¶ Hæc est quinta pars quæstionis, in qua dicitur quod viduæ licet velari non de-

debeat, tamen debet habere quandam vestem religiosam: & hoc probat per c. seq. Io. de Fan.

CASVS. Supra in c. deuotis. prohibetur epo velare viduas. Nunc vero ostendit Gra. quod professio est facienda ab eis in scriptis: & quod vestis religionis est eis tradenda à sa-

tis tamen professio in scriptis ab eis est facienda. Vestis quoque professioni conueniens est eis tradenda, qua vbique utantur.

Vnde in conc. Toletano 10. c. 4.

¶Professionem viduitatis faciant, & habitum sumant religionis, quæ castitatem seruare proponunt. C. XVI.

VIdua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit; sacerdoti, vel ministro [a], ad quem aut ipsa uenerit, aut quem ad se uenire contigerit, scriptis [b] professionem faciat à se aut signo [c], aut subscriptione [d] notatam, continentem se & religionis propositum uelle, & hoc perenniter inuiolate seruare. Tunc accepta à sacerdote, uel † al. vsui ministro apta religionis professioni † ueste [e], seu in lectulo quiescens, siue in quocunque loco consistens constanter † ea utatur; nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadē sit notabilis uestis, sed religiosa, & non suspecta. † al. incūctanter

QVAESTIO II.

DE his [f] vero, qui præter voluntatem parentum tonsuram, vel religiosam vestem susceperint, sic definitur in 10. concilio Toletano, c. 6.

Greg. III epi 3. Poly. l. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 1. Ivo p. 7. c. 27. Pann. l. 3. c. 186.

¶Tonsura uel uestis religiosa in minori ætate suscepta, à parentibus irrita fieri potest. C. I.

SI in qualibet minori ætate uel religioni debitā uestē [g], uel religionis tonsurā [h] in utroq; sexu filijs aut unus [i],

filiam si est minor xij. annis: aliàs non. Secunda ibi, [Velamen.] Tertia ibi, [Hac auctoritate.] Ioā. de Fan.

CASVS. Hic ponitur secunda quæstio, qua quæritur si puer vel puella præter voluntatem parentum monastirum habitum induerit, an possit à parentibus reuocari vel tutore. Et respōdetur, quando puer vel puella habitum suscipit: si pater vel tutor est præsens, & non contradicit, consentire videtur. vt 54. dist. si seruus. si autem cōtradicit, vel absēs est, vsque ad annum & diem poterit reuocare: nisi velit ratum habere quod factum est, & currit hoc tempus à tempore scientiæ, vt infra ead. capit. 2. Istud tamen tempus includitur intra ætatem xij. vel xiiij annorum: nec peccat pater reuocando filiū, vel tutor pupillū: nec filius vel pupillus peccat obediendo patri, vel tutori: quia hoc faciunt auctoritate canonis.

f ¶De his.] Hic quæritur si pater vel tutor possit reuocare filiū, qui ingressus est religionem. Dic ergo: aut pater est præsens, aut absens. Si præsens postea non potest contradicere: argu. 54. distinct. si seruus. Si est absens ad annum & diem, cum reuocare potest infra e. c. 2. ita tamen vt iste annus includatur intra legitimam ætatem xij. vel xiiij. annorum. nec peccat pater reuocando filium, nec filius peccat obediendo magis patri quàm Deo: quia hoc facit auctoritate canonis. Filium religionem ingressum, an possit pater reuocare.

à sacerdote vel diacono: quod probat seq. cap.

VIdua.] CASVS. Aliqua vidua monasticum habitū recipere volebat. quæsitum fuit in concilio Toletano. qualiter sit procedendum in hoc facto? Et respondet, quòd si ipsa iuerit ad sacerdotem vel diaconum, vel aliquis eorum ad eam peruenerit, professionem faciat in scriptis à se notatam signo sigillari, si litteras nescit: vel subscriptione, si subscribere sciat, in qua promittat religionis propositum firmiter obseruare: & veste professionis, quā à presbytero vel diacono receperit, vbique vtatur: quæ neq; diuersi coloris sit, neq; suspecta.

Votum solēne pōt fieri corā priuata psona

a ¶Vel ministro.] Arg. quòd votum solenne potest fieri coram priuata persona. sed ad quid facit mulier professionem sacerdoti? Potius n. deberet facere abbatissæ. Sed hoc ideo fit, quia fœminis non licet imponere velum alicui, vt infra ead. q. 2. statuimus.

b ¶Scriptis.] Non quod sit necessaria scriptura, sed vt scriptura propria obstet ei qui contrauenit, ut supra 1. q. 7 saluberrimum.

a Vel dic quod hoc dicit vt faciat dīiā inter eā quæ hēt sigillū & eam quæ nō hēt. Lau.

c ¶Aut signo.] Cum nescit scribere.

d ¶Aut subscriptione.] Cum scit scribere.

e ¶Veste.] Sed velum accipiet ab altari, ut 27. q. 1. viduas. & c. viduæ, quæ.

DE his vero.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes: in quarum prima probatur, quòd pater potest filium paruulum de monasterio extrahere si est minor xiiij. annis. &

SEd in qualibet.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod parentes filium vel filiam in minori ætate possunt à monasterio reuocare: nisi in duobus casibus: quorum primus est, quando ambo parentes vel vnus eorum filium vel filiam monasterijs obtulerit. Secundus est, quando, eis nolentib. vel nescientibus habitum susceperunt: & statim cum sciuerint non reclamauerunt. vnde si tales filij postea habitum deseruerint, super hoc commoniti debent ad monasterium reuocari. In secunda parte dicitur, quod parentibus non licet filios monasterijs tradere nisi vsq; ad xiiij annum, exinde si spontè intrauerint, & postea habitum dimiserint, per excommunicationem redire compellantur. Secunda pars est ibi, [Parētibus.] Et nota, quod si sola mater superest, in eius potestate est quantum ad oblationem, vt dicit Hug. vt i. ea. q. 1. quicunque. secus si vterque parens superest.

g ¶Religioni debitam vestem.] Hoc tantum ad fœminam.

h ¶Vel tonsuram.] Hoc quantum ad filium.

i ¶Aut vnus.] Cum vnum tantum habet. Sed nunquid si vnus parentum obtulit, alter potest eum reuocare? Argum. quòd sic, quia quod oēs tāgit, &c. C. de auct. præ. l. vlt. & 66. dist. c. 1. dici tamen potest, quod si pater

con-

consensit, q mater non potest eum reuocare, nisi velis dicere, q æque sit in potestate matris vt patris quantũ ad hunc casum, vt supra ead. q. 1 c. 2.
a ¶Fortè.] Supple & filij cõsenserit post adu'tã ætatẽ.
b ¶Aut nolentibus.] Supple, aut si volentibus, &c.

factum narratur, quod potest accidere. & sicut pater reuocat votum filiæ, sic & iuramentum reuocat. 32 q. 2 mulier. decretalis tñ dat annũ, vt extra de reg. si q. s. Sed à quo tempore currit annus iste? VF. q à tempore scientiæ, vt 2. q. 6 §. biduum. Vel à tempore admonitionis.

aut ambo parentes dederint fortè [a], aut nolẽtibus [b], aut nescientibus sese susceptam non mox [c] visam in filijs abdicauerint, sed vel coram se, vel coram ecclesia †, palamque in conuentu eosdem filios talia habere permiserint; ad sæcularem reuerti habitum filijs ipsis quandoque penitus non licebit; sed conuicti, quòd tonsuram, aut religiosam vestem aliquãdo habuerint, mox ad religionis cultũ, habitumque reuocentur, & sub strenua districtione huius modi obseruantiæ inseruire cogantur. ¶Parentibus sanè filios suos religioni contradere non amplius, quàm vsque ad quartumdecimum ℬ [d] eorum ætatis annum licentia poterit esse: postea vero, an cum voluntate parentum, an suæ deuotionis sit solitarium votum: erit filijs licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ, vel sæcularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem; & excommunicationis censuram accipiat, & religioni semper inhæreat. † al. episcopo

a ¶Dederint fortè.] *In concilijs etiam manuscriptis legitur,* dederint certè aut nolentibus, &c. *In Pannormia vero,* dederint aut certè nolentibus, &c.

ℬ ¶Quartumdecimum.] *Sic etiam in Pannormia: in vno autẽ vetusto Gratiani, & conciliorũ codicibus etiam manuscriptis legitur,* vsq; ad decimũ *apud cæteros vero collectores.* ad duodecim.

Item ex concilio Triburiensi, c. 24.

¶Vsque ad annos xij. paternæ voluntatis puella subiacebit arbitrio. C. II.

PVella [e], si ante xij. annos ætatis spontè sua sacrum sibi velamen assumpserit; possunt statim parentes eius, vel tutores id factum irritum facere, si voluerint. At si annũ [f], & diem, id dissimulando consenserint: vlterius nec ipsi, nec ipsa [g] mutare hoc poterunt. ¶Si vero † in fortiori ætate [h] adolescentula, vel adolescens seruire Deo elegerit; nõ est potestas parentibus prohibendi. Burc. l. 8. c. 98. Iuo p. 7. c. 116. Pann. l. 3. c. 187. concor. † Porro si]ori.

2 *Velamen autem nulli sanctimoniali, alteri imponere licet.*

Vnde Euthychianus Papa ait. Conc. Paris. l. 1. c. 13. & capitul. l. 1. c. 76. cõcor.

¶Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excõmunicetur. C. III.

STatuimus, vt si abbatissa, aut quælibet sanctimonialis post hanc diffinitionem in tantam audaciam proruperit, vt aut viduam, aut puellam virginem velare præsumat; iudicio canonico vsque ad satisfactionem subdatur. Burc. l. 8. c. 17. Iuo p. 7. c. 38. Pann. l. 3. c. 194

c ¶Non mox.] Id est, intra annum & diem, vt infra cap. proxi. Vel mox, id est, quàm cito potest 1. sic exponitur ff ad Tertul. l. 2. §. confestim. Vel mox, id est, intra mensem, vt 1. q. 6 1 constat. Vel die mox, id est, quàm cito. sic 33. quæstio. 2. mulier. C. quomodo & quando iudex ab eo. Item aliquando vsque ad decem dies. 2. q. 6 quoties, & cap. anteriorum. Aliter mox, id est, ad duos menses ff. de re iudi. à diuo. Item aliquando extenditur vsq; ad triduum vt 23 distinctio. cap. 1. circa princip. & 79. distinct. nullus. Item quã que ponitur pro quãdocunque, vt ff. si certum peta. l. 1. 2. Nec miteris si hæc dictio, mox, quandoque ampliatur: quia hæc dictio, diu 3. quandoq; restringitur, vt 63. distinctio. lectis. & 65. distinctio. persona.
d ¶Ad quartumdecimum.] Et sic soluitur patria potestas, post quartumdecimum annum quantum ad religionis ingressum. Ioan.

PVellæ.] CASVS. Hoc ca diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q si puella intra duodecimum annum, sine parentum vel tutoris auctoritate sacrum velamen susceperit, possunt, statim parentes vel tutor eam reuocare. Si vero per annum & diem dissimulando tacuerint, vlterius nec ipsi, nec ipsa prius assũptũ propositũ poterit mutare: quod intelligitur de puella post duodecimum annũ, In secunda parte dicitur, quòd si puer vel puella post annos pubertatis habitum susceperint, non possunt à parentibus reuocari. Secunda pars incipit ibi, [Si vero.] Sequẽ. § planus est cum cap.
e ¶Puella.] Nondum doli capax secundum H.
f. ¶At si annum.] Nisi ita longè sit monasteriũ, vt intra hoc tempus non possit inueniri: tunc maius spatiũ habebit. arg. 17. q. 2. si qui inco ... H. & dicit, q hoc nis, vt extra de conces. preben. & eccle. non vacan. ga diuersitatem Vel nunquid erit coot ... ita q cedat ignoranti. ff. de his qui not. infam ... q incipiat à tẽpore scientiæ. arg. 17. q. 2 si quis incognitus.
g ¶Nec ipsa.] Vsque quo peruenerit ad legitimam ætatem, vt extra de despon. impube. de illis.
h ¶In fortiori ætate.] Id est, post annos pubertatis.
S ¶Tatuimus vt si.]

Malet non reuocat à religione si filium à patre oblatũ.
Mox varia tpa complectitur.
1 Al. excusatur. ff excu. tuto. l scire. arg. § suffi cit. C. q pet. tuto. cum à matribus. Archi.
2 De ista dictiõe, mox, adde pulchra no. per Bar. l. quoniã nõnulli. C. de appel. & p eũdem Bart. in l. si quis maior. C. de trãsa. in l. tutores. de adm. tu. & Bart. in l. Imperator. ff. de tur. fis. & Bal. in l. diuortio. ff. sol. ma. & ĩ pluribus distinctionib vide Alex ĩ Ino. in l. 1. §. 1. ff. de ver bo. oblig.
3 Dictio, diu, qnq; restringitur.
Annus quo pr filium à religione reuocare põt, quã incipit currere.

HAC

HAC AVCTORITATE. Hęc est 3. pars q secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit nunc Gra. ex illo cap. si in qualibet, ꝙ si filij à parentibus fuerint oblati, vel si præter uoluntatem parentum habitum susceperint, nec statim fuerint

3 *Hac auctoritate prædicta* [a]*, & paterna professione docetur adstringi quilibet in puerilibus annis, & præter voluntatem eorum proposito suscepto perhibetur teneri nisi tonsuram, uel religiosam uestem parentes mox uisam abdicauerint. Paruuli vero, dum offeruntur, non nisi sub multorum testimonio suscipiendi.*

† al. octaua

Vnde in nona † synodo legitur.

¶Infantes oblati à parentibus sub plurimorum testimonio suscipiantur. C. IIII.

OPortet infantes cum uoluntate, & consensu parentum, immo ab ipsis parentibus oblatos, sub plurimorū [b] testimonio suscipi: ut omnis occasio maledicti [c] gratia excludatur hominum pessimorum [α].

¶Est in eodem libello B. Basilij, & eodem capite, in quo est c. firma. supra ead. q. 1. & sequitur continenter post illud.

α ¶Pessimorum.] *In eo libello est*, plurimorum.

QVAESTIO III.

1
2 Q*Vod autem* [d] *qui inuitus propositum religionis susceperit, non sit cogendus ad inuiti propositi obseruationem, testatur Leo Papa epistol. 90. al. 92. ad Rusticum episcopum, c. 12. dicens.*

¶Non potest deseri propositum monachi sponte susceptum. C. I.

† al. aut — Poly. l. 4. tit. 34. Ans. l. 7. c. 187. Burc. l. 8. c. 8. Iuo p. 7. c. 19. Pann. l. 3. c. 182. — † al. vouit quis

PRopositum monachi proprio arbitrio, & † uoluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim vouit † Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam, uel ad nuptias deuolutus est; publicæ [e] pęnitentiæ satisfactione purgandus est: quia & si innocens militia [f], & honestum potest esse coniugium; electionem tamen meliorum † [g] deseruisse, transgressio est.

† al. meliorē] al. melioris.

Item ex concilio Toletano 6. c. 6.

¶Qui religiosum habitum sponte susceptum deserere uoluerit, ad ipsum redire cogatur. C. II.

Burc. l. 8. c. 14. Iuo p. 7. c. 35.

PRoclivis [h] cursus est ad voluptatē, & imitatrix natura

non possunt exire monasterium, sic inuiti non debent teneri: quia non vult Deus coacta seruitia. Secūda ibi, [Cum dicitur.] Tertia ibi, [Si vero.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ꝓponitur tertia quæstio, qua quæritur, an puer uel puella, qui, uel quæ cogitur suscipere habitū, compellatur illum obseruare? & certum est, quòd non. Idem est de quolibet alio, nisi propter delictum cogatur intrare religionem, ut 81. distin. dictum & 50. distinct. si ille.

Coactio impedit obligationem.

d ¶Quòd autem.] Certum est, quòd qui coactus intrat religionem, non obligatur. s. ead. quæst. 1. c. sicut. dummodo talis sit coactio, quæ cadat in constantem virum, ut extra quod met. cau. cum dilectus. nec etiam conditionalis coactio obligat aliquem, ut extra quod me. cau. perlatum. quod uerum est, nisi aliquis ex timore intraret religionem propter maleficiū, quod fecit. Ioan.

PRopositum monachi.] CASVS. Quidam monachi habitum proprio arbitrio susceptum deserētes, ad militiam uel ad nuptias redierunt, quęsitum est à Leone quam pœnam pati debeant. Et respon. ꝙ publicæ pęnitētiæ subijci debent, & ad monasteria reuerti, quia licet aliàs innocens sit militia, & honestum possit esse coniugiū, transgredi tamen uidentur qui deserunt meliora.

e ¶Publicę.] Videt ꝙ monachi & monachę ꝓ delictis suis publicā faciāt pœnitentiā, vt 27. qō 1. virginibus. Sed potest intelligi de publica, q̄ fit in claustro 1. de qua agit 50. dist. si q̄s presbyter, & 81. dist. presbyter.

Monachi an faciant publicā pœnitentiam.

r Sub. non agit de solēni, ut 50. dist. in. confitēdū, & c. aliorū. fin. L.

fuerint reuocati, ꝙ oblatione paterna & proposito spōte suscepto tenentur adstricti. Postea dicit, ꝙ paruuli sub multorum testimonio sunt offerendi, ad quod inducit sequens c. cuius casus patet per seq.

a ¶Prædicta.] s. ea si in qualibet.

b ¶Plurimorum.] Hoc ideo fit, quia quæ fiunt publice, non de facili admittunt contradictionem postea, vt s. q. 1 licet. Io. de Fāt.

OPortet.] (casus)

c ¶Maledicti.] Id est, maledicendi.

QVod autem.] Hęc quæstio diuiditur in tres partes. In prima parte probat magister per tres auctoritates, ꝙ sicut voluntarij infesti

f ¶Militia.] 23. q. 1. militare.

g ¶Meliorum.] Solus ille ergo transgreditur votum, qui deserit maius bonum propter minus, uel par. Sic 17. q. 1. qui bona. & extra de voto & voti redemptione, per totum.

PRoclivis cursus.] CASVS. Quidē monachi uel moniales virgines vel viduæ habitum eorum sponte susceptum deserebant; de quo cum quæsitum esset in concilio Toletano, statuit concilium, ut inuiti per excommunicationem ad monasterium redire cogantur.

h ¶Proclivis.] Quia omnis ætas ab adolescentia. & c. 32. q. 2. c. 1.

a ¶Se-

vitiorum. Quamobrem quisquis virorum, vel mulierum habitum semel [a] induerit spontanee religiosum, aut si vir deditus ecclesiæ choro, aut fœmina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio; in utroque sexu prævaricator ad propositum inuitus reuerti cogatur, vt vir detondeatur, & puella ad monasterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores, permanere voluerint, sacerdotali sententia ita à Christianorum cœtu habeantur extorres, ut nec locus α eis vllus sit communionis. Viduæ quoque (sicut uniuersalis synodus iamdudum statuit) professionis, uel habitus sui desertrices superiori sententia condemnentur. in Tole.4.c.55.

α ¶Vt nec locus] *In libro conciliorum Lucensi regio legitur*, ut nec locutio cum eis vlla sit communis. *Reliqui vero codices concordant cum Gratiano. Apud Iuonem est*, vt nec locus eis vllus sit communis.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 7. Et in Aqsgrã. c.81.

¶Semel in clero taxati, uel monasterijs deputati ad militiam non redeant. C. III. Ex prisca versione. Burc.l.8.c.4. Iuo p.7.c.28.

EOs, qui semel in clero [b] taxati fuerint, siue in monasterio deputati, decreuimus neque ad militiam [c], neq. ad honores sæculares [d] venire. Eos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint †, vt ad hoc idem reuertantur, quod ante obtentu Dei sibi proposuerunt, conuenit anathematizari. † al. voluerint

2 *Cum dicitur propositum monachi proprio arbitrio, & voluntate susceptum, intelligitur, quod si propria voluntate susceptum non fuerit, obseruari non cogitur.*

Vnde Nicolaus Papa scribit omnibus episcopis in regno Ludouici.

¶Monasterialibus disciplinis nullus subijciatur inuitus. C. IIII.

PRæsens clericus nomine Lambertus unà cum patre suo, nomine Attho, quondam uidelicet comite [e], Iuo p.6.c.356.

a ¶Semel. Propter hoc uerbum, semel, dicit Hug. non esse decre. extra de reg. ad nostrã. vbi vsque ad triduũ datur licẽtia exeundi: sed certe illud iõ fuit, quia adhuc erat vicinus annis pueritiæ, & quia non fuerat in probatione, & quia illectus erat. Et habes hic argum. ꝙ sufficit aliquem semel consensisse, vt 8. q. 2. dilectissimi. & extra de despon. impu. de illis. extra qui matr. accus. poss. ìosa per. ff. de aqua plu. arcen. in diem.

EOs qui semel.] CASVS. Statuit concilium Chalcedonense, ꝙ clerici uel monachi, qui ad militiã, vel honores sęculares redierunt, nisi redierint ad clericatum, vel monachatum anathematizetur.

b ¶in clero.] Ergo q recipit simplicem tõsuram, eam non deserit, eum talis dicatur clericus. 21. distin. cleros. & 54. distinct. ex antiquis. Nunquid ergo clericus uxoratus feret tonsuram? Argum. quod sic. 32. dist. si quid uero, extra de uita & hone. cler. clericus. 15. q. 1. quia. nam etiam depositum eam feret, ut 81. dist. dictum. quod credo verũ esse, si vult vti priuilegio clericali. alioquin secus est. Secus tamẽ videtur. si clericus sumit viduã in vxorem. 24. distin. quisquis. hodie clericus vxoratus non tenetur ferre tõsuram. extra de cle. coniug. cap. Ioannes.

Clericus cõiugatus an teneat ferre tonsuram.

c ¶Ad militiam.] Vt 24 q. vlt. quicumque.

d ¶Ad honores sęculares. [In quibus exercetur iudicium sanguinis, ut 23. q. vlt. his à quibus. Vel in quibus turpia lucra exercẽtur, & ꝙ ipse in propria persona vult exercere. Aliàs autem licitum est epis & clericis habere sęculares principatus, dum tamen exerceant per alium causam sanguinis †, vt 88. dist. episcopus gubernationem. & 5. q. 4. quia Ioannes.

Clerici sæculares principatus habere possunt.

† Quod dicit ut extra li. ę. ne cle vel mon. cp̃s.

CVM DICITVR. Hæc est secunda pars quęstionis, in qua probat magister à contrario sensu, quòd si inuitus intrauit, potest exire. & hoc probat per cap. Nicolai. Ioan de Fant.

CASVS. Dictum est supra in cap. propositum. & c. seq. ꝙ habitus sponte susceptus deseri nõ potest sine peccato. Nũc vero argumentatur Gratianus à contrario sẽsu, scilicet ꝙ quis inuitus habitum suscipiat, seruare non cogitur: quod probat per sequentia cap.

PRæsens.] CASVS. Attho clericus quondam comes duo monasteria in proprijs prędijs ędificauit, qui cupiens Lambertum filium suum post decessum suũ in loco sibi succedere, in nono anno ipsum inuitũ cuculla induit, postque aliquantulum temporis Salomon episcopus cum quibusdam alijs monasticum habitum præfatum Lambertum induere fecit inuitũ (ut idem Attho referebat) & propter hoc fratres eũ priuabant paterna hereditate vel materna. Super quo facto cum dictus Attho apud Nicolaũ querelam deposuisset, Nicolaus Papa à dicto Atthone ueritatem sub iureiurando inuestigauit, qui confessus est, ꝙ filius sẽ fuit inuitus, nec vnquã regulã aliquam promisit, & si sciuisset regulam monasticam esse tam durã, nũquã eum coegisset portare cucullã. Scribit ergo Nicolaus omnibus epis de regno Ludouici, quibus narrat oĩa supradicta & mandat eis vt veritatem hanc diligenter inuestigent: & si uera inuenerint quæ dicuntur, nec ad habitum compellat inuitus, nec hac occasione paterna uel materna hereditate priuet, cũ nullũ bonũ sit nisi uoluntarium: sed tamen inter religiosos clericos cõmoretur donec Deus forte dederit sibi uoluntatem monasticum habitum spiritualiter assumendi.

e ¶Comite.] Arg. ꝙ statim desinit quis esse comes q̃ cito factus est clericus. 27. q. 2. scripsit. Item habes hic ꝙ miles potest esse clericus. Nec obstat 51. distin. si quis post acceptũ, quia loquit de illis, qui facti sunt irregulares. 54. dist. curiales.

Miles põt eẽ clericus.

a ¶In

a ¶In locum]Id est, In administrationem, ut fieret postea administrator loci illius. nec fuit hoc peccatum sic concipere in animo, dummodo non ducant in pactũ, extra ut eccle. bene. vt nostrum, in fine. licet sit arg. contra. 1. q. 1. si quis eþs. & ca. q studet. & ext de simo. tuæ. & in Auth. de sanct. episco. §. generaliter. coll 9. Vel loquitur de successione alterius cuiuscũq; rei. Et loquitur hoc c. secundum quorundam prauam consuetudinem, qui monachos non admittunt ad successionem, quod esse non debet, vt ĩ. causa proxi q. vlt. non liceat.

Monachi sunt ad successionẽ admittendi.

& nunc autem clerico, ad limina Apostolorum properans adijt præsentiam nostram, asserens qualiter idem pater eius in laicali adhuc ordine †in prædijs proprijs ædificasset duo monasteria, uoluntatem gerens, ut post suum decessum præsens eius filius Lambertus in locum [a] eius succederet: quem infra teneram ætatem inter octauum [b] & decimum annum constitutũ memoratus pater proprio arbitrio absque regulari institutione extra omnem illius uoluntatem cucullam induit. Igitur post quoddam ipsius temporis spatium (vt ipse dicit) Salomon episcopus cum quibusdam alijs absque patris oblatione, uel abbatis percepta benedictione eundem Lambertum monasticum habitum induere fecit (vt ferunt) inuitum: et sub hac occasione, paterna, seu materna hæreditate à fratribus suis priuatum esse, atque contra omnem (vt dictum est) uoluntatem suam, quasi regularem illum monachum permanere uolunt †. Super qua re diligenti cura inuestigantes etiam sub adiuratione patrem [c] ipsius, si uerum diceret, interrogauimus: sed idem pater Artho respondit se talem habuisse, & habere uoluntatem, ut filius suus verus monachus fieret, & in locum eius succederet. Sub testificatione autem iureiurando firmauit; quòd quando primitus ei cucullam induit, idem Lambertus semper restitit, & nunquam se fieri monachum consensit; sed demum ab insequentibus monastico habitu violenter est indutus, asserens, quòd nunquam [d] regulam aliquam promisit, neque ego pater eius pallio † altaris indutum illum obtuli, neque à quocumque sacerdote, vel abbate (ut mos poscit) benedictione percepta regulæ umquam se monachum subiectum futurum promisit. Super his omnibus etiam protestatus est præfatus clericus Artho, quia si eo tempore, tam duræ obseruantiæ monasticam intellexisset regulam, nunquam eundem filium Lambertum coegisset portare cucullam. Quapropter consulte psalmographi uerba recolentes, quibus uoluntarie se Deo sacrificare pronunciat, & uoluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu Dei obsecrat; præsentem, ut dictum est, clericum nomine Lambertum minime debere existimauimus sub tali uiolentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profecto non diligit: quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippe bonum [e], nisi uoluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in uia uirgam, per quam uiolentia ulli inferatur, præcepit. Quapropter consultius agetur, si pijs suasionibus contemptum mundi, & amorem Dei prædicando, quàm uiolentiam inferendo, ad cœlestem amorem, illum accenderitis. Vnde omnium uestrum charitati hanc nostri Apostolatus mandare decreuimus epistolam, monentes, atque præcipientes, quatenus (si ita uerum est, ut isti dicunt) nullus episcopus, uel abbas, seu monachorum reliquorum conuentus monasticis illum regulis inuitum subiacere compellat; neque ullo modo fratres

† al. habitu

† al. Voluit

† al. palla] aliquot manuscr. & luo.

Psal. 53. 118. 108.

Matth. 10.

b ¶Inter octauum.] Id est, In nono anno, qui est medius inter 10. & 8.

c ¶Patrem.] Argu. quod vnius testimoniũ admittitur 76 dist. tanta. sed forte hic aliquæ præsumptiones præcesserunt. vel dic, quod ideo auditur, ut postea possis melius liquere de ueritate. unde in fine dicitur, si ita est, ut isti dicunt. Et secundum hoc est arg. quod post apertas attestationes admittuntur alij testes super eodẽ capitulo, quã aliquid diminute probatum est, ut extra de consang. & affi ex litteris. De hoc dixi 4. q 3. § t. & est si a. q 5. Mennam. Item habes hic, quod testimoniũ patris audit pro filio ad dirimendũ matrimonium spirituale, ut extra qui ma. accus. poss. videtur. Itẽ habes hic quod timor patris † impedit matrimonium spirituale, licet secus videtur in matrimonio carnali, ut ff. de ritu nup. si patre cogẽte. Sed intellige de leui coactione.

† Istã glo. sequitur Bar. in l. ad inuidiam. C quod met. cau. Idem tenet Imol. in c. causa matrimonij. de offi. deleg. sed dic, quod requiritur, quod pcedant nomine à patre, vt p Bar. in l. interpositas. C de transac. & not. Cy. & Bal. in l. 1. C. de bon. mater. Itẽ per eundẽ Bal. in c. 1. Item sacramenta. de pa. iura. fir. & l. si ne, in prin. C. ad Velle. per An. ce Butr in ca. cum uitũ. & ibi tex. materia sin gu. extra de reg. p Batt. in leg. trãsactionẽ. C. de transac. p do. Abb. in c. nõne. de prsũm.

d ¶Quod nũquam.] Sed qualiter de hac negatiua potuit iuramentum præstare, cũ negatiua etiam probari non possit, ut extra de proba. quoniã. & extra de elect. bonæ memoriæ. circa fin. Nam anceps est periurium, quod fit de alieno facto, ut ff. de in lit. iurã. uideamus? Respond. sic probari potest, quòd quandocumque noluit illum fieri monachum, ille noluit. & hoc sufficit ad probandam negatiuam, vt extra de proba. tertio.

e ¶Nullum quippe bonum] Vitæ æternæ remuneratorium, 45. distin. qui syncera. & sic non est contra. inf. 23. quæst. 5. ad fidem, & quæst. 6. c. 1. contra. ĩ. 23. quæstio. 1. paracus,

tus.contra sup 45.dist & qui.quæ sunt contra.
a ¶Religiosos.] Id est, regulares canonicos. & secundū
1 Sub.cum hoc est consilium 1. Vel dic, ꝙ ex quo semel apparuit
nemo ad ui in veste religionis, debet semper religiose viuere, id est
ta religiosā non penitus sæculariter, secundum ꝙ intelligitur ex-

vt ī.e.q6.r.	tra de reg. consulti. in
ficot. argu.	fi. Dicuntur enim nō
32.q.r.iote	soiū monachi, uel re-
gritas. hoc	gulares religiosi, sed
ei inuenit	& clerici, ut 1.q.1. nul
in littera §-	la itaque. & etiā lai-
cedeoti ibi.	ci, ut 28.dist. si qua ui
propia uo	dua. Io. de Fant.
luntate, &c.	

SI VERO. Hæc est tertia pars q. in qua dicitur, ꝙ puniuntur monachi, qui causa cupiditatis alliciunt homines. Io. de Fan.
CASVS Supradictum est quid iuris sit de coactis ad habitum suscipiendum. Nune ostendit Grat. quid iuris sit de illectis ab episcopis, uel abbatibus ad religionis habitum suscipiendum, & dicit quod debent in religione perseuerare; res uero eorum hæredibus restituantur.
COnstituit.] CASVS. Quidam episcopi, uel abbates quorundam hæreditatem cupientes, eos illexerunt, ut monasticum habitum inducerent: quare quæsitum fuit in Moguntin. conc. quid sit de his faciendū? Et rñderunt ꝙ epi, uel abbates sicut turpis lucri sectatores canonicæ pœnitentiæ subijciantur; illecti vero in monasterio perseuerent: sed hæreditates eorum hæredibus reddantur.
b ¶Perseuerate.] Nō ibi a, sed in alio monasterio, ut extra de simo. uenient. Io.
c ¶Cogantur.] Sed quare hoc est, cum ecclesia nō debeat fraudem facere in suis cōtractibus, ut extra de don. per totū. Et contractus dolo initus, nullus est ipso iure, ut 15.q.6.ca.1. & ff. de dolo, & eleganter? Sed dic quod licet hic dolus dederit causam contractui: ipse tamen non est deceptus, qui se Christo coniunxit. Vel dic quòd hoc potius est imputandum fatuitati suæ, quàm dolo illius, vt extra quod met.cau. cum dilectus similiter contractum matrimonium non rescindit dolus. Et est si. extra de conuer. coniug. ex parte & c veniens. in fio. vbi propter deceptionē non retractatur ingressus: Et est mirum, ꝙ in spiritualibus cōtractus dolo initus tenet, sed cō.tus metu initus non tenet, cum secundum leges penitus contrarium sit, nam secundum leges contractus dolo initus nullus est, sed contractus metu initus tenet, licet rescindatur per actionem quod met.cau. ff. quod me.cau. per totum.

a Hoc ideo	
ga simonia	
cum habuit	
ingressum.	
3 Vnde dic	
pseuerate,	
s. in propo-	
sito, non in	
eodē mona	
sterio.	

Qvòd vero ab.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ de minori regula possit quis transire ad maiorem. Secunda ibi, [Sed obijcitur.] Ioan de Fant.
CASVS. Hic proponitur quarta quæstio, in qua quęrit vtrū ab uno monasterio in aliud districtus liceat monacho transire? Et responderut ꝙ sic Gra. tamē hoc ordine procedit. Primo probat ꝙ potest, postea probat contrarium. Hoe tamen est hodie secundum modernam iura diffinitum, vt extra de reg. licet.
d ¶Quòd vero.] Hæc quæstio determinatur sup. 19. q. 1. in summa.
VIrgines.] CASVS Quæsitum est in concilio Triburiensi, vtrum sacræ virgines possint transire de suo mo-

---

cius per hanc occasionem licentiam habeant paterna, seu materna illum hæreditate priuare: sed vsque dum diuina inspiratione compunctus propria voluntate regulæ se subdat; liceat eum à mundanis, & laicalibus remotum uagationibus, uel negotijs inter religiosos [a] & ecclesiasticos viros in canonica degere uita. Non enim putamus (quod absit) canonicos religiosos à sanctorum monachorum uita, & consortio seiunctos: quia unusquisque secundum Apostolorum propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. 1.Cor.3.

3 *Si vero episcopi, vel abbatis illecti promissionibus aliqui tonsuram, uel religionis vestem susceperint; ipsi quidem in eo, quod cœperunt, permaneant: res vero eorum hæredibus suis restituantur.*

Vnde in Moguntino concilio legitur. In Cabil. 2.c.7.

¶*De hac citatione dictum est supra* 16.q.7.c.penult.

¶Restituantur hæredibus res eorum, qui ab episcopis, uel abbatibus decepti comam deposuerunt. C. V.

COnstituit sane sacer iste conuentus, ut episcopi, siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt; pœnitentiæ canonicæ (utpote turpis lucri sectatores) subiaceant. Hi uero, qui illecti comam deposuerunt; in eo, quod cœperunt, perseuerare [b] cogantur [c]: res uero eorum hæredibus reddantur. S.16 q.7. consti tuit. Burch. l.8.c.93. Iuo p.7.ca.111.

QVAESTIO IIII.

Qvòd vero [d] *ab vno monasterio in aliud districtius transire monachis liberum sit, ex concilio Triburiensi habetur: in quo sic statutum est.* Simile in conc. Triburiensi, quod extat, c.26.

¶Non sunt prohibendæ virgines sacræ, quæ causa religionis aliud monasterium adire desiderant. C. I.

VIrgi- Burc. l. 8.c.22. Iuo p.7.c.42.

monsterijs ad alia monasteria? Et respondetur, quòd propter districtiorem vitam possunt, propter vero fugam disciplinæ non possunt.

a ¶Virgines.] Loquitur de virginibus talibus, quę habent vitam canonicorum, de quibus agitur ea. q. ult. cap. ꝙ illud quod dictum est de virginibus, etiã de monachis quibusdam clericis est intelligendum, postea probat contrarium Gra. Sequens vero c. planum est.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probatur, ꝙ monachi non possunt votum facere in monasterio sine consensu abbatis. Io. de Fan.

nes [a] sacræ, si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium peregre disposuerint, ibidẽque commanere decreuerint, synodus concedit. Si vero fuga disciplinæ alium locum quæsierint, redire cogantur.

Quod autem de uirginibus sacris hoc capitulo statuitur, de monachis etiam consequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico.

2 *Sed obijcitur illud Basilij.*

¶Vota monachi sine consensu abbatis sui irrita sunt C. II.

Poly. l. 4. tit. 34. Burch. l. 8 ca. 9. Iuo p. 7. c. 32.

MOnacho non licet votum uouere sine consensu abbatis sui: si autem uouerit [b], frangendum erit.

¶Sensus huius capitis aliquo modo elici potest ex sermone 2. de institutione monachorum, & c. 28. monasticarum constitutionum B. Basilij.

Item illud Agathensis concilij, c. 27.

¶Monachum nullus suscipiat, aut ordinet absque abbatis sui permissu. C. III.

Iuo p. 3. c. 157. Ex eodẽ cõc. c. 38. & Vene. c. 5. Pann. l. 3. c. 67. Concor. Iulianus antecess. nouel. 123. c. 53.

MOnachum nisi abbatis sui aut permissu, aut uoluntate ad alterum monasterium [c] commigrantem nullus abbas suscipere, aut retinere præsumat: sed ubicumq. fuerit, abbati suo auctoritate canonum reuocetur. ¶Item clericis [d] sine commendatitijs litteris episcopi sui licẽtia nõ pateat euagandi. In monachis quoque præsentis sentẽtiæ forma seruetur: quos si verborum increpatio non emendauerit; etiam uerberibus [e] statuimus coerceri. Seruandum quoque de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat à congregatione discedere: nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatẽ asperior, abbatis licẽtia [α], regula remittatur [f]. Quod ita demũ fiat, ut intra eadem monasterij septa manentes, tamen sub abbatis potestate, separatas habere cellulas permittantur. Abbati quoque [β] singulas diuersas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat: nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

α ¶Licentia.] *Hæc vox abest à vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusque item Gratiani exemplaribus. In recentioribus autem Coloniensibus editionib. legitur,* asperior ab abbatibus regula permittatur *Sed apud Iulianum antecessorem nouella 123. nu. 53. ubi simile habetur, licentia abbatis requiritur.*

β ¶Abbati quoque]*Sic in aliquot conciliorum editionibus. In alijs autem præcipue in Coloniensi quatuor tomorum legitur,* abbatibus quoque singulis diuersas cellulas.

b MOnacho.] ¶Vouerit.] vel etiam si fecit votum prius, quàm intret monasterium argu 33. q. 5. noluit, & intelligas de voto abstinentiæ, per quod alij scandalizentur [r]. — r Argu. 40 dist. ca. 1. & sic ẽt nota. de uxore. 33. q. 5. manifestũ qđ ergo dicit, frangendũ, dic sm Hu. si abbas voluerit, vel inter fratres scandalum generet, aliàs non, si de reb. monacho licitis, sm H.

MOnachum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. In prima dicitur, ꝙ nullus recipiat monachum alterius sine abbatis sui permissione, & si receptus fuerit, reuocetur. In secunda parte dicitur, ꝙ nec clerico nec monacho ad alium epm licet diuagari sine cõmendatitijs litteris sui episcopi: qui si uerborum increpatione non poterunt corrigi, debent verberibus castigari. In tertia parte dicitur, ꝙ monachus solitariam cellam habere non debet, nisi abbas ei ꝑmittat, uel propter infirmitatem, uel propter emeritos labores intra septa monasterij. In quarta parte dicitur, ꝙ abbas non debet habere diuersas cellulas, vel plura monasteria nisi propter incursum hostilitatis. Secunda pars est ibi,] Itẽ clericis.] Tertia. ibi,] Seruandum.] Quarta ibi,] [Abbati quoque.]

c ¶Monasterium.] quod nõ est strictius, vel si est strictius, forte transiuit causa leuitatis, ut 19. q. 3. statuimus.

d ¶Item clericis.] Secunda pars.

e ¶Verberibus.] moderatè tamen 45. di. cum beatus.

f ¶Remittatur.] Ergo abbas potest dispensare in remittenda regula, vt hic, & de conse. distin. 5 carnem. nam & dispẽsare potest circa ordines, vt extra de eo qui fur. or. rece. cũ H. lator. & circa canonem istæ sententiæ, ut extra de sent. excom. cum illorum. Io de Fan. — Abbas in aliquibus dispensat.

c. ult. Sed aliæ virgines debent petita licentia recedere ad districtiorem religionem, & non causa leuitatis, vt extra de reg. licet. Io de Fan.

QVOD AVTEM. CASVS. Dicit Grat. in hoc §.

VERVM. CASVS. Modo soluit Gratianus, dicens, ꝙ præmissa duo capitula intelliguntur de illis qui inter fratres volunt regulam districtiorem abstinentiæ servare, de quo fratres scandalizantur. vel dicitur quòd in his duobus cap. statutum est propter illos, qui votū peregrinationis assumunt causa vagandi, regulam disciplinam que fugientes: quod nec clerico, nec monacho licet.

unam intitulatam, & aliam commendatam, ut inf. ea. q. plures. extra de elec. dudum. Et si episcopus dispensat cum aliquo, ut 70. dist. sanctorum. Et ubi est paucitas hominum, scilicet extra ciuitatem, ut infra ea. c. 1. in fi. Itē si ecclesia adhæret præbēdæ, ut extra de præb. extir-

Verum hoc intelligendum est de monachis religiosè viuentibus: quibus vota specialis abstinentiæ, vel alicuius districtionis, quæ generalem cōsuetudinem suorum fratrum excedat, sine abbatis consensu vouere non licet: ne super eos, fratres scandalizentur. Causa etiam illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes peregrinationis vota sibi assumunt: quod nec monacho, nec alicui clerico licet; ne hac occasione ad secularem conuersationem redeat.

ARchipresbyter.] CASVS. Supra facta iarer positione in quinq; causis de statu monachorum: reuertitur Gratia. ad tractatum de statu clericorum continuans suum tractatum ex fine vltimi capituli vigesimæ causæ: vbi dictum est, ꝙ abbas nō debet habere plures ecclesias, sine plura monasteria: sed quia idem est seruandum in clericis, scilicet quod non debent habere plures ecclesias: ideo hanc vigesimam primā causam subnectit: in qua ostendit, quod clerici non debent habere plures ecclesias nisi in casibus exceptis. Tractat etiam de procurationibus sæcularium negociorum: & de fulgidis vestibus: & ne clerici sua auctoritate ad alias ecclesias transeant, quæ vt melius pateant, thema ꝓponit, de quo quinq; elicit quæstiones.

CAVSA XXI.

ARchipresbyter cuiusdam ecclesiæ, præposituram alterius accepit; nec priorem vult relinquere; sæcularium quoque negociorum procurator efficitur; claris & fulgidis vestibus se exornans, ab episcopo suo corripitur: relicto officio suo ad sæcularem iudicem habet confugium.

1 *Primum quæritur, an clericus in duabus ecclesiis possit conscribi.*

2 *Secundo, si vnam voluerit relinquere, an liceat ei ad aliam transire.*

3 *Tertio, an procurationes sæcularium negociorum clericis liceat suscipere.*

4 *Quarto, an claris, & fulgidis vestibus eis ornari expediat.*

5 *Quinto, an ab episcopo correpti suum officium relinquere, & ad sæcularem iudicem confugere valeant.*

QVAESTIO PRIMA.

IN duabus[a] ecclesiis aliquem connumerari posse in septima synodus prohibet dicens c. 15.

¶ In duabus ecclesijs clericus conscribi nullo modo debet. C. I.

CLericus ab instanti tempore non connu-

Ans. l. 7. c. 98. Ivo p. 6. c. 31.

IN duabus ecclesijs.] CASVS. Hic intitulat prima quæstio, vbi q̄ritur an clericus possit intitulari in duabus ecclesijs. Et rńdet quod non, nisi in sex casibus. Vnus est cū ecclesię pauperes sūt, vt 10 q. 3. vnio. Secundus, est ꝓp dispensationem ep̄i, vt 70. dist. sanctorum. Tertius est, propter paucitatem clericorū, ut infra ea. c. 1. in fin. Quartus est cum habet unam intitulatam clericus, & aliam commendatam infra ea. qui plures. Quintus est si Papa hoc concedit, ut infra e. relatio. Sextus est, cum vna adhæret alteri, vel depēdet ex altera, vt in secūdo Lateranēsi concilio, extirpādæ.

a ¶In duabus.] De iure communi nullus potest habere plures ecclesias t. nisi in sex casibus, scilicet qñ ecclesiæ tenues sunt, ut 10 q. 3. unio. Et si una pēdet ex altera, ut extra de ætate & qualit. cum te. Et si habet

Plures ecclesiæ ab eodem qb. casibus haberi possint.

s Scilicet in titulatus de iure cōi C. qui mili. nō pos. l. 4 §. in posterū. li. 12. nec duos honores. ff. ad municipa. libertus. §. præscriptio. fm L. & de hoc no. extra de præben. ca. præterea.

extirpandæ. Ioan. Vnde Hostiensis dat tales Versus.

Ecclesias plures nullus de iure tenebit:
Dependens, tenuis, rarus, uel gratia Papæ;
Vtilitas urgens, & commendatio iusta.
Plures ecclesias permittunt ista teneri.

CLericus ab instāti.] CASVS. Significatum fuit in septima synodo, ꝙ unus clericus in duabus ecclesijs intitulabatur: quare septima synodus statuit, quod in ciuitatibus de cætero hoc non fiat. & quod non sit faciendum, quatuor rōnibus probat: sed in illis inopia clerico-

clericorum hoc facere potest. Prima ratio est ibi, [Negociationis.] Secunda est ibi, [Audiuimus.] Tertia ibi, [Vnusquisquisque.] Quarta ibi, [Quæ enim.]

Præbendā pōt qs habere, & tn̄ sit non erit canonicus.

a ¶ Nō connumeretur.] Id est, nō intituletur: quia non debet cōnumerari inter clericos eiusdem ecclesiȩ nisi, sit

meretur [a] in duabus ecclesijs. Negociationis enim hoc est, & turpis lucri † proprium, & ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipsa Dominica voce; quòd nemo potest duobus dominis [b] seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Vnusquisque enim secundum Apostolicam uocem, in quo uocatus est, in hoc debet manere, & in una locari ecclesia. Quæ enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena con sistunt à Deo: ad uitæ vero huius necessitatem [c] studia sunt diuersa. Ex his ergo, qui voluerit, acquirat corporis † opportuna. Ait enim Apostolus: [Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istȩ.] Et hæc quidem in hac à Deo seruanda [α] urbe. Cęterum in villis [d] [β], quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

† al. commodi αἰσχροκερδίας

Math 6.

1. Cor. 7.

† al. corpori

Act. 20.

α ¶A Deo seruanda.] *Antea legebatur*, in hac urbe seruandum *Emendatum est ex Anastasij exemplaribus. Græce enim est, ἐν ταύτῃ θεοφυλάκτῳ πόλει. Apud Iuonem est*, in hac seruanda urbe

β ¶Villis] *Græce est, χωρίοις. quod latius patet. Significat enim sæpe regiones.*

Sed duæ ecclesiæ intelliguntur ecclesiæ duarum ciuitatum, in quibus nullus debet conscribi.

Et in Aquisgr. c. 50.

Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 10. Statutum est.

¶De eodem. C. II.

Bure. l. 2. c. 96. Ino p. 6. c. 173.

CLericum in duarum ecclesijs ciuitatem eodem tempore conscribi non oportet.

Sed econtra nonnunquam episcopus ciuitatis unius efficitur archiepiscopus alterius ciuitatis: nec tamen priorem ecclesiam deserit: sed prior ecclesia, quasi commendata relinquitur; secunda, quasi titulata habetur.

Vnde Leo IIII. scribit.

¶In vna ecclesia titulatus, alteram sibi commendatam potest habere. C. III.

Agitur de hac re s̄. di 70. c. si. & 16. qō 7. per laicos.

QVi plures ecclesias retinet; unam quidem titulatam, aliam vero sub commendatione [e] retinere debet.

sit intitulatus: nec habet uocem in electione cū alijs licet percipiat fructus illius ecclesiæ: quia bene pōt eps̄ uel ecclesia concedere alicui beneficium alicuius ecclesiæ: non tamen est ibi canonicus, ut 16 q. 1. possessiones. quandoque etiam habet præbendam, & nō est canonicus, ut extra de magist. c. quia nonnulli. Et licet talem præbendam teneat corporaliter, tamen dicitur uacare de iure. ut extra de conce. præben. & eccle. non vacan. cum nostris. & c. litteras.

b ¶Dominis.] Sibi contrarijs. aliàs bene potest. ut ff. de ope lib. duorum.

Clericus habēt paupe. rē ecclesiā q̄rat uictū artificio honesto.

c ¶Necessitatem.] Quasi dicat: quid faciet ergo clericus si habeat pauperem ecclesiam? Respondeo: quęrat victum artificio honesto, ut 91. distin. clericus. Sed non ne si ecclesia pauper est, debet uniri alij, ut 10 quæstio. 3. vnio l sic, nisi ille sciēs à principio recipit pauperem, unde imputet sibi: nisi quia forte: postea est depauperata. Sed quæro quam ecclesiam dicas pauperem: nunquid illam, quæ ualet decem marchas anri, ut 2. q. 6. anteriorū? Dico illā pauperē, quæ non potest aliquem honeste & sufficienter procurare: & præterea non potest hospites superuenientes recipere, ut extra de ꝓb. de monachis. immo deposito istum relinquitur ꝙ sufficiat sibi & suis, ut 50 dist. studeat. sed cum omnes hospites indistincte teneantur recipere, ut 44. dist. quiescamus. domus clericorum omnibus debet esse communis, ut 16. q. 1. quoniam quidquid. ergo requiritur ꝙ sit ditissima. Nam diuitiæ bonæ sunt, dummodo fiat ex eis misericordia. 30. dist. hoc scripsimus. Expedit enim episcopis habere diuites subiectos; nam Imperium abundat, si habeat subditos locupletes. in authent. iudic. sine quoquo suffra. colla. 2. §. 1. & potius eligēdi sunt diuites quàm pauperes. in auth. de defen. ciuita. § qbus. Econtra uidetur sufficere quòd tantū necessaria habeat: & illa necessitas arctatur ad uictum & uestitum tantum, ut 12. q. 1. episcopus. sed hoc obtinuit secundum illa tempora. 41. distinct. episcopus uilem. hodie uero creuit decus ecclesiæ, creuitque Deus ecclesias, ut de consec. distin. 1. uasa. Dico hæc omnia consideranda secundum qualitatē personæ, & situm ecclesiæ. aliquid enim sufficit uni, quod non sufficit alij, ut 41. distinct. non cogantur. & minus sufficit manenti extra vias communes, quàm in vijs: & consuetudo prouinciæ in hoc seruanda est, ut s̄. distin. 4. erit & 99. dist. sciendum.

Ecclesiam pauperem quam dicimus esse.

Diuitiæ bonæ sunt.

Decus ecclesiæ hodie creuit.

1 Quod dicitur nu extra de rescrip. cū adeo. in glo. a.

d ¶In villis.] Potest autem aliquis extra ciuitatem habere plures ecclesias: & hoc ideo, quia extra ciuitatem sunt pauci clerici: & propter paucitatem clericorū multa permittuntur, ut 55. dist. priscis. Item ea ratione, quia qui sunt extra ciuitatem, non ita cito inueniunt illos, quibus sua artificiosa uendant: nec ita conuenienti foro habent omnia sicut illi, qui sunt in ciuitate.

Diuitiæ facilius in ciuitate q̄ extra congregantur.

SED DVÆ CASVS. Magister soluit proni vult: tu autem intelligas sicut dictum est in principio quæstionis. Quæ autem sequuntur, plana sunt usque ad §. potest.

Commendare est deponere.

e QVi plures.] ¶Sub commendatione.] Et illius ecclesiæ non est prælatus, sed potius procurator,

vt 62.dist.obitum & c.Catinẽsis,& qui commendauit, põt reuocare quando vult.Nam cõmendare nihil aliud est, quã deponere, vt ff depositi, Lucius.ff.de verb sig. a Vcõmendare.dic vt de elect.nemo deinceps.lib.6. Num abbatem duobus.]ã.proxima causa,& qõ. vlt.ca.vlt.Ioan.

iam translatus secus tamen in alijs beneficijs est.nã ibi in recipiendo vnum,non uidetur renunciare alij.extra de testa officij a.nam & si uxor recipit sibi aliquod legatum à uiro, non ideo renunciat doti. C.de rei uxo. actio.l.vnica.sciendum.Ioan.de Fant.

qui bona fide. §.qui alieno.nu. 12. de da. infe.

NON a Vbi ã hoc & ¶.c.q.2. si qa iã. ibi videas.

POTEST. CASVS.Ponit Gra hic casum, in quo aliquis duabus ecclesijs intitulari potest, uel præsse. ad hoc inducit sequens c.Dicunt tamẽ quidã, q capitulũ loquitur de una commendata, & alia intitulata.

Sic & illud Agathensis concilij,c.57.intelligendum est.

¶Duobus monasterijs vnus abbas præesse non potest. C. IIII.

VNum abbatem duobus [a] monasterijs præsidere interdicimus.

In conc. Epaunen.c.9. Burc.l 8 c.81. Iuo p 3.c 164. & p 7.c.90.

Potest etiam vtrique tanquam titulata † præesse;sed iure spirituali,non communi.

† al' titulato

Vnde Gregorius lib.2.epist.13.seu c.52.ad Agnellum episcopum.

¶Vnus episcopus duabus præficitur ecclesijs; C. V.

REldatio cleri simul & populi Tarracinensis [a] nos ualde lætificat ob hoc,quòd de tua fraternitate,bona testatur. Et quia defuncto Petro pontifice suo sibi Cardinalem [b] postulant constitui te sacerdotem; eorum uota necessario complenda esse præuidimus. *& infra.* ¶Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo nostro facere festinato;ut digna te merces ante eius conspectum in die retributionis inueniat. Quidquid uero de prædictę rebus ecclesiæ,vel eius patrimonio, seu cleri ordinatione promotioneve,& omnibus generaliter ad eum pertinentibus soleiter, atque canonice [c] ordinare, facereque prouideris; liberam habebis (quippe ut sacerdos proprius) modis omnibus facultatem.

Ans.l 5.c.28. Poly.l.1.tit.8.

R Elatio.] CASVS. Clerus & populus Tarract. ecclesiæ defuncto Petro episcopo suo postulauerunt a Gregorio in suum pontificem episcopum Fundensis ecclesiæ Greg.vero annuẽs postulationi eorum, rogat eum ut fideliter Tarracinensem ecclesiam regat: quam ita sibi committit, ut Fundensis ecclesiæ episcopus esse non desinat: sed vtriusque episcopatus curam habeat, & liberam in omnibus facultatem.

b ¶Cardinalem.] Id est proprium episcopum.

c ¶Canonice.] Nunquid talis forma erit in litteris procuratoris, ut sic scribatur, quidquid canonice uel legitime per eum fuerit ordinatum, ratum habeo? Certe nõ, ut.ff. de procu.si procuratorem. extra de confir. cum dilecta. in fin. Nam si illegitime aliquid fecerit procurator, non rescindatur sententia, ut C de procu.si procurator. extra de offi. iudic.delega.cũ olim. Ioan. Certe talis procuratio non ualet t, quia semper diceret dominus illum non, esse legitimum actũ & uidi per dominum Hug.talem procuratorem in concilio reprobari.Bar.Brix.

¶Alia est sententia B.Gregorij, ac Gratianus putare videatur. Hunc enim Agnellum, qui antea Fundorum erat episcopus, quod ea ciuitas ab hoste esset uastata, Tarracinæ Cardinalem constituit sacerdotem,ut in sequenti capite.De qua re notatum est supra dist. 71.c.fraternitatem.

a ¶Tarracinensis.] *Sic est emendatum ex uetustis,cum in vulgatis esset.* Tarraconensis gẽtis. *In originali autem legitur,* Tarracinæ degentis.

Procuratorea constituendi forma quedã reprobata. a Cum ista gl concordant Bal & Saly in l. si procurator. C.de procu. g'bus adde gl.& Pau ď Leaz. i cle. 1.de procu. & idẽ not. Bart in l q oia. § planẽ,cũ l.seq. ff. eo. & in simili not. Bal ĩ rubr. C. de exer. ĩ 3.col. & ĩ l.cũ mãdati.C.man. & expresse per Spe. in tit de procu in § rõ ne aũt.ver. itẽ excipi. La. Rod.l.

C. VI.

ILlud quoque fraternitetem tuam scire necesse est, quoniam sic te prædictæ Tarracinensis ecclesię Cardinalẽ esse constituimus sacerdotem; vt & Fundensis ecclesiæ põtifex esse non desinas [d];nec curam,gubernationemque eius prætereas: quia ita fraternitatem tuam sæpedictæ Tarracinensi ecclesiæ, sicut præfati sumus, præesse præcipimus;ut antedictæ Fundensis ecclesię tibi iura,potestatẽve nullo modo subtrahamus [e].

Anselmus ibi.

¶In vetustis codicibus hoc est coniunctum superiori, quemadmodum in ipsa epistola,& apud Anselmum.

Non enim potest vtrique præsidere, tanquam titulata,

d ILlud.] ¶Desinas.] 2.distinct. 39 c.1.contra.Ioan.Sed illud est ius commune,hoc speciale.7 q.1 petisti.B.

e ¶Subtrahamus.] Nisi illud apponeretur,statim quã cito confirmasset eum in secundo episcopatu, uacaret primus.extra de electi o.cum in cunctis.§.ea.q 2.si qa

NON ENIM. CASVS. Iste § loquitur secundum opinionem illorum,qui dicebant,quòd hoc c.relatio. intelligitur de eo, qui habet unam ecclesiam intitulatam,& aliam commendatam, uel respicis c.illud.supe. ca.qui plures.

Qui

Qvi vero relicta.] Hęc quęstio diuidit in quatuor partes. In prima probatur, quod nemo sine litteris commendatitijs episcopi sui potest transire ad aliam ecclesiam. & hoc probat per c. seq. Secunda ibi, [Si quis tñ.] In secundo cap. dicitur, quod est remouẽdus ad ipso ab officio. Vnde cũ diuersæ pœnæ sint statutæ, iudex pôt infligere quã magis videtur expedire, extra vt lis nõ cõtest. qm. §. si vero. extra de offi. delega. de causis. Io. de Fã.

Tus.

sed uni tanquam commendatæ. alteri uero tanquam titulatæ præesse valet.

QVAESTIO II.

1 2 *Qvi vero* [a] *relicta sua ecclesia ad aliam transire voluerit, nequaquam sine dimissorijs litteris sui episcopi suscipiatur.*

Et in 7.c.10. *Vnde in sexta synodo c. 17. legitur.*

¶Sine dimissorijs litteris in aliena ecclesia clericus non ordinetur. C. I.

QVoniam diuersarum ecclesiarum clerici suas, in quibus ordinati sunt ecclesias relinquentes, ad alios cõcurrunt episcopos, & ignorante α episcopo proprio in alienis constituuntur ecclesijs, vbi contingit β eos sine sui examinatione permanere; præcipimus amodo, vt nullus clericorum omnino, in quocunq; gradu sit, licentiam habeat sine dimissorijs [b] litteris sui episcopi [c] in altera constitui ecclesia. Qui vero hoc amodo non obseruauerit, ad opprobrium [d] eius, γ qui ordinauerit eum, deponatur tam ipse, quam qui eum sine ratione susceperit.

α ¶Ignorante.] *Gracè est:* γνώμης δίχα τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου *id est*, sine sententia proprij episcopi.

1.Tim.1. & Hebr.2. β ¶Vbi contingit.] *Gracè legitur:* ἐκ τούτου τε συνέβη ἀνυποτάκτους αὐτοὺς καταστῆναι *id est*, atque hinc euenit, ut ipsi reddantur non subiecti.

γ ¶Ad opprobrium eius.] *Gracè*, ἐπεὶ ὁ μὴ τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν παραφυλαττόμενος ἀλλὰ καταισχύνων τό γε ἐπ' αὐτῷ, τὸν τὴν χειροτονίαν αὐτῷ ἐπιτεθηκότα, καθαιρείσθω, *i.* Nam qui in præsenti tempore hoc non obseruat, sed, quantum in se est, eum, qui ipsi manus imposuit, dedecorat, deponatur, &c.

Item ex concilio Hispalensi 2. c. 3.

¶Ad aliam ecclesiam transire clerico non licet, si proprijs ministerijs sua fuerit destituta. C. II.

PLacuit, ut si quis clericus ministerijs ecclesiæ propriæ destitutis ad aliam transitum fecerit; compellente, ad quem fugerit, sacerdote, ad ecclesiam, quam prius incoluerat, remittat. Qui vero eum susceperit, nec statim sine

QVoniam diuersarum.] CASVS Relatum fuit in septima synodo, quod clerici quidam suis epis ignorantibus in alienis ecclesijs instituebantur: quare sexta synodus statuit, vt hoc de cætero non fiat sine litteris dimissorijs sui episcopi. si vero cõtra factum fuerit, episcopus & clericus deponantur.

b ¶Dimissorijs.] Patet enim, quod non sufficit in tali translatione tacitus consensus epi, vt 71. dist. c. 1. sed solennis actus sic. C. de eman. l. 3. Sed si ad ecclesiam eiusdẽ episcopatus transiret, sufficeret nudus & tacitus consensus: quia tacitus cõsensus dissoluit matrimoniũ carnale, vt 33. qõ. 5. q. vxorem. Et est ratio quare à priori erit absolutus: quia nemo potest duobus dominis seruire, vt s. ea. q. 1. ca. 1. Sed si aliquis haberet præbendas in diuersis episcopatibus, ab vtroque posset iudicari, & ordinari. Et sic vnus episcopus posset ordinare clericum alterius. quod esse non debet, & ita sequeretur impossibilitas 1. iuris.

c ¶Sui episcopi.] Sufficit habere litteras solius epi, vbi eps notus est, sed in temporis episcopis requirũtur quinque sigilla, ut extra de cleric. peregri. c. 1.

d ¶Ad opprobrium.] Eadem pœna statuitur eum episcopus instituit aliquem inuitis patronis. 16. q. 7. decernimus.

Beneficiatus in diœcesibus duorũ epõrum ab vtroque judicitur. 1 Sub. vel repugnãtia, vt no. 70. dist. sanctorũ. & ea quæ pmissa sunt fuerũt verba H. qui de hoc plenè no. s. ead. qõ. 1. in prin.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Hispalensi, vt si aliquis clericus ad alienũ epm confugerit, statim eps ad quem confugit, ad priorẽ ecclesiam eum remittat, & donec propriæ ecclesiæ eũ nõ restituat, sciat se communione priuatum: clericus uero vero ab executione sui officij remotus per aliquod tẽpus in monasterium relegetur, & postea ad ecclesiasticum ministerium poterit reuocari. [Propagationis,] id est, promotionis ad maiores ordines, vel restitutionis ad eosdem. [Aboriri,] id est nasci, nisi fuerit, &c. aliter est in litera [aboleri,] i. deleri & distingui. Et secundum hoc dicit, [licentia,] i. impunitas propagationis, i. peruagationis, vel huius malæ cõsuetudinis, quæ propagatur nisi corrigatur.

Tertia ibi, [Sicut autem.] Quarta ibi, [Conductitijs.] Io. de Faut.

CASVS. Hæc est secunda quæstio, in qua quæritur si clericus suam ecclesiam relinquere velit, an possit ad aliam transire sine litteris dimissorijs sui episcopi? Et respondetur quòd non, nisi velit ad religionem transire, ut supra 19 q. 2. duæ. alioquin poterit reuocari, vt infra ead. q. placuit.

Eps clericũ alienũ recipiens est puniendus.

a ¶Qui vero.] Hæc qõ terminatur 71. dist. c. 1. 2. & 3. Sed quid si quis eps receperit clericũ alienũ? De hoc variæ pœnæ statuuntur. Quidam canones dicunt vtrũque esse excõicandum quousq; clericus reuertatur. ut 71. dist. clericos. Sed dicitur hic in c. 1. quod vterq; sit deponen-

a ¶Exceptionis.] Id eſt, excuſationis.
b ¶Reſtituat.] Et ſic poteſt peti reſtitutio clericorũ.
c ¶Cingulo.] Id eſt in executione. non enim deponitur, vt ſequitur.
d ¶Reuocari.] Ipſo iure, ſicut ille cui ad tempus interdictum eſt poſtulare. ff. de poſtu. Imperatores.

ſio, vnde iura prodierunt, ut extra de accuſa. qualiter. & C. unde ni, meminerint. Nec dr in conſtitutione, ꝙ Romanus Põtifex dẽt diſpenſare, ſed ꝙ põt diſpẽſare. Sed per hoc verbum, poteſt, non imponitur neceſſitas. ff. de officio præſid. ſæpè. & l. ſeq. & licet de Romana ſede

vllo niſu exceptionis [a] ad propriam eccleſiam remittendum elegerit, quamdiu eum reſtituat [b], communione ſe priuatum agnoſcat. Deſertorem autem clericũ cingulo [c] honoris atque ordinis ſui exutum, aliquo tempore monaſterio relegari conuenit; ſicque poſtea in miniſterium eccleſiaſtici ordinis reuocari [d]. Nam non poterit in talibus propagationis α [e] aboleri licentia [f], niſi fuerit in eis propter correptionem diſciplinæ ſubſecuta correctio.

e ¶Propagationis.] Propagatur enim uitium per malum exemplum. 11. q. 3. præcipuè.
f ¶Licentia.] Id eſt, impunitas.

α ¶Propagationis.] *In conciliorum editionibus, & codicibus Vaticanis partim eſt*; propagationibus. *partim*, peruagationis. *In codice vero Lucenſi regio legitur*, præuaricationis.

OBIICITVR. CASVS. Supra oſtenſum eſt, quòd ad aliam eccleſiam tranſiẽs tenõ catur. Nunc uero ꝓbat Gratianus cõtra, & ad hoc inducit ſequens cap.

Obijcitur autem illud Chalcedonenſis concilij, c. 10.

Et in Aquiſgr. c. 50.

¶Nihil commune habeat cum eccleſia priori, qui de vna ad aliam tranſlatus eſt. C. III.

SI quis iam.] Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis ſecũdum. Io. de Fan.

CASVS. Quidam clerici poſtquam tranſlati erant de ſuis eccleſijs ad alienas, uolebant prioribus præſidere ſicut prius. ſtatutum eſt ergo in concilio Chalcedon. ut hoc de cætero non fiat, cum nil poſtea habeant commune cum prioribus, vel eccleſijs, vel domibus ſub eis conſtitutis. & ſi quis cõtrafecerit, deponatur. [Negocijs,] Id eſt, in cauſis uel rebus, eorum, ſcilicet martyriorum, parochiarum, & xenodochiorum.

2 SI quis iam tranſlatus [g] eſt ab alia eccleſia in aliam; nihil habeat commune cum priore eccleſia, ſiue ſub hac eccleſia [h] conſtitutis martyrijs, ſiue in parochijs †,

† *al. prochijs*] orig.

Beneficiatus tranſiẽs de una eccleſia in aliam, an ſtatim perdat primam.

g ¶Tranſlatus.] Tranſlatum eum intelligo cum eſt confirmatus & adeptus poſſeſſionẽ, ut extra de elect. cum in cunctis. ſed propter ſolam confirmationẽ non perdit ius quod habuit in priori eccleſia, niſi adeptus ſit poſſeſſionem, ut 92. diſtin. ſi qui epi. Et intellige qñ eſt tranſlatus de auctoritate epiſcopi ſui, & in eo caſu poteſt intelligi extra de conceſ. præbend. & eccle. non ſua litteras. & extra de præben. de multa. alioquin ſi ſine licentia epiſcopi tranſit, non ipſo iure, uacat prior eccleſia, immo prior epiſcopus poteſt eum repetere, ut 7. q. 1. nõ oportet & c. ſi qui uero. Vel dic, ꝙ uacat quãtum ad ipſum. Io. ego credo ꝙ prior eccleſia eum poſſit repetere, cum eo ſit ſpoliata, ut extra de reſti. ſpo. ꝑ totum. Item ſi aliquis recepit beneficium ſimplex in alia eccleſia, nõ ideo perdit priorem eccleſiam uel præbendam, dummodo non ſumat illam pro titulo. Poſſunt enim canonici dare ſimplex beneficium non canonico, ut extra de magiſ. quia nonnullis. & 16. q. 1. poſſeſſiones. Sed nunquid epiſcopi poſſunt diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum, cum dicatur in illa conſtitutione, de multa. ꝙ per ſedem Apoſtolicam poteſt diſpenſari? Et probo: ꝙ poſſunt: quia à canone permittitur eis diſpenſatio 71. diſt. ſanctorum. & ſicut habet Papa poteſtatem circa epiſcopatus, ſic epiſcopi circa eccleſias, extra de exceſſi. prælatorum. ſicut unire. Itẽ quia legiſlator ſibi non ſeruauit ſpecialiter diſpenſationẽ, cum dicat Romanum pontificem poſſe diſpenſare, ergo alijs permiſit, ut extra de ſen. excom. nuper. non. n. dr in conſtitutione ſolum Papam poſſe diſpenſare. ſed aliud eſt dicere ſolum Papam, & aliud Papam, ut extra de teſtam. requiſiſti. Non enim credendum eſt Papam uelle iura aliorum diminuere, ut 99. diſt. ecce & c. nullus. Et quidquid facit, intelligendum eſt ſine præiudicio aliorum epõrum facere, ut 9. q. 3. nunc uero. C. de eman. nec auus. nec inde naſci debet iniuriarum occa

Epi an poſſint circa beneficiorũ pluralitatẽ diſpẽſare

ſede dicatur, non ideo excluditur de alijs. arg. 2. q. 6. ad Romanam: Et niſi expreſsè corrigatur, uetus ius manebit ſimul cum nouo ut C. de appella. præcipimus, in fi. & quoties noua actio, uel nouum ius indulgetur, uetus non tollitur, niſi hoc expreſsè dicatur. ff. de act. & obl. quoties. & 35. q. 3. de inceſtis. in fine. & adde rationes, quas dixi 70. diſt. ſanctorum. Econtra uĩ, ꝙ non poſſunt. quia & iure antiquo prius habuit epũs iure dandi plura beneficia. Vel ex gratia quadam poterat ille qui habuit plures eccleſias, eligere unam quam uolebat. extra de præben. quia. & c. referente. Item cum hic Papa tantum exprimatur, ergo alij non poſſunt. 95. diſt. illud. nam quod de uno dicitur, de alio negatur. 23. q. 4. fortè. 25. diſt. qualis. ſic argumentatur Inno. extra de his quæ fiunt à præla. cum Apoſtolica. & ca. tua. & quæ Titio nubere iubetur, omnibus alijs nubere ꝓhibetur. ff. de cond. & dem. cum ita. Ad hoc poteſt dici. ꝙ ſolus Papa poteſt diſpenſare, ꝙ aliquis ſit intitulatus in diuerſis eccleſijs diuerſorum epõrum. Nam in hoc caſu vĩ ſequi impoſſibilitas iuris: quia qua ratione debet recipere ordines ab vno, & ab alio, & ſtare mandato vnius & alterius, cum tñ mandata illorũ poſſent eſſe ꝯtraria, & ille iurauit obedire utriſq;. Item quia nemo dẽt ordinare clericum alterius diœceſis, uel recipere ſine dimiſſorijs litteris, ꝑ quas ſit abſolutus à priori. Et quia nemo poteſt duobus dñis ſeruire, hanc impoſſibilitatẽ iuris ſolus Papa poteſt temperare. Vel facias uim in eo quod dicit, maioribus t. ut ſolus Papa poſſit diſpenſare de maioribus, epi autẽ de minoribus. Item in eo facit uim cum dicit, cum ratio poſtulat, id eſt, ſi talis eſt caſus, ꝙ epũs non põt diſpenſare. Item non dico eum ſtatim priuatum priori eccleſia, niſi qñ de licẽtia epi tranſit. hoc. n. non põt fieri ſine dimiſſorijs litteris. ſ. ead. q. qm. Nam ſi ſine licentia tranſit, põt reuocari à priori, ut 7 q. 1. non oportet. & c. ſi qui uero. Vel ad cautelam epũs commendat ei ſecũdam eccleſiam, uel dat ei ſub conditione ſi poterit obtinere diſpenſationem. & adde quod dixi 70 diſt. ſanctorum.

h ¶Siue ſub hac eccleſia.] Id eſt, prior eccleſia fuerit monaſterium ſiue parochia, &c. nil ſe intromittat amodo de negocijs prioris eccleſiæ.

Vetus ius manet ſimul cũ nouo, niſi expſsè corrigat.

aScilicet de exc. de multa. ſed aliud eſt trãsferri auctoritate ſuperioris. bũ & canonicè ſoluit. nã hęc ſnĩa inuenitur I canonibus 7. q. 1. mutationes.

SED

SED ALIVD. CASVS. Soluit Gratianus prædictam contrarietatem, dicens quod aliud est transferre auctoritate prælati, & aliud propria temeritate transire. primum permittitur, secundum prohibetur. Postea ostendit, quod sicut duabus ecclesijs vnus præponi non debet, ita una ecclesia duos prælatos habere non debet. & ad hoc inducit seq. cap.

SICVT. Hæc est 3. pars quæstionis secundum Io. de Fant.

SIcut.] CASVS. Quædam ecclesiæ duos habebãt prælatos, quod cum relatũ esset in Rhemensi cõcilio, statuit concilium, ut hoc de cætero non fiat, sed vnaquæque proprium habeat prælatum: quia si aliter fiat, ecclesia non reputabitur sponsa vel vxor, sed potius scortũ, quæ sponsa est ante corporalem administrationem; vxor vero post administrationem eius, scilicet presbyteri. Quæ autem postea vsque ad quæstionem sequuntur, plana sunt per se.

sive xenodochijs, aut eorum negocijs: Eos uero, qui ausi fuerint post ordinationem huius magnæ & uniuersalis synodi agere quæ prohibita sunt; statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

Sed aliud est transferri, atque aliud propria temeritate transire. Illud Apostolica auctoritate fieri licet, hoc vero omnimodis prohibetur.

Sicut autem duabus ecclesiis vnus præponi non debet; ita nec vna ecclesia inter plures diuidi valet.

Vnde in Rhemensi concilio legitur.

¶Vna ecclesia duobus sacerdotibus diuidi non potest.

C. IIII.

Burc. l. 3. c. 45. Iuo p. 3. c. 49. Pann. l. 2. c. 44.

SIcut in vnaquaque ecclesia vnus presbyter debet esse; ita ipsa, quæ sponsa, vel vxor eius dicitur, non potest [a] diuidi inter plures presbyteros: sed vnum tantummodo habebit sacerdotem, qui eam castè, & sincere regat. Vnde interdicimus, vt nullus præsumat ecclesiam inter duos vel plures diuidere [b]: quia ecclesia Christi vxor & sponsa debet esse, non scortum; sicut Calixtus Papa testatur.

7 q. 1. sicut.

Et in cõc. Eugenij tertij, c. 10.

4 *Conductitijs [c] quoque presbyteris ecclesia committi non debet.*

Vnde Innocentius II. in synodo Romana, c. 10.

¶Conductitijs presbyteris ecclesia non committatur. C. V.

PRæcipimus etiam, ne conductitijs [d] presbyteris ecclesiæ committantur: & vnaquæque ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem.

¶Hoc caput ijsdem verbis repetijt Eugenius III. in concilio Lateranensi: quod extat in Vaticana bibliotheca.

QVAESTIO III.

QVod autem [e] clerici sæcularium negociorũ procuratores esse non valeant, auctoritate Carthaginẽsis concilij primi probatur; in quo Nicasius [a] episcopus Culusitanus dixisse legitur; cap 6.

a ¶Nicasius.] *Emendata est hæc inscriptio ex ipso concilio, & vetustis Gratiani codicibus, cum antea mendose legeretur,* Nicolaus Papa episcopis Castilianis. *Pertinet autem hic titulus ad c. credo proximè post paleam interiectam sequens.*

a ¶Non potest.] Supra 16. q. 1. ne pro cuiuslibet, extra de filijs presbyte. proposuit. contra 7. q. 1. illud. sed plures põt esse in eadem ecclesia: sed tantum erit unus prælatus.

b ¶Diuidere.] Ita quod vna maneat. Sed si est ecclesia uel præbenda abundans, de ea bene potest episcopus facere plures ecclesias vel præbendas: dum tamẽ ecclesiæ non sint sub eadem limitatione, vt 16 q. 1. plures. sicut de vna prouincia fiunt plures, ut 10. dist. lex Imperatorum. & 101. distin. peruenit. & de duabus ecclesijs fit vna, vt extra de excess. præla. sicut ecõtra de vna duæ, vt extra de eccl. ædi. ad audientiam. Ioan.

Ecclesia abundans per epm in plures diuidi potest.

c ¶Conductitijs.] Hæc est 4. pars quæst. secundum. Ioan. de Fant.

PRæcipimus.]

d ¶Cõductitijs.] Conductitios appellat eos quibus pro certo pretio committitur cura animarum. hoc enim est iniquũ, ut extra ne præla. quoniam. aliàs si prælatus aliquis alicuius ecclesiæ habeat secum sacerdotem sub annuo censu, non est iniquum, & si peregre vadit, & pro certo pretio interim aliquem conducit. potest ergo quis conducere operas sacerdotis alicuius etiam vsque ad septennium: extra ne prælati uices suas, quia zelam. Sed non regimen animarum: vt extra eo. tit. quoniã. Vel dic conductitios presbyteros appellari uicarios quia per uicarios non debet quis regere ecclesiam, vt extra de cle non resi. quia nonnulli.

Presbyteri conductitij qui dũr.

s Vide quod no. 7. 1. q. 3. in princ. §. his ita.

Vicarij cõductitij presbyteri dici possunt.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur 3. q. qua quæritur an clerici possint esse procuratores negociorum sæcularium? & dicitur quod non, ut probatur per sequentia negocia tamen miserabilium personarum gerere possunt. 88. dist. c. 1.

Clerici an possint negocia sæcularia exercere.

e ¶Quòd autem.] Hæc quæstio expedita est s. 15. q. 1. in summa. Dicit enim quis exercere sæcularia negocia tribus

tla tribus modis. Vno modo, si aliqd ematur vt carius vendatur: & hoc non licet De hoc tractatur 88. distin. per totum. Quandoque idem est quod exercere causas sæculares: & illud etiam non licet clericis, nisi pro certis personis. extra de postu. cap. 1. Quandoque idem est quod esse procuratorem rerũ sæcularium, siue administratorem: nec illud licet clericis, extra ne clerici vel mona. c. 2. & c. sed nec. Quandoque idem est quod conducere possessiones à laicis. hoc nõ est interdictum eis clericis, qñ indigent: quia hoc etiam licet monachis, vt extra de deci. d. lecti.

Cyprianus.] CASVS. Apud Furnẽsem ecclesiam laici morientes in testamẽto suo sacerdotes, & diaconos & alios clericos nominabant tutores, vel curatores filiorũ suorũ: quare Cyprianus scribit clero & populo illius ciuitatis, dicẽs hoc esse ꝯ statuta sanctorum pa-

P A L E A. C. I.

Peruenit in sanctam synodum, quia de eis, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conductiones, & sæculares causas suscipiunt: & seipsos quidem à ministerijs sanctis per desidiam separant; ad domos autem sæcularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritię causa suscipiũt. Decreuit igitur sancta & magna synodus, neminem deinceps eorum, hoc est non episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri sæcularibus procurationibus: nisi fortè, qui legibus ad minorum ætatum tutelas siue procurationes inexcusabiles attrahantur; aut cui ipsius ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula; vel orphanorũ, aut viduarum, quæ indefensæ sunt, aut earum personarũ, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit hæc statuta, correctioni † ecclesiasticæ subiaceat.

In conc. Chalced. c. 3 ꝛ dist. 86 peruenit. Bure. l. 2. c. 145. Iuo p. 6. c. 228.

† al. correptioni

¶ *Hic idem canon tertius concilij Chalcedonensis affertur supra di. 86 c. fin. ex alia versione. Abest autem hac palea à collatis exemplaribus, exceptis duobus.*

¶ Qui clero annexi sunt, sæcularium possessionum procuratores non fiant. C. II.

Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, vt qui seruiũt Deo, & annexi sunt clero, accedant ad actiones † [a], seu administrationes [b], vel procurationes domorum [c]. Gratus episcopus dixit; & Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: [Nemo militãs Deo implicat se negocijs sæcularibus.] Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum: aut [d] actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt; Hoc obseruemus.

ꝛ dist 54. magnus. Bure. l. 2. c. 150.

† al actus

2. Tim. 2.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 15.

¶ Ce eodem. C. III.

Placuit, ut episcopi, presbyteri, & diaconi, vel clerici non sint conductores [e], neq; procuratores, neq; ullo turpi, vel inhonesto [f] negocio victum quærant: quia respicere debent scriptum esse: [Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus.]

Ans. l. 3. c. 151. Bure l. 2. c. 151. Iuo p. 6. c. 248.

2. Tim 2.

Item ex epistola Cypriani ad presbyteros, & diaconos, et plebem Furnitanorum, lib. 1. epist. 9.

¶ Sæcularium negociorum procurationem clerici non suscipiant. C. IIII.

Cyprianus presbyteris, & diaconis, & plebi Furnis cõsistentibus † salutem. Iampridem in concilio episco-

Iuo p. 6. c. 394.

† consistenti

Credo.] CASVS. Statutum fuit in cõcilio Carthaginẽsi, vt clerici nõ sint administratores, vel procuratores domorum sæcularium. Et hoc probatur auctoritate Apostoli dicentis: Nemo militãs Deo, &c. [Ad actiones,] causarum. [Aut,] pro &: & sic vtrobique exponas.

a ¶ Ad actiones.] Scilicet causarum.

b ¶ Seu administrationes.] Scilicet rerum sæcularium.

c ¶ Domorũ.] Id est, familias laicorum, vt procurent laicorũ familiam in victu.

d ¶ Aut.] Non intelligas, ꝙ ctis det optio: sed istud, aut, ponitur continuatiuè. sic ponitur 88. distin. consequens & 45. dist. disciplina. Io. de Fan.

Placuit.] CASVS. Statuit in c. isto, vt clerici non sint conductores vectigaliũ, nec procuratores domorum sæcularium, nec aliquo modo turpi lucro inhæreant Et hoc probatur auctoritate Pauli dicẽtis, Nemo militans Deo, &c.

e ¶ Conductores.] Fisci scilicet, vt ipsi præstent tributum & uectigal, ecclesia enim nõ debet recipere possessiones grauatas tributis: immo si habet, deseret eas, vt 10. q. 2. hoc ius. § item prædiũ. Vel appellat hos conductores, qui aliquid conducunt, vt alijs carius locent. Et est si. C. locati, milites.

f ¶ Inhonesto.] Quia honesto possunt, vt 91. dist. clerici victum.

patrũ, & ꝯ es, q̃ in cõcilio ep̃orum statuta fuerunt, vñ p̃cipit Cyprianus, vt hoc de cætero nõ fiat. si vero quis fecerit, pro eius dormitione sacrificiũ non celebretur. Quæ autem sequũtur vsq; ad quæstionem, plana sunt.

a ¶ Tu-

porum est statutum, ne quis de clericis, & Dei ministris tutorem [a], vel curatorem testamento suo constituat †: quia singuli diuino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificijs deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim [Nemo militans Deo obligat se negotijs † sæcularibus, ut possit placere ei, qui † se probauit [b].] *& infra.* ¶ Quod episcopi, & antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter prouidentes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, uel curam clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset; non offerretur pro eo: nec sacrificium pro dormitione [c] eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece; qui ab altari sacerdotes, & ministros uoluit auocare.

† al. nominaueris
2. Tim. 2.
† al molestijs
† al. cui
Dist. 88.

Item ex eadem.

¶ Non licet clericis, mollitijs, & sæcularibus rebus obligari. C. V.

Iuo p. 6. c. 394.

MOllitijs α [d], & laqueis sæcularibus obligari non debent, qui diuinis rebus, & spiritualibus occupati ab ecclesia recedere, & ad terrenos, & sæculares actus uacare non possunt.

α ¶ Mollitijs] *vera lectio est,* molestijs. *Sed quia est initium capitis: non est mutatum: alia autem nonnulla & in hoc, & in antecedenti capite emendata sunt.*

Item ex eadem.

¶ Sæcularibus negotijs clerici non alligentur. C. VI.

Iuo p. 6. c. 395.
† al. ordinatione clerica

HI, qui [e] in ecclesia Domini ad † ordinationem clericam β promouentur; in nullo ab administratione diuina auocentur: nec molestijs, & negotijs sæcularibus alligentur γ: sed in honore sportulantium fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari, & sacrificijs non recedant: sed die [f] ac nocte cœlestibus rebus, & spiritalibus seruiant.

β ¶ Clericam] *Restituta est vera lectio Cypriani, quam manuscripti vetustissimi codices retinent. Et lib. 1. epist. 9. hic, & lib. 3. epist. 21 prope finem, in omnibus Cyprianis codicibus legitur,* ordinatio clerica, & epistolæ clericæ.

γ ¶ Alligentur] *Emendatus & locupletatus est hic locus ex originali impresso, & manuscripto.*

Item, vt supra, Cyprianus ibidem.

¶ De eodem. C. VII.

Iuo p. 6. c. 396.
† Sacerdotiū] vera lectio.

SAcerdotium † [g] decretum religiose, & necessarie factum seruetur [h] à nobis: simul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes, & ministros Dei, altari eius, & ecclesiæ vacantes ad sæculares molestias deuocet. Obseruari enim de cetero poterit, ne ultra hoc fiat circa personam clericorum; si quod nunc factum est, fuerit vindicatum.

QVAESTIO IIII.

QVod vero [i] fulgidis.

a ¶ Tutorem.] Tutelam testamentariā nō recipient clerici: sed legitimam possunt si volunt sed non coguntur recipere eam. De hoc notatur 16. q. 1. generaliter. & 86. distin. peruenit.

Clerici an possint esse tutores.

b ¶ Probauit.] Id est, deuouit.

c ¶ Pro dormitione.] id est, morte. Nunquid ergo talis est excommunicatus? non: sed ideo fit, quia impœnitens decedit. Dicunt tamen quidam hoc esse dictum ad terrorē, ut extra de rap super eo. & de tutrice. c. i.

d MOllitijs.] Id est, delicijs.

e HI qui.] Vnde tunc non possunt uocari in ius. ff. de in ius uoc. l. 2.

f ¶ Sed die.] Horis tamen interpolatis. sic sumitur. 36. distin. si quis uult. & ff. de condi. & de. si quis ita. ubi dicitur, quod si alicui aliter legatum ē, ut cum filijs habitet, non requiritur quod in quolibet momētu sit cum eis [r].

r Ad idē ff. de an. lega. l. Mæuia. in pri. & §. 1. & sic etiam no. 12. dist. sacrosancta. unde & si per quatuor mēses seruiat: totius annire ditus consequi uidetur argu. ff. de an. leg. à nobis. Io. de Fan.

g SAcerdotium.] id est, constitutio de sacerdotibus.

h ¶ Seruetur.] Hæc sunt uerba cōstitutionis usque ad illum locum, [Obseruari.]

QVod uero fulgidis] CASVS. Hic intitulatur. 4. quæstio, vbi quæritur, an liceat clericis fulgidis uestibus ornari? Et respōdet quod non ad iactantiam, & ad laudem humanam, ut inf. cap. 1. sed si præter corporis voluptatem clerici pulchrū habeāt indumētū, dūmō sit honestū, non reprobatur, ut supra 41. dist. cap. per simoniam. In talibus enim non usus, sed libido est in culpa, vt ā. 41. dist. quisquis.

¶ Quod uero.] Nota. quod usur uestium non despicit: sed abusus, scilicet iactātia & uoluptas: quia in uictu nō refert quis, uel quid, uel quātum comedat dum-

dummodo non guloſe ſumat, ut 41. diſt. in quiſquis & ca delicię: idē dico in ueſte, ut 41 diſt. parſimoniā. & hic in cap. 1. Poſſunt ergo clerici ſecundum conſuetudinem regionis pretioſis ueſtibus uti, ut conformet ſe moribus eorum inter quos uiuunt, & ne uileſcat dignitas clericalis. arg. 80 diſt. epiſcopi ſed rubeis & viridibus pānis non utantur: omnes deſuper habebūt clauſas ueſtes, extra de uita & honeſt. cle. clerici. purpuram & cēdatum poſſunt ferre. Nam ueſtis? Domini purpurea fuit: nec tenet illud quod legitur extra de uita & honeſta. cleri. ſtatuimus. quia non fuit per uſum utentiū approbatū: ſicut nec illud Greg. vj. extra de appella. meminimus. Greg. tamen dicit, ꝙ ſi cultus pretioſarum ueſtium non eſſet in culpa, ſermo Dei non tam manifeſte expri- meret ꝙ diues indutus purpura & byſſo deſcendit ad inferos de pęniten. diſtinct. 3. cauendum. ſed illud non obſtat: quia ſine charitate erat. nam propter diuitias quis non damnaretur. 30 diſtinct. hæc ſcripſimus.

Veſtes ferātur ſecūdū regionis cōſuetudinē.

Pannis rubeis, & uiridib. clerici nō utātur.

melius redoleant propter uoluptatem: quod non licet 91. diſt. cantantes. & de conſe. diſt. 2. peracuit.

d ¶Imaginariis.] In quibus imaginamur & reſpicimus conditionem noſtram.

e ¶Neceſſitatem.] Id eſt, commoditatē & honeſtatē. t. ¶In

1 Nō dicit usm ſi ſolū neceſſitatē attēdas, pelſis caprina ſufficeret. quod nō ē uerū 41. di. parſimoniam. §. ul. ſecundum Io. de Fan.

& claris ueſtibus, eis ornari non liceat, in ſeptima ſynodo inbetur: in qua ſic ſtatutum eſt, c. 16.

¶Corripiantur clerici, qui vnguentis, & claris ueſtibus et fulgidis laſciuiunt. C. I.

Anſ. l. 6. c. 195. Iuo p 5. c. 377.

OMnis iactantia, & ornatura [a] corporalis à ſacrato ordine aliena eſt. Eos ergo epiſcopos, uel clericos, qui ſe fulgidis, & claris ueſtibus ornant, emendari oportet. Quòd ſi in hoc permanſerint epitimo [b] tradantur: Similiter & eos, qui unguentis [c] inunguntur. ¶Quoniam uero radice amaritudinis exorta contaminatio facta eſt in eccleſia catholica Chriſtianos calumniantium hereſis [a], & hi qui hanc receperunt, non ſolum imaginarias † [d] picturas abominati ſunt, ſed etiam omnem reuerentiam repulerunt, eos, qui religioſe ac pie uiuunt, offendentes (ac per hoc completur in eis, quod ſcriptum eſt, [Abominatio eſt peccatori Dei cultus;]) Igitur, ſi inuenti fuerint deridentes eos, qui uilibus, & religioſis ueſtibus amicti ſunt; per epitimum corrigantur. ¶A priſcis enim uſque temporibus omnis ſacratus uir cum mediocri, & uili † ueſte conuerſabatur. Omne quippe, quod non propter neceſſitatem [e] ſuam, ſed propter uenuſtatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Baſilius. Sed neque ex ſericis texturis veſtem quis uariatam induebat: neque apponebat variorum colorum ornamenta in ſummitate † [f] ueſtimentorum. Audierunt enim ex deifona lingua, quia [Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt.]

† al. imaginū

Eccl. 1.

† καὶ σεμνῆς In reg. breu. c. 49.

† al. ſummitatibus ἐν τοῖς ἄκροις

Matt. 11.

a ¶Hæreſis.] *Cum antea legeretur* hæreticorum; *ſic eſt emendatum ex Anaſtaſio, & Iuone, & reſpondet Græcæ uoci*, αἵρεσις: *atque ex iiſdem nonnulla alia ſunt reſtituta.*

OMnis iactantia.] CASVS Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod clerici fulgidis ueſtibus ſe ornantes, & qui vnguentis unguntur, epitimo tradantur. In ſecunda parte dicitur, ꝙ quidam erant hæretici, qui deridebant eos qui uilibus ueſtib. induebantur: dicentes ꝙ homines debebant ornari, & non eccleſiæ, quorum hæreſim ſi quis ſequitur per epitimium corrigatur. In tertia parte dicitur, quòd antiquitus homines utebantur mediocrib. ueſtibus, ſed non ſericis uel ornamentis uariorum colorum; quod iuxta Baſilium ex elatione mentis uidetur prouenire. Secūda pars incipit ibi, [Quoniam uero.] Tertia ibi, [Priſcis,] Supple ideo. [Hanc,] Id eſt, hæreſim uel contaminationem.

Item ex ſynodo ſexta, c. 27.

¶Clerici ſiue in itinere ambulantes, ſiue alibi degentes, congruis ſibi ueſtibus utantur. C. II.

NVllus eorum, qui connumerantur in clero, ueſtimentum inducens habeat, ſiue in ciuitate degens, ſiue in itinere [g] ambulans: ſed ſtolis [h] utatur, quæ conceſſæ ſunt clericis. Si uero quis tale quid fecerit; per vnam [i] hebdomadam ſuſpendatur †.

† ἀφοριζέσθω id eſt, ſegregetur.

Item Zacharias Papa in ſynodo Romana, c. 3.

a ¶Ornatura.] Quæ fit cauſā uoluptatis. aliàs ſecus, ut 41 diſt. parſimoniam. &c. deliciæ.

b ¶Epitimio.] Id eſt, ſuſpenſioni unius ſeptimanæ, ut inf. cap. proxi. Vel epitimium dicitur increpatio. vel eſt genus pœnæ.

Epitimiū quid ſignificat:

c ¶Qui unguentis.] Non propter ęgritudinem, ſed ut

f ¶In ſummitate.] Id eſt, in limbo.

NVllus.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ut nullus clericus ueſte utatur indecenti: ſiue muretur, ſiue vadat: ſed utatur ſtolis, id eſt ueſtibus uel cappis, q̃ ſunt conceſſæ clericis. & qui contra fecerit, per hebdomadam ſuſpendatur.

g ¶In itinere.] Niſi fuerit iuſta cauſa timoris. extra de uita & hone. cleri. clerici.

h ¶Stolis.] Id eſt, ueſte talari, ſuperpellicio, uel cappa.

i ¶Per unā.] No. de ſuſpēſione unius ſeptimanæ. ſic & conſec diſt. 2. ſi quis per ebrietatem. & 5. q. 2. præſenti.

Epiſcopi

¶Non sæcularibus uestibus, sed ordini suo conuenientibus clerici utantur. C. III.

EPiscopi, presbyteri, diaconi sæcularibus indumentis non vtantur, nisi, vt condecet, tunica sacerdotali[a]; sed neq; dum ambulauerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento [b] præsumant ambulare, præter, si in itinere longo ambulauerint, quia sicut mulier orans in ec-
1.Cor.11. clesia non velato capite deturpat caput suum iuxta Apostoli vocem; ita sacerdos sine operimento deturpat sacerdotium suum. Quòd si temere præsumpserit contra statuta agere; communione priuetur, donec, quæ statuta sunt, adimplere maturet.

¶Hæc synodus à Zacharia Papa habita extat in bibliotheca Vaticana, & Regiensi.

Item Leo Papa IIII. in synodo Romana, c.12.

¶Extra domum sine proprio ornatu sacerdotes non appareat. C. IIII.

Ans.l.7.c.162. Iuo p.13.c.7. SIne ornatu sacerdotali extra domos sacerdotes apparere non conuenit, ne, vt aliquis sæcularium [c] iniurias patiantur, sed ea solummodo, quæ per patres constituta videtur, obseruet. Contrarius deniq; inuentus, aut desinat, aut canonicæ subiaceat disciplinæ.

Et cōc. Eugenij tertij, c.2. *Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, c.4.*

¶Careant beneficijs ecclesiasticis, qui corrigi ab episcopis contemnunt. C. V.

Pann.l.8.c.140. PRæcipimus, vt tam episcopi, quàm clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere studeant: & nec in superfluitate, scissura [α], aut colore vestiũ, nec in tonsura intuentium (quorum forma, & exẽplum esse debent) offendant aspectum, sed potius, quod eorũ deceat sanctitatem, præ se ferant, quòd si moniti ab episcopis emendare noluerint, ecclesiasticis careant beneficijs.

¶Hoc caput editum est ab Innocentio II. in conc. Lateranensi, deinde ab Eugenio III in concilio Romano est innouatum.

α ¶Scissura] *Hæc vox non est in concilio Innocentij. In synodo aũt Eugenij in exemplari Gallico legitur,* fissura. *In Vaticano autem,* scissuræ: *& in nõnullis Gratiani vetustis exemplaribus,* fissuræ.

QVAESTIO V.

SVum vero [d] episcopum relinquere, et ab officio suo discedere, atq; ad sæcularem iudicem confugere nulli licet.

In capitul.l.6. c.143. *Vnde in Agathensi concilio, c.8. legitur.*

¶Clericus ad iudicem sæcularem confugiens, de communione ecclesiæ depellatur. C. I.

PLacuit, vt clericus, si relicto officio suo propter districtionem ad sæcularem iudicem [β] fortasse confugerit, & is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit; cum eodem de ecclesiæ communione pellatur.

β ¶Iudicem.] *Sic in recentioribus conciliorum Coloniensibus editionibus: sed à vetustioribus, & codicibus Vaticanis, & capitulari abest vox ista.*

Et in Aquisgr. c.74. *Item ex concilio Antiocheno, c.12.*

EPiscopi.] CASVS. Quidam clerici laicalibus indumentis utebantur: & sacerdotes sine pallio in publico apparebãt. quare statuit Zacharias, vt hoc de cætero non faciant, nisi itinere lõgo ambulauerint: quia sicut mulier orans nõ velato capite, deturpat caput suũ, id est, virum: ita sacerdos sine operimento deturpat sacerdotium suũ. Si quis vero cõtra hæc statuta fecerit, cõmunione priuetur.

a ¶Sacerdotali.] Id est talari. Seq. cap. planum est.

a ¶Sacerdotali.] Id est talari, vt 23. dist. nõ liceat.

b ¶Operimento.] Id est, sine cappa vel pallio.

c SIne ornatu.] ¶Sæcularium.] Ergo videtur quòd qui verberat tales, non sit excõmunicatus. extra de sent. exc. in audientia. sed hoc non est uerũ, ut notaui 17. quæst 4. quisquis. Ioann. de Fant.

PRæcipimus.] CASVS. Præcipit Innocentius in hoc c. vt clerici tam honestè in habitu corporis & in moribus se habeant, ut aspectum laicorũ, quorum forma esse debent, non offendãt. Si quis vero contra fecerit, nisi admonitus resipiscat; beneficio careat ecclesiastico.

SVum uero.] CASVS. Hic proponitur quinta quæstio, qua quæritur an clerici ab episcopo suo correcti officium relinquentes, ad sæcularem iudicem confugere possint? & respon. quod non, vt probatur per sequentia.

d ¶Suum vero.] Hæc q. determinatur 11. q. 1. placuit vt quicũq;. & c. inolita.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathen. quòd si quis clericus propter correctionẽ episco-

episcopi vitandam relicto ſuo officio ad ſecularem iudicem confugerit. & is ad quem confugerit, operam ei defenſionis præbuerit: vterque de communione eccleſiæ repellatur.

SI quis à proprio.] CASVS. Statutum fuit in concilio Antiocheno, vt clericus ab episcopo ſuo depoſitus, vel episcopus à ſynodo degradatus ad Imperatorẽ non recurrat, ſed recurrat ad ſynodum, & ibi alleget quæ ſibi profutura putabit: ꝙ ſi hoc facere contemnat, ſpem reſtitutionis in futurum nõ habebit.

a ¶Imperialibus.] Ab Imperatore non poteſt peti cognitio publicorum iudiciorũ: ſed episcopale iudicium poteſt peti ab eo. 11. q. 1. placuit, ut quicunque.

b ¶Nullam veniam.] Idem eſt in eo, qui excommunicatus celebrat. 11. qõ. 3. ſi quis episcopus. idem in eo qui tranſit ad aliam eccleſiam auctoritate propria 7. q. 1. ſi quis presbyter.

SI quis cuiuſlibet.] CASVS. Statutum fuit in cõcilio Carthaginenſi, ꝙ ſi aliquis eps iudicio episcoporum fuerit dãnatus, non debeat à ſua eccleſia, vel ab aliquo homine defendi. & qui eum defenderit, pœna pecuniæ, & amiſſione ſui honoris punietur: à qua pœna nec ſexus, nec ætas excuſatur Sequen. capi. patet.

c ¶Pœna.] Arg. pœnã pecuniariam poſſe infligi ab eccleſia. 23. diſtinct. quanquam. 18. diſtin. quoniam quidem. 16. qõ. 1. ſtatuimus. & q. 6. cognouimus & 23. q. 5. de Liguribus.

d ¶Nec ætatem.] Dũmodo ſit capax doli, ut de conſec. diſtin 4. cos. extra de delict. pue. c. 1 & .

e SI fortè.] ¶Suſceperit.] Ad defendendum.

SI quis episcopus.] CASVS. Statuit Martinus Papa in hoc capit. quòd ſi episcopus, vel alius clericus conqueritur ſe iniuſtè damnatum, recurrat ad cõcilium episcoporum: & ibi ſi quas habet innocentiæ cauſas alleget. ſi autem voluerit ad principem recurrere, nullam ſpem futuræ reconciliationis habebit.

f ¶Palatio] Nullus enim episcopus vel presbyter ſine con-

¶Presbyter, vel diaconus ab episcopo depoſitus Imperatorem non adeat. C. II.

j SI quis à proprio episcopo depoſitus presbyter, vel diaconus, aut etiam ſi à ſynodo quilibet episcopus fuerit exautoratus; moleſtiam Imperialibus[a] auribus inferre nõ præſumat: ſed ad maiorum episcoporũ ſynodum ſeſe conuertat, & quæ ſe putat habere iuſta in eorum concilio alleget, atque ab his de ſe expectet, quæ fuerit de prompta ſententia. Quòd ſi deficiens puſillanimitate hoc noluerit facere, ſed importunus fuerit Imperatori; huiuſmodi nullã veniam[b] habeat, neque locum vllius aſſertionis ſuæ, nec ſpem recipiendi gradus habeat in futurum. Burc. l. 2. c. 180. Iuo p. 6. c. 225.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto, c. 2.

¶Non defendatur ab aliquo, qui episcoporum iudicio damnatur. C. III.

ij SI quis cuiuſlibet honoris clericus iudicio episcoporũ pro quocunq; crimine fuerit damnatus; nõ liceat eum ſiue ab eccleſijs, quibus præfuit, ſiue à quolibet homine defendi, interpoſita pœna[c] damni pecuniæ, atq; honoris; quo nec ætatem[d], nec ſexum excuſandum eſſe præcipimus. Deuſdedit p. 4.

Item ex concilio Arelatenſi, c. 4.

¶Communione priuetur, qui eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam fugientem diſpenſare præſumit. C. IIII.

SI fortè aliquis clericorum regulam diſciplinæ eccleſiaſticæ ſubterfugiens fuerit euagatus; quicunq; eum ſuſceperit[e], & non ſolum pontifici ſuo non reconciliauerit, ſed magis defendere præſumpſerit; eccleſiæ communione priuetur.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 35. In capitulis ſynod. græc. Mar. Brachar. c. 35.

¶Spe reconciliationis careat, qui ab episcopis condemnatus Imperatorem adierit. C. V.

iij SI quis episcopus, presbyter, aut diaconus excommunicatus, in concilio iniuſtè ſe quæritur cõdemnatũ; ad maiorem *a* episcoporum ſynodum reuertatur, & eorũ inquiſitionem, & iudicium expectãs, ſi quas ſe iuſtas cauſas habere putat, illis exponat. Si autem contempſerit, & importans † ſe palatio[f], aures principum inquietare voluerit; hic ad nullam veniam poterit peruenire, neq; ſpem futuræ reconciliationis habebit. Concor. T. e. c. ſi q̃s à proprio. † *al. importunans*] *importunus palatio*]

a ¶Maiorem] *Antea legebatur*, maiorem episcoporum concilium. *Emendatum eſt ex codice Lucenſi regio: quoniam concordat cum canone Antiocheno ſupra ea. ſi quis à proprio. vnde videtur ſumptum.*

Item Gregorius Conſtantinæ Auguſtæ, lib. 4. epiſt. 34.

¶*In vulgatis, & pleriſque manuſcriptis legitur*, Cõſtantino Auguſto. *Emendatum eſt ex vno vetuſto Gratiani, & altero epiſtolarum Beati Gregorij: licet in editionibus illarum ſit*, Conſtantiæ

conscientia aliorum episcoporum ibit ad Imperatorem.23.q 8.si quis episcopus.

SI episcoporum.] CASVS. Quidam episcopi cũ suas causas coram Apostolico tractare deberent, refugium habebant ad iudices sæculares. quod Greg. suis pecca-

cant sed pro pœna, quã ego sustineo, sicut Iob egit gratias Deo pro sua pœna: nõ pro persecutione malorum, cum sic dixit: Sit nomen domini benedictum.

Augustæ. *Nam uxorem Mauritij Imperatoris, ad quam scribit B. Gregorius, Constantiam uocatam esse testantur Zonaras, Nicephorus, Cedrenus & Anastasius bibliothecarius: & Ioannes diaconus in Vita B Gregorij lib.3.num.51. referens epistolam, ex qua sumptum est hoc caput, Constantina Augusta scriptam asserit.*

Vidã episcopus.] CASVS. In superiori causa tractatum est de obedientia clericorum erga suos episcopos. Sed quia quandoque quis iurat se suo prælato non obedire, iõ Gratianus hanc xxij. causam subnectit: in qua de iuramento tractat, & de mandato: et quot comites iuramẽtum habeat: quæ ut melius appareant, proponit thema, de quo quinq; elicit quæstiones.

¶Episcoporum causæ coram principibus examinari non debent. C. VI.

Ioan. diac.l.3. c.52. SI episcoporum causæ mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrocinijs disponuntur; infelix ego in ecclesia ista quid facio? Sed ut episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad sæculares iudices habeant; omnipotenti Deo gratias ago [a], peccatis meis deputo. Hoc tamen breuiter suggero, quia aliquantulum expecto; & si ad me diu uenire distulerint †, exercere in eos † districtionem canonicam nullo modo cessabo.

† *al. distulerit.*] orig.
† *in eo*] orig.

Qvòd iuramentũ.] Hæc quæstio diuiditur in quinque partes: I quarum prima probatur per 10.c. quod possumus iurare pro re licita, & ex causa: aliàs non. Secunda ibi, [Quæritur quis.] Tertia ibi, [Ex præmissis.] Quarta ibi. [Sed quæritur.] Quĩta ibi. [Periurij.] Ioan. Fant.

CAVSA XXII.

QVidam episcopus iurauit falsum quod putabat uerum: quo comperto archidiaconus eius iurauit se nũquam præstaturum ei obedientiã. Compellitur archidiaconus ab episcopo ad exhibendam sibi consuetã reuerentiam. Accusatur episcopus de duplici periurio, & de eo, quod falsum iurauit, & quia archidiaconum ad peierandum compellit.

1 *Primo quæritur, an iuramentum sit præstandum: an non.*

2 *Secundo, si sit periurus, qui iurat falsum, quod putabat uerum.*

3 *Tertio, si licuit archidiacono denegare episcopo consuetam obedientiam.*

4 *Quarto, si constiterit esse illicitum, quod iurauit archidiaconus, an sit seruandum.*

5 *Quinto, si constiterit illud seruãdum esse, an episcopus sit reus periurij, qui contra iuramentum archidiaconum suum ire compellit.*

CASVS Hic proponitur prima quæstio, in qua quæritur an iuramentum sit præstandũ ab aliquo, uel non. Et certum est quod sic, in casibus istis, scilicet, pro pace seruanda inter aliquos, ut infra e. omne. Pro fama, scilicet cum aliquis est infamatus ut 2.q.5.presbyter. Itẽ pro fide catholica seruanda, ut 1.q.7. quoties de cons.dis.2.ego Berengarius, Et pro fidelitate seruanda, ut § 23.d.st.quãquã.infra e. q.5.de forma. Et pro cautione damni non faciẽdi ut 28 di de Syracusanæ. Et pro defectu, uero, scilicet ne ueritas occultetur, ut 24. q 2.quisquam. Quid autem sit iuramentũ & quot habeat comites, cõsueuit in summa huius quæstionis notari. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæstione. Primo probat quod iuramentũ nõ sit præstandũ duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Iacobi. Postea soluit dicens, quod sponte iurare quis non debet, sed propter necessitatẽ potest, ut pro innocentia sua purganda: & pro pace facienda: aut propter incredulitatem aliquorum.

QVAESTIO PRIMA.

1 Ps *Qvòd iuramen-*

peccatis deputat. de hoc tamen referẽdo gratias Deo, scribit Constantinæ Augustæ, dicens quod nisi episcopi cito ad eum uenerint. canonicam districtionem in eos exercebit.

Tribulatus agere debet gratias Deo.

a ¶Gratias ago.] Nun de facto ipsorum: qui ipsi pec-

tum [a] *præstandum non sit, auctoritate canonica scripturæ probatur. Ait enim Christus in Euangelio discipulis.* [*Sit sermo vester, Est est, non non* [b] *: quod autem amplius est, à malo* [c] *est*]*Item Iacobus in epistola.* [*Ante omnia fratres mei nolite* [d] *iurare omnino.*]*Vtraque auctoritate iuramentum prohibetur præstare. Sed aliud est, ad iuramentum sponte accedere: aliud, vel ad asserendam innocentiam suã, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus, quando pigri sunt credere quod eis utile est, iuramentum offerre. Primum prohibetur: secundum conceditur. Non enim iurare omnino peccatum est.* *Matth. 5.* *Iac. 5.*

Vnde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur.

¶Iuramentum pro fœdere pacis est faciendum. C. I.

OMne, quod [e] in pacis fędera venit; tunc solidius subsistit, cum iuramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne, quod amicorum animos conciliat; tunc fidelius † durat, cum eos sacramenti uincula ligant. Omne etiam quod testibus † adstipulatur; tunc uerius constat, cum id adiectio iurationis affirmat. Quòd si & testis *a* deficiat [f]; innocentis fidem sola iurisiurandi taxatio [g] manifestat. Iuo par. 12. c. 2. Pann. l. 8. c. 83. † *al. fixius* † *al. testis*

a Si & testis] *In vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & vno monasterij Dominicanorum legitur,* Quod etsi gestis deficiat, nocentis fidem, &c. *Sed recentiores editiones Colonienses, & codex Lucensis regius habent vt Gratianus & Iuo, & Pannormia.*

Item Augustinus super epistolam ad Galatas, cap. 1. in fine. Et Beda. t. Co. 13.

¶Iuratio non est prohibenda, nec tanquam bonum appetenda. C. II.

NOn est contra præceptum iuratio, quæ à malo est, nõ iurantis, sed incredulitatis eius, cui iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse à iurando, vt, quantum in ipso est [h], quisque non iuret; quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnũ Sent. 3. dist. 39. Poly. l. 6. tit. 12. Iuo p. 12. c. 3. Pann. l. 8. ca. 84.

Iurare qd sit.

a ¶Quòd iuramentum.] Ad intelligentiã sequentium videndum quid sit iurare: & quid iuramentum, quæ causa institutionis iuramenti: & quæ sit forma iuramenti. Iurare est aliquid Deo teste dicere. Iuramentum est vox ipsius iurãtis, uel actus ipse, uel ipsum qđ iuratur.

Iuramentũ duplici causa est institutum.

Causa institutionis vna est propter infirmitatem hominum de facili dubitãtium: cum enim volumus aliquibus persuadere quod eis vtile est, & non credunt simplici verbo, permittit nobis iurare, vt j. ea. non est. & ca. ita ergo. & cap. si peccatum. Alia causa est propter idololatriam. sicut enim cõcessum fuit vt hostias Deo immolarent, ne eas offerrẽt dæmonibus, sic potius permissum fuit, ut per Deum iurarent, quàm per creaturas: ne inciderent in crimen idololatrię, vt infra ead. considera.

Iuramenti forma.

Forma autem iuramenti alia fit solo sermone: alia fit interuentu alicuius rei sacræ. Illa quæ solo sermone fit, secundum tria tempora triplex inuenitur.

Iuramenti differentia secundum tria tẽa.

Aliter enĩ iurabant in veteri lege: aliter in primitiua ecclesia: aliter hodie. In ueteri lege iurabant, Viuit Dominus, viuit anima mea: hæc addat mihi dominus, vt j. ea. & iurabunt. In primitiua ecclesia iurabatur, testis est mihi Dñs: testis est mihi conscientia: hoc dico coram Deo vt inf. ea. si peccatũ. Hodie iuratur, per Deum, &, sic me Deus adiuuet. vt 33 q. 6. de parẽtela.

Pęna periurij.

Pœna periurij est sicut de alijs mortalibus, vt infr. ea. q. ca. vlt. & fit intestabilis, vt inf. e q. 5. paruuli huicañt q̃stioni ꝓpositę breuis daĩ solutio: q̃a iuramẽtum non est præstandum nisi in dubijs & necessarijs, cum pigri sint homines ad credendum, vt infr. ea. ita. & c. si peccatum.

b ¶Est est, non non.] Ideo fit geminatio, ut referatur ad eos, & ad cor, vt extra de iureiur. & si Christus. & negatio duplex hic non inducit affirmationem: licet sit arg. contra ff. de verb. sig. duobus verbis.

c ¶A malo.] Ab incredulitate, scilicet illius cui iuratur, vt extra de elect. significasti.

d Nolite.] Sic tantum remouet indiscretum iuramentum, uel vult dicere, ꝙ non pro qualibet re sit iurandũ. quia non pro vili, ut 2. q. 5. si quis. Ioan.

OMne.] CASVS. Statuit concilium Toleta. in hoc capi. quod pro tribus causis potest quilibet iurare, scilicet pro pace facienda vel consolidanda, & cũ in iudicio per testes veritas comprobatur. & cum qs suam innocentiam purgat.

e ¶Omne quod.] Item quatuor hic ponit casus, in q̃bus potest iurari. sunt & alij, quos habes 2. questio 5. in prin & 22. dist. de Syracusanæ. & extra de iur. calum. cap. 1. extra de elect. significasti.

f Deficiat.] Supple & reus sit infamatus. aliàs deficiẽte accusatore non cogitur se reus expurgare, nisi fuerit infamatus, vt 6. q. vlt. quod autem. licet quidam voluerint dicere contra. C. de reb. cred. in bonæ. & hæc dictio sola, excludit hic vulgarem purgationẽ †: sed non excludit numerum compurgatorum.

†Quæ aliena debet esse à sacro ordine. 2. q. 5. monomachiã. L.

g ¶Taxatio.] Id est, impositio iudicis. est enim taxare modus iurandi. extra de purga. can. cum in iuuentute. Ioan.

NOn est contra:] CASVS. Quidam dicebant. ꝙ nullo modo erat iurandum: & hoc probant auctoritate Domini dicentis. sit sermo vester, est est, &c. Aug. vero ostendit, ꝙ iurare non est peccatum: quod probat exemplo Apostoli, qui iurauit bis verbis, per gloriam uestram quotidie morior quam locutionem eaẽ plana græca iurationem esse ostendunt, siue demonstrant, & docet ꝙ Dominus non prohibuit iuramenta, nisi quæ fiũt ex cupiditate & dilectione iurandi.

h ¶In ipso est.] Infra ea. si peccatum. 1. quæst. 3. antecessor, Ioan.

a ¶Audien-

Iurare nolens est habendus hæreticus.

a ¶Audiendi sunt.] Immo eo ipso ꝙ nolunt iurare, sunt habendi hæretici, extra de hæret. excommunicamus, &c. ad abolendam. §. si qui. quidam enim nimis faciles sunt ad iurandum: quidam metu diuini numinis vsque ad superstitionem perueniunt, vt ff. de condi. insti. quæ sub conditione. Ioan.

IN nouo.] CASVS. Dicit August. ꝙ prohibitum est: ne omnino iuremus: non quia iurare sit peccatum: sed quia peierare peccatum est, ad quod per iuramentum peruenitur.

aut suaue aliquid. Nam vtique Apostolus nouerat præceptum Domini: & iurauit tamen. Non enim audiēdi sunt [a] qui has, iurationes esse non putant. Quid enim facient de

1. Cor. 15.

illa? [Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quā habeo in Christo Iesu Domino nostro]: quam græca exēplaria manifestissimam iurationem esse conuincunt. Prohibemur ergo [α] iurare cupiditate, aut delectatione † iurandi. Quamuis enim iuramentum amplius sit, quàm, est, est, non, non, & ideo à malo sit, non tamen à malo tuo, sed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem.

† al. dilectione

Matth. 5.

α ¶Prohibemur ergo] *Apud B. Augustinum, & cæteros collectores hic locus habet.* Quantum ergo in ipso est, non iurat Apostolus: non enim appetit iurationem cupiditate, aut delectatione iurandi. Amplius enim est quàm est, est, non, non: & ideo à malo est, sed infirmitatis, &c.

Item Augustinus in epistola 154. ad Publicolam.

¶Peierare peccatum est, non iurare. C. III.

Iac. p. 12. c. 4.
Pann. l. 8. c. 85.

IN nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus. Quod quidem mihi propterea dictum uideatur; non quia verum iurare peccatum est; sed quia peierare [b] immane peccatum est, à quo longe nos esse uoluit, qui omnino ne iuremus, admonuit.

Beda. 1. Cor. 15.

Idem sermone trigesimo de uerbis Apostoli.

¶In necessarijs verum iurare peccatum non est. C. IIII.

Poly. l. 6. tit. 11.
1. Cor. 15.

VT noueritis verum iurare non esse peccatum; inuenimus et apostolum Paulum iurasse: [Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.] Per vestram gloriam iuratio est. Non enim sic ait, per uestram gloriam morior, quasi uestra gloria me facit mori: quomodo si diceretur per uenenum, [β] per gladium, per bestiam, per inimicum, mortuus est: intelligeretur faciente inimico, faciente gladio, faciente ueneno mortuus est.

β ¶Per uenenum.] *Apud B. Augustinum & Bedam sic legitur,* quomodo si diceret, per uenenum mortuus est, per gladium mortuus est, per bestiam mortuus est, per inimicū mortuus est, id est faciente inimico, faciente gladio, faciēte veneno, & similia: Non sic dixit per uestram gloriam.

Idem de sermone Domini, lib. 1. c. 30.

¶Nec tanquam bonum appetendum, nec tanquam malum, iuramentum est uitandum. C. V.

ITa ergo præcepisse Dominum intelligitur, ne iuretur, ne quisquam, sicut bonum [c], appareat iusiurādum, & assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem [d] delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, se in necessarijs iurationem habēdam; refrænet se quantū potest,

b ¶Sed quia peierare.] Arg. ꝙ quandoq; prohibetur aliquid non propter se, sed propter aliud, quod inde sequi potest 1. 11. q. 3. nolite. & 37. dist. ideo. instit. oi bo. rap. §. sed oe dum talia. 41. distin. quisquis 32. q. 1. habebat. 2. qō. 7. præsumunt. 23 quæst. 3. Deus. vbi aliquid prohibetur propter suum contrarium, sicut hic.

† Arg cōtra 23. qo. 5 de occidēdis.

VT noueritis.] CASVS. Probat in hoc ca. Aug. quod iurare non est peccatū: quod probat exemplo Apostoli, qui iurauit hoc modo: per gloriā uestram, &c. Et quod ista uerba sint iuramentum, patet. non enim sic intelligūtur ut gloria morum faceret Apostolum mori, sicut per uenenum uel per gladium moritur homo.

ITa ergo.] CASVS. Casum istum sic pones. Dicitur in hoc capi ꝙ quædam sunt appetenda per se, ut virtus: quædam vero appetenda sunt propter necessitatem, vt iusiurandum. unde aliquis iurare non debet, nisi necessitas eū cogat, scilicet cum uidet pigros homines ad credendum, qui non crederent nisi iuretur: cum uero non adest necessitas, sit sermo uester, est, est, nō, non. Si autē amplius fuerit, scilicet iuramētum in tempore necessitatis: non est a malo iurantis, sed à malo, id est, infirmitate recipientis: à qua infirmitate quotidie deprecamur liberari. Sequens cap patet.

c ¶Bonum.] Arg. ꝙ bonum prohibetur propter consequens malum. ut 21. distin. denique. ultima enim uicina sunt uirtutibus, ut 41 dist sæpe.

d ¶Cōsuetudinē.] Assiduitas enim facit aliquid pecca-

Assiduitas faceri aliqd esse peccatum. peccatum, quod aliàs non esset, vt 25. dist. criminis appellatio.

a ¶Non dixit.] Vim ergo debemus facere in verbis secundum ius, vt 8. dist. si consuetudinem. & ff. de uerb. obliga si quis stipulatus.

b ¶V malū.] Quod vtiliter.] & si propter utilitatem alterius possum iurare, multo magis propter meam, ut 22. qō. 5. si non licet.

Iurature p vtilitatem.

E T iurabunt.] CASVS. In veteri testamento iurabant Iudæi per idola: postea Dominus ad condemnationem idolorū, & ut Dominus per os hominum commendaretur, docuit per prophetas vt Iudæi per Dominum iurasent. Et hoc probat Hierony. duabus auctoritatibus & sic aliquis non potest dicere quod Euangelium in omni casu nos iurare prohibeat. Et nota quod prima auctoritas est in principio. secunda in fine, ubi dicitur, [viuit Dominus.]

c ¶Sed hic, iurabis, &c.] Prima ratio.

d ¶Pro confessione.] Iurando enim per Deum confitemur ipsum.

e ¶Offendicula.] Id est idola per quæ iurabant.

f ¶Mortuorum.] Scilicet deorum. Iosu 1.

Sub. qui p hoc dāna-bant, & cō-séptibiles habebant, & qoia nō credebat populus Ip sos hēc a'i-qd numī-nis in se, si cut prius qā iurabat per ipsos.

C Onsidera.] CASVS. Hieronymus ostendit in hoc cap quod Christus non prohibuit iurare per Deū, sed per creaturas, non quod hoc fiat recte: sed quia melius est per Deum iurare, quàm per dæmones, uel alias creaturas: sicut non recte Iudæi Deo uictimas immolabāt: sed quia melius est Deo immolare quàm dæmonijs. Seq. e. pes te uidere p̄teris.

g ¶Sed per cœlum.] Licet p creaturas nō possumus iurare, iuramus tamen per Euangelium, quod est creatura: quia ibi tantum respectus habetur ad Deum. Ideo autem prohibetur iurari per eas, ne per contemptum earum peieretur, ut infra. ead. § sed

Iurare per creaturas non licet.

obijcitur & ne uideatur numen esse in eis. infr. ead. § vlt.

h ¶Melius esset Deo.] Electiue ponitur, non comparatiue. sic 11. q. 3. nemo periturum.

i ¶Lericum.] ¶Iurante.] Sine solennitate. tūc enim de-

ut non ea utatur, nisi necessitas † cogat: uidelicet, cum uidet pigros esse homines ad credendum, quod eis utile est credere, nisi iuratione firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod sic dicitur: [Sit autem sermo uester, est, est, non, non.] Hoc bonum est, & appetendum: [Quod autem amplius est, à malo est:] id est, si iurare cogeris, scias de necessitate uenire infirmitatis eorum quibus aliquid suades: & quæ infirmitas utique malum est: unde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus: [Libera nos à malo.] Itaque non dixit [a], quod non autem amplius est, malum est. Tu enim † non malum facis, qui bene uteris iuratione.

† *necessitate cū uidet*] ori. *Matth. 5.* *Matt. 6.* † *autem*

Idem ibidem continenter.

¶Iurare non est peccatum. C. VI.

mendacium eſt, vtiq. turpe eſt. Non eſt mentiendum ſexto genere: neque enim recte etiam teſtimonij veritas pro cuiuſquam temporali commodo, ac ſalute corrumpitur: ad ſempiternam [a] vero ſalutem nullus ducendus eſt, opitulante mendacio. *& infra*. Neque ſeptimo genere mentiendum: Non enim cuiuſquam commoditas, aut ſalus tēporalis perficiendæ [b] fidei præferenda eſt †. Nec ſe quiſquam γ in recte factis [c] noſtris tam male moueri ſentiat; ut fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior. *& infra*. Nec octauo genere mentiendum eſt: quia & in bonis [d] caſtitas animi pudicitiæ δ corporis præfertur [e]: & in malis id, quod ipſi facimus, eo quod fieri ſinimus, nobis damnabilius [f] eſt. ¶In his autem octo generibus tanto quiſque minus peccat, cum mentitur; quanto, magis ε à primo recedit [g]. Quiſquis autem eſſe aliquod genus mendacij, quod peccatum non ſit, putauerit; decipiet ſe ipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum.

† Concor. l. ſācimus. & ibi Bar. C. de epiſ. & cle. gl. in l. ſi quis Titio ff. de lega. 2.

α ¶Ininſte.] *Abeſt ab originali vox iſta, pro qua in duobus Gratiani codicibus legitur*, iuſte.

β ¶Quocumque interrogante.] *Addita hæc ſunt ex orig.*

γ ¶Se quiſquam.] *Apud B. Auguſtinum, & Iuonem eſt*. Nec ſi quiſquam in recte factis noſtris tam male mouetur, ut fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior; propterea recte facta deſerenda ſunt. *Sed ob gloſſam in ver.* recte factis, *non eſt mutatum*.

δ ¶Pudicitiæ.] *Apud eoſdem habetur*, pudicitia corporis, & in malis id, quod ipſi facimus, eo quod fieri ſinimus, maius eſt. *Sed eadem cauſa obſtitit ne mutaretur*.

ε ¶Quanto magis] *In originali legitur*, quanto emergit ad octauum; tanto amplius, quanto deuergit ad primum. *Sed erat gloſſa in ver.* recedit.

Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſerm. 31. al. 29.

¶Non licet alicui humilitatis cauſa mentiri. C. IX.

4 CVm humilitatis [h] cauſa mentiris; ſi non eras peccator, antequam mentireris, mentiēdo efficeris quod euitaueras. Veritas in te nō eſt; niſi te ita dixeris peccatorem, vt etiam eſſe cognoſcas. Veritas autem ipſa eſt, ut quod es, dicas. Nā quomodo eſt humilitas, ubi regnat falſitas [i]? Ino p. 12. c. 42. Pann. l. 8. c. 128.

Facto quamquam licet, quod non licet verbo,

a ¶Ad ſempiternam.] Sed qualiter poteſt aliquis ad æternam ſalutem duci per peccatū? Reſpon. indirecte, vt ſi monachus dicat regulam ſuam eſſe dulcem, & per tale mendaciū ineretur aliquē Chriſto. & eſt ſimile 1. q. 1. ꝗ pio. 45. diſt. de Iudæis. & ſic patet ꝙ nullus debet mētiri vt alius periculū corporis vel rerum euitet. 14. diſ. quod ait. & inf. ea. faciat.

b ¶Perficiendæ.] i. ſalutem alterius nemo debet præferre proprie fidei.

c ¶Factis.] q. d. licet nos ſancimus, ꝙ nemo debet mentiri pro vita alterius: nō ideo aliquis ita crudelis vel impius ſit, ꝙ non defendat talem facto, licet verbo non poſſit defendere ipſū.

d ¶Quia & ī bonis.] Id eſt, inter bona.

e ¶Præferunt.] Vt 32. q. 5. tolerabilius.

f ¶Dānabilius.] Electiue ponitur: & eſt ſenſus: malum quod nos facimus, ſcilicet mendacium, eſt nobis damnabile. ſed quod ſinimus fieri homicidium, nobis nō eſt damnabile [r].

r Hoc verū intellige ubi nō poſſumus prohibere. aliàs ſecus. & ut 24. q. 3. nō ī inferēda & c. vlt. 2. q. 7. negligere. ex. de ſent. excō quantæ. & lib. 6. eo. tit dilecto. ubi eſt exſpreſsū: & 83. diſt. c. 1. & ita ſentit hic Hu. qui enim cū poteſt, malo nō obuiat, conſentit. conſentientem uero & facientem par pœna cōſtringit 2. q. 1. notū. extra de of. delega. ca. 1. Arch.

g ¶Recedit.] Non videtur hoc verū: quia minus peccatur ſeptimo genere mēdacij, quàm octauo: quia maius malū vitatur per ſeptimum mendaciū quàm per octauū. Ad hoc dico ꝙ receſſus iſte non conſideratur ſecundum ordinem mendaciorum, quem hic enumerat: ſed potius conſideratur circa qualitatē primi mendacij. Nā primū mendaciū conſiſtit in religione: quod maximū eſt. vnde eſt maximū peccatum ſic in hoc mentiri. quanto ergo magis receditur à religione, tanto eſt minus peccatū. Vel dicas ꝙ tria ultima peccata non differunt inter ſe niſi ſecundum qualitatē facti. & ita non reputat iſta tria mendacia pro diuerſia. Io.

CVm humilitatis.] Hæc eſt 4. pars q. in qua probat per 12. auctoritates ſanctorum, quòd in nullo caſu ſit mētiēdū: tamen qui iocoſe mentitur, cū decipere nō intēdit, vel cauſa pietatis, minus peccat. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic quod nemo debet cā humilitatis mentiri: quia qui peccator non erat, efficitur peccator, quia veritas non eſt in eo: nec poteſt eſſe in eo humilitas vbi regnat falſitas. Sequen. cap. patet.

h ¶Cum humilitatis.] Sed nonne bonarū mentiū eſt ibi recognoſcere culpā ubi culpa nō eſt, ut ī. diſt. 5. ad eius? Reſpō. in genere pōt quis dicere ſe eſſe peccatorē: quia nemo ſine crimine uiuit, ut 25. diſt. §. criminis. & recognoſcēdo in ſe culpā eſſe, nō peccat: dūmodo hoc credat verū eſſe quod dicit: 50. diſt. ante oīa. & 2. q. 7. quā quā. ſed ſpecialiter dicēdo aliqd peccatū de ſe cuius contrarium eſt verū, mortaliter peccat. Sed obijcit de ſacerdote, qui oīa crimina ſpecialiter de ſe confitetur. Sed dic ꝙ dic quòd illud facit in perſona eccleſiæ: nullū. n. vitiū eſt quòd nō reperiat in aliquo mēbro eccleſiæ. uel dic ut dicit Aug. quòd in uno peccato multa peccata poſſunt notari. cum enim quis peccat mortaliter. committit homicidium, occidēdo animam ſuam: cōmittit furtum, quia ſe ſubtrahit Deo: adulterium, quia recedit à Deo, & fornicatur cum diabolo: periuriū, quia fidē promiſſam in baptiſmo, nō ſeruat. Et quod dicit in omnibus uitijs in quibus miſer homo peccare poteſt, &c. ibi comprehenduntur genera ſingulorū, & non ſingula generū. tres enim ſunt modi peccandi. ſ. delectatione, conſenſu, & opere. ī. de pœ. diſt. 1. ſicut.

Peccatorē ſe dicēs verū peccat.

Peccatum vnū cōmittens multa committit

i ¶Falſitas.] Quia duo contraria non poſſunt eſſe in uno ſubiecto, ut 32. q. 1. cum renunciatur.

Mihi

MIhi autem.] CASVS. Dicitur hic quòd quis peccat mentiendo quolibet genere mendacij: minus tamen peccat qui causa consulendi mentitur, quàm qui causa nocendi. Et similiter minus peccat qui uiatorē in aduersum iter transmittit, quam qui uiam uitæ per men- ire super pontem t. & vbicunque aliquis obscurè vel ambiguè loquitur, vt ff. de iure fis. tta fidei.

d ¶Mentitur.] Vt lædat aliquē: secus si iocosè mentiatur, vt inf. c. proxi. Quid ergo dicis de Abraham; nū nē mentitus est, cum aliud gereret in animo, vt inf. ea §. Abraham? Item quid de Paulo, qui dixit: Nesciui quia princeps esset, cum sciret? vt 23. q. 1. paratus. Itē qd de mēdacio Iehu, qui aliud in animo gerebat, ut infra c. vtile? Ad hoc dicēdum est, ꝙ Abraham mystico intellectu verum dixit, ostendens patrem & filium in fine temporum reuersurum ad Iudæos, cum omnes reuertentur ad ipsum. Paulus per illa verba prædixit destructionem regni Iudæorum futuram veniente Christo. Item Iehu non fuit mentitus, sed ironicè locutus est. Vel dic ꝙ inspiratione diuina hoc dixerunt, vt extra de diuor. gaudemus.

t Vt ff. de pact. l. veteribus.

Abraham Paulus, & Iehu, an fuerint mēdacij expertes

Item Gregorius, lib. 26. moralium, c. 2.

¶De eodem. C. X.

INcautè sunt a humiles, qui se mendacio illa queant.

a ¶Incautè sunt.] *Sic in plerisque manuscriptis: vulgata lectio erat*, Incauti sunt homines. *Integer autem B. Gregorij locus sic habet*, Incautè sunt utiles, qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam uitant, immo mentiendo superbiunt: quia contra ueritatem se erigunt, quam relinquunt.

Item Augustinus super Ioannem, tractatu 43.

¶Non licet mentiri, ut arrogantia vitetur. C. XI.

NOn ita caueatur arrogantia, ut ueritas relinquatur.
Idem in Enchiridio, c. 18.

¶Non omne mendacium æquè peccatum est. C. XII.

Ivo p. 12. c. 51. MIhi autem uidetur peccatum esse quidem omne mēdacium: sed multum interesse, quo animo, & quibus de rebus a quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille, q consulendi b, quomodo ille, qui docendi uoluntate mentitur: nec tantum nocet, qui uiatorem mentiendo in aduersum † itermittit; quantum, is qui uiam uitæ mendacio fallente deprauat.

† al. diuersum

¶*Nonnulla in hoc capite sunt inducta, & alia emendata ex B. Augustino, & Iuone.*

Item Augustinus in libro de conflictu vitiorum, atq; virtutum, c. 19.

¶Non est aliquo modo quilibet decipiendus. C. XIII.

Ivo p. 14. c. 44. NEc artificioso c mendacio †, nec simplici uerbo oportet decipere quenquam, quia quomodolibet β menti tur d quis, occidit animam.

† al. ingenio

β ¶Quomodolibet.] *In ipso libello legitur*, quolibet artis modo mentiatur, os, quod mentitur, occidit animam. *Sed Ivo cum Gratiano concordat.*

Item Augustinus in quinto psalmo ad vers. [Perdes omnes qui loquuntur.]

¶Pro temporali uita alicuius, perfectus mentiri non debet. C. XIIII.

Ans. l. 12. c. 79. Ivo p. 12. c. 46. Pann. l. 8. c. 130. NE quis arbitretur perfectum & spiritualem hominē pro ista tēporali uita, in cuius morte nō occiditur e

NE quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de perfecto, qui firmum propositum habet de non mentiendo, hic mortaliter delinquit, si pro alio mentiatur, & ideo si non uult uerum dicere, taceat, ne dicendo veritatem proximum lædat. In secunda parte ponit duo genera mendaciorum. vnum quod fit causa ioci, & aliud quod fit causa consultationis, in quibus imperfectos mētitur, vel fortè etiam perfectus uenialiter delinquit. In tertia parte dicitur, quod non debet mendax reputari qui gladium sibi commendatum promisit alicui se redditurum quando perierit, & postea non reddet ei si petierit, cum factus fuerit furiosus, ne se vel alium interimat. Secunda pars ibi, [Duo vero.] Tertia ibi, [Illud vero.]

s Nota, ꝙ multiplex est pfectio, .s. perfectio sufficiētiæ, ordinis, p̄lationis, religionis & aliæ qdam sicut distinguūt Theologi s̄m Ro.

* *Perfectio hōis nō facit peccatū ex veniali euadere mortale.*

mendacium deprauat. Seq. c. planum est.

a ¶Rebus.] Maius enim est mentiri de Deo, quam de homine.

Cōsiliū neminem obligat. b ¶Qui consulendi.] Ratione consilij nemo peccat vel obligatur, dummodo non sit fraudulentum, ut ff. de reg. iur. cōsilij. & vbi aliàs non erat facturus ille cui consulitur, vt ff mandati, l. si remunerandi § si tibi mandauero quandoque tamen tenetur plus consulens, q̄ faciens, vt 86 distinct. tanta.

c NEc artificioso.] Vt si hoc modo dicat, iste equus nescit scandere arborem. intelligens ꝙ nesciat

e ¶Nō occiditur.] Videtur ergo, ꝙ perfectus homo a! mortaliter * peccat mentiendo pro uita alterius: & sic erit deterioris conditionis perfectus, quam imperfectus. Ad quod notandum, ꝙ triplex est genus mendacij Malignitatis, quod fit causa decipiendi, & illud ōibus est mortale peccatum. Incogitatis, vbi nemo læditur, & illud nulli est mortale peccatum. Benignitatis siue pietatis, qd fit p̄ salute alicuius, & de illo dic, ꝙ sit mor-

Mendaciū est triplex nec est sp mortale.

mortale perfectis, veniale imperfectis. Sed quare non est mortale potius illud peccatum quod fit ioco, & per quod nulli prosunt, quàm illud per quod prosunt alicui? Respondeo, quod illud nõ fit ex animo, sed istud sic, & per illud intendit decipere, per istud non. Et intelligas hic perfectum solũ illũ, qui ex toto renunciauit omnibus pompis sæculi: qui si decederet, statim saluaretur. Sed cum nullus debeat peccare venialiter ad hoc vt alter liberetur à morte, vt s. ea. primum. qualiter ergo respondebit ille à quo quæritur ab hoste, est talis in hac domo si tacet, præsumitur eum esse in domo, si autem fatetur, reus erit homicidij. Respondeo, tacere potest, & licet alter præsumat malum ex taciturnitate, hoc ei non imputatur. absit enim ut ea quæ bona & licita facimus, &c. vt 23. q. 5. de occidendis. vel per æquiuocationem cautè deludat interrogantem, dicendo non est hic, id est: non comedit hic, sicut Abraham fecit 1. infra eo. quæritur. hostem enim cautè possumus deludere. 43. dist. in mandatis. non obstat 22. q. 3. quisquis metu. vbi dicitur, quod veritatem occultare, idem est quod dicere falsum: sed illud verum est in teste, qui assumpsit officium testificandi. Item non obstat 25. q. 2. præscriptione. qa obtinet circa iudicia.

1 Alia exempla plura habes j. ea §. Abrahã. vsque ad fi. q̃stionis secũdum Ray.

ciat sine mendacio, vel peccato; quia nunc id solum restat sibi, quod rectè faciat, id est sine peccato. [Reliquũ.] id est, relictum sibi restare licitè faciendum.

d ¶Quod potest.] Ex hoc c. habes quod solum illud dicimus posse facere, quod iustè facere possumus. quandoque hæc dictio, posse simul denotat potentiam iuris, uel facti, vt extra de rescriptis sedelitatis. quandoque potentiam facti tantum, vt s. q. 1. Moyses. quandoque refertur ad honestatem. de pœn. dist. 2. charitas. ff. de condi. instr. huius. quandoque ad commoditatem. ff. de verb. signi. nepos proculo a.

e ¶Id reliquum esse.] id est, solum sibi est relictum.

siue sua, siue alterius anima, debere mentiri: Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare: si quidẽ aliud est, falsum dicere, aliud, verum tacere, ut si quis fortè vel ad istam uisibilem mortem non vult hominem prodere; paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius: *& infra.* ¶Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut, ut proximis ꝓsimus, mentimur. Illud primum in iocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus † est, quia retinet nonnullam [a] beneuolentiam. Illud uero, quod non habet duplex [b] cor, nec mendacium quidem dicendum est; tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commẽdauit, poposcerit; si fortè gladiũ suum repetat furens [c], manifestum est tunc non esse reddendum, ne uel se occidat, vel alios; donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere, *& infra.* ¶Manifestum [α] est non esse culpandum aliquando verum tacere. falsum autem dicere non inuenitur concessum esse perfectis.

In conc. Tolet. 8. c. 2.

† al. minus

α ¶Manifestum.] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt,* Verũ autem occultauit & Dominus, cum discipulis nondũ idoneis dixit, multa habeo vobis dicere: sed nunc non potestis portare illa *& Apostolus Paulus, cum ait:* Non potui loqui vobis, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, &c.

Idem in libro contra mendacium, c. 17.

¶Nostro peccato, alterius saluti consulere non debemus. C. XV.

Faciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest [d] † Cum autem ad hunc articulum uentum fuerit, ut tali saluti consulere, nisi peccando, non possit; iam se existimet non habere quid faciat: quando id reliquum [e] esse [e] perspexerit, quod rectè ζ faciat.

Ino p. 12. c. 48. Pann. l. 8. c. 125.

† Ex isto text. infert quod actus resoluitur in potentiam contra text. in l. 3. §. si qs. ff. de statu. & l. 1. ff. de leg. 2. Potẽtia ad multa refertur. a Cõsueuit dici, quod quatuor modis dr aliquid posse fieri s. facultate naturæ, iuris permissiõe, vitæ merito officij debito. de hoc not. Ino. cã de cõcess pbẽ. accedẽs.

ζ ¶Rectè.] *In originali legitur* [non rectè.] *sed non est emendatum propter casum.*

Cap. de mẽdacio in recen. im press. & simile l. 2. de summo bono c. 30.

Item Isidorus in synonymis, c. 10.

a ¶Nonnullã.] Quia facit vt consulat proximo.

b ¶Duplex.] Supra 22. q. 3. antecessor.

c ¶Furẽs.] Ergo semper subintelligitũ hæc conditio, si res in eodem statu manserit, vt ff. de sol. cum quis. in princ. extra de iure iur. quemadmodum. Et est hic argu. quod per nouum casum nouum datur auxilium, ut extra de offic. deleg. insinuante. ff. de interroga. act. de ætate. Item arg. est hic, quod verba generalia non extenduntur ad ea, de quibus non est dictum vel cogitatum, vt s. e. beatus. 22. q. 3. antecessor. & ff. de trãsa. cum Aquiliana. extra de acci. ea multiplici. & ext. de rest. spol. audita. &c.

Faciat.] CASVS. Dr hic, quod quilibet debet defendere salutem hominum corporalem, dummodo hoc fa-

Omne

OMne genus.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ non debet aliquis aliquo genere mendacij mentiri, nec per mendacium vitam alicuius defendere.
a ¶Vt præstes.] Id est, ut prosis Ioan.
Quód plo Ioseph, qui iocose fratribus suis mentitus est, non vt eos fallat. [per hominem,] id est, dispensatorem suum, qui insecutus fuit eos, & reduxit eos. [Exitus,] id est, finis.

¶De eodem. C. XVI.

Iuo p. 12. c. 49. Pann. l. 8. c. 126.

OMne genus mendacij summopere fuge: nec casu, nec studio loquaris falsum: nec vt præstes [a], mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

Item Augustinus in libro de mendacio, c. 6.

¶De eodem. C. XVII.

Sap. 1.

SI quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari; non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. *& infra.* ¶Cum ergo mentiendo uita æterna amittitur; nunquam pro cuiusquam uita temporali mentiendum est.

¶Capus hoc abest à plerisque vetustis, & in duobus est cum nomine Palea.

Item Augustinus in libro quæstionum Gen. c. 44. q. 145.

¶Non reputantur mendacia, cum ea, quæ non sunt, ioco dicuntur. C. XVIII.

Iuo p. 12. c. 43. Pan. l. 8. c. 129.

QVòd autem ait fratribus suis Ioseph: [Nesciebatis, quia augurio auguratur homo, qualis ego?] de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem suũ, quid sibi uelit, quæri solet. An quia non serio, sed ioco dictum est, ut exitus [b] docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem, quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur; non deputantur mendacia.

Sed in veteri testamento multa permittebantur; quorum exemplis hodie uti non licet.

Vnde Gregorius lib. 18. moral. c. 3.

¶Veterum exemplo mentiri non licet. C. XIX.

SI quis per vetus testamentum vult suum tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit; dicat necesse est rerum alienarum raptum [c], & retributionẽ iniuriæ [d], quæ infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Quæ omnia cunctis liquet quanta animaduersione veritas insequitur [e]: quæ nobis iam significationis suę vmbra postposita, in uera carne declaratur.

Idem eodem libro, c. 2.

¶Obstetrices de pietate remuneratæ, de mendacio sunt punitæ. C. XX.

Iuo p. 12. c. 41.

SI quælibet culpa sequẽti solet pia operatione purgari; quãto magis hæc facillime abstergitur, quã mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli uero de obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacij genus non esse peccatum, maxime, quòd illis mentientibus scriptum

Exod. 1.

est: quia ædificauit illis Dominus domos. In qua magis

b ¶Vt exitus.] Arg. ꝙ per consequẽtia probantur præcedentia, ut 34. q. 1. c. 1. & 1. q. 1. cõstat. ff. de act. & obl. obligationum.

SED IN VETERI TESTAMENTO. CASVS. Supra in prox. cap. dictum est, quòd iocosum mẽdacium non est habendum pro mendacio. Nũc uero dicit ꝙ hoc obtinuit in ueteri testamento, ubi multa ꝑmittebant, q̃ hodie facere nõ licet. & hoc probat seq. cap.

SI quis per vetus.] CASVS. Quidã dicebant licere sibi mẽtiri ad instar hominũ ueteris testamẽti. Aug. vero contra eos, ostẽdit, ꝙ si eorũ exẽplis suũ uolunt tueri mendaciũ, pari rõne debent dicere sibi licere aliena bona rapere, & proprias ulcisci iniurias, sicut tũc temporis cõstabat esse permissum, quæ si quis hodie faciat, pœnam patietur à Domino, qui prohibuit talia. [Postposita umbra significationis,] id est, postpositis legalibus, & cærimonialibus, Christũ & iustitiã noui testamenti significantibus.

c ¶Raptum.] Rapinã cõmiserunt filij Israel 14 quæst. 5. dixit. Et est hic arg. ꝙ uno prohibito prohibita sunt omnia similia, vt sup. dist. 4. denique. in fin. & extra de constitu. translato.

d ¶Iniuriæ.] Tunc licuit ꝓpria auctoritate ulcisci iniurias [1], ut 23. q. 4. cum in lege. & q. 5. si audieris. hodie non licet, ut 23. q. 4. inter. & q. 5. de occidendis.

e ¶Insequitur.] Cum dicit, Mihi uindictã, & ego retribuam. & cum dicit: Si quis percusserit te in una maxilla, præbe ei & aliam 23 q. 1 in princ. Io.

1 Hoc dictũ sane intellige. nã tunc bene peccabant si hoc faciebant ꝓter auctoritatẽ iudicis [1] & sm hoc intellige hoc dictũ G. nam eius auctoritate poterãt hoc iure facere. sed si faciebant, non ideo puniebant à iudice sine lege ut hic dicitur sm H.

QVòd autem ait.] CASVS. Quæsitum fuit ab Augu. an mendacium quod iocose dicitur, si habẽdum pro mendacio. Et respondet, quòd non: quia non serio vt alium fallat dicitur, sed ioco, & probat exemplo Ioseph (see above).

SI quælibet.] CASVS. Quidã dicebant, ꝙ si quis mentitur pro uita alicuius, non est peccatum, immo bonum est & meritoriũ. Et hoc probat exemplo obstetricum

recompensatione cognoscitur, quid mendacij culpa mereatur [a]. Nam benignitatis earum merces [b], quæ eis in æterna [c] potuit [d] vita retribui, præmissa † culpa mendacij in terrenam est recompensationem declinata.

† *al. pro admissa*

Abraham quoque loquens ad pueros suos ait: [Sedete hic cum asino: ego & puer illuc usque pertransibimus: & cum adorauerimus, reuertemur ad vos;] licet aliud se facturum deliberaret; tamen excusatur à mendacio. Vnde Ambrosius in libro de patriarchis. [¶ Prophetauit Abraham, quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est, quod parabat [e]. Captiose [f] autem loquebatur cum seruulis; ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu. Gen 22. l. 1. de Abrahã, c. 8.

§ Quandoque aliquid iubendo significamus uelle fieri, quod tamen fieri nolumus: sed experimentum obedientiæ quærimus: sicut Abraham à Deo tentatus legitur, cum iussus est immolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. Vnde in eodem libro idem Ambrosius: [¶ Non enim volebat [g] Deus immolari à patre filium: nec impleri hoc munus uolebat, qui ouem pro filio immolandam obtulit: sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio.] & infra: [Non inijcias, inquit, manum in puerum: neque facias ei quidquam.] & infra: [Affectum tuum inquisiui, non factum exegi: tentaui mentem tuam, si etiam filio delectissimo non parceres propter me. Non aufero quod donaui ipse: nec heredem inuideo, quem largitus sum non habenti.] Gen. 22. Ibidẽ in principio capitis 8.

Item Hieronymus in epistola ad Galatas, c. 2.

¶ Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. C. XXI.

VTilem [h] simulationem, & in tempore assumendam

---

eum, quibus mentientibus pro vita Iudæorũ, Dñs eis domos ædificauit. Sed Aug. contra eos ostendit, ꝙ ꝓ vita alicuius mentiri, peccatum est: tñ si alia peccata ꝑ pœnitentiam sequentem delentur, hoc multo facilius deletur, nec illæ obstetrices propter mẽdacium meruerunt, immo demeruerunt; quia quod potuit in æterna uita eis retribui, est in terrenam recompensationem declinatum.

a ¶ Mereatur.] Id est demereretur.

b ¶ Merces.] Arg. aliquem consequi pœnã & premium ex eodẽ facto, sicut miles, qui mittitur causa ignominiæ, liberatur à sacramento. & est contra id, ff. de nego gest. l. sue. & 16. q. primi, legi.

Pœnã & p̃miũ cõsequit qs ex eodẽ facto

c ¶ Æterna.] Videas ergo, ꝙ si aliquis pro sperit atem habet in hac vita, per hoc aufertur ei * spes æternæ uitę, ut de pę. dist. 3. q. d ergo turbamur. Item ex isto loco videt, ꝙ istæ mulieres, quæ mentitæ fuerunt ꝓ salute alterius, peccauerunt mortaliter, quia pro veniali peccato nullus priuatur æterna salute. Augo. tamen dicit eas venialiter peccasse. Sed vt paret in gl. Gregorij super Exo. vnde sumptum est illud cap. Istæ mulieres bis fuerunt mentitæ. Primo promiserunt Pharaoni, ꝙ omnes masculos interficerent: sed non habebant in proposito, ꝙ non interficerent, illud peccatũ fuit veniale, quia fuit pro vita illorum conseruanda. & de illo loquitur Aug. postea vero pueris reseruatis cũ redarguerentur à Pharaone, secundo sunt mentitæ, cũ dicebant Hebræorum mulieres habere scientiam obstetricandi, & c. & tunc non fuerunt mentitæ pro uita puerorum, quia illi iam seruati erant: sed pro propria uita, ne interficerentur. & hoc mẽdacium fuit mortale *, propter hoc damnatæ fuerunt. Quidam tñ dicũt, ꝙ licet propter ueniale peccatũ non damnetur aliqs, tñ impedire põt aliquẽ ne saluetur. Sed hoc non credo, cum veniale peccatum non tollat gratiam; nec eã impedit, etiam si omnia venialia peccata aliquis cõmisisset.

* *Difficilior redditur.*

Prosperitas in hoc sæculo est periculosa.

Mulieres q̃ Pharaoni ꝓmiserunt oẽs mares interficere, bis fuot mẽtitæ.

* *Immo neque illud mortale, quemã nõ perniciosũ.*

d ¶ Potuit.] Si habuisset charitatem.

ABRAHAM. CASVS. Dr̃ hic, ꝙ nõ solũ Ioseph fuit à mendacio excusatus in veteri testa. sed ẽt Abrahã, qui mentitus fuit pueris suis cum aliud diceret, & aliud se facturum deliberaret. Et hoc inducit seq. cap.

PROPHETAVIT. CASVS. Ambro. ostendit in hoc ca. quòd Abraham cum dixisset se cum filio rediturũ, & ꝓpositum haberet ipsũ immolãdi Deo, captiose loquebatur, ne aliquis seruorũ ipsum impediret: Dñs tñ per os eius prophetauit id, quod ipse cogitauit.

e ¶ Parabat.] Dominus.

f ¶ Captiose.] Id est, caute.

QVANDOQVE. Hæc est quinta pars q̃ō. in qua dicitur, ꝙ possunt quãque dissimulare boni viri, & nõ peccant: quædam etiam dicunt prophetando. Io. de Fant.

CASVS. Docet Grat. hic, ꝙ quandoq; significamus id fieri quod fieri nolumus sed hoc facimus ad experimẽtum obedientię: sicut Deus tentauit Abraham vt eius obedientiam experiretur. Hoc probat per seq.

NON ENIM. CASVS. Legitur in Genesi quòd Dominus præcepit Abrahę, vt filium suum Isaac sibi immolaret: quod cum facere vellet, prohibuit eũ Dominus: & ouem pro filio obtulit immolandam: quia Dñs non ideo præcepit Abrahę filium suum immolare, eo quòd vellet ita fieri: sed ut eius obedientiam tantummodo experiretur.

g ¶ Volebat.] Sed nunquid uoluntas Abrahæ fuit cõtraria voluntati Dei? non: sed ipsa uolita fuerunt contraria. Abrahã enim nolebat interficere, & Deus hoc ipsum noluit, scilicet ipsum Abraham uelle interficere, & sic eadem fuit uoluntas.

VTilem.] CASVS. Ostendit Hiero. ꝙ multoties simulatio utilis est, & quòd homo debet simulare id quod non est, nec fieri cupit. Et hoc probat tribus exemplis, scilicet Iehu regis Israel, & Dauid, & Christi, qui simulationem peccatricis carnis assumpsit.

h ¶ Vtilem.] Arg. quod dolus cõtra hostẽ bonus est, vt 23. q. 3 dominus. & 47. dist. in mandatis, & ff. de cap. & Dolus in hostem bonus est.

& postli.re.nihil interest. C.de commer.& merca.l.a.& 14.q.5.dixit.& de cōse.dist.2.dixit dñs Sicut ecōuerso quædā dissimulare possumus. ff.de noua. cōtra doli in fi. arg.ē 23.q.5.noli.dolus vero vel simulatio ad fallendū,sẽ malus est, vt 27.dis.quod interrogasti.& 22.q.2.te.

mendacia sint uenialia, & quæ mortalia: postea facit quandam quæstionem,quare,s.Abraham cum descenderet in Aegyptum cum uxore, rogauit eam vt sororẽ suam se esse mentiretur: ne si diceret se vxorem illius, interficeretur propter eam: cū dictū sit ī.c.ne quis arbitretur.nō esse mentiēdum pro tēporali uita alicuius. Postea soluit hanc obiectionē, dicens ꝙ Abrahā noluit mendacium dici,sed uerum taceri voluit: quia de codē sanguine nata, uere soror dicebatur.

Iehu regis Israel nos doceat exemplum· qui cū nō potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset uelle idolum colere; dixit: [Congregate mihi omnes sacerdotes Baal. Si enim rex Achab seruiuit Baal in paucis; ego seruiam ei in multis.] Et Dauid, quando mutauit faciem suā coram Abimelech; & dimisit eum, & abijt. Nec mirum quamuis iustos homines,tamen aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorum salutem: cū & ipse Dominus nostrer non habens peccatum,nec carnem peccati,simulationem [a] peccatricis carnis assumpserit: vt condemnās in carne peccatum,nos in se faceret iustitiam Dei.

4.Reg.10.
1.Reg.21.

Ecce, quæ mendacia sint venialia, & quæ damnabilia. ¶Sed quæritur quare dicat Augustinus non esse mentiendum pro temporali uita alicuius: cum Abraham descēdens in Aegyptum rogauerit Sarā, ut sororem eius se esse mētiretur,dicens[Noui,quòd pulchra sis mulier: & quòd cum uiderint te Aegyptij,dicturi sunt, uxor illius est,& interficiēt me,& te reseruabūt. Dic ergo,obsecro te,quòd soror mea sis, ut bene sit mihi propter te,& uiuat anima mea ob gratiam tui.]Sed Abraham non mendacium dici,sed uerum taceri voluit.

Gen.12.

Vnde idem Augustinus ait in quæstio.Genes,q.26.

¶Quomodo Abraham excusetur a mendacio, qui Saram sororem suam esse dixit. C. XXII.

QVæritur, cur patriarcha mentiri [b] voluit, vt diceret Saram sororem [c] suam: & non potius Deo cōmisit; qui si uellet, eius pudicitiam apud Pharaonem [d] seruare posset. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur,quia filia fratris erat. Et in hoc ostēditur, ꝙ nemo debet tentare Deum suum, dum habet quod rationabili consilio faciat [e]. Fecit quod potuit: quod non potuit,Deo commisit,in quem sperauit: nec eum fides,aut spes fefellit. Si autem interrogatus illam fœminam indicasset uxorem; duas res tuendas committeret Deo, & uitam suam,& uxoris pudicitiam.

l.22. cōtra Faustū, c.36.33.& rursus 36.

†Adde Alexan de Im. in l.q iurato. circa fi. ff.qui satis. da. cogan. & tex. in l. q iurasset. in princ. ff. de iureius. & singulariter Bal.in l. obseruare. §. pficisci. in 2. uel. 3. col.ff.de of. procon.

¶In quæstione ipsa vigesima sexta non sunt omnia uerba huius capituli: sed confectum est etiam ex libro 22.contra Faustum, & contra Secundinum, & ex alijs locis.

Item opponitur, quòd Iacob mentiendo & sibi profuit,& alij nocuit: nec tamen reprehenditur, sed commendatur. Sed Iacob dicendo esse Esau primogenitum, non est mentitus †. Non enim dixit se esse primogenitum, nascendo,sed ius primogenitura, illo uendente, rite adeundo. Sic

Gene. 22. & 25.
Matt.11.

Diabolus à Christo fuit deceptus.
† Al Augustinus.

QVæri.] CASVS. Quæsitū fuit ab Aug. cur Abraham patriarcha mentiri noluit Sarā, ut se sororem suam diceret,& non potius cōmisit ipsā Deo. Et respondet, ꝙ noluit mendacium dici: sed veritatē occultari noluit. soror enim sua erat, quia filia erat fratris. & ꝙ non commisit eam Deo tantū, dedit nobis exemplū vt quādiu possumus rationabiliter pericula euitare, Deum tentare non debemus.

b ¶Mentiri.] Ecce dicit Augu. ipsum mentitum: & tamen postea dicit ipsum non mentitum. & hoc est notandum circa rescripta,uel circa indicia, an quærendo uel narrando vel diffiniēdo aliquid dicatur, ut 3.q.6 hæc quippe. & sic est hic argumentum. quòd interrogans non confitetur. Argum. contra 30. q. 1.de eo.

Abrahā an sit mētitus.

Interrogās non confitetur.

c ¶Sororem.] Hic patet, quòd nō quilibet secundus gradus fuit in lege prohibitus. extra de conuer. infide. interrogasti. in patre decisa. Item patet hic ꝙ licite per æquiuocationem possumus hostem deludere, ut not ī.ead. ne quis. & ꝑ.§.proxi.

d ¶Apud Pharaonē.] contra 32. q.4. nemo. ubi dicitur de Abimelech. ibi sol. nam ambo in ipsum Abrahā deliquerūt de pœn. dist. 1. ex his.aliàs est § deniq, versi. seges quoq; Lau.

e ¶Faciat.] Non ob. de cons. dist 1 omnis Christianus. vt ibi soluitur sic 23.q.vlt.si nulla.

certe.C.de lat.liberta.tollen.l.1 § sed & qui pileati.

a ¶Simulationem.] Vt falleret diabolum.dicit enim auctoritas: si diabolus eum filium Dei sciuisset,nunquam eum à Iudæis crucifigi passus fuisset.

ECCE.CASVS.Dicit Gra.ex supradictis patere quæ

ITEM OPPONITVR. CASVS. Iste §.diuiditur in duas partes In prima probat adhuc ꝙ nomo po-

potest mentiri ut sibi prosit etiam alteri nocendo. Qđ probat exēplo Iacob, qui mētitus est se esse Esau patri benedicēti: & hoc modo sibi abstulit ius primogenituræ. Sed hanc obiectionem soluit Grs. dicens, Iacob non esse mentitum, non enim se dixit esse Esau natiuitate, sed adiectione uel imitatione: quia ex quo Esau sibi uendiderat ius primogenituræ: iste cum imitari poterat; & ius illud adire quod emerat. & hāc solutionē probat quattuor exemplis, s. Ioannis, quē Christus dixit esse Heliā uirtutis imitatione: Iudæorum & gentilium & Romanorū. In secunda parte dicit, quod quāuis eps de quo agit in themate, iurauerit falsum qđ putabat esse uerum, non tñ reus periurij iudicatur: qđ probat exēplo Saulis, qui pugnaturus ꝯ Philisteos iurauit se interfecturum quicumque comederet ante solis occasum, cōtra quod iuramētum Ionatha, filius suus fauū mellis comedit: propter quod pater eum condemnauit ad mortē: sed ad preces populi hanc sulam reuocauit: nec tamen propter hoc reus periurij iudicat. Scđa pars incipit ibi, [Eps uero.] Primū exemplū primæ partis est ibi: [Sic & Christus Ioannem] Secundum ibi, [Sic & Iudæi,] Tertiū ibi, [Ecōtra gentiles.] Quartum ibi, [Hinc idem Apostolus.]

a ¶Sed imitando.] Et ait quandoq; aliquis sumit potius appellationem ab accidēti quàm à natura, ut ff. de ori. iur. l. 2. in prin. & 1. q. 1. cito.

b ¶Præputium facta est.] Id est, circūcisus es in præputio, & non in corde: cum tamen dixerit legislator: circumcidite uos, & amputate præputia cordis uestri.

c ¶Reputatur.] i. gentilis reputabit circumcisus si seruat legem.

in teg. resti. diuus. & edictū tantū ligat eos ad quos peruenit, vt 8s. dist. proposuisti. in fi. ff. de decre. ab ordi. fa. l. vlt. tamen hæc nō est excusatio sufficiens, dummodo edictū sit publice propositum, ut 16. dist. quod dicitis. Edictum ligat tm̄ eos ad quos peruenit.

g ¶Stragem.] Et hoc ei non proficit si scienter contra edi-

& Christus Ioannem dixit esse Heliam, non persona, sed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Esau, non nascendo, vt diximus, sed emptione primogenituræ de non primogenito in primogenitum transeundo; sicut & ipse Esau primogenita vendendo, de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic & Iudæi, cum essent filij Abrahæ carne, quia non fuerunt filij eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, sed dicuntur filij diaboli: cuius filij sunt, non nascendo, sed imitando [a]. *Vnde à Domino audire meruerunt: [Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui ueritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex parte diabolo estis: & desideria patris vestri facere vultis.] ¶ Econtra gentiles, cum secundum originem carnis ab Abraham essent alieni; tamen imitatione fidei, & iustitiæ successerunt in filios Abrahæ. Vnde ab Apostolo dicitur eisdem. [Si autem Christi, ergo Abrahæ semen estis.] ¶ Hinc idem Apostolus scribens Romanis ait: [O tu Iudæe, si circumcidaris, nec legem obserues, circumcisio tua præputium facta est* [b]*; quomodo & præputium, si iustitias legis custodias, in circumcisionem reputatur:* [c] *] Præfertur ergo, ut ex præmissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mentiendo, sed uerum dicendo, sibi profuit, alteri uero non nocuit* [d]*: quia benedictionem sibi debitam accepit, non alienum † surripuit. ¶ Episcopus vero iste, de quo agitur, & falsum iurauit, tamen quia, ut supradictum est, ream linguam non facit nisi rea mēs* [e]*; nequaquam reus periurij habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cum esset pugnaturus contra Philistæos, iurauit se interfecturum quicumque ante solis occasum comederet. Ionathas autem filius eius non audito* [f] *regis iuramento, cum pugnando magnam hostium stragem* [g] *dedisset, & salutem fecisset in Israel; fame laborans* [h]*, uidit fauum mellis, quem regia uirga, quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statimque oculi, quos fere fames clauserat, aperti sunt, & facies eius exhilarata est. Quo comperto, Saul voluit eum dare neci, sed precibus, & pia populi supplicatione placatus, mortis reuocauit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel, & pugnante, de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iurauit: quia quod iureiurando se facturum decreuit, precibus populi reuocatus † non fecit. Nec tamen periurij reus arguitur: quia, quantum* [i] *in ipso fuit, quod iurauit, impleuit: dum sententiam mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, sed populi supplicatione reuocauit.*

Ioan. 8.
Ioan. 8.
1. Cor. 4.
Rom. 2.
† alienam
s. ea. homines.
1. Reg. 21.
† al. prouocatus

d ¶Non nocuit.] Et sic iniuriam non fecit: quia iure suo vsus est, vt extra de elect. cum ecclesia.

e ¶Nisi rea mens.] Vt s. ea. homines.

f ¶Audito.] Quia vox pconia paucis innotescit, vt C. quō & qñ iudex. auth. q semel. & q tarde venit ad iudiciū, præsumit nō audiuisse vocem pręconis, ut ff. de in edictum fecit, ut ff de re mi. l. 3 §. in bello 1. Vox præconia paucis innotescat.

h ¶Laborans.] Illud eum potuit excusare. de consecr. dist. 5. discipulos. 1 Et ff. d reor. q sub ru. l quam.

i ¶Quia quantum.] Sic dicitur aliquid quantum ad se, non quantum ad alios, vt 49. dist. c. ult. & de consc. dist. 4. quæris. & 1. q. quod quidam. uis. 16. q. 1. monachi.

Cum

QVAESTIO III.

Cum ergo, vt ratione, & exemplo monstratum est, episcopus reus periurij non esset; consueta obedientia [a] *ab archidiacono sibi denegari nõ debuit: cum etiam si criminosum illum esse cõstaret; ante diffinitiuam tamen sententiam, vt supra monstratum est, nulli clericorum suorum ab eo liceret discedere. Constat ergo illicitum esse quod archidiaconus iuramento firmauit.*

Vnde merito quæritur, an debeat seruari, vel non.

QVAESTIO IIII.

1 *Quòd autem illicita* [b] *iuramenta seruari non* 2 *debeant, in Toletano concilio 8. c. 2. legitur: in quo sic statutum est.*

¶Melius est uota stultę promissionis non implere, quàm crimen committere. C. I.

Iuo par. 12. c. 9. Pann. l. 8. c. 90. † *al. extitisse conditio allegatur*

SI publicis sacramentorum gestis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitisset † conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis; nunquid non tolerabilius [c] esset stulte promissionis uota reijcere, quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram?

Item Ambrosius de officijs, libro primo, c. 50.

Ibidẽ I Tole. 8.

¶Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. C. II.

Sent. 3. dist. 39. Iuo par 12. c. 3. Pann. l. 8. c. 91. *Matth. 4.*

EST etiam contra officium [d] nonnunquam soluere promissum; sacramentum custodire [a]: vt Herodes, qui iurauit, quoniam, quidquid [e] petitum esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

a ¶Custodire.] *Addita est vox ista ex originali & concilio Toletano, in quo refertur,*

CVm ergo.] CASVS. Hæc est 3. q. vbi quæritur, an licuerit archidiacono iuramento firmare quod episcopo suo debitam reuerentiam negaret? Et respondet quòd nõ, cum episcopus propter tale iuramentum quod fecit, reatum periurij non contraxerit: cum etiã si periurus fuisset, tamen nõ liceret archidiacono, vel alicui subiectorum ab eo discedere ante definitiuam sententiam. & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramẽtum.

a ¶Obedientia.] Hæc quæstio determinatur ã. 15. q. vl. cap. vlt. sup. 8. q. 4. cap. nonne.

QVod autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima probat per xx. capit. ꝙ in malis promissis rescindendũ est iuramentũ, scilicet cum seruari nõ possit siue detrimẽto salutis æternæ. Scd'a ibi, [Ecce ꝙ iuramenta.] Tertia ibi, [Sed cũ his.] Ioan de Fant. CASVS. Hic proponitur quarta quæstio. ubi quæritur vtrum iuramentum illicitum sit seruandum. Et respõdet, si iuramentum est illicitum: quia de re illicita, scilicet de faciendo peccato mortali vel veniali, non est seruandum, vt ĩ. c. 1. & c. seq. & maxime in illo cap. in malis, si autem iuramentum est illicitum ex modo, quia incaute iurauit aliquis rem licitam, scilicet comedere vel bibere, seruandum est: cum in deteriorem exitũ non vergat, ut ĩ ea. c. si aliquid & §. illicitum.

b ¶Illicita.] Iuramentum sex modis dicitur illicitũ ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo. Ex persona dupliciter, vel ex persona eius q iurat, vel ex persona eius cui iuratur. nam si impubes iurat, non tenet iuramentum 1, vt infr. ead. quæst. 5. paruuli. Item si clericus laico iurat. infr. q. 5. nullus. Ex re etiã illicitum est iuramentum dupliciter, ut si res sit illicita, quæ iuratur, ut inf. ea. in malis. & si res illa, per quam iuratur, non sit sacra, ut ã. ea. q. 1. clericum per creaturas. & ã q. 1. considera. Ex fine illicitum est, vt si iuretur propter electum, & ante electionem, ut 8. q. 3. Artaldus. Ex causa, vt si ad clamorem populi iuretur, ut infr. ead. vnusquisque. Ex modo est illicitum, ut si temere iuretur uel indiscrete, uel præter necessitatem, ut ã. ead. q. 2. cap. 2. & infr. ead. c. si aliquid. Item iuramentum ex tempore est illicitum, ut si iuretur in quadragesima, nisi de pace cõponenda, ut 1. q. 5. decreuit. quod hoc versu perpenditur.

Quis, cui, quid, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando.

Breuiter ergo teneas in hac quæstione, ꝙ semper iuramentum est seruandum, si est licitum, licet etiam illicitum sit ex modo iurandi, ut infr. ead. si aliquid. extra de iureiuran. c. debitores. Ioan.

SI publicis.] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrem suum, vel corrumpere sanctimonialem. quare quæsitum fuit in concilio Toletano, utrum tale iuramentum sit seruandum, & respondet quòd non: quia tolerabilius est turpem promissionem reijcere, quàm eam adimplere. Seq. cap. patet. cum §.

c ¶Non tolerabilius.] Nec peccat transgrediendo, ut inf. ead. in malis. & cap. inter. licet tunc peccauit quando iurauit 3. Ioan.

d EST etiam contra officium.] Id est, pietatem.

e ¶Quidquid.] In hoc generali iuramento non intelligitur iurasse nisi quod licite facere potuit 3, ut extra de iureiuran. Quintauallis. extra de elect. causam. ff. de ope. liber. si libertus. & ff. de ritu nup. l. generali. & ff. de iure dot. siue generalis. Ioan.

Iuramentũ sex modis dicitur illicitum.

1 Ad idem ff. de iureiuran peierasse. nisi in casu. ff. de li. cau. l. vltima.

2 Vnde ei pœnitentia inducitur. extra eod. tit. cum quidam.

3 Non enim iuramentũ est vinculũ iniquitatis infr. ead. c. inter. extra de iureiur. quanto. & circa hoc dic ut le & not. extra de homic. cũ iuramẽto, Archid.

QVòd Dauid]CASVS. Dicitur in hoc c. q iuramentum illicitum non est seruandum: & hoc probat exemplo Dauid, q iurauit interficere Nabal, & tamen promissionem suam non adimpleuit. Idem est casus sequentis cap. sed additur, q de duobus malis eligitur minimum. Aliud c. scilicet, in malis promissis planum est.

NOn solum.] CASVS. Hic dicitur quòd si aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: sed de duobus malis minus eligere debet, scilicet, vt non adimpleat quod promisit.

Item in sermone Sancti Augustini episcopi de decollatione Sancti Ioannis Baptistæ, qui, sic incipit [*Cum Sanctum Euangelium legeretur.*] — a ¶Con- Serm. 11. de sanctis, cuius principum est [Propter hunc.]

¶Pietas fuit, quod Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit. C. III.

QVòd Dauid iuramentum per sanguinis effusioné nó impleuit, maior pietas fuit. Video a Dauid pium hominem*, & sanctum in temerariam [a] iurationem cecidisse, & maluisse non facere quod iurauerat, quàm iurationé suam fuso hominis sanguine implere. — Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 18. Pann. l. 8. c. 92.

a ¶Video.] *Hæc sunt uerba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem uidentur summa quadam, nec sunt apud Iuonem, aut in Pannormia.*

Idem ibidem.

¶De eodem. C. IIII.

IVrauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. *& infra.* ¶Ecce sanctus Dauid non quidem iratus sanguinem hominis fudit; sed eum, falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis [b] elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio. — Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 8. c. 93.

Item Isidorus in synonymis, libro secundo β. — Cap. de mendacio in impresso Parisijs.

β ¶Secundo] *Etiam B. Braulius in uita Isidori memorat duos synonymorum libros. Et in synonymis, quæ nuper cum alijs Isidori operibus sunt Parisijs impressa, facilè locũ haberet diuisio in duos libros. Nam ex posteriore parte uidetur sumptus libellus de norma uiuendi, qui in eodem Parisino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi, qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetijs sub hoc titulo,* Isidorus de homine, & ratione deflente, & de homine & ratione consolante, *impressus est, uidetur epitome quadam synonymorum.*

¶Turpia uota seruanda non sunt. C. V.

IN malis [c] promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incautè vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur. — Iuo p. 12. c. 15. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gl. ord. in c. 14. Matthæi, in uer. infm.

Item Beda in homil. 44. in Natali decollationis S. Ioan.

¶Non est obseruandum iuramentum, quo malum incautè promittitur. C. VI. — j. eo. si aliqd. c. 16.

SI aliquid fortè nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem [d] uergat in exitum, liberè illud consilio salubriore mutandum nouerimus, ac magis instãte necessitate peierandũ nobis, quàm pro uitando periurio in aliud crimẽ grauius esse diuertendũ. Denique iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal uirum stultũ, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neq; aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit. — Burc. l. 12. c. 18. Iuo p. 12. c. 13. & 75. Pann. l. 8. c. 94. & 118. — 1. Reg. 25.

Idem ibidem.

¶De duobus malis minus eligi oportet. C. VII.

NOn solum in iurando, se in omni, quod agimus, hæc — Iuo p. 12. c. 13. Pann. l. 8. c. 93.

a ¶Temerariam.] Iuramentũ temerariũ & inconsulto calore iracundiæ factum, nõ est seruandum, vt hic, & 22. q. 4. præuaricator. Ioan.

b IVrauit.] ¶Peccatis.] Id est, quæ uidentur peccata: i. cum alterum non est peccatum. Ioan.

c IN malis.] Aliud in malis promissis, & aliud in malè promissis. primũ non est seruandum, secundum sic, ut infra ead. cap. proxi.

SI aliquid.] CASVS. Ostendit hic Beda, quòd si quis iurat se interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet uenire contra iuramentũ, quàm in aliud grauius crimen incidere: quód probat exemplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal uirum stultum & impium, tamen ad preces Abigail uxoris eius contra sacramentum veniẽs ensem reuocauit in uaginam.

d ¶Peiorem.] Simile extra de iureiur. si uero.

d ¶Peiorem.] Item aliud exemplum potest pouı quam hic ponatur, vt si iuraui me peccaturum venialiter, tale iuramentum non debeo adimplere: quia adijcerem peccatum peccato, vt infra ead. distinctio. & si temere aliquid iuratur quod est licitũ, adimplendum est. si tamen propter necessitatem non possum adimplere, venialiter pecco, vt 25. distinct. §. criminis. in fi. & à licito iuramento (vt dicunt quidam) Papa non potest absoluere, ut not. 15. quæstio. 6. auctoritatem. sed contra eos est extra de iniurian. venientes. Io.

Id est, q p se cõsiderari pũt de genere peccatorũ: cũ naturali casu transgressio iusti nullũ est peccatũ et ueniale sm Hu. sed tunc peccauit Dauid cũ temere iurauit. La.

Iusm nõ sg est adimplẽdum.

Papa an possit absoluere à licito iuãto.

a ¶Contagio.] Quantum ad perplexionem animi, ut 13. distin. nerui.
b ¶In quo minus.] Quoties enim aliquid sine captione fieri nō potest, semper id quod minimum est, sequimur, vt ff. de re iu. quoties nihil. Ioan. Vnus-

sententiam sæpe mutet, & mutando melioret.
c ¶Inhonestum.] Non solum ergo iuramentum rei illicitæ non est seruandum, sed nec etiam inhoneste, immo si tendat ad inhonestatem quandoque non est seruandum, licet possit seruari sine interitu salutis æternæ, vt extra de iureiuran. quemadmodum.

est moderatio solertius obseruanda, vt si in talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidijs, ex quo sine aliquo peccat contagio [a] surgere non possimus; illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpessuros esse cernimus.

In Tolet 8. c. 2.

Item Ambrosius de officijs, lib. 3. c. 12.

¶Tolerabilius est iuramentum non implere, quàm quod turpe est facere. C. VIII.

Iuo p. 12. ca. 17.

VNusquisque simplicem sermonem proferat: vas suum in sanctificatione possideat: nec fratrem suum circumscriptione verborū inducat: nihil promittat inhonestū [c]; aut si promiserit; tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe pleriq; constringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse; sacramenti tamen cōtemplatione faciunt, quod spopōderunt: sicut de Herode supra scripsimus: qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnū pro saltatione promittitur: crudele, quòd mors prophetæ pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset periurium sacramēto † ? Si tamen periurium possit dici, quod ebrius [d] inter uina iurauerat, quod euitatus *a* inter saltantium [e] choros promiserat. Infertur disco prophetæ caput, & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ [f] fuit. *& post pauca de Iepte* [g] *differens.* ¶Miserabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non uouere, quàm uouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& post paululū.* ¶Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

Panu. l. 8. c. 101.
Matth. 14.
† *homicidio*] Iuo
Ibidem.
Iud. 11.
7. c. nō semper.

a ¶Euitatus.] *Emendatum est ex B. Ambrosio, & Iuone. Antea enim legebatur*, & iuratus.

d ¶Quod ebrius.] Ergo promissio ebrij non tenet, ut 15. qō. 1. sane.
e ¶Saltantiū.] Argu. quòd id quod ad clamorem populi promittitur: nō tenet. ff. 8. q. 1. licet. &c. si ergo & extra de ele. Osius. Item alia rōne non debuit tenere hoc iuramentum, quia ob reuerentiam hospitū videt̄ promisisse: & ea quæ ob reuerentiā alicui promittuntur, non ligāt, vt ff. quarum rerum actio nō datur. l. 1 §. q̄ honorādæ. sic ergo taciturnitas, quæ fit ob reuerentiam aliquorum, non præiudicat, vt ff. de fur. l. pen.
1 Itē tenet cū ista glo. Pol. in cōsi. 80. in fi. ubi dicit quòd cōtractus eius q̄ potationi-b. & ebrietatibus, uel adulationibus est inductus ad uendendū rem minori pretio q̄ valeat, est ipso iure nullus: pro hoc bñ facit ca. sane. in gl. alias
f ¶Quod amentiæ.] Alias amicitiæ.
SI publicis sacramentorum gestis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitisset † conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis; nunquid non tolerabilius [c] esset stultæ promissionis uota reijcere, quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram?

Item Ambrosius de officijs, libro primo, c. 50.

Ibidē I Tole. 8.

¶Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. C. II.

Sent. 3. dist. 39. Iuo par 12. c. 3. Pann. l. 8. c. 91. *Matth. 4.*

EST etiam contra officium [d] nonnunquam soluere promissum; sacramentum custodire [a]: vt Herodes, qui iurauit, quoniam, quidquid [e] petitum esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

a ¶Custodire.] *Addita est vox ista ex originali & concilio Toletano, in quo refertur.*

a ¶Obedientia.] Hæc quæstio determinatur ī. 15. q. vl. cap. vlt. sup. 8. q. 4. cap. nonne.

Vod autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima probat per xx. capit. ꝙ in malis promissis rescindendū est iuramentū, scilicet cum seruari nō possit sine detrimēto salutis æternæ. Secūda ibi, [Ecce ꝙ iuramenta.] Tertia ibi, [Sed cū his.] Ioan de Fant. CASVS. Hic proponitur quarta quæstio. ubi quæritur vtrum iuramentum illicitum sit seruandum. Et respōdet, si iuramentum est illicitum: quia de re illicita, scilicet de faciendo peccato mortali vel veniali, non est seruandum, vt ĩ. c. 1. & c. seq. & maxime in illo cap. in malis, si autem iuramentum est illicitum ex modo, qa incaute iurauit aliquis rem licitam, scilicet comedere vel bibere, seruandum est: eum in deteriorem exitū non vergat, ut ĩ ea. c. si aliquid & § illicitum.

b ¶illicita.] Iuramentum sex modis dicitur illicitū ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo. Ex persona dupliciter, vel ex persona eius q iurat, vel ex persona eius cui iurator. nam si impubes iurat, non tenet iuramentum 1, vt inf. ead. quæst. 5. paruuli. Item si clericus laico iurat. infr. q. 5. nullus. Ex re etiā illicitum est iuramentum dupliciter, ut si res sit illicita, quæ iuratur, ut inf. ea. in malis. & si res illa, per quam iuratur, non sit sacra, ut ā. ea. q. 1. clericum per creaturas. & ī q. 1. considera. Ex fine illicitum est, vt si iuretur propter electum, & ante electionem, ut 8. q. 3. Arnaldus. Ex causa, vt si ad clamorem populi iuretur, ut infr. ead. vnusquisque. Ex modo est illicitum, ut si temere iuretur uel indiscrete, uel præter necessitatem, ut ī. ead. q. 2. cap. 2. & infr. ead. c. si aliquid. Item iuramentum ex tempore est illicitum, ut si iuretur in quadragesima, nisi de pace cōponenda, ut 1. q. 5. decreuit. quod hoc versu perpenditur.

Quis, cui, quid, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando.

Breuiter ergo teneas in hac quæstione, ꝙ semper iuramentum est seruandum, si est licitum, licet etiam illicitum sit ex modo iurandi, ut infr. ead. si aliquid. extra de iureiuran. c. debitores Ioan.

Iuramentū sex modis dicitur illicitum.

1 Ad idem ff. de iureiuran. peierasse. nisi in casu. ff. de li. cau. l. vltima.

2 Vnde ei penitentia inducitur. extra eod. tit. cum quidam.

3 Non enim iuramentū est vinculū iniquitatis infr. ead. c. inter. extra de iureiur. quanto. & circa hoc die ut ic & not. extra de homic. cū iuramēto, Archi.

SI publicis.] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrem suum, vel corrumpere sanctimonialem. quare quæsitum fuit in concilio Toletano, utrum tale iuramentum sit seruandum, & respondet quód non: quia tolerabilius est turpem promissionem reijcere, quàm eam adimplere. Seq. cap. patet. cum §.

c ¶Non tolerabilius.] Nec peccat transgrediendo, ut inf. ead in malis. & cap. inter. licet tunc peccauit quando iurauit 2. Ioan.

d EST etiam contra officium.] Id est, pietatem.

e ¶Quidquid.] In hoc generali iuramento non intelligitur iurasse nisi quod licite facere potuit 3, ut extra de iureiuran. Quintaoallis. extra de elect. causam ff. de ope. liber. si libertus. & ff. de ritu nup. l. generali. & ff. de iure dot. siue generalis. Ioan.

QVòd Dauid]CASVS. Dicitur in hoc c. quod iuramentum illicitum non est seruandum : & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamen promissionem suam non adimpleuit. Idem est casus sequentis cap. sed additur, quod de duobus malis eligitur minimum. Aliud e. feci licet, in malis promissis planum est.

NOn solum.] CASVS. Hic dicitur quòd si aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: sed de duobus malis minus eligere debet, scilicet, vt non adimpleat quod promisit.

Item in sermone Sancti Augustini episcopi de decollatione Sancti Ioannis Baptistæ, qui, sic incipit [Cum Sanctum Euangelium legeretur.] a ¶Con. Serm. 21. de sanctis, cuius principum est [Propter hunc.]

¶Pietas fuit, quod Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit. C. III.

QVòd Dauid iuramentum per sanguinis effusionē nō impleuit, maior pietas fuit. Video a Dauid pium hominem, & sanctum in temerariam a iurationem cecidisse, & maluisse non facere quod iurauerat, quàm iurationē suam fuso hominis sanguine implere. Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 18. Pann. l. 8. c. 92.

a ¶Video.] *Hæc sunt uerba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem uidentur summa quadam, nec sunt apud Iuonem, aut in Pannormia.*

Idem ibidem.

¶De eodem. C. IIII.

IVrauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. *& infra.* ¶Ecce sanctus Dauid non quidem iratus sanguinem hominis fudit; sed eum, falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis b elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio. Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 8. c. 93.

Item Isidorus in synonymis, libro secundo β. Cap. de mendacio in impresso Parisijs.

β ¶Secundo] *Etiam B. Braulius in uita Isidori memorat duos synonymorum libros. Et in synonymis, quæ nuper cum alijs Isidori operibus sunt Parisijs impressa facile locū haberet diuisio in duos libros. Nam ex posteriore parte uidetur sumptus libellus de norma uiuendi, qui in eodem Parisino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi, qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetijs sub hoc titulo,* Isidorus de homine, & ratione deflēte, & de homine & ratione consolante, *impressus est, uidetur epitome quadam synonymorum.*

¶Turpia uota seruanda non sunt. C. V. Iuo p. 12. c. 22. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gl. ord. in c. 14. Matthæi, in uer. iusiu.

IN malis c promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incautè vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

Item Beda in homil. 44. in Natali decollationis S. Ioan.

¶Non est obseruandum iuramentum, quo malum incautè promittitur. C. VI. J. eo. si aliqd. c. 16.

SI aliquid fortè nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem d uergat in exitum, liberè illud consilio salubriore mutandum nouerimus, ac magis instāte necessitate peierandū nobis, quàm pro uitando periurio in aliud crimē grauius esse diuertendū. Denique iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal uirum stultū, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neq; aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit. Burc. l. 12. c. 18. Iuo p. 12. c. 13. & 75. Pann. l. 8. c. 94. & 112. 1. Reg. 25.

Idem ibidem.

¶De duobus malis minus eligi oportet. C. VII. Iuo p. 12. c. 13. Pann. l. 8. c. 93.

NOn solum in iurando, se in omni, quod agimus, hæc

a ¶Temerariam.] Iuramentū temerariū & inconsulto calore iracundiæ factum, nō est seruandum, vt hic, & 2. q. 3. præuaricator. Ioan.

b IVrauit.] ¶Peccatis.] Id est, quæ uidentur peccata 2. cum alterum non est peccatum. Ioan.

c IN malis.] Aliud in malis promissis, & aliud in malè promissis. primū non est seruandum, secundum sic, ut infra ead. cap. proxi.

SI aliquid.] CASVS. Ostendit hic Beda, quòd si quis iurat se interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet uenire contra iuramentū, quàm in aliud grauius crimen incidere: quod probat exemplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal uirum stultum & impium, tamen ad preces Abigail uxoris eius contra sacramentum veniēs ensem reuocauit in uaginam.

d ¶Peiorem.] Simile extra de iureiur. si uero.

d ¶Peiorem.] Item aliud exemplum potest poni quàm hic ponatur, vt si iuraui me peccatorum venialiter, tale iuramentum non debeo adimplere: quia adijcerem peccatum peccato, vt infra ead. diffinitio. & si temere aliquid iuratur quod est licitū, adimplendum est. si tamen propter necessitatem non possum adimplere, venialiter pecco, vt 25. distinct. §. criminis. in fi. & à licito iuramento (vt dicunt quidam) Papa non potest absoluere, ut not. 15. quæstio. 6. auctoritatem. sed contra eos est extra de iuiuran. venientes. Io.

Id est, quod peccata se cōsidera, el pūt de genere peccatorū: cū natorali casu transgressio iusti nullū est peccatū et ueniale sm Hu. sed tunc peccauit Dauid cū temere iurauit. La.

Iusm nō sp est adimplēdum.

Papa an possit absoluere à licito iur.

a ¶Contagio.] Quantum ad perplexionem animi, ut 13.distin.serui.
b ¶In quo minus.] Quoties enim aliquid sine captione fieri nō potest, semper id quod minimum est, sequimur, vt ff. de re iu. quoties nihil. Ioan.

sententiam sæpe mutet, & mutando melioret.
c ¶Inhonestum.] Non solum ergo iuramentum rei illicitæ non est seruandum, sed nec etiam inhonestæ, immo si tendat ad inhonestatem quandoque non est seruandum, licet possit seruari sine interitu salutis æternæ, vt extra de iureiuran. quemadmodum.

Vnus-

est moderatio solertius obseruanda, vt si in talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidijs, ex quo sine aliquo peccat contagio [a] surgere non possimus; illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpessuros esse cernimus.

In Tolet. 8. c. 2.

Item Ambrosius de officijs, lib. 3. c. 12.

¶Tolerabilius est iuramentum non implere, quàm quod turpe est facere. C. VIII.

Iuo p. 12. ca. 17.

VNusquisque simplicem sermonem proferat: vas suum in sanctificatione possideat: nec fratrem suum circumscriptione verborū inducat: nihil promittat inhonestū [c]: aut si promiserit; tolerabilius est promissum non facere,

Pan. l. 8. c. 101.

quàm facere quod turpe sit. Sæpe pleriq; constringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse; sacramenti tamen cōtemplatione faciunt, quod spōponderunt: sicut de Herode supra scripsimus: qui saltaritici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnū pro saltatione promittitur: crudele, quòd mors prophetæ pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset periurium sacramē

Matth. 14.

† *homicidio*] Iuo

to † ? Si tamen periurium possit dici, quod ebrius [d] inter uina iurauerat, quod euitatus [α] inter saltantium [e] choros promiserat. Infertur disco prophetæ caput, & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ [f] fuit. *& post pauca de Iepte* [g] *disserens.* ¶Miserabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non vouere, quàm uouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& post paululū.* ¶Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

Ibidem.

Iud. 11.
3. c. nō semper.

α ¶Euitatus.] *Emendatum est ex B. Ambrosio, & Iuone. Antea enim legebatur,* & iuratus.

Item ex concilio Toletano 8. c. 2.

¶Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta. C. IX.

INcommutabilis, eademque semper existēs Dei natura, parcens sua sæpe in sacris litteris legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam [h]. Vnde quālibet sit impassibilis, atque immutabilis, eiusdem deitatis licet sint dicta firmissima crebro tamen eius, & iuramenta leguntur, & pęnitentia: quæ sacris extant my-

d ¶Quod ebrius.] Ergo promissio ebrij non tenet 1, ut 15. q. 1. sane.

1 Itē tenet cū ista glo. Pul. in cōsi. 80. in fi. ubi dicit quòd cōtractus eius qui potationibus, & ebrietatibus, uel adulationibus est inductus ad uendendū rem minori pretio quàm valeat, est ipso iure nullus: pro hoc bn̄ facit ca. sane. in gl. alias.

e ¶Saltantiū.] Argu. quòd id quod ad clamorem populi promittitur: nō tenet. si. 8. q. 1. licet. & c. si ergo & extra de ele. Osius. Item alia rōne non debuit tenere hoc iuramentum, quia ob reuerentiam hospitū videt promisisse: & ea quæ ob reuerentiā alicui promittuntur, non ligāt, vt ff. quarum rerum actio nō datur. l. 1. §. quæ honorādæ. sic ergo taciturnitas, quæ fit ob reuerentiam aliquorum, non pręiudicat, vt ff. de fur. l. pen.
f ¶Quod amentiæ.] Alias amicitiæ.
g ¶De Iepte.] Infra proxi. causa. q. 5. si nō licet, in fi. contra. ubi dicitur, quòd uotum illud fuit a spiritu sancto. Sed dicas quòd uotum fuit iustum: sed talis solutio fuit iniusta. Hebræi tamen quidā reprehendunt etiam ipsum iuramētum: & dicunt quidam, quòd si equus uel asinus ei obuiasset, nunquid illud obtulisset domino? quasi dicant non.

INcommutabilis.] CASVS. Quęsitum est in concil. Toletan. utrum quis possit uenire contra iuramentum suum illicitum, & respōdet quòd sic, & hoc probatur exemplo Domini: qui licet sit incommutabilis, legitur tamen suam sententiam mutasse, & contra sua iuramenta uenisse. Probatur & hoc auctoritate Hierem. prophetæ dicentis: Repente loquar, &c. [Iuramenta,] id est, dispositiones, secūdum quòd merita hominum exigebant. Sequens cap. patet.

VNusquisque.] CASVS. Ostendit hic Ambro. quòd aliquis non debet illicitum promittere: & si promisit, tolerabilius est promissum non adimplere, quam facere rem illicitā. Et hoc probat exemplo Herodis & Iepte, qui sæpe in scriptura reprehenduntur, eo quòd per promissionem suam illicitam impleuerunt. nam bene potterant mutare uoluntatem prauam, cum ipse Deus suā

h ¶Sentētiam.] Id est, communicationem. ea, quæ Dominus dicit communicando, vel commonendo, bene reuocat: sed ea quæ asserendo dicit, non reuocat. unde Macrobius dicit quòd tripliciter contingit deos loqui.

Deus quę à se dicta reuocet.
Deus tripliciter loquutur.

sterij adoperta. Iurare namque Dei, est à seipso nullatenus ordinata conuellere: pœnitere vero eadem ordinata, cū voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: [Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud. Si pęnitentiam egerit gens illa super malo suo, quod locutus sum aduersus eam; agam & ego pęnitentiam super malo, quod cogitaui [a], ut facerem ei.] *Hier. 18.*

¶Initium huius capituli emendatum est ex recentioribus editionibus conciliorum Coloniensibus, & codice Lucensi regio. In uetustioribus autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusque monasterij Dominicani post uer. tunc ētenda, *quod in ipso concilio antecedit huic capitulo, sequitur continenter.* Etenim immutabilis deitatis licet dicta uiut firmissima, crebro tamen, &c. *intermedijs omissis.*

Item Augustinus.

¶Sapientis est reuocare, quod male loquitur. C. X.

Magnæ sapientiæ est, reuocare [b] hominem, quod male locutus est.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 7.

¶Quæ pęna feriatur, qui illicitum iuramentum facit.

Qui sacramento se obligauerit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat; pro periurio vno [c] anno à communione corporis & sanguinis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit ieiunijs absoluat. Ad charitatem uero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet. *Burc. l. 12. c. 17. Iuo p 12. c. 74. Rabanus in pęnit. c. 10. 1. Pet. 4.*

Item Ambrosius lib. 3. officiorum, c. 12. † *†In Tole 8 c. 2. 1. e vnusquique. in fine.*

¶Non omnia promissa soluenda sunt. C. XII.

Non semper promissa omnia soluenda sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam; sicut scriptura indicat. *Iuo p. 12. c. 17. Pann. l. 8. c. 108.*

Item Isidorus sententiarum lib. 2. c. 31. *Cōc. Tol. 8. c. 2. Beda in Scint illis, c 36. Glossa ordinaria i c. 14. Mat. Polyc l. 6. tt. 12. Burc. l. 12. c. 10. Iuo. p. 12. c. 36. & 67. Pann. l. 8. c. 118.*

¶De eodem. C. XIII.

Non est obseruandum iuramētum, quo malum incaute promittitur: veluti si quispiam adulteræ perpetuā cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio.

Item ex concilio Toletano, c. 8.

¶Male iurans pęnitentiam agat. C. XIIII. *Rabanus lib. pęnit. c. 21. Burch. l. 12. c. 7. & 29. Iuo p. 12. c. 64.*

Necesse est, vt male [d] iurans dignam pęnitentiam agat: eo quòd nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in vanum: quia in Exodo scriptum est: [Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.] *Exod. 20.*

¶Verba propria huius, & sequentis capitis non sunt in canone secundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib. pænit. c. 21. & Burchardus lib. 12. cap. 29. Comminctio enim hic affert cum ijs, quæ in secundo illo canone leguntur. Idem vero Burchardus, cap. 7. citat ex Toletano, cap. 9. Ivo autem absolute ex Toletano. Suntque apud ipsos hæc duo capita coniuncta.

---

a ¶Cogitaui.] Id est, videor cogitasse.

b Magnæ.] ¶Reuocare.] Id est non adimplere: nec dicit fallax si ad rei veritatem reuertitur, vt 22. q. 1. apud.

Qui sacramento.] CASVS. Iurauit quidam, quòd nunquam per pacem cum suo inimico ueniret. quæsitum fuit in concilio Ilerdensi. quid sit super hoc faciendum: & responde tur quòd pro periurio id est illicito sacramēto debet per annū à corpore Domini se parari, & reatū suum eleemosynis & fletibus diluere, & ad pacē celeriter uenire festinet. Seq duo capitula plana sunt.

c ¶Vno.] s. ea q. 1. c. vlt. contra 6. q. 1. quicumque. ibi imponitur septennis pęnitentia pro periurio: sed ibi loquitur cū quis transgreditur licitum iuramentum: hic loquitur cum quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitam, mortaliter peccat: ergo septennis pœnitentia debet ei imponi, ut 22 qō. 2. hoc ipsum? Respond. regulariter imponit septem annorum pœnitentia sed ex causa diminuitur uel auget illud tempus 26. q. 7. tempora. tamen hic non negatur quin per septem annos debeat pęnitere: sed hic solum dicitur, quòd a communione corporis Christi uno anno separatur. *Pęnitentia ex causa minuitur uel augetur.*

Necesse est.] CASVS. Quidam iurauit se facturum aliquid inhonestum unde quæsitum fuit in concilio Toleta. quid esset de hoc faciendum. Et respondetur quod pęnitentiā agere debet; quia nomine Domini abusus est illicite iurando. Et hoc probaē auctoritate Exodi. Sequentia tria capitula patent. [Diffinitio] id est, assertio.

d ¶Vt male.] Distinguitur tamē an solennites

1 Id q8 f. male, &c. te nocare in- quam cessa fione ope- ra f.ut eesset, & non adimpleat illud malū, nunquam qd dixerat se facturū, uel uerbo uel faramē. H aliàs euolatemisf 41. & 42. dist §. vlt. & hoc cum iu rat qs illici tum ab ini tio. uel eiā cū ex post facto redit ad noxam. 63. distinct. 9 uerū 45. distin. licet non Lau.

quemadmodum & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista, Item.

[*Item*] *& in Leuitico.*

C. XV.

Leuit. 19. NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomẽ Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod facturum se sacramento deuouerit; omnino non faciat: quia stulta uota frangenda sunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c. 3.

¶*Ita etiam cæteri collectores. Sed supra ea. capite, si aliquid ijsdẽ verbis affertur ex Beda, apud quem habetur, vt ibi est indicatum*

¶Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est seruandum. C. XVI.

S. ead. si aliq d. Poly. l. 6. tit. 11. Ansl. l. 11. ca. 73. Iuo p. 12. c. 75. Pann. l. 8. c. 118. SI aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem uergat in exitum; illud consilio salubriore mutandum nouerimus: & magis instante necessitate peierandum † nobis, quam pro facto *a* iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

† al. perdurandum

a ¶Pro facto.] *Apud Iuonem, & in Panormia legitur*, pro uitando periurio, *vt supra ead. c. 6. In Polycarpo autem*, profecto in aliud. *Anselmus habet quemadmodum Gratianus.*

Item ex concilio Eliberitano † c. 1.

† al. Hibernensi

¶Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio soluitur. C. XVII.

Burc. l. 12. c. 25. Iuo p. 12. c. 80. DIffinitio [a] incauta laudabiliter soluenda est [b]: nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio [c].

¶*Iuo citat vt Gratianus. Burchardus autem ex concilio Hibernensi. & sic est in manuscripta collectione canonum incerti auctoris.*

Item.

¶Illicitum iuramentum non est seruandum. C. VXIII.

Sen. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 15. Pann. l. 8. c. 98. Ino. ACtione quarta septimæ synodi *β*] Ioannes Apocrisarius orientalium sediũ dixit. Significat sermo patris nostri Sophronij, quòd melius sit iurantem peierare [d], quam seruare sacramentum in fractione sacrarum imaginum. Hoc autem dicimus: quia sacramento quidam se excusant. Tharasius patriarcha dixit. Quia pater *γ* Sophronius nouerat bonitatem Dei; propterea transgredi uoluit impium iuramentum. *Item paulo post.* ¶Tharasius patriarcha dixit. Herodes seruauit iuramentum & perijt. Petrus vero negauit cum iuramento, & conuersus fleuit, & saluatus est. Omne [e] enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pœniteat. Sancta synodus dixit. Sic nos docet sancta scriptura. Item Leontius † episcopus Phoceæ dixit. Scriptum est: [Iuramentum mendax ne diligatis.] Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur, quasi nullam uirtutem habens.

In Liminatio, cap. 17.

† al. Leo

Zach. 8.

a ¶Actione quarta septimæ synodi.] *Hæc verba in vno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Iuonem) initium vero capitis est*, Ioannes, &c. *& versio hæc non est Anastasij bibliothecarij.*

β ¶Quia pater] *Aliter habet locus ille synodi. Ibi enim ex Limonario. seu horto spirituali cuius auctor est Sophronius, refertur consilium abbatis Theodori Aeliotæ datum incluso; vt iuramentum diabolo præstitum de non adoranda imagine virginis Mariæ Iesum infantem gestantis nullo modo seruaret.*

Item Isidorus.

nitet iuret, an Incursu uerborum. Si cum incursu uerborum, tunc uenialiter peccaret, ut 25. distinct. § aliàs.

a DIffinitio.] Id est, affirmatio.

b ¶Soluenda est] id est, frangenda est.

c ¶Emendatio.] Nõ enim peccat frangendo tale uotum: sed in hoc peccat q͏ temere iurauit, ut 33 q. 5. una. Sed nunquid ita le iuramentum quod temerarium est. i. de re illicita factũ, inducit depositionem uel infamat? Arg. q͏ sic 6. q. 1. quicumq; sciens. & c infames. & inf. c. qõ. 5. si quis conuictus. & extra de iureius. querelã. Sed cõ extra de iureiu. sicut. Ego nõ credo tale iuramẽtũ infamare, uel impedire electionẽ factã uel faciendã. De hac materia not. 85. dist. archidiaconũ. Io. Iuramentũ de re illicita factũ nõ infamat.

ACtione.] CASVS. Quidã epĩ iurauerunt se fracturos imagines saluatoris & sanctorum, q in ecclesijs erant: quare quæsitũ fuit quarta die septimæ synodi: an illud illicitum iuramentum esset seruandum, & responderunt q͏ non. & ad hoc probandum inducitur auctoritas Sophronii, scilicet si quis uult illicitum iuramentũ seruare, peribit sicut Herodes. si quis uero non seruat, indulget sibi Deus sicut Petro indulget. Sequens capitu. per se patet.

d ¶Peierare] Quo ad similitudinem facti.

e ¶Omne.] Nisi quã do peccatur in spiritum sanctum, ita q͏ sit impœnitens.

a ¶Si

¶Non obseruentur iuramenta, quæ fiunt contra diuina mandata. C. XIX.

SI quis præuentus [a] fuerit, vt definiat [b] agere aliquid eorum, quæ non placent Deo; pęnitentiam agat: & qđ contra mandatum Domini statutum est, in irritum reuoce tur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.* ¶Tribus siquidem modis iuramenta contracta soluenda sunt [c]. Primo, cum quis malè iurat [d]. Secundo, cum quis incautè iurat [e], non putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri uel puellæ in domo parentum se iuraměto constrinxerint patribus †, postquam audierint, contradicentibus [f].

† *al. parētibus*

¶*In libro de institutis monachorum B. Basilij Rufino interprete hæc leguntur*, Si quis præuentus fuerit, ut definiat agere aliqđ eorum, quæ non placent Deo *In responsione uero subijcitur*, pęnitentiam debet agere *& postea* oportet irrita reuocare, quæ cunque ex præsumptione contra mandatum Dei statuuntur.

2 *Ecce, quòd iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, damnabiliter seruantur. Quod tunc intelligendum est, quādo iuramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur. Ceterum, si propterea deseritur, vt in aliud malum transeatur, illicitum sacramētum damnabiliter seruatur, sed damnabilius contemnitur.*

Vnde Augustinus de bono coniugali, c. 4.

¶Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur. C. XX.

SI ad peccatum faciendum fides adhibetur; mirum, si fides appellanda est. Veruntamen [g] qualiscunque sit, si & contra ipsam fit; peius fit: nisi cum propterea deseritur, ut ad ueram fidem, legitimamque redeatur: id est, ut peccatum emendetur uoluntatis prauitate correcta; tanquam si quis eum hominem solus expoliare non possit, inueniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur; vt simul id faciant, spoliumq; partiantur: quo facinore commisso totū solus auferat: dolet quidē ille, & fidē sibi nō esse seruatā côqueritur [h]. Verū in ipsa sua querela cogitare debet

Ino p. 12. c. 14. Pann. l. 8. c. 96.

aliqua obligatio contrahatur in turpibus, vt ff. de verb. obli. generaliter. immo magis peccat tradendo socio partem, quàm retinendo sibi: quia alij non possumus soluere qđ alij debetur, vt extra de iureiu. cum te? Sed dicas illud quod hic dicitur, referri ad erroneam alicuius

Obligatio nō cōtrahitur in turpibus.

a SI quis præuentus.] Id est, deceptus.
b ¶Vt definiat.] Id est, intendat.

TRIBVS. CASVS. Docet Hier. in hoc c. qđ tribus modis potest quis contra suum iuramentum venire. Primo cum quis scienter malè iurat. Secundo cum incautè iurat, non putans esse peccatum quod iurat. Tertio cum pueri uel puellę intra pubertatis annos in domo parentum se obligant sacramento: quod parentibus contradicentibus potest irritari.

c ¶Solenda sunt.] Id est, irritanda.

d ¶Malè iurat.] Scienter.

e ¶Incautè iurat.] Ignoranter.

f ¶Cōtradicētibus.] Intra annum, ut 20. q. 2. puella.

ECCE. Hæc est 2. pars qō. in qua probatur qđ si aliquis uenit contra proprium iuramētum malum qđ mutatur ad bonum, tunc non peccat: si autem vt conuertatur ad peius, tunc peccat dupliciter. Ioann. de Fant.

CASVS. Concludit Grati. ex supradictis, dicens quòd illicita iuramenta non sunt seruanda: immo laudabiliter dissoluuntur, cum illicita iuramenta deseruntur iō ut ad bonum redeatur. sed si sacramenta illicita deseruntur, ut in aliud malum transeatur, damnabiliter seruantur: sed damnabilius contemnuntur. quod probat per seq. cap.

SI ad peccatum.] CASVS. Quidam cum non posset solus spoliare viatorem, sociū sibi quæsiuit, cui iurauit se redditurū medietatem de spolijs, quo spoliato totū sibi retinebat consocius. quare super hoc tres qōnes fiūt. Prima est, an fides apelletur cum iurat partiri spolia uiatoris? Et respondet Aug. mirum est, si fides dicatur. Secunda est, si faciat 𝔷 fidē sibi retinendo totum. & an sit periuriū? Et rūdetur qđ sic. Tertia est, si nil dat socio, sed reddat cui abstulit: utrum peccat? Et rūdetur qđ non. Vnde datur intelligi, qđ si fidem debet seruare suo complici: multo magis humanæ societati. [Vtrobique,] i. in eo qđ iurauit partiri spolia, & in eo qđ totum sibi retinuit. Vel vtrobiq; i. quia rapuit, & ipse fidē non seruauit, sa totum sibi retinuit.

g ¶Veruntamen.] Sed quæro qualiter possit qs fidem frāgere in maleficijs socio: cū nec in istis possit contrahi societas, ut ff. pro soc. quod autem. & in l. sequē. nec ius opinionem, vt si quis credat se teneri ex tali iuramento, si non satisfaciat erroneæ conscientiæ, mortaliter peccat, vt extra de simo. per tuas 2. Et ita potius fides appellatur quantum ad errantis opinionem: & ita quandoq; consulitur alicui adimplere tale iuramentū; ad quod tamen non tenetur: & hoc ideo ut satisfaciat conscientiæ ipsius: & sic intelligo illud quod legitur extra de sponsa. commissum.

h ¶Conqueritur.] Non potest in iudicio conqueri: qa ex improbitate nemo côsequitur actionē, ut ff. de furt. itaq; fullo. nec iudicium communi diuidendo locum habet inter prædones, ut ff. communi diuidendo l. cōmuni diuidūdo. §. inter prædones. nec pro socio. vt ff. pro soc. nec prætermittēdum. immo si quis ratione illiciti iura-

Actio non datur ex improbitate.

iuramenti aliquid petit præstabit alteri 10. libras auri in auth.coll.5.scenicas non solum.&c.
a ¶Potius.] i.q potius debet fides in bono seruari.
b ¶In bona vita.] Id est, in bono.
c ¶Si sentit.] Id est, intelligit.
d ¶Quam

malum trāseatur, perniciosum est: quia peccata peccatis accumulātur. si vero deseritur ut ad bonum redeatur, bonum est, & non malum: sed potius flendum est si occasione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus quod probat per seq. cap.

potius [a] in bona uita [b] ipsi humanæ societati fidem fuisse seruandam; ne præda iniqua ex homine fieret; si sentit [c], quàm iniquè [d] sibi in peccati societate seruata non fuerit [e]. Ille quippe vtrobique perfidus, profectò sceleratior iudicandus est.

Idem ibidem.

¶Si propterea fides non seruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur. C. XXI.

Iuo ibidem.
Pann.l.8.c.97.

MVlier, si fide coniugali violata fidem seruet adultero, vtiq; mala est; sed si nec adulter o [f], peior est. Porro si eam flagitij pęniteat, & ad castitatem rediens coniugalem, pacta, ac placita adulterina rescindat; miror si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quòd si quisquam, ut diximus, illicitum iuramentum non seruauerit, ut in aliud malū perniciosum declinet; tanto grauius delinquit, quanto damnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, ut ad bonum redeatur: nihil culpa pro tali periurio contrahitur, potius deflendum est, si in aliquo, illius iuramenti occasione nos deliquisse contigerit. Vnde Augustinus scribit Seuero Milenitano episcopo consulenti de quodam Hubaldo, qui à consanguineis cuiusdam pellicis coactus fuerat iurare se illam ducturum in coniugem, nec matri suæ, vel fratribus ulterius necessaria subministraturum.

Rescribit ergo B. Augustinus, ut diximus, Seuero Milenitano episcopo ita dicens.

¶De quodam Hubaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri, & fratribus. C. XXII.

INter cætera, vt rogaueras, a patre nostro Ambrosio quæsiui; quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore necis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere Quia uero, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere; matrimonium [g] sit in Deo firmum; & stabile. Porro iuramentum non ob hoc

INter cætera.] CASVS. Quidam nomine Hubaldus captus cum concubina sua cōpulsus est iurare cōsanguineis eius eam suscipere in vxorem: matrē vero cum fratribus de domo expellere: iurauit etiam quód nihil eis impenderet pro alimonia: quare Mileuitanus episcopus rogauit Augu. vt ab Ambr. quæreret quid de Hubaldo esset faciendum: qd' & factum est. Rescribit ergo Augu. vt Hubaldus habeat illam in coniugem, quam iurauit: matrem vero & fratres non expellat de domo: sed eis præbeat alimenta, & si occasione illius illiciti iuramēti aliquid eis hactenus defuit, p pœnitentiam emendet: nec vllam infamiam ex illo iuramēto facto per compulsionem contrahit: q a illi potius infamiam & reatum periurij cōtraxerunt, qui eum iurare coegerūt.

g ¶Matrimonium.] Videtur ex loco isto, q coactio conditionalis non impediat matrimonium: sicut nec impedit alia sacramēta, nec impedit sacramentum baptismi, vt 45. distinct. de Iudæis. nec sacramentū ordinis, vt 74. distinct. vbi ista. item alia ratione, quia hoc sacramentū seruari potest sine interitu salutis æternæ, ergo est seruandum, vt extra de iureiur. si uero. Sed contra matrimonia debent esse libera. & ibi animus debet gaudere plena libertate, vt extra despon. requisiuit. & c. cū locum. Ad hoc dicunt quidam, q talis est cogendus ducere mulierem, quam coactus desponsauit. si tamē nullo modo voluerit, cessare debet ecclesia à coactione. Alij dicunt, quód omnibus modis est cogendus r. & quod dicitur in illa decret. requisiuit. quod sit potius monenda quàm cogenda, exponunt, potius, id est, prius sic exponitur 23. q. 4. non inuenitur, in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt personæ, q vehementer præsumebatur q deberet sequi homicidium. Sed istis obuiat extra de spon veniens. So. probabiliter, potest dici, si placet, q in quatuor casibus non tenet iuramentum per coactionem extortum, vt in voto, vt extra

Matrimonium utrū per coactionem impediatur.

r Ad hoc extra de spon. ex litteris 2.

d ¶Quam iniquè.] Id est, quàm iniquum sit non seruare fidem in illicitis.
e ¶Non fuerit.] Societas, uel fides.

MVlier si fide.] CASVS Quædam mulier iurauit se seruaturam fidem adultero: & q alteri se nō supponeret postea volebat adhærere, vel ad legitimum maritum redire: quæsitum fuit ab Aug. vtrum peccet? Et respondet, si seruat fidem adultero malè facit: sed si alteri se subijciat, deterius facit, si vero ad maritum redit, nullo modo deliquit.
f ¶Si nec adultero] Ita q contrahat cum adultero tertio: & tunc peccatum accumulat peccato.
EX HIS. CASVS. Conclud. Grat. ex supradictis dicēs, quod si iuramentum illicitum deseritur, vt in aliud

extra qđ met.ca.p'latũ. In traditione tel ecclesiasticæ 31.q.6 anctoritatem.& e.seq.in dote,vt ff. quod met. cau.si mulier.§.dos.In matrimonio, vt extra de spon. cũ locum.& e.requisiuit.Quod autem dicitur,hic matrimoniũ,sit,& e.istud,sit non ponitur præceptiuè, sed hortatiue; vel loquitur in eo casu qñ post coactionem commixtus est ei carnaliter,vt extra de spon.veniens 2. Vel loquitur quando leuis fuit coactio. illa enim non impedit matrimonium. ff. de ri. nu. si patre cogente.B.

g ¶Decepti.] Multiplex ratio videtur suadere quare non debuerunt seruare tale iuramentum:tum q a erat ibi error personæ,tum quia dolus dedit causam iuramento: tum quia non poterant se obligare aliquo iuramento contra præceptum Dñi.Ad hoc dicunt plerique q de-

Iusm qđ iu dæi Gabaonitis p̄stiterũt, nõ fuit seruãdum.

fuisse institutũ inuenitur, vt esset uinculum [a] iniquitatis, vel matricidij [b] vel fratricidij, seu cuiuscunque criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, vt iniusta iuratio suorum bonorum sit iniustè iurantibus expoliario, & accipienti æterna damnatio. Periurij namq; percutitur pęna, & velut homicida in extremo examine à iusto iudice degrandinabitur † [c]; per quem sacrosanctum Euangelium ad iniustum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium iustæ, & humanę petitionis adducitur. Foueat [d] itaq; Hubaldus matrem † [e], & fratres: & lugeat, si coactione & timore iuramēti aliquid defuit matri. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit; reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniustè irrogata, eius est infamia, qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium [f] coactæ voluntaris trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorsit.

† al. degradabitur] al. condemnabitur

† Adde q uiet illũ qui hẽt p̃rem & filium, nor. Cy. (l. 1. 2. & 3. C de alĕ. li & Bart. l. pen. ff. đ li. agn.

3 *Sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probentur, opponitur, quòd Iosue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia seniores Israel iuramento cum eis pacem firmauerant. Sed notandum est, quòd seniores Israel, etsi scirent à Domino esse imperatum, ut delerent gentes terræ promissionis, decepti [g] tamen à Gabaonitis nesciebant eos esse incolas terræ sibi promissæ. Venerunt enim (vt historia refert) attritis calceamentis, & cum aridis panibus dicentes. Viri pacifici, venimus de terra longinqua: calceamenta sunt attrita in pedibus nostris: panis defecit in sitarcijs nostris: audiuimus Dominum esse vobiscum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit senioribus Israel: & fecerunt pacem cum eis. Post diem uero tertium, cum filij Israel appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus iurauerant seniores Israel. Illi autem uidentes se esse deceptos, uoluerũt delere eos sed pepercit eis Iosue propter iuramentum seniorum Israel.*

Iosue 9.

Vnde Ambrosius in libro officiorum tertio, c. 10.

¶Quædam licet à Deo prohibeantur; tamen iuramento firmata non sunt euitanda †. C. XXIII.

† Sic in uetustis, nã in vulgaris erat] *seruanda*

INno-

Necat qui non alit.

a ¶Vinculũ.] Arg. p opinione illorũ, qui dicunt q iuramẽtum per metum extortum non tenet 31. q. 2. Lotharius. & 15. q. 6. c. 1. Sed intelligas hoc ad hũc casum spectare, quem hic ponit. De hac materia notaui 31. q. 6. c. 2.

b ¶Vel matricidij.] Videtur enim necare illum cui non præstat alimenta. 12. q. 2. qui abstulerit. & 86. dist. non satis. ff. de lib. agno. necare.

c ¶Degrãdinabitur.] .i. grandine pœnæ æternæ flagellabitur.

d ¶Foueat.] Argu. q iuramentum pro parte tenet & pro parte non, vt 12. q. 3. antecessor. & 12. q. 2. si quos de seruis. & 17. q. 4. quelli.

e ¶Matrem.] Ad hoc enim tenetur, vt 30. distin. c. 1.

f ¶Ad opprobrium.] .i. ad infamiam, non .n. dicit ad peccatum: quia uere peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quàm malo consentire. 32. q. 5. ita ne. & sic non obstant contraria. j. de consec. distinc. 4 eos quos. & j. ea. q. 5. c. 1. & 3. Inan.

SED CVM HIS. Hæc est 3 pars qñ. in qua quæritur, vtrum peccassent filij Israel, qui propter iuramentum pepercerunt Gabaonitis. & dicitur quod non. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra ostensum est, quòd illicita iuramenta non sunt seruanda. Nunc uero probat contrarium exẽplo Iosue: qui licet contra Domini præceptum firmaret pacem cum Gabaonitis, tamen sacramẽtum suum non violauit, sed seruauit illæsum: & hoc ideo, quia seniores Israel nescierunt iuramentum illud esse illicitum, quia nesciebant illos quibus iurauerant, esse incolas terræ sibi promissæ. & ad hoc inducit sequens capitu.

diuinitus fuit eis inspiratũ t . q deberent eis parcere: sed tñ iusm fuit illicitũ, vt extra de elec. venerabilem. in fi. Vel dic q satis impleuerunt præceptum Dñi: q a satis vñr fuisse interfecti, cum redegerunt eos in seruitutem. Nam seruitus morti comparatur. ff. de reg. iu. seruitutem. non obstat dolus illorũ, quia iste dolus fuit pro vita conseruanda: licitum * est. n. reo corrumpere aliquem pro vita conseruanda, vt 2. q. 3. c. si quem pœnituerit § notandum. in fin.

INnocens.] CASVS Ostendit Ambr. in hoc c. q non est uituperandum si alicui creditur ignoto, etiam si ab eo decipiatur: & hoc probat exemplo Iosue, qui Ga-

‡ Hoc est vetum sm L. vt dicã j. c. prox. & idẽ no. hic Hu.

* *Reo licitũ est secũdũ iura ciuilia non canonica corrũpere aliquẽ pro vita cõseruãda. Vide gl. in e c. si quẽ pœnituerit. in verb. in omnibus.*

Gabaonitis fingentibus se de longa terra venise credidit,& cum eis pacem firmauit,& societatem.post tertium vero diem cum populus Israel ad Gabaon ciuitatem venisset, & se circumscriptum esse indignaretur, non permisit Iosue pacem reuocari: quia firmata erat religione iuramenti.

aures.sic extra de iureiuran.debitores.

b ¶Clementior] Arg.quod si iudex facit aliquid, quod non multum differt à mandato, quod non dicitur excessisse fines mandati. si enim mandatur aliquibus ut eligant, pôt postulare,vt extra de ele.in causis.& de post. post translationem. in princ.Et de hoc notaui plura.argu.8.q.1. licet. Item habes hic quod licite commutatur vna pœna in aliam a, vt 2.6. quæstio.6.quia iuxta.& 82. distin. presbyter. & 36. quæst. 2. de rapt.Ioan.

Prou. 14.

cens [a], credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas: sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem [b] esse, ignorare [c], quod noceat: & si circumscribitur ab aliquo; de omnibus tamen bene iudicat [d], qui [e] fidem [f] esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione inclinatus Iosue, ut crederet Gabaonitis; testamentum disposuit, pacem dedit, confirmauit [g] societatem Sed ubi in terras eorum uentum est; deprehensa fraude, quòd cum essent finitimi, aduenas se esse simulauerât, circumscriptum se populus patrum indignari cœpit; Iosue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non censuit; quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret †, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos uilioris obsequio ministerij. Clementior [h] sententia, sed diuturnior.

† al. arguit] orig.

Illicitum [i] ergo iuramentum, quod seruari prohibetur, intelligendum est, quod scitur esse illicitum, dum iuratur. Si autem nescitur illicitum esse; ipsa ignorantia excusat: si putetur licitum esse, non ex ignorantia iuris [k], sed facti. Aliud enim est, si alicuius copula credatur esse licita, quia nescitur esse consanguinea, uel quia creditur esse uidua: aliud, si ideo putatur licita; quia consanguinearum coniunctio, uel relictarum copula nullo iure credatur esse prohibita. Hic enim est ignorantia iuris, quæ neminê excusat;

Pœna una in aliam cô mutatur.

a Etiam vbi debetur pœna mortis, vt hic & 23. qô. 5.c.1.& huc uenias est aute sententiã latã à iudice. Post sntam aût nô pôt hoc iudex nisi sit Papa.vel sm Hu. de hoc le. & no.2.qô. 3. §. notãdû. in gl.vt ĩ & c.Arch.

ILLICITVM CASVS. Iste § diuiditur in tres partes, In prima parte concludit Grat. ex supradictis, quòd iuramentum illicitum seruari non debet, quod scitur esse illicitum cum iuratur. si autem nescitur esse illicitum, propter ignorantiam excusatur.quod probat Gra. duobus exemplis,scilicet consanguineæ, & repudiatæ: quas si quis in coniuges duceret,ignorantia facti excusatur: quia nesciebat eam consanguineam uel repudiatam esse. sed si sciret consanguineam uel repudiatam esse,& crederet coniunctionem talium licitam esse: tûc excusaretur. Iudæi ergo non ignorabant ius, scilicet Gabaonitas esse delendos: sed ignorabant factum, scilicet Gabaonitas esse incolas terræ promissionis: & idô quod iurauerant, seruare debuerunt. In secunda parte ostendit, quod illud iuramentum illicitum, quod seruari prohibetur,non est intelligendum de omni illicito iuramento nam cum sacramêtum tres habeat comites, veritatem,iudicium, & iustitiã: ubi hæc tria defuerint, iuramentum reputatur illicitum:non tamen ubicumque defuerit aliquod istorum, seruari prohibetur: quod probat duobus exemplis, scilicet exemplo eius, qui post votum simplex iurauit aliquam in uxorem ducere:& exemplo eius,qui temeritate iurauit se manducaturum. In tertia parte ostendit,quòd iuramentum tripliciter dicitur illicitum. Primo scilicet ex eo quod iuratur,quod est malum Secundo ex causa extra uenienti.] Tertio ex modo iuramenti: & hoc probatur per exempla,quæ satis patent in littera. Secunda pars incipit ibi,[Iuramentum namque.] Tertia ibi, [Iuramentum itaque]

Iuramentû illicitû tripliciter dñ.

Innocês pro stulto quandoque sumitur.

a ¶Innocens.] Id est, simplex & iustus. Salomon tamê sumit hoc uerbum.innocens,pro stulto, vnde hoc sumptum est. & sic sancti uiri idem uerbum retorquent, quandoque ad contrarios intellectus. Sed nonne æque reus est ille qui de facili credit. sicut ille qui mentitur vt 11.q 3.non solum & nimia facilitas credendi uituperatur, 86. dist. si quid vero? Sed illud intelligas de iudice qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere sm verba alterius partis.3 q 9 c.1. a.& 3.

b ¶Innocentem.] Id est,talem qui non noceat,nec nocere velit 6.q.1.oues & cap.sapiens.

c ¶Ignorare.] Per experientiam facti nam scriptû est, Scientia malorum bonis obesse non debet.

Spiritualis iudicat omnia,&c.

d ¶Iudicat.] Diceret aliquis,quomodo potest esse bonus, qui non habet discretionem & iudicium,ex quo decipitur:cum Apostolus dicit, Spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur? ideo dicit, iudicat de omnibus etiam de ignotis,in his. scilicet quæ spectant ad salutem:quia si quis deciperetur in talibus,ibi non esset minus periculum falli quam fallere, ut 16.q.1 si cupis: Tunc enim de ignotis non debemus aliquid præsumere,nec de bonis malum,nec de malis bonum, ut 46 dist sunt nonnulli.in si.Vel dic iudicat,id est,præsumit bene de quolibet.

Iuramentum illicitum an propria auctoritate possit astringi.

e ¶Qui.] Id est,quia ipsi.

f ¶Fidem.] Id est,verborum veritatem.

g ¶Confirmauit.] At.est hic,quòd qui iurat rem illicitam,propria auctoritate non potest uenire contra iuramentum illud t, ut extra de elect. uenerabilem.in fin. Nam illicitum est tenere curam pastoralem, & tamê iurans teneretur illud seruare, ut 25.distinct. Florentinum archidiaconû. simile extra quod metus causa, ad

t Arg.contra 2. e.qui sacramêtu ubi de hoc satis dixi in si. Arch.

i ¶Illicitum.] In prima parte § dicit magister,quod tunc iuramentum illicitum non sit seruandum, cum iurans tempore quo iurat scit illud esse illicitum: sed si ignorat illud esse illicitum, dummodo non sit ibi ignorantia iuris, non peccat.& hoc durat vsque ad illum locû: quod autem illicitum.Secundo ostendit quod non est hoc generaliter verum: quia si in aliquo iuramento deest aliquod istorum trium, uel iustitia. uel ueritas, vel iudicium:quod illud non sit seruandum. Tertio dicendum, quod iuramentum quandoque est illicitum ratione rei de qua quis iurat: quandoque ex causa superueniente:quandoque ex modo iurandi.Io.

k ¶Iuris.ã].1.q 4 in fine.

a ¶Cui

Ius ignorare quibus permittit.

a ¶Cui pmittit.] &c. vt militibus, mulieribus, rusticis, & minoribus. ff. de proba. cũ de indebito. §. si autẽ is &. q. 4. §. notãdum.
b ¶Seruari.] Hæc nõ est ratio sufficiens.
c ¶Nunquam.] Non bene dicit. quia si ille qui nouit simpliciter postquam duxit vxorem, iurat quòd non dimittet eam, illud iuramẽtum licitum est: sed si prius uouit, quam ducat vxorem, tunc potius seruabit votum quàm iuramẽtum, sequens, ut extra qui cle. vel vo. intus.
d ¶Ob solam religionem.] Non est hoc verum. Ioan.

nisi cui permittitur [a] *ius ignorare: ibi vero ignorantia facti, qua quisque vere* † *excusatur. Seniores autem Israel non ignorabant gentes terræ promissionis ex præcepto Domini esse delendas: sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terræ promissionis. Ignorabant si quidem factum: sed non ignorabant ius facti: atque ideo etsi illicitum esset quod iurauerunt; tamen licite seruari* [b] *debuit quod iuramento firmauerunt. Quòd autem illicitum iuramentum seruari prohibetur; non est generaliter intelligendum. Iuramentum namque (vt Hieronymus testatur super Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam: vbi autem ista defuerint; non est iuramentum, sed periurium. Vnde datur intelligi illicitum esse iuramentum, cui aliquot istorum defuerit: non tamen cuicumque contigerit aliquod istorum deesse, prohibetur seruari. Aliquando namque iuramento deest iustitia: veluti cum quispiam post votum castitatis ducit vxorem, iuramento firmans numquam* [c] *se ab ea discessurum: quod quamuis illicitum sit, quia iustitia sibi probatur deesse; tamen auctoritate Augustini seruari præcipitur.* Quòd *Hoc autem si quis contendat prærogatiua coniugij, non propter religionem iurisiurandi seruari; animaduertat Gabaonitas ob solam religionem* [d]*, contra Domini imperium reseruatos. Cum ergo omne Domini præceptum iustum sit; patet ei iustitiam deesse, quod eius præcepto contrarium inuenitur: Iudicium quoque aliquando iuramento constat deesse: ueluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat se manducaturum, & bibiturum. Hoc quamuis leuitate indiscreta illicitum probetur; non tamen ideo violari iubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo quod iuratur: aliquando ex causa extra venientis aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur, tunc est illicitum iuramentum, quando id, quod iuratur, in sui natura vitiosum est, uel vitam adimens, ut adulterium, homicidium, & his similia; vel reparari non permittens, veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti misericorditer non subuenire. Ista, quia perspicuam in se habent iniustitiam & si iuramento firmentur; tamen seruari non debent. Circa hæc vtique* † *iuramenta, intelligenda sunt quæ de illicitis iuramentis non obseruandis supra statuta leguntur. Quisquis ergo se iuramento firmauerit aliquid facturum, quo vel corporalis, vel spiritualis salus adimatur, vel sine quo vtraque salus reparari, vel confirmari non possit; fidem promissam seruare prohibetur: quorum exempla præmissæ auctoritates subijciunt, dum eum, qui homicidium facere, vel alimenta matri, & fratribus non subministrare, in adulterio perseuerare, vel ad pacem cum aduersario non redire, iuramentum præstando promiserit; salubriori consilio illicita vota obseruare non permittit. Est etiam id, quod iuratur aliquando vitiosum, non natura sui, sed ex causis extra venientibus: veluti cum aliquis post votum castitatis iurat alicui se habiturum eam in coniugem.* ¶*Coniugem namque habere, in seipso malum non est: tamen huic ex voto perniciosum est. Hoc autem iuramentum, etiam si illicitum sit, non tamen seruari prohibetur: sed de violatione voti pœnitentia sibi iubetur indici. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum; quando inconsiderate, & incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus admittitur, & sine quo vtraque salus reparari, & uita conseruari valet: veluti dum aliquis à parentibus coactus, vt clericatus tonsuram, uel religionis vestem suscipiat; se neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quamuis aliquibus videatur reprehensibile; quia opus charitatis iuramento se non facturum promisit; nulla*

† *al. fere*

su. q. 2. animaduertendum.

† *al. itaque*

tamen

Q Vòd autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima ponit quæ pœna imponatur per iuris compulsis vel voluntarijs, & qualiter puniūtur qui alios iurare faciunt falsum. & hoc probat per 7.c. Secunda ibi, [Item qui

ducit sequentia ea. Quid aūt iuris sit de iuso per metum extorto, notati consueuit 15.q.6. auctoritatem. a ¶Quòd autem.] Istud non habet dubitationem, an peiurus sit qui alium cogit peierare: nam etsi ipse nō propriè dicatur periurus, tamē mortaliter peccat, quia quod alter mandato nostro facit, nos tepu tamur fecisse, vt extra de sen excō. mulieres. Vtrum autem iudex licitè possit recipere iuramentum illius, quem scit velle peierare, die ut dixi supra 15.q.5. presbyter 1.

Peccat mortaliter q. aliū cogit peierare.
b ¶ Propulsandam.] Qui repellere possunt iniuriam, & qualiter possit repelli, & an tantum personæ iniuria, uel etiam personæ & rerum possit repelli uidendum est 1. Et quidem videtur, ꝙ non solum laici, sed etiam clerici possunt repellere iniurias & rerū & personæ, ut extra de resti. spo. olim. & extra de sen. excom. si vero. e. ex tenore & ĩ. dist. 1. ius naturale. & ff. de iustit. & iure, vt vim. Econtra videtur ꝙ clerici non possint, ut extra de homicid. suscepimus 45. dist. seditionarios. Ad hoc dicunt quidā, ꝙ nulli licet vim repellere percutiēdo, sed tantū impediendo. Alij dicūt ꝙ licet laicis repercutere: clericis non. Ego credo ꝙ & clericis & laicis licet repercutere: distinguitur tamen, quia aut vis infertur personæ, aut rebus. si personæ, tunc est uis repellenda prius quam sit illata. Sed quidā dixerunt, ꝙ nullus nisi repellere debet, nisi illatam 2: immo insidiantem licitū est occidere, & eum qui vult occidere, vt ff. ad l. Aquil. tius est uindicta, quàm repulsio iniuriæ: & sic intelligo quod dicitur iniuriam incontinenti posse repelli. Requiritur ergo ꝙ defendendo repercutiat, non ulciscendo, ut inf. ea. quod culpatur. & ff. ad l. Aquil. scientiam. & cum moderamine se defendat, ut extra de resti. spo. olim causam. in fi. si quis tamen moderamen excedit, & non ex proposito, non tenetur, ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. licet illa decr. olim causam. videatur contradicere. Item incontinenti debet uim ui repellere, ut ff. de ui, & ui ar. l. 3. §. eum igitur. Si autem vis infertur rebus, & illatam, & inferendam licitum est repellere: sed potius illatam, quàm inferendam.

c ¶ Præbe.] Illud intelligatur de cordis præparatione, vt ĩ. ea. paratus. vel cum agitur de fide.

d ¶ Duo millia.] Vbi est quæstio fidei.

e ¶ Defendentes.] Ex odio, vel dic ex interuallo: uel non seruato moderamine.

a ¶ Non

Matth. 26. *possum* [a] *rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quã duodecim legiones Angelorum?*] *denique sicut de B. Andrea legitur, cum fieret concursus populorum, ut de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab iniuria mortis illum defenderent; ipse econtra & exemplo & verbo patientiam docens, rogabat eos, ne suum martyrium impedirent; quid aliud monemur: quàm sicut proprias, ita & sociorum iniurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animam præparare?* ¶ *Itẽ cum in prouerbiis* [a] *dicatur,* [*Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus,*] ¶ *Item, cum in Euangelio dicatur* [*Nolite iudicare* [b], *& non iudicabimini,*] *Item, cum paterfamilias dicat seruis volentibus colligere zizania* [c] [*Sinite utraque crescere usque ad messem: & tunc dicam messoribus, colligite zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum.*] ¶ *Item cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis, angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidias prophetarum, & Apostolorum, qui vocati ad nuptias venire contempserunt credendo: Itẽ, cum Paulus apostolus dicat in epistola ad Romanos,*] *Nolite iudicare inuicem,*] *Item* [*Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat, aut cadit: Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & viuorum, & mortuorum dominetur:*] *In his omnibus quid aliud præcipitur, quàm ut vindicta delinquentium diuino reseruetur examini? Cum ergo, ut supra dictum est, militia videatur instituta vel ob iniuriam propulsandam, vel ad vindictam inferendam, utrumque autem lege Euangelica prohibeatur, apparet, quòd militare peccatum est.*

In martyrio ipsius. Deuter. 32. Rom. 12. Matth. 7. Matth. 13. Rom. 14.

a ¶In prouerbijs.] *Sententia ista solet quidem prouerbij loco usurpari: sed non habetur in libro Prouerbiorũ. Affertur à B. Paulo ad Rom. c. 12. (coniuncte cum alia sententia ex c. 25. Prou.) & ad Hebreos 10. Deuteronomij, c. 32. In cantico sic subscriptum est,* Mea est ultio, & ego retribuam.

Hinc etiam Gregorius ait.

Origenes homilia 15. super Iosue. ¶Bella carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt. C. I.

NIsi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent; nunquam, ut opinor, Iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in ecclesijs fuissent ab Apostolis [d] traditi. Quo enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu: [Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apostolum iubetur, & dicitur: [Non uosmetipsos uindicantes [e], sed magis iniuriam accipite, & magis fraudem patimini?] Vnde deniq; sciens Apostolus nulla nobis iam ultra bella esse carnaliter peragenda; sed animæ certamina contra spirituales aduersarios desudanda; uelut magister militiæ, præceptum dat militibus Christi, dicens: [Induite uos armaturam Dei, ut positis stare aduersus astutias diaboli.

Io. 14. 1. Cor. 6.

His ita respondetur. Præcepta patientiæ non tam ostentatione corporis, quam præparatione cordis retinenda.

Vnde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis.

a ¶Non possum.] Et tamen noluit rogare ut præberet exemplũ humilitatis. alibi tamen dicit, si fieri põt transeat à me calix iste. 16. dist. habeo.
b ¶Iudicate.] Iniuste. Vel loquitur de ijs, qui non habent iurisdictionem.
c ¶Zizania.] 11. q. 3. nol. re. Ioan.

NIsi bella.] CASVS. Quæsitum fuit à Grego. quare bella Iudæorum legantur in ecclesia. Et respondet quod non ob aliud, nisi ut per ipsa doceamur spiritualiter pugnare contra uitia & dæmones. Et ad hoc probandum inducit 4 auctorita. quarũ vna est Christi: reliquæ sunt apostoli Pauli.

d ¶Ab Apostolis.] Ergo non tantum ex p̃cepto vel constitutione ecclesiæ legimus libros Iudæorũ: sed ẽt ex præcepto Apostoli. Sed quæro ubi hoc p̃cepit Apostolus? Dic quod loquitur præsumẽdo. quod enim uniuersalis ecclesia tenet credendum est hoc ab Apostolis esse institutum. 11. dist. ecclesiasticarum.

Libri Iudæorũ sunt legendi ex præcepto Apostoli.

Ecclesia aliàs quod tenet, hoc credẽdum est ab Apostolis esse institutũ.

e ¶Vindicantes.] Ideo enim iudiciorũ vigor in medio positus est, ne quis sibi ultionem sumere præsumat. C. de Iudæ. nullus. 16. q. 1. ad hoc lo.

HIS ITA CASVS. Dictum est in §. 1 quod militare est peccatum quia patientiã habere debemus. Et ad hoc inducit proximum capitulum. Nũc vero dicit Gratia. quod illa patientiæ præcepta non tantum sunt in corporis ostensione retinenda, quantũ in cordis præparatione: quasi dicat, interius debet esse homo patiens: sed extra debet corrigere delinquentes: quod probat per sequens cap.

Para-

¶Sic etiam citat Anselmus; Poly non affert auctorem. Habetur autem in epist. 5. Aug. ad Marcellinum.

¶Præcepta patientiæ, virtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt. C. II.

Poly. l. 7. tit. 7. Ans. l. 13. c. 3.

PAratus debet esse homo iustus, & pius patienter eorũ malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere q̃ ad opus, quod in aperto [a] fit (vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis uidetur prodesse [b] posse, quibus bene velle deoemus;) ¶Hinc liquido ostenditur: quòd ipse Dominus Iesus exemplum singulare patientiæ, cum percuteretur in faciem; respondit, [Si malè dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cedis?] Nequaquam igitur præceptum suum, si uerba [c] intueamur, impleuit. Neque enim præbuit percutienti alteram partem; sed potius prohibuit, ne, qui fecerat iniuriam, augeret. Et tamen paratus venerat nõ solum percuti in faciem, verum etiam pro his quoque, à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi; pro quibus ait in cruce pendens, [Pater ignosce illis quia nesciunt [d] quid faciunt.] ¶Nec Paulus apostolus præceptum Domini, & magistri sui uidetur implesse, ubi etiam ipse percussus in faciem, dixit principi sacerdotum: [Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secundum legem [e]: & contra legem [f] iubes me percuti?] Et cũ à circunstantibus diceretur: [Iniuriam facis principi sacerdotum;] irridens † eos admonere voluit, quid dixerit vt qui saperent, intelligerent iam destruendum [g] esse aduẽtu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudæorum. Ait quippe. [Nesciui fratres, quia princeps est: Scriptum est enim principi populi tui, non male dices:] cum proculdubio, qui in eodem populo creuerat, atque † in lege fuerat eruditus; illum principem sacerdotum nescire [h] non posset; nec eos, quibus ita notus erat, vllo modo falleret, quòd nesciret. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda, ipsaque beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. ¶Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis: quorum potius vtilitati consulendum est, quàm voluntati [i]. *& infra.* Nam in corripiendo filio quamlibet asperè, nunquam profectò amor paternus amittitur. Fit tamen, quod nolit, & doleat, qui etiam [k] inuitus videtur dolore sanandus. ¶Ac per hoc, si terrena

Non erat hic faciendum initiũ noni paragraphi cohærẽt .n. hæc cum antecedentibus.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Act. 23.

† al. incidẽter] al. irridenter

Exo 22.

† al. ibi.

PAratus.] CASVS. Ostendit Grat. in hoc c. q̃ præcepta patientiæ magis inducenda sunt ad præparationem cordis, & animi beneuolentiam, quàm ad opera exteriora: quibus delinquentes inuitos possumus corrigere & castigare, patientia, vel beneuolentia animi interius obseruata. Et hoc ꝓbat quinque exemplis: scilicet Christi, Pauli, & Petri & Reipublicæ, & Ioannis Baptistæ. Primum exemplum incipit ibi [Hinc liquido.] Secũdum ibi, [Nec Paulus.] Tertium ibi, [Agenda sunt.] Quartũ ibi, [Ac ꝑ hoc.] Quintum ibi, [Item paulo post.]

a ¶In aperto.] Arg. q̃ non semper per exteriora comprehenduntur interiora 1. 5. q. 5. non omnis. & ca. non osculatur.

1 Arg. 3 31. q. 2. c. 1.

b ¶Prodesse.] Sic ergo prodesse dicimus illi, quẽ verberamus, vt 45. dist. & qui emendat. Ioan.

c ¶Si verba.] Argu. quòd non debemus inhærere verbis, sed potius menti, vt dixi 22. q. 5 humanæ. 26. q. 5. nec mirum. uerba .n. in rescriptis polita, uel in lege, conformare debemus æquitati: & licet uerba hoc nõ patiãtur, extra de rescrip. causam. & extra de consue. cum dilectus. & ff. de in ius vo. l. quamuis, & ff. qui ꝑ tur. l. vlt. Argu. contra 19. dist. in memoriã. & ff. qui & à qui manumis. l. ꝓspexit. ubi dicit, sufficit ita scriptum esse, & si illud durum est.

d ¶Quia nesciunt.] Pro illis, qui ex ignorantia hoc fecerũt, rogauit. 2. q. 1. §. cum ergo.

e ¶Secundum legẽ.] Iudex s̃m leges iudicabit: & non s̃m motum animi sui, vt extra de const. 1. ca. 1. & 11. q. 3. summopere alioquin punitur vt falsarius, vt ff. ad le. Corne. de fal. l 1. §. 1.

f ¶Et cõtra legem] Lex .n. dicit, quòd liber homo non debet uerberibus cædi, vt C. de repud. consensu. vltra medium, nisi in casu, vt no. 5. q. 1. illi, qui. & no. 15. q. 6. in summa.

Homo liber verberari ñ debet.

g ¶Destruendum.] Dixit eum non esse principẽ: quia nõ erat apud eũ duraturus principatus. vt extra de ver. signi. nam & ego. & infra de pœn. dist. 1. diuortium.

h ¶Nescire.] Arg. quod non potest quis se excusare à prætextu ignorãtiæ de re, q̃ facta est inter uicinos suos vt extra de præsumpt. quoldam. & c. quanto. 14. distin. nulli. & 12. q. 2. qui & humanis. similis præsumptio est C. de in integ. restit. minor. de tutela.

Vicinorum facta præsumitur scire. a Idẽ Ale. & Imo. in l. bã ad cognitionẽ colla. 5. ff. si cer. pe. & Bal. in l ĩ tutela. C. de in integ. restit. quẽ ibi sequit Saly. & Pau. de Cast.

i ¶Quàm voluntati.] Infra ea. q. 4. displicet, supra 45. dist. & qui emendat.

k ¶Qui etiam.] Vel quinetiam.

e ¶Respu-

ista Respublica [a], præcepta Christiana custodiat; & ipsa bella sine beneuolentia non gerentur: ut † ad pietatis, iustitiæque pacatam societatem victis facilius consulatur.

† al. sed vt

Nam cui licétia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil est infœlicius fœlicitate peccantiú, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior roboratur. *& paulo post.* ¶ Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet; hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Euangelio [b] diceretur, ut abijcerent arma, seque militiæ omnino subtraherent. Dictum est autem eis: [Neminem concusseritis [c]: nulli α calumniam feceritis: sufficiant vobis stipendia vestra] Quibus propriú stipendium sufficere debere præcepit, militare utique nó prohibuit.

Pann. l. 8. c. 42.

Luc. 3.

α ¶Nulli] *Repositus est integer locus Euangelij, vt est in ipsa epistola, & libro 22. contra Faustum, c. 74. Antea erat,* Contenti estote stipendijs vestris.

Item eiusdem ad Bonifacium, epist. 207.

¶ In bellicis armis milites Deo placere possunt. C. III.

Poly. l. 7. tit. 13. Ans. l. 7. c. 4. Iuo p. 10. c. 126 *Matth.* 8.

NOli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sanctus Dauid [d], cui Dominus tá magnum perhibuit testimonium. In his etiá plurimi illius temporis iusti. In his erat & ille Centurio, q Domino dixit: [Nó sum dignus, vt intres sub tectú meú.] *& infra.* ¶ Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia uirtus tua etiam ipsa corporalis donú Dei est. Sic enim cogitabis β de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hosti [e] seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum excitetur; sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus: ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem † vincendo perducas. [Beati enim pacifici (ait Dominus) quia filij Dei uocabuntur.] Si autem pax humana tá dulcis est pro temporali salute mortalium; quanto est dulcior pax diuina pro æterna salute Angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti, & resistenti violentia redditur; ita uicto, uel capto misericodia iam debetur [f], maximè in quo pacis perturbatio non timetur.

† al. vnitatem

β ¶Sic enim cogitabis.] *Antea legebatur,* Si enim cogitabis de dono Dei, non facies contra Dominum. *Emendatum est & hoc, & multa alia ex originali.*

Item eiusdem contra Manichæos, [id est libro 22. contra Faustum, c. 74. & 75.]

a ¶Respublica.] Id est, aliquis gerés Rempublicá. Io.
b ¶In Euangelio.] Ioannis.
c ¶Concusseritis.] Concutere est aliquid petere vltra debitum ratione alicuius officij, vt 1. e. q. quid culpat. dr autem concutere, qui per oppressionem & minas extorquet pecuniam, vt ff. de concu l. 1. & 2. 1. Io.

Concutere quid sit.

1 Vide q.d. leg. & no. 5. 3. q. 1. cócussionis.

NOli existimare.] CASVS. Hoc ca diuiditur in tres partes. In prima parte dr, q Bonifacius quæsiuit ab Aug. an aliquis possit Deo placere in armis militantibus. Et rñd. q sic, si virtutem corporalem putat esse donú Dei, & hoc probat exéplo Dauid, & aliorú patrú vete. testa. & exemplo Céturionis. In secúda parte quæsiuit utrum fides sit amico seruanda pro quo pugnat. & rñdet q non solum amico: sed etiam hosti est seruanda. Tertio q̃siuit ex qua causa bellum quis sumere debet: Et rñdet q causa necessitatis tantum, ad hoc, scilicet ut pax & salus acquiratur, vel conseruetur. vnde cú aliquis vincit hostes, non interficiat eos; sed ad vitam reseruet, & ad pacem perducat. Secunda pars incipit ibi, [Fides enim.] Tertia ibi, [Pacem habere.]

d ¶Sanctus Dauid.] Si aliquis existens sanctus potest vti armis in bello: quare ergo prohibetur pœnitentibus uti armis, vt 33. q. 2. admonere? Respondeo: ideo, quia pœnitentes uiuunt sub regula ecclesiastica, vt 11. q. 1. aliud. Vel ideo quia arma possunt dare occasionem peccandi.

Pœnitentes armis uti nó possunt.

e ¶Hosti.] Hosti ergo fides seruanda est, ut hic, & 22. q. 4. innocés. Arg. contra 22. q. 2. vtilem. quod uerum est si ipse nobis seruat fidem [2]. aliàs non tenemur ei seruare. 95. distin. esto subiectus. extra de iureiurá peruenit. 23. q. 1. si infidelis. ff. loca. quæro. §. inter. C. de transac. leg. cú proponas. in fi. argu. contra 11. qó. 3. inter verba, in fi. & 13. q. 5. quod Deo.

Fides hosti seruáda est

2 Adde de hac qóne latè p legistas l. cú proponas. & ibi Cy. C. de pactis. & ibi gl. Bal. in l. vt respon. C. de transact.

f ¶Iam debetur.] Argu. misericordiam esse debitam. & ita hic argum. q dispensatio potest peti tanquam debita, vt 50. dist. domino sancto. in fi. & 56. dist. non satis. in fi. Item habes hic, q aliquis tenetur parcere hosti suo, vt 2. quæst. 5. quáro. in fi. dum tamen non timeatur periculum incurrere ex hoc [3]; vt infra. ea. q. 4. est iniusta. Ioan.

3 Nã si timeretur, & desperaret de eius correctione, non est eius miserédum: vt in hoc e. hic alleg. est iniusta secundum Hug.

Quid

dist. contra morem, in prin. sic. 31. q. 5 manifestum. extra de iureiu. debitores. Item habes hic, ꝙ in dubijs sꝑ est obediendum. 16 dist. in memoriam. Arg ꝯ 50. dist. in. si. q. 1 præpostera. 11. q 3. q d ergo. Itē est hic arg. ꝙ in dubijs humanior & tutior uia est eligenda extra de sponsal.

Obediendū est ēt in dubijs.

QVid culpatur.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dicitur, ꝙ Manichæi reprehendebāt bella: quia homines ibi moriebantur. Sed Aug. dicit ꝙ hoc timidorum est, & non religiosorum: scilicet reprehendere bella propter morituros. sed hæc sunt in bellis reprehendenda, scilicet, nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, & libido dominandi, & his similia. In secunda parte dicitur, ꝙ propter ista uitia punienda siue Deo iubente, siue aliquo principe sæculari, iustè pugnant milites Christiani quod probat auctoritate Ioannis, qui milites à bello non prohibuit: & auctoritate Christi. q tributa Cæsari reddi præcepit, ex quibus stipendia militibus erogabantur. In tertia parte dicitur. quod auctoritas suscipiendi belli penes principes consistit, quibus obediendum est nisi præcipiant contra Deum. Si autem incertum est utrum sit contra Deum, debent ipsi milites obedire nec propter hoc punientur: principes autem propter humanā cupiditatem quam habent, à Domino punientur. Secunda pars incipit ibi, [Quæ plerumque.] Tertia ibi, [Ordo autem.] Quæ plerumque.] s. vitia.

a ¶ Quandoque.] Certè hæc ratio non est sufficiens: nam si quia hominem interfici sit etiam mortifere uulneratū, nihilo minus tenetur, ut ff. ad leg. Aquil. ita uulneratus. in prin. & est similis ratio infra 24. q 3. si hēs. ff. ad leg Rhod. de iac. qui leuandæ. & l nauis. § sed si nauis. & ff quod vi aut clam si alius. § est & alia.

b ¶ Dominentur.] Scilicet victores.

¶ Quæ sint in bello iure reprehendenda. C. IIII.

QVid culpatur in bello? An, quia moriuntur quandoque[a] morituri, vt dominētur† [b] in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia hæc sunt, quæ in bellis iure culpantur. Quę plerūque ita culpantur, vt etiam iure puniātur, aduersus violentiam resistentiū (siue Deo [c], siue aliquo legitimo imperio iubente) gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis: cū in eo humanarum rerum ordine [d] inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iustè ordo ipse constringit. Vnde neque[a] Ioannes ab armis iubet discedere milites: & Christus tributa [e] Cęsari monet reddi: quia propter bella necessario militi stipendium præbetur. Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accomodatus hoc poscit; vt suscipiendi belli auctoritas, atque consiliū apud principes [f] sit. *& infra.* ¶ Sed si humana cupiditate bellum geritur; non nocet sanctis, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non enim est potestas, nisi à Deo, siue iubente, siue sinēte [g]. Ergo vir iustus, si fortè sub rege homine etiam sacrilego [h] militet; rectè potest illo iubente bellare, si uice† pacis ordinem seruās, quod† sibi iubetur, uel non esse contra Dei præceptum; certum est, uel, utrum sit, certum non est: ita ut fortasse reū faciat regem iniquitas [i] imperandi: innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.

† *al. domenentur*

Pann. l. 8. c. 45.

Luc. 3.

Matth 22.

Io. 19.

Ro. 13.

† *al. ciuica*] orig.

† *al. cui quod iubetur*

a ¶ Vnde neque.] *Hinc vsque ad Vers.* ordo. *Gratianus summatim retulit sententiam B. Augustini, quæ ab eo copiosius, & clarius exponitur: sicut etiam à ver.* Sed si humana *vsque ad versic.* Non enim.

Item eiusdem in libro de verbis Domini tractatu, siue sermone 19.

Beda, & gl. ord. Luc. 3.

¶ Militare non est peccatum. C. V.

MIlitare non est delictum; sed propter prædam militare peccatum est; nec rem publicam gerere criminosum est. Sed ideo gerere† rempublicā, vt rē familiarē potius augeas [k], videtur esse dānabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus sunt stipendia constituta;

Iuo p. 10. c. 125. Pann. l. 8. c. 60.

† *agere*] orig.

c ¶ Siue Deo.] s. diuina reuelatione inf. ea. q 2 Dñs.

d ¶ Ordine.] Id est potestate.

e ¶ Tributa.] Vt infra ea. q 8. tributum.

f ¶ Principes.] Vt infra ead. q. a. iustum. Nullus ergo bellare pōt sine auctoritate principis, ut hic, & C vt armo. usus. l. 1. libro 11. similiter princeps ecclesiasticus potest indicere bellum, vt infra ead. q 8. igitur. & c. omni & c. seq.

g ¶ Sinente.] vt 8. q. 3. audacter.

h ¶ Sacrilego s.] 11. q. 3. Iulianus Imperator.

i ¶ Iniquitas.] Hic habes ꝙ licet dominus peccet præcipiendo, tñ subditus non peccat obediendo, vt 100.

1 Nō tñ ex. cōicato. & sic uō ob. 15. q. 6. nos sanctorum.

sponsal. inuenis & 14. dist. c. vltimo.

MIlitare] CASVS. Beneuentus hunc casum sic ponit, Ostendit Aug. quod militare non est peccatū nisi propter prædam militetur: & ut milites ꝑdam uō faciant stipendia sunt eis constituta, ultra q̄ si aliquid extorserint, tanquam calumniatores & concussores dānabuntur: & ad hoc probandum inducit duas auctoritates, Christi, & Ioannis: quod non est tantum intelligendum de militibus sæcularis, sed etiam de militibus ecclesiæ. Sequens c. planum est. [interrogauerunt,] in Euangelio Lucæ.

K ¶ Augeas.] Scilicet iniustè, licitum est etenim augere diuitias. 50. dist. § hæc scripsimus.

a ¶ Præ-

a ¶Præcipit.] Licet sit iniustum, vt 100. dist. cõtra morem. in princip.

b ¶Militiæ.] Cum ergo clerici milites dicantur, vt 61. distin. quid prodest. 1. q. 3. Saluator. & q. 7. qui in qualibet. similiter & patroni causarum dicuntur militare, vt C. de aduoc. diuer. iudi. aduocati. ergo si omnes isti habent stipendia, non debent recipere salaria. 1. q. 2. sicut.

b ¶Mi-

† præda.] ori. — Matt. 22.

ne dum sumptus quæritur, prædo † grassetur. *Item infra.* ¶Dicit ipse Dominus: [Reddite quæ Dei sunt, Deo; & quæ Cæsaris, Cæsari.] Igitur, quod Cæsar præcipit [a] ferendum est: quod Imperator indicit, tolerandum est: sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulant. *Item infra.* ¶[Interrogauerunt Ioannem & milites, quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed contenti estote stipendijs vestris. [Hic iam cognoscere se debet omnis homo, qui militat. Non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur: sed quisquis militiæ [b] suæ cingulo utitur, dignitatis suæ miles adscribitur: atque ideo hæc sententia potest dici (verbi gratia) militibus, protectoribus, cunctisque rectoribus. Quicumque sibi stipendia publice decreta consequitur; si amplius quærit, tanquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condemnatur [c].

Luc. 3.

Aduocati militant.

c ¶Condemnatur.] Sed qualiter punitur concussor? Dic quòd secundum canonem pœna quadrupli, vt 18. dist. quoniam. secundum leges uidetur, quòd extra ordinem punitur, cum nõ sit publicum crimen, vt ff. de concus. l. a. sed certe. & secundum leges pœna quadrupli punitur, ut 1. q. 7. sancimus.

Cõcussoris pœna.

Item eiusdem de diuersis ecclesiæ obseruationibus.

¶*Sic etiam citat Iuo: quod tamen apud B. Augustinum non est inuentum, quamuis epistola ad Ianuarium, talem fere habeat titulũ. Simile habetur supra ead. noli. § esto ergo. & de ciuitate Dei, lib 19. c. 12.*

¶Pacata sunt bella, quæ geruntur, ut mali coerceantur, bonique subleuentur. C. VI.

Iuo p. 10. c. 105

APud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt; quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coerceantur, & boni subleuentur.

† epis.] orig. impressum.

Item Gregorius vniuersis militibus † Neapolitanis, lib. 12. epist. 24.

¶Summa est laus militiæ, reip. utilitatibus obedientiam exhibere. C. VII.

Ans. l. 13. c. 9. — † sanctæ reip. exhibere] ori.

SVmma militiæ laus, inter alia bona merita, hæc est; obedientiam reip. † utilitatibus exhibere, quodque sibi vtiliter [d] imperatum fuerit, obtemperare: sicut etiam nunc deuotionem uestram fecisse didicimus, quæ epistolis nostris, quibus magnificum uirum Constantium Tribunum custodiæ ciuitatis deputauimus præesse, paruit, & congruam militaris deuotionis obedientiam demonstrauit. Vnde scriptis uos præsentibus curauimus admonendos; vt prædicto viro magnifico Tribuno, sicut & fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorum utilitate, uel conseruanda ciuitate obedientiam exhibere: quatenus quidquid à uobis hactenus bene gestum agnoscitur; per præsentis temporis uigilantiam, ac solicitudinem augmentetis.

SVmma.] CASVS. Hug. hunc casum sic ponit. Gregorius deputauerat ad custodiam Neapolitanæ ciuitatis Cõstantinum tribunum, cui milites Neapolitani deuotæ obedierunt. Scribit ergo Gregorius eis, & commendat eos de tali obedientia. & admonet eos & hortatur vt sicut bene fecerunt, perseuerent in tali obedientia, ut per eorum vigilantiam augmentetur quod bene hactenus ab eis gestũ est. Casus autem iste melior uidetur quàm casus Beneuẽ. & ideo ponit hunc casum.

d ¶Vtiliter.] Argumentũ, quod si eps præcipit alicui ire Romam pro vtilitate ecclesiæ, quod tenetur obedire, ut 7. q. 1. quia. & si clericus se excuset, & dicat; mittatis illum, qui dicitur me est: respondet ei episcopus, sicut Christus respondit Petro: cum enim Dominus diceret Petro; Tu me sequere; respondit Petrus: Domine, hic autem quid; demonstrato Ioanne, & dixit ei dominus: Quid ad te? si eum volo manere, tu me sequere. Ioan.

Epi præceptũ est difficile est ad implendũ. s Ad idẽ 11. q. 1. quid ergo. vbi de hoc.

Ex his omnibus colligitur, quòd militare peccatum non est, & quod præcepta patientiæ in præparatione cordis, non in ostentatione corporis seruanda sunt.

QVAESTIO II.

QVòd autem.]CASVS. Hic intitulat secunda quæstio qua

QVod au-

qua quæritur quod bellũ sit iustũ, & quod iniustũ. Et rñdet q bellũ dicitur iustum uel iniustũ quatuor modis, scilicet rõne præcipientis, ut ĩ. q. 1. quid culpatur, vel rõne obediẽtis: quia monachus uel spiritualis obedire nõ debet, sed laicus, ut 1. q. 2. clerici. Rõne rei propter quam pugnatur: quia si bellũ sit causa dominandi, iniustũ est, si causa necessitatis, iustum reputatur. Ratione personarum contra quas pugnatur, ut sup. 5. q. 1. paratus.

Bellũ dicit quinq; modis iniustũ.

a ¶Quòd autẽ.] Bellum dr iniustũ quinque modis: uel rõne personæ, ut si fuerint personę ecclesiasticæ: quibus non est licitũ fundere sanguinem, vt infr ea. q. 8. clerici. & ca. his à quibus. Rõne rei, ut si non est de repetendis rebus: uel pro defensione patriæ, ut ſ e. c. & ĩ. ea. q. 8. si nulla. Vel propter causam, ut si propter uoluntatẽ, & nõ propter necessitatem pugnatur, ut ĩ. e. q. 1. noli. Ex animo est iniustũ, ut si animo ulciscendi fiat, ut ĩ. e. q. 1. quid culpatur. Itẽ est iniustũ, si non sit indictum auctoritate principis †, ut inf. ea. c. 1. & sup. ea. q. 1. qd culpat. Quæ alia adhuc requirantur, habes sup. ea. q. 1. in gl. illa, qui repellere. Io.

† Ad huius declarationẽ vide qđ no. Inn. extra de rest. spo. olim 1.

IVstum.] CASVS. Hoc ca. duas habet partes. In prima dicitur, quòd illud bellũ est iustum, quod fit ex præcepto principis de rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam. In secũda parte dicit quod iudex ideo dictus est, quia ius dictat populo: uel quia iure disceptat: vñ non debet dici iudex nisi sit in eo iustitia.

b ¶De rebus.] Ablatis.

c ¶Iure autem.] Et si aliquid inique determinat iudex, iustum est, id est, tanquam iustum seruari debet, ut ff. de iustitia & iure l penultima, & tenent sententiæ suæ quamdiu tolerantur, ut 3 q. 7. §. vlt.

DOminus noster.] CASVS. Hoc ca. diuidit in duas partes. In prima quæsitum fuit ab Aug. an sit peccatum pugnare per insidias. Et respondet quod non: quod probat exemplo Iesu Naue, queni Dominus docuit ut hostibus retrorsum insidias poneret. In secũda parte quæsitum fuit quæ bella sint iusta. Et respondet quòd illa, quæ iniurias vlciscuntur, dummodo fiant auctoritate principis. Similiter & illa, quæ fiunt ex præcepto Domini, in quibus bellis ductor exercitus uel populus minister Dei est. Seq. §. cum cap. patet.

Deceptio quãque permittitur.

d ¶Insidijs.] Sic ergo per insidias & per dolum possumus licite vincere hostes nostros ut 23. q. 2. utilem. 43. dist. in mandatis. dum tamen fidem non rumpamus hosti, ut sup ead. q. 1 noli. Idem dicas de aduocato, q si habet iustam causam, licite potest decipere aduersarium suum, ut arg. 4. q. 4. c. 1.

e ¶Vlciscuntur.] Id est, repelluntur, & sic non obstat 46. dist. in. seditionarios.

f ¶Ciuitas.] Iudex ergo, q nõ facit iustitiã põt cõueniri a, ut hic, & 3 q 7 qui siue. & in Auth. vt diff. iud. §. pen. & vlt. coll 9 & C. de app. si appellatione. & ĩ e. q. 5. administratores. ext. de officio delega. prudẽtia & ita iudex facit litẽ suã nõ solũ si p dolũ, uel gratiã uel inimicitiã iudicet, sed ẽt si aliæ sordes interueniant, vt ff. de iudi l. si filiusfamiliãs. licet sit arg ſ 2. q. 6. hoc ẽt placuit Et p hoc decretũ Pius obtinuit ſ eum nuncios regis Anglię. q a eũ ipse commonitus recusaret de suis iustitiã facere, fecit litem suã, unde nuncij ipsi condẽnati sunt Est tamen arg. contra, C de action. & obliga Auth. immo. & C ne uxor pro ma l. 1. & 2. Sed quid si aliquis in bello consecutus est totũ suũ interesse, nũ quid adhuc de hoc ipsum in iudicio poterit cõuenire: vel an potest adhuc habere bellum contra ipsum? Videtur quòd sic: quia pœnam suæ contumaciæ præstitit 4: vñ agere adhuc põt ad restitutionẽ rei ablatę, ut ff. de tabu. exhib. l.ocũ. § pen. Itẽ res ista nõ est ei soluta

Item[a] quæritur, quod sit iustum bellum, Isidorus Etymol. lib. 18. c. 1 inquit.

¶Quod sit iustum bellum. C. I.

Iuo p. 10. c. 116 Pann l 8. c. 54.

IVstum est bellum, quod ex edicto a geritur, de rebus[b] repetendis †, aut propulsandorum hostium causa. & c. 15. ¶Iudex dictus, quasi ius † dicens populo, siue quòd iure disceptet. Iure autem[c] disceptare est iuste iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iustitia.

† al. repetitis

Et lib. 9. c. 4.

† Adde Alexan. d imu. in l. 1. col. 3. ff. d iu. om. indi. ubi dicit q ius dicens, & dictio, iudex. sunt synonyma.

a Edicto] In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur, ex prędicto Citat enim Ciceronem ex libris de rep. qui negat iustum esse bellum, nisi denunciatum, nisi indictum †, nisi de repetitis reb.

† Et idem fere habetur l. 1. de offic:js.

Item Augustinus in libro quæstionum 6. q. 10.

¶Nihil ad iustitiam interest, siue aperte, siue ex insidijs aliquis pugnet. C. II.

Iosue 8.

DOminus noster iubet ad Iesum Naue. ut constituat sibi retrorsus insidias, id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemus [hoc † non iniuste fieri ab his, qui iustum bellum gerunt; ut nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi ut iustũ bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autem iustum bellum susceperit; utrum aperta pugna, utrum insidijs[d] uincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent, quæ ulciscuntur[e] iniurias, si qua gens, uel ciuitas[f], quæ bello petenda est, vel uindicare neglexerit quod à suis improbe factum est, uel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli, sine dubitatione iustum est quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat: in quo bello ductor exercitus, uel ipse populus tam auctor belli, quàm minister iudicandus est.

† abest ab orig.

e Dicit L. illud respicit, q ita cõueniendus est eps uel qlibet plạtus, si iustitiã nõ facit d subdito, si ille subditus est soluẽdo, vel ipse platus aliàs delictũ eius nõ est cõuertẽdũ in dãnũ rei publi. uel ecclesię, fm L. ut no. ifr. e. q. 3. c. fi. l glo. 1. In fi. interesse cũ secutus in bello, virũ possit adhuc de hoc agere in iudicio.

a Hoc vult dicere, q in hoc qd sic passus est, vr esse passus propter contumaciã. & in casu nõ dãnũ tm sed contumacia attẽdit, & ad uersus ɔtumacẽ. &c. ut sequitur in gloss.

Cum ergo iustum bellum sit, quod ex edicto geritur, vel quo iniuria ulciscuntur; quæritur, quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur.

De his ita scribit Augustinus in quæstionibus Numerorum, q. 44. ad c. 20.

ta pro debito, sed in bello est facta sua, ut j. ea. q. 5. dicat. & q. 7. si de rebus. & ff. de acquirendo rerū domi. naturale. §. vlt. Item quia contra contumacem in infinitum iurari potest, ut ff. de rei uendi. qui restituere. ar. contra, quia bona fides non patitur, ꝙ idem bis exigatur,

moderamine inculpatæ tutelæ, vt C. vnde vi. l. 1. dummodo fiat statim; ex interuallo non licet præter auctoritatem iudicis: & fieri debet à laicis, & nō clericis, quibus non licet armis accingi, dummodo non fiat zelo vltionis, sed amore correctionis. Et procedit hoc ordine Gra. Primo probat x. auctoritatibus & exemplis, ꝙ iniuria sociorum non est armis propulsanda, ex quibus concludit, ꝙ si iniuria non est armis ꝓpulsāda, armorū auxilia non sunt expetenda, & quod non est expetendum, iure præstari nō debet. Postea respondet huic conclusioni, dicēs, ꝙ multa rectè præstantur, quæ rectè non petuntur, sicut iudex rectè uindicat iniuriam, quam tamē rectè bonus non postulat, qđ probat per sequen. capitu. & per duo exempla.

¶Innoxius transitus filijs Israel negabatur, atque ideo iusta bella gerebant. C. III.

Iuo p. 10. c. 119
Pann. l. 8. c. 57.

† absunt ab orig.

NOtandum est sanè, quemadmodum iusta bella gerebantur [à † filijs Israel contra Amorrhæos.] Innoxius enim trāsitus [a] denegabatur, qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat.

QVAESTIO III.

QVod vero [b] iniuria sociorum armis propulsanda non sit, exemplis, & auctoritatibus probatur. Dominus enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum; non patrocinium sibi quæsiuit armorum, cum occulto instinctu posset in eum conuertisse manus Iudæorum: sed fugiens [c] in Aegyptum, latuit ibi per septennium. Sic etiam, cum à Iudæis lapidibus peteretur; abscondit se, & exiuit de templo. Sic etiam cum duceretur ad crucem; noluit commouere aduersus seniores Iudæorum turbam, quæ nuper ei obuiam processerat, & cum palmis & laudibus eū receperat. Sic etiam interrogatus a Pilato, an rex esset; ait [Regnum meum non est de hoc mundo: Si enim esset de hoc mundo; ministri mei vtique decertarent, vt ego non traderer Iudæis:] insinuans illos ad regnum huius mundi pertinere, qui auxilio humanarum virium, non diuino præsidio ab imminenti iniuria se tueri contendunt. Item, cum discipulis suis ait: [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam;] non arma armis, sed fugam persequentibus docuit opponi. ¶Item, sicut legitur in Esaia, Aegyptus à Nabuchodonosor deuastata est, quia filijs Israel contra Assyrios, & Chaldæos protectionis & defensionis auxilium promisit. Vnde dictum est: [Baculus [d] arundineus rex Aegypti: super quem si aliquis innixus fuerit, confringetur, & perforabit manum innitentis.] Ipsi etiam Iudæi captiui ducti sunt: quia spem suæ liberationis non in solo Deo, sed in homine [e] posuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur [f]; quòd rapinam suorum bonorum cum gaudio suscipiebant, nō quærentes sibi aliorum patrocinia, sed gaudentes; quoniam digni [g] inueniebantur, pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic & Apostolus in prima epi

Matt. 2.
Mat. 21.
Ioan. 18.
Matt. 10.
Esa. 19.
Esa 36.
Ezech. 29.
Heb. 10.
Act. 5.

b ¶Quòd vero.] Hic quæritur, an iniuria sociorum sit armis repellenda, & est dicendum, ꝙ sic, infra ea fortitudo. & c. non in inferenda. Gratia. tamen primo probat decem auctoritatibus & exemplis, ꝙ iniuria sociorum non sit armis repellenda. & sic concludit in fine, quod si iniuria nō est armis repellenda, armorum auxilia non sunt appetenda. & ꝙ non est petendum, de iure præstari non debet. Postea respondet, & dicit quòd multa iustè præstantur, quæ non iustè petuntur, sicut iudex iustè uindicat iniuriā, quam tamen bonus uir iustè non postulat, quod probat per sequens c. & duo exempla.

Iniuria sociorū an sit armis repellenda.

c ¶Fugiens.] Quidquid hic dř, allegatio est. Nā bene licitum est cuilibet se defendere, etiam clerico, vt no. j. q. 1. in prin. & extra de homici. interfecisti. Sed pro rebus defendēdis dicunt plerique, ꝙ non est licitum clerico aliquē occidere, vt extra de homi. suscepimus. vnde bene dicitur in illa decre. interfecisti. te & tua. non dicitur ibi, te vel tua.

d ¶Baculus.] Id est, fragilis defensio.
e ¶In homine.] Quod non licet. infra de conse. dist. 5. omnis Christianus.
e ¶In homine.] Id est, in Ægyptijs.
f ¶Legitur.] In actibus Apostolorum.
g ¶Digni.] Id est, de hoc gaudebant, qui digni erant quam patienter poterat sustinere omnia aduersa.

Defensio cuilibet est permissa.

gatur, vt ff. de reg. in. bona fides.

NOtandum est.] ¶Transitus.] Licet enim transire per alienum agrum ius non sit, vt j. dist. 1. c. 1. tamen quia necessarius & innoxius erat iste transitus, isti prohiberi nō debuerunt. vt ff. de aqua plu. arc. in summa. §. Item varus. Item quia via publica erat, & nemo prohibetur uia publica vti, vt C. de seruit. per agrum. Ioan.

QVod vero.] CASVS. Hic ponitur 3. quæstio, qua quæritur, an iniuria sociorum sit armis repellēda, & tādet ꝙ sic, ut infra c. fortitudo. & c. nō in inferenda. dāmō fiat cū

a ¶Sua.

a ¶Suadet.] Non præcipit: quia licitè potest quis petere satisfactionem 1. vt 14 q. 1. quod debetur.
b ¶Non debet.] Hæc regula falsa est 2. quia multa licitè præstantur, quæ illicitè petuntur 1. q. 1. qui episcopatum. 18. dist. de eulogijs. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. est quidem.
c ¶Ritè.] Sic ergo iudex ex officio suo debet punire crimen, licet accusator accusare non possit 3. quia quandoque sanctitas ignoscendi gloriā derelinquit, vt C de episcop. & cle. si quis in hoc 1. respon. & est simile extra de app. constitutus in fine. Ioan. 4.

causa vltionis. Simile ī. ead. q. 1. quid culpatur. ver. fin.
ITEM AB ALIQVO. CASVS. Hic ponit Gratia. duo exempla, per quæ probat, quædam iustè præstantur, quæ tamen iniustè postulantur: ad instar quorum propulsatio iniuriæ iuste præstatur, iniustè tamen postulatur.

1 Licet. n. qs teneat dimittere rancorē: non tñ satisfactionē. J. e. q 4. si illic. Archi.
2 Et iō dic qp hic sophisticè argumētatus est Gothe.
3 Adde ad hoc nota. p Bald. in l. libellorū. §. fin. ff. de accu. oo. Arc. 2. q 7. si qs. io fi.
4 Vndecūq. ..o. claruerint crimina, sunt punienda. infra ea. qō 4. ecc. Arch.

stola suadet[a] *Corinthijs, vt iniuriam, & fraudem patienter ferant, potius quàm repetendo fratres scandalizent. Sic ab idolothytis, & à qualibet esca censet abstinendum potius, quàm cū scandalo fratrum edamus: Sic et à sumptibus abstinet, ne aliquod offendiculum Euangelio Christi præstaret. Cum ergo ille, qui ab iniuria armis arcetur, non minus scandalizetur, quàm ille, à quo ablata coram iudice reposcuntur; patet, quod ad propulsandum iniuriam non sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est; illud iure præstari non debet*[b]. *Sed econtra multa ritè præstantur, quæ tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite*[c] *iniuriæ uindictā petit, quia malum pro malo redderet, quam tamen iudex rectè infligeret, nec nisi bonum pro malo redderet.* 1. Cor 6. 8. 9.

Sex differentiæ.] CASVS. In hoc ca. assignat Aug. sex differentias retributionū quarum duæ conueniunt bonis tantum: aliæ duæ malis, aliæ uero duæ mediocribus. Et ponit exempla de omnibus 4 & ne aliquis excederet modum ulciscendi in retributione, lex ibi modum statuit, cum dixit: Oculū pro oculo. quæ vltio iniustorum iustitia dicebat: non quia vltio, quam lex statuit, mala sit: sed quia ad iudicem magis pertinet vlcisci, quam ad bonum hominem petere vltionem.
d ¶Sex differentiæ.] retributionum.
e ¶Mediocriū.] Hic mediocres appellat illos, qui non sunt summè boni, uel summè mali. lo.
f ¶Non arguit.] Cū dicit in Euangelio Si diligitis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? nōne etiam Ethnici hoc faciunt?
g ¶Iniustorum.] quia vltionis causa sæpè aliquis petit à iudice vt adversarius puniatur. iste iniustè facit licet non faciat contra legem.
h ¶Ad iudicē.] Qui enim sine iudicis auctoritate violentiam facit, punitur, 16. q. 6. placuit.
i ¶Iustum.] Scilicet factum iudicis est iustum.
k ¶Iniusto.] Id est, ei qui hoc tantum iniustè petit, id est

Vnde Augustinus in expositione psalmi 108. *ait.* Glossa. ord. ibi ad ver. [Pro eo vt diligerēt me]

¶Quæ sint differentiæ retributionum. C. I.

SEx differentiæ[d] sunt, reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; hæc duo bonorum sunt, & prius melius. Nō reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis; hæc duo malorum, sunt, & posterius deterius. Reddere bona pro bonis, ma'a pro malis; hæc duo mediocriū †[e] sunt: prius propinquum bonis, conuenit etiam malis α: quod Christus non arguit[f], sed plus oportere dicit, quia & Ethnici hoc faciunt: posterius propinquum malis, conuenit tamen etiam bonis. Vnde & lex modum vltionis statuit [Oculum pro oculo.] Quæ, si dici potest, iniustorum[g] iustitia est; non quia iniqua est vl tio, quam lex statuit: sed quia uitiosa est libido vlciscendi, magisque ad iudicem[h] pertinet hoc inter homines decerne†, quàm bonum hominem sibi expetere. Hic enim redderet malum pro malo. iudex vero β punit, non delectatione alienæ miseriæ, quod est malum pro malo; sed dilectione iustitię, iustum[i] pro iniusto[k], quod est bonum pro malo: quod etiā Deus iudex facit.

† al. mediorū
Matth. 8.
Exo. 21.
† al. discernere

¶B. Augustinus in explanatione psalmi 108. *has sex differentias aptissimè explicauit: cuius sententiam auctor glossæ ordinariæ in eodē loco breuiter retulit, ex qua glossa videtur acceptū hoc caput.*
α ¶Conuenit etiam malis] *Verba hæc non sunt in plerisque uetustis, neq; in glossa: sed non longè discedunt a verbis B. Augustini.*
β ¶Iudex vero.] *In glossa ordinaria & plerisque Gratiani manuscriptis legitur,* iudex vero non, sed dilectione iustitiæ, quod est bonum pro malo, quod & Deus iudex facit. *Non sunt tamen reliqua inducta quoniam apud B. Augustinum in explanatione aliquanto inferius eadem fere habentur.*

Item ab aliquo capto iniustè sua exiguntur: pro uita tamen redimenda iustè offeruntur. ¶Item vasa sacra ab aliquo barbaro iniustè exigūtur: pro redemptione tamen captiuorū iuste præstatur. Sic & iniuriæ propulsatio, licet iniustè

tur. Postea dat solutionem dicẽs, ꝙ si quis postulet in iniuriam repelli, ut liceat sibi in uoluptate carnis viuere: damnabile est. si quis vero postulat ut malorum audacia refrænetur, uel utilitati multorum consulatur, utile est & honestum. Et hoc probatur tribus exemplis, scilicet exemplo Israelitarum, & apostoli Pauli, & mercenarij, & hoc modo ecclesia sæpe ab Imperatore postulat auxilium ad iniuriam repellendam. & ad hoc inducit sequens cap.

postuletur; tamen iuste præstatur: quamquam et ipsa postulatio non usquequaque iniusta probetur. Aliud enim est iniuriam propellere, ut sibi liceat voluptuose viuere; aliud ut aliorum utilitati libere possit vacare: Sicque aliud est suffragium ab homine tanquam à ministro iustitiæ postulare, ut mala voluntas aduersantium eius ministerio careat effectu, & bonorum voluntas eius suffragio fortiatur effectu: aliud spem suam, à Deo in hominem transferre, ut aduersa, quæ inferuntur à Deo ad vitæ correctionem, humano pellatur auxilio, nulla præcedente correctione: sicut Israelitæ, qui captiuitatem sibi imminentem Aegyptiorum suffragio se putabant posse euadere sine pœnitentia præteritæ uitæ, nõ
Psal. 59.
reuocantes ad memoriam: [*Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.*] *et idem:* [*Hi in curribus,*
Ps. 19.
& hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.] *Petere ergo, vel præstare in tribulatione subsidium, ut voluptuose quis in crimine viuat, damnabile est. Petere autem, vel præstare solatium, ut malis facultas delinquendi adimatur, ut ecclesia pacem adipiscatur, ut aliquis multorum utilitati seruetur, utile est, & honestum: dissimulare vero est grauissimum. Hinc de Paulo legitur, quòd cum quidam Iudæorum iurassent se non comesuros panem, nisi eum*
Act. 23.
interficerent; petijt milites à prætore, quorum præsidio illæsus seruaretur ab iniuria Iudæorum, non sua uoluptati, sed
Io. 10.
omnium utilitati victurus. Hinc in Euangelio mercenarius vocatur qui uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit: Hinc etiam ecclesia auxilium ab Imperatore ad sui defensionem petere monetur.

Vnde Augustinus ad Bonifacium ait, epist. 50.

¶Ab Imperatore ecclesia auxilium postulare debet. C. II.

Poly. l. 5. tit. ult. Iuo p. 10. c. 59. † Absunt ab oc.
MAximinus episcopus Vagiensis auxilium petijt ab Imperatore Christiano[contra † hostes ecclesiæ]nõ tam sui vlciscendi causa, quàm tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quod si prætermisisset; non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia [a] merito culpanda. Neque enim
Act. 23.
& apostolus Paulus uitæ suæ transitoriæ consulebat, sed ecclesiæ Dei; quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant, consilium [b] eorum Tribuno ut proderetur [c], effecit. Vnde factum est, ut eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur † insidias.
† al. pateret insidijs

Item Augustinus ad Emeritum, epist. 164.

¶Catholici aduersus hæreticos à potestatibus ordinatis defensionem possunt postulare. C. III.

Iuo p. 10. c. 80. Pann. l. 8. c. 26.
NOstri [d] aduersus illicitas & priuatas vestrorum violentias(quas & uos ibi, qui talia non facitis, doletis & gemitis)à potestatibus ordinatis tuitionem petunt, non qua uos persequantur, sed qua se defendant [e].

Maximianus episcopus.] CASVS. Ostendit hic August. Bonifacio, quod ecclesia recte potest postulare, ut iniuria repellatur, & hoc probat duobus exemplis: scilicet Maximiani episcopi, & apostoli Pauli:

a ¶Sed negligentia.] Nam quilibet tenetur defendere ius suum, ut 64. † distinct. c. antepe. & ff. de peti. hæred. illud. † al. 63.

b ¶Consiliũ.] Nec in hoc peccasset Paulus, licet aliquis tunc ibi fuisset occisus, ut ĩ. e. q. 5 de occidẽdis. Sed quid si clericus conquerat de aliquo laico: & iudex iubeat occidi eum: an teneatur clericus de morte eius? Vr ꝙ sic, ut inf. e. qõ. 5. unũ solum. Sed non est hoc uerũ. nam si clericus ciuiliter agit, vel agit pro modico crimine, quod nõ inducit mortem, vel mẽbri abscissionẽ si iudex ipsum morti tradit, hoc non nocet clerico, ut ff. de bo. libe. q cũ maior. §. 1. & est expressum extra de homici. postulasti. Item nunquid est imputanda episcopo mors alicuius si uocat milites ad pugnam? videtur ꝙ sic, ut 20. q. 5. eos qui. sed hoc non est uerum. ĩ. e. qõ. 5. de occidendis. Clericus ꝓpter eius cõquestionem laicus occisus est, an teneat.

c ¶Proderetur.] Non tamen fuit hæc uera proditio, cum dixerat talibus, qui poterant prodesse, non obesse, vt 22. q. 5. hoc videtur. Ioan.

NOstri.] CASVS. Loquitur hic Augustinus ad Demetrium hæreticũ. ostendẽs ꝙ catholici recte petunt vindictam contra hæreticos ecclesiã Dei male persequentes.

d ¶Nostri.] Id est, catholici.

e ¶Defendant.] Immo et expugnari possunt hæretici, ut extra de hære. uergentis. & ĩ. qõ. 5. si audieris. Io.

Pro

PRo mēbris Christi.] CASVS. Petilianus dicebat, q milites Christiani armari non debebant cōtra se, vel alios hæreticos: quia peccatum est. Sed Aug. econtra dicit, scilicet q milites pugnantes cōtra hæreticos nō peccāt: q a pro defensione ecclesiæ hoc faciūt: & eo animo quo Petrus fecit quis reciperet pecuniā pro defensione alicuius, tenere tur eā restituere: qđ nō est verū a, ut ff. qđ met. cau l. metum §. sed licet. & ff. de don si pater. §. 1. Cuilibet tū licitum est defendere aliū, si uult. ff. quod met. cā. sed & partus. Sed istis obuiat infr. ead. cap. ulti. tum euaginauit pro Christi defensiōe. Hæretici autem cum pugnant aduersus ecclesiam, similes sunt serno sacerdotis: qui aduersus Christum pugnabat. Sequētia duo capitu. plana sunt, & per te faciliter uidebis. [Facitis.] Id est, qui estis inter tales, q similia faciunt.

a De hoc no. extra de sen. excom. quantæ

a ¶Non facitis.] *Addita est negatio ex originali & Iuone, & alia etiam emendata Refert autem ibi B Augustinus id, quod decretum fuerat in sancto concilio Carthaginensi, ac repetitur in concilio Africano, c. 60. citatur autem infra eadem, c. ab Imperatoribus.*

Item eiusdem contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 88.

¶Quantum interest inter persecutionem catholicorum, & hæreticorum. C. IIII.

PRo membris Christi aduersus uos sæuiunt, & uobis resistunt quicumque in catholica paruæ adhuc fidei co animo sunt, quo tunc Petrus fuit [a], cum ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multum interest inter uestram persecutionem, & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum; quia seruientes principibus uestris aduersus ecclesiam catholicam, idest aduersus Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore, id est pro ecclesia [b] etiam corporaliter pugnauit. Iuo p. 10. c. 75. *Io.* 18.

Petrus utēdo gladio peccauit.

a ¶Petrus fuit.] Sed nonne Petrus peccauit utendo gladio: cū hoc non fecit auctoritate superioris, ut infra ead. q. 4. ille. & clericis permissum est tā tum seipsos defendere, ut extra de homi. suscepimus. & cap. 2. Sed dic quòd adhuc non fuerat hoc prohibitum clericis.

b ¶Ecclesia.] Non enim est alicui obediendum contra ecclesiam. 24. q. 1. hæc est fides. & 11. q. 3. Iulianus.

Item Ambrosius libro primo de officijs, c. 27.

¶Iustitiæ plenus est, qui patriam bello tuetur à barbaris. C. V.

FOrtitudo, quæ uel in bello tuetur à barbaris patriam [c], uel domi defendit infirmos, uel à latronibus [d] socios; plena iustitiæ est. Iuo p. 10 c. 113. Panu. l. 8. c. 50.

c FOrtitudo, quę.] ¶Patriam.] Hoc casu non tenetur, qui patrem proprium interficit, ut ff. de reli. minime.

Latrones occidi possunt.

d ¶Latronibus quos licet sine auctoritate iudicis interficere, ut infr. ead. quæst. 5. cum homo. & C. quando liceat unicuique sine iudi. se uindi. l. prima. 17. q. 4. sicut.

Item Hieronymus super Sophoniam ad c. 1.

¶Prodest latroni, uel piratæ, qui membra eius debilitat. C. VI.

SI quis fortitudinem latronis, & piratæ, & furis eneruat [e] †, infirmosque eos reddat; prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene vtebantur, à malo opere cessabunt. Iuo p. 10. c. 113. Pann. l. 8. c. 50. †*diripiat*] orig.

e SI quis fortitudinē.] ¶Eneruat.] Hoc intelligas de famosis latronibus, qui licite in fures suspenduntur, ut ff. de pœnis, capitalium. §. famosus. sed si non est famosus latro, tantū castigari iubetur: nec debet tunc uitam aut membrum perdere, ut C. de seruis fugitiuis authenti. sed nouo iure. Ioannes.

Latronū punitio.

Item Ambrosius libro primo de officijs, c. 36.

¶Qui socij non repellit iniuriam, similis est ei, qui facit. C. VII.

NOn † in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest [f]; tam est in uitio, quàm ille, qui facit. Vnde S. Moyses [g] hinc prius orsus est rentamenta bellicæ *a* fortitudinis. Nam cum uidisset Hebræum ab Aegypto iniuriam accipientem; defendit, ita ut Aegyptum prosterneret [h], atq; in arena absconderet. Salomon quoque ait: [Eripe [i] eum, qui ducitur ad mortem.] †*Neque*] or. *Exod.* 2. *Prou.* 24.

NOn in inferenda.] CASVS. Ostēdit Ambrosius in hoc capit. q iniuriam repellere à socio, virtus est: quod probat exēplo Moysi, & auctoritate Salomonis. Sequens cap. patet.

Vt Laurentius fuit ista glo.

f ¶Si potest.] Id est, si in potestate positus. & ita exponunt quidam t. aliàs non tenetur, ut 7. c. q. 4. forte. in fi. si enim quilibet tenetur aliū defendere: ergo si aliquis

g ¶Moyses.] Historiam habes de pœnit. dist. 1. §. opponitur.

h ¶Prosterneret.] Ergo aliquis potest excedere modum in defendendo. Argum. cōtra extra, de restit. spol. olim causam, in fine.

3 Subau. vel pecuniā dādo 86. dist. nō satis, iuxta princ.

i ¶Eripe.] Per uim, si iniuste ducatur, ut infr. ea. q. 5. reos. uel per supplicationem, si iuste ducatur, ut 14. q. 6. si res 3 Ioan.

Qui

a ¶Belliex]*Sic emendatum est ex originali, cum etiam in manuscriptis Gratiani legeretur*, imbellis.

Damasus epist. 3. ad Stephanū c.8. ā.dist.83.error. & dist. 86.faciētis. Poly.l. 7.tit.11. Ansl.l.31.c.19.

Item Anastasius, & Damasus Papa.

¶Malorum impietati fauet, qui eis obuiare cessat. C. VIII.

QVi potest [a] obuiare, & perturbare peruersos, & non facit; nihil aliud est, quàm fauere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Item Calixtus, epist. 2. ad episcopos Galliæ.

Poly. ibidem. Ansl.l.13. c.13. Ino p.6.c.346.

¶Qui diuina mandata contemnunt, seueris coerceantur uindictis. C. IX.

IVstum est, vt qui diuina contemnunt mandata, et inobedientes patrum existunt iussionibus; seuerioribus corrigātur uindictis: quatenus cæteri talia committere timeāt, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti sumant seueritatis, atque bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) ecclesiasticam solicitudinem uigoremque negligimus, perdit [b] desidia disciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur.

& in Africano c.42.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c.9.

¶Imperatores cum episcoporum prouisione ecclesię defensionem aduersus diuitum potentiam debent suscipere. C. X.

AB Imperatoribus [c] uniuersis uisum est ē postulādum propter afflictionem pauperum, quorum molestijs, sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias † diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

† al. impotentias τυραννίδα

c ¶Visum est.] *Sic est emendatum ex codicibus concilij impressis, & manuscriptis. Antea legebatur*, iustum est auxilium postulandum.

Ecce quòd nonnunquam est obuiandum peruersis, & iniuria sociorum armis est propulsanda, ut & malis adempta facultas delinquendi prosit, & bonis optata facultas libere consulendi ecclesia ministretur. Hoc qui non facit, consentit.

Vnde Augustinus ait in ps. 81.

¶Non sunt immunes à scelere, qui non liberant eos, quos possunt à facto liberare. C. XI.

Glossa ord. ibi ex B. August. & Cassiod. ad illud, [Eripite pauperem.]

OStendit [propheta [d]] nec illos immunes à scelere esse, qui permiserunt Christum principibus interficere cum præ multitudine timerentur, & possent illos à facto & se à consensu liberare. Qui desinit γ obuiare cum potest, consentit.

γ ¶Qui desiuit.] *Hæc in eadem glossa referuntur ex Cassiodoro, cuius verba sunt hæc*, Nam cum possis obuiare peruersis, si desinas aduersari, consensus erroris est.

QVAESTIO IIII.

QVòd autem uin-

a QVi potest.] ā q.7. negligere. 83. distinctio. error. Ioan.

IVstū.] CASVS. Docet Papa Calixtus q̄ bonū est & iustū ve delinquentes uindictā corrigantur, ut & cæteri metum habeant, & animabus delinquentium consulatur. Quæ autem sequuntur usque ad quęstionē plana sunt.

b ¶Perdit.] Id est, destruit. Ioan.

c AB Imperatoribus.] Tale itaque auxilium possunt ep̄i ab Imperatore petere, ut 11. q. 1. placuit. & 63. dis. Hadrianus. & si Imperatores uel principes nolunt defendere ecclesiam, possunt excōicari ab episcopia, ut inf. ead. q. 5. administratores.

d OStendit propheta.] Dauid cum dixit: Eripite egenū, & pauperē. Hic est euidens arg. contra illos, qui dicunt, q̄ sociua non tenetur iuuare socium nisi habeat aliquam iurisdictionem in eū, qui infert iniuriam. Isti dicunt q̄ populus bene habet iurisdictionē, licet dicat lex q̄ transtulit ius suum in Imperatorem r: nam si ciuitas: vel populus non haberet iurisdictionē quare puniretur propter defectum iudicis, ut ā. ead. q. 2. Dominus. Ioan. de Fant.

Imperator ab ep̄o pōt excōicari.

Populus tā- tū habet iurisdictionē.

r Vt insti. d̄ iu. na. § sed q̄d p̄cipi. nihilominus tā eā sibi retinuit. ar. ff. de of. p̄sid. l. pen.

QVod aūt.] Hæc q̄ō diuidit i octo partes: In prima quarū probat per 5. ca. quòd mali sunt pro tempore tolerandi: sunt tamen à socijs commonendi salua pace, & à prælatis quā tum potcrūt sine scandalo. Secunda ibi, [Ex his omnibus.] Tertia ibi, [Est & alia.] Quarta ibi, [Ecce quot crimina.] Quinta ibi, [Semel uero.] Sexta ibi, [Sed, obijcitur.] Septima ibi, [Porro.] Octaua ibi, [Breuiter.] Io. de Fāt.

dicta [a] *inferenda non sit multis modis probatur. Mali enim tolerandi sunt, non abijciendi, increpatione feriendi, non corporaliter expellendi.*

Vnde Augustinus ait in libro de verbis Domini, sermone 9.

¶Quomodo mali sunt tolerandi, & quomodo ab eis recedendum sit. C. I.

TOlerandi sunt [b] quidem mali pro pace, nec † corporaliter ab eis recedatur: sed spiritualiter [a] exire, est facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu [c] cuiusque, salua pace; displicere, est non tangere. Non enim prophetæ, qui hæc dicebant, populum suum dimiserunt: sed inter eos habitabant, quos increpabant: unum templum cum eis intrabant; eadem sacramenta celebrabant. Hoc est exire, ore non parcere: hoc est immundum non tangere, uoluntate non consentire. † al. ne

¶*Caput hoc est in glossa ordinaria 2. Cor. 6. ad ea verba*, exite de medio eorum *sententia vero est accepta ex sermone 18. Augustini de verbis Domini: ex quo infra ead. caput, ecce. & caput, recedite. ad idem pertinentia referuntur.*

a ¶Spiritualiter.] *Hic interposita erant duæ voces*, spiritualiter autem, *quæ sunt expuncta, quia & à plerisque vetustis, & à glossa ordinaria absunt.*

Idem.

¶Quòd mali sint tolerandi à bonis. C. II.

TV bonus tolera malum. Nam & Christus Iudam [d], cum sciret furem esse, tolerauit, & ad prædicandum misit, eique cum alijs Eucharistiam dedit. 7.q.1. aduersitas.

¶*Initium huius capitis est in tractatu 50. in Ioannem. Reliqua vero videntur accepta ex glossa ordinaria in psalmum 9. ad ea verba*, Dixit enim in corde suo *& explanatione B. Augustini in psalmum. 10. cuius propria verba referuntur supra 1 q. 1. Christus. Ab eodem vero copiose hæc eadem sententia exponitur in epistola 162.*

Idem super Ioannem tractatu 50. ad c. 12.

¶Pro pace ecclesiæ mali sunt tolerandi. C. III.

QVid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus, fratres mei, admonere ecclesiam suã, quando vnum perditum inter duodecim habere voluit; nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas; ecce fur est Iudas; & ne contemnas, fur sacrilegus; non qualiscumq; fur: fur loculorum, sed Dominicorum; loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscumq; furti, & peculatus [e] (peculatus enim furtũ Polyc.l.7.tit.7.

CASVS. Hic ponitur quarta quæstio, qua quæritur utrum uindicta sit inferenda. Et respondetur q sic, à iudice, tamẽ amore correctionis & liberationis. vt delinquentes corrigantur, & innocẽtes liberẽtur, & vt j. ea. q. ca. uindicta. Gratia tamen hoc ordine procedit. primo ꝓbat q mali sunt tolerandi, & non feriendi vel expellendi, vsque ad § [His ita.] deinde respondet allegatis.

Vindicta infertur du plici ex causa.

a ¶Vindicta.] Vindicta quãdoq; infertur zelo vltionis: quando que infertur amore correctionis. Primo modo non est inferẽda 1. & secũdum hoc loquuntur ca. quæ dicunt illationem uindictæ prohibendam: secundo modo licite infertur. Alij sic distinguunt. Criminũ quædam sunt occulta: quædam manifesta. Super occultis nõ est inferenda uindicta: sed super manifestis sic, nisi delinquens sociã habeat multitudinẽ. tunc enim ꝓpter scãdalum toleratur 2, vt j. ca. quidã &c. seq. & cap. non potest. Itẽ uindicta non est inferẽda nisi à iudice, uel eius auctoritate: nec ipse debet eam infligere nisi amore correctionis, & ut innocens liberetur, ut inf. ead. cap. ea. uindicta.

1 Ar. ad hoc ff. ad leg. Aquil. sciẽtiã. & l. si ex plagis. § 1. extra de homi. signifi. a. in fine.

2 Ad hoc 44. dis. com messatiões. 50. dis. vt cõstitueretur. Arch.

TOlerandi.] CASVS. Exponit hic Aug. illam auctoritatem veteris testamẽti, Exite populus meus de Babylonia, & immundũ ne tetigeritis. Exponit ergo Augu. q illud exire, & illud tangere spiritualiter intelligitur, & nõ corporaliter, ut cum illis permanentes peccata malorum redarguamus, nec consentiamus eis. Sequens cap. planum est per se.

b ¶Tolerandi sunt.] s. 7. q. 1. suggestum.

c ¶Pro gradu.] Id est, ꝓ dignitate & officio cuiuscumque. aliter enim debent prælati corrigere delinquẽtes, & alio modo subditi prælatus corrigit increpando, & uerberando, vt inf. e q. e. forte. socius vero admonendo & reprobando factum eius, ut j ea. q. c. ecce. simile inf. ead. q. cap. duo. & 24. q 3. tam sacerdotes. subditos ad bonum exhortando. 2. q 7. § item cum Balaam.

d TV bonus.] ¶Iudã.] s. 7. q 2. §. cum autẽ extra de temp. ord. ad aures. extra de of. ordi. si sacerdos.

QVid ergo.] CASVS Hoc capit. de eodem loquitur quod in præcedenti docetur: q est tolerandus malus, nec est ab eo corporaliter recedẽdum. Et hoc probat Augustin. exemplo Christi, qui Iudam furem & sacrilegum inter duodecim apostolos tolerauit, & non eum eiecit. [Corpus Christi,] id est, ecclesiam.

e ¶Peculatus.] Quia peculatus committitur in re sacra, uel religiosa, al. publica. Peculatum cõmitti in re sacra.

sacra, vel religiosa, vel publica, ut ff. ad legem Iuliam pecu. l. 1.

a ¶ De republica.] No. rem ecclesiæ rē pu. appellari r. vnde & ius publicum dicitur consistere in sacris, sacerdotibus & magistratibus, ut s. dis. 1 ius publicū. tamē pro-

Res ecclesiæ respublica appellatur.

†Nam iura ecclesiæ publica appellantur. ff de iu. & iure. l 1. §. ius publicum. C. de sac. san. eccl. l. vlt. Archi.

ECce.] CASVS. Hæretici dicebāt, ex quo scimus aliquos esse malos, debemus ab illis corporaliter recedere & hoc probant auctoritate Esaiæ prophetæ dicētis, Recedite & exite inde, &c. Sed Aug. ꝯ eos scribēs dicit, ꝙ si hæc auctoritas ad litteram intelligitur, nūquā malos tolerabimus: & ideo exire à malis est intelligendum spiritualiter. s. ut inter periuros & adulteros, & alios peccatores permanētes, quantum possumus eorum facta improbemus secundum gradum vniuscuiusque psonæ. [Sumus.] nos prophetę. [Vasa,] id est, præcones & ministri Dei.

dicitur de re publica [a], & non sic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ) quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non vndecumque tollere; sed de ecclesia tollere? Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur.

¶ *Multa in hoc capite sunt emendata ex B. Augustino.*

Beda 2. Cor. 6.

Item sermone 18. *de verbis Domini.*

¶ De eodem. C. IIII.

Polyc. ibidem Ans. l. 12. c. 65.

Esai. 52.

ECce, inquiunt, dicit propheta [b][Recedite, exite inde, & immundum ne tigeritis.] Quomodo ergo malos ꝓ pace tolerabimus [c], à quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritaliter intelligimus: illi corporaliter. Nam & ego clamo cum propheta: & qualiacumque [a] sumus uasa [d], utitur nobis Deus in dispensatione [e] uestra. Clamamus & nos, & dicimus uobis, recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis; sed cōtactu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum; quantum pro uniuscuisque gradu, atque persona salua pace fieri potest? *& paulo post.* ¶ Ergo fratres mei, quotquot habetis inter uos, qui adhuc amore sæculi prægrauantur, auaros, periuros, adulteros, inspectores † nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorum, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quidquid inter uos malorum esse nostis; quantum potestis, improbate, ut corde recedatis: & redarguite, ut exeatis inde: & nolite consentire, ut immundum non tangatis.

† *al. spectatores*

a ¶ Et qualiacumque] *Sic emendatum est ex B. Augustino, & Beda. Antea legebatur,* æqualia.

Item in secundo libro contra epistolam Parmeniani, c. 1.

¶ Pacificus est, qui corrigit quod potest, uel excludit à se quod non potest. C. V.

Polyc. ibidem

Esai. 5.

C. 21.

QVisquis uel quod potest, arguēdo corrigit, uel quod corrigere non potest [f], saluo pacis uinculo excludit, uel quod saluo pacis uinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat; hic est pacificus, & ab isto maledicto, de quo scriptura dicit: [Væ his, qui dicunt, quod nequā est, bonum; & quod bonū est, nequā, & reliqua.] omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. *& infra.* ¶ Quomodo, inquit Parmenianus [g], incorruptus poteris permanere, qui corruptus sociaris [β]?

β ¶ Sociatis] *Apud B. Augustinum huic interrogationi Parmeniani sequitur continenter, responsio, quæ habetur in proxime sequenti capite, ita plane. Ac certe multo aptius interrogatio Parmeniani, & B. Augustini responsio unico capitulo comprehenderentur.*

b ¶ Propheta.] s. Esaias.

c ¶ Tolerabimus.] Vt dicitur 11. q 3. nolite. Io.

d ¶ Vasa.] Id est, præcones uel ministri. vnde Paulus fuit dictus vas 2. 32. quæst. 5. si Paulus. in prin. 43. dist. dispensatio. & hic est argu. ꝙ sicut Aug. se commendat, sic & alij possunt se commendare, ut ff. de offi. procon. l. 4.

2 Nam dicuntur uasa non metallorū, sed etiam viuētium 12. q. 2. sutum.

e ¶ In dispensatione.] Id est, prædicatione.

Commendatio suprius q̄nque pmittitur.

QVisquis.] CASVS. Parmenianus dicebat, ꝙ inter corruptos non potest homo incorruptus ꝑmanere. Aug. vero ꝓbat contrarium, dicens, quod non imputatur alicui societas malorum, si eos corrigat quātū potest; & si non proficit, laboret excludere eos à communione sua: qđ si non potest propter scandalum, debet eos patienter tolerare: æquitate tamen factū eorum improbare debet.

f ¶ Non potest.] Vel propter scandalum: vel quia crimen est occultū. 6. q. 1 si ola.

g ¶ Parmenianus.] Hæreticus, contra quem hic loquitur. Videtur ergo, ꝙ si episcopus aliquos malos tolerat, cū hoc faciat auctoritate cano. ꝙ postea posit eos licite repellere, uel ab accusatione vel ab honoribus quos appetunt, ratione criminis, non obstante eo, ꝙ eis communicauit. tamen secus est, ut extra de secus. nulli 3. sed dic ꝙ si tunc temporis potuit

Prælatus an posit criminosos repellere.

3 Dicit L. ꝙ hæc dec. loquitur de

propric dicitur res Romanæ ciuitatis respublica: sed res aliarum ciuitatum abusiue, ut ff. de verb. sig. bona. & ipsa lex facit differentiam inter diuinum, publicū, & priuatum, ut C. de sacrosan. ecc. ut inter diuinū. Io.

malis manifestis: tu die, vt ibi no. B. cuius dictū tenet Goff. ibi uide quod not. a. q. 8. §. in hoc. & ponitur ista decre. pro palea. 3. q. 5. nulli, &c.

tuit probare crimen, quod eis postes obijcit, & tacuit nec subfuit causa tacendi, s. causa schismatis uel scandali, bene præiudicat ei talis taciturnitas: secus si non putuit probare: vel potuit, sed nō sine scādalo, ut hic, & a. q. 7. plerumq;. & ī. ea. prox. c. & ī. ea ꝗ magnum Io. nihil eis præiudicat.

c ¶Aliena.] Sæpè n. aliquis corrumpitur ex societate mala, vt 2 8. q. 1. sæpè. & sæpè iustus perit pro impiu, ut de consec. dist. 2. in sancta. Ioan.

A Malis.] CASVS. Hug. hunc casum sic ponit. A malorum

Idem in eodem capite 21. continuo.

¶Quid sit malis sociari. C. VI.

ITa planè, si sociatur quis malis, id est, si mali aliquid cū eis committit, aut committentibus fauet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porro, si addit tertium, vt non sit in uindicando piger, sed vel corripiat iustus in misericordia, & arguat, vel etiam, si eam personam[a] gerit, & ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat, ut cæteri timeant, remoueat etiā vel ab aliquo gradu honoris, uel ab ipsa communione sacramentorum & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi; plenissimum officium non solum castissimæ innocentiæ, sed etiam diligētissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum, castumque custodiunt, ut nec faciat malum, nec approbet[b] factum.

Poly. ibidem. Ps. 140. 1. Tim. 5.

Idem in epistola 152. contra Donatistas. Beda 1. Cor. 11.

¶Aliena peccata in ecclesia alicui non præiudicant. C. VII.

SI quis à catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet, hoc solo scelere, quòd à Christi vnitate[a] disiunctus est, non habebit uitā, sed Dei ira manent super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit, nihil ei præiudicat aliena[c] peccata: quia in ea vnusquisq; proprium onus portabit: sicut Apostolus dicit. *& infra.* ¶Ergo communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed confessione factorum. Nam si in malis factis non eis quisque consentiat, portat malus causam suā, & personam suam, nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis.

Iuo p. 2. c. 102. Gal. 6.

a ¶Christi vnitate.] *Antea legebatur,* Christianitate, *Restitutum est ex originali, & Beda itemque alia nonnulla.*

Idem in sermone 18. de uerbis Domini. Beda Eph. 5.

¶Non te maculat malus, si ei non consentis, sed ipsum redarguis. C. VIII.

A Malis semper corde disiūgimini: ad tempus cautè[d] corpore copulamini. *& infra.* ¶ Duobus modis non te maculat malus: si ei non cōsentias, & si redarguas, Hoc est non communicare, non consentire: communicatur quippe: quando facto eius consortium voluntatis, vel approbatiouis adiungitur. *& infra.* ¶Neque ergo consentiētes sitis malis, ut approbetis, neque negligentes, ut non

Iuo p. 2. c. 103.

ITa planè.] CASVS. Hug. hunc casum sic ponit in summa sua. Ostendit ꝙ duobus modis inquinatur quia ea societate malorum, scilicet si committat aliquid cum eis, uel si fauet eis. si neutrum illorū facit, sine peccato sociatur malis, s. si non committit, nec fauet. Si vero plus facit, scilicet vt corripiat & arguat, remoueat à cōmunione uel ab aliquo officio plenum officium exercet. si hoc non pōt, saltem illa duo faciat, ut nec cōmittat nec faueat, & securus erit in societate malorum. & loquitur hic Aug. cōtra Parmenianum, sicut in præcedenti ca. & respondet quæstio stioni, quam fecit Parmenianus. Beneuen. verò hunc casum sic ponit. Hoc cap. loquitur de duobus generibus hominum, scilicet de non prælatis, & prælatis. Et ad hoc, ut illi, qui non sunt prælati, malis non socientur, tria sunt necessaria, scilicet ut mala non faciant, nec faueant, sed redarguāt. Prælati uero plus procedere debent, scilicet publicè arguere, excommunicare, deponere. [In iudicando.] Id est, increpando.

a ¶Personam.] Arg. est hic quòd solis prælatis dictum est hoc, si peccauerit, ut infra c. fortè. & q. 5. de occidēdis. Ioan.

b ¶Nec approbet.] Ar. ꝙ in maleficijs ratihabitio mandato cōparatur, vt 1. q. 4. quia. & extra de restit. spolia. cum ad sedem. in fi. & ff. de vi & vi arma. l. 1. § quoties.

SI quis.] CASVS. Donatistæ dicebant se fore saluandos. & Christis nos communicantes quotidie peccatoribus esse malos & damnandos. Sed Augustinus cō̄ dicit, scilicet ꝙ hæretici quantumcunq; laudabiliter & honestè uiuant, hoc solo ꝙ ab ecclesia seiuncti sunt, mali sunt, & damnandi, Christiani uero catholici inter malos existentes, si alienis peccatis non consentiant, nihil eis præiudicat.

lorum consortio corde etsi non corpore semper debemus esse remoti, nec corporale consortium malorum aliquorum aliquem polluit, si non consentit: & sic arguit. qui enim consentit, videtur factum eorum approbare: qui non arguit, negligens redarguitur. vt ergo nō sit negligens, arguat, non ismen insultando.

d ¶Cautè.] Vt non trahant vos ad consensum. [Vel cautè,] scilicet si potest fieri salua pace.

Recedi-

Recedite] CASVS. Hoc c. idem dicit cum illo c. s. c. eccc. ꝙ eodem modo formabis casum. Hug. vero. dicit, quod iste casus cuilibet patet.

Qvàm magnum.] CASVS. Vincentius Donatista, contra quem loquitur Augu. & alij hæretici, dicebant bonos deserẽdos esse propter malos. Aug. vero ecõtra dicit, ꝑpter malos boni nõ sunt deserẽdi, sed potius mali sunt tolerãdi, ꝑpter bonos. & hoc probat tribus exemplis. scilicet Prophetarũ, Dñi. & Apostolorũ.

a ¶ Demonstrari,] Id est, probari.

b ¶ Non possunt.] Id est, non debent. nã bene dẽmus de quolibet credere, ut 22 qõ 4. innocens. 11. q. 3. in cũctis. Et ita est hic arg. ꝙ non statim propter simplicẽ denunciationẽ debet habere aliquis læsam conscientiam de eo quod sibi denunciat, ut extra de cler. excõ. mini. illud immo imputatur alicui, quod nimis credulus, ut 11. q. 3. in cunctis. & c. nõ solum. 16. dis. si quid. ar contra. ff. de eo per quẽ fac. erit. l. 1. §. 1. ff. quod cum fal. tut. l. 2. extra de coniu. ser. proposuit. extra de se cun. nup. dominus. & extra de electio. uenerabilem. ultra medium. in parte decisa ff. de peti. hære. iiẽ uenit. §. à quo autem.

arguatis; neque superbientes, ut insultanter arguatis.

Beda 2. Cor. 6. s. ead. c. ecce.

Idem ex eodem.

¶ Immundum tangere, est peccatis consentire. C. IX.

Iuo p. 2. c. 103. *Esa.* 52.

Recedite, exite inde, & immũdum ne tetigeritis.] Sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tãgere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum quantum pro uniuscuiusque gradu, atq; persona, salua pace, fieri potest? Displicuit tibi, quod quisque peccauit? non tetigi immundum Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigit, congruam, & quę vnitatem non uiolet, disciplinam? existi inde: *& infra.* ¶ Clamauit ista Moyses, clamauit Esaias, clamauit Hieremias, clamauit Ezechiel. Videamus, si dimiserunt populum Dei & se ad alias gentes transtulerunt. Quàm multa, & quàm vehementer Hieremias increpauit peccatores, & sceleratos populi sui? inter eos tamen erat, unum cum eis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in eadem sceleratorum hominum congregatione viuebat; sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere, & uoluntate non consentire, & ore non parcere.

Num. 16. *Esa.* 52. *Thren.* 4. *Ezech.* 14.

Idem in epistola 48. ad Vincentium.

¶ Non maculant innocentes facta nocentium, quæ ab eis credi non possunt. C. X.

s. ea. nimium.

Qvàm magnum est crimen ab istorum innocentiũ cõmunione separari? Nam & facta nocentium, quæ innocentibus demonstrari [a], uel ab innocentibus credi non possunt [b], non coinquinant quemquam, si propter innocẽtium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi; sed propter bonos mali [c] tolerandi sunt; sicut tolerauerunt prophetæ, contra quos tanta dicebant; nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant: sicut ipse Dominus nocentẽ Iudam vsq; ad condignum eius exitum tolerauit, & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit: sicut tolerauerunt Apostoli eos, qui per inuidiam (quod ipsius diaboli uitium est) Christum annunciabant.

Philip. 1.

Idem in sermone 24. de verbis Apostoli.

¶ *Antea citabatur ex libro primo de unico baptismo, ubi non habetur.*

¶ Mali, quos ecclesia recipit, nec expellit, à bonis sunt tolerandi, non iudicandi. C. XI.

Iuo p. 2. c. 94.

Forte † in populo Dei stat iuxta te auarus, raptor, inhiãs rebus alienis, quem nosti talẽ, & fidelis est, uel potius fidelis uocatur [d]. Non eũ potes de ecclesia pellere [e],

† *Talis est, & forte* orig.

c ¶ Mali.] Argu. malũ tolerari ratione connexi boni, ut 11. dist. cum omnibus. & 12. qõ. 3. nolite. ibi, finite vtraque.

Forte.] CASVS. Hoc c. diuiditur i duas partes. In prima parte dicitur, quod q̃dam nolebant cõicare in sacramẽtis Christi cum auaris, & raptoribus, quia putabant se peccare. Aug. uero probat tales non bñ facere, sed potius peccare. Nam cum talibus communicare non est peccatum, nec vlla contrahitur macula, si corrigi non possunt. & hoc ꝓbat duabus auctoritatib. Apostoli. In secunda parte dicitur, ꝙ iudex apud quẽ peccator accusatur, & instrumentis, uel testibus cõuincitur, debet illũ coercere, excõicare, & degradare. [Corripere,] scilicet uerbis [Coercere,] factis, scilicet aliqua pœna suspensionis uel interdicti.

d ¶ Vocatur.] Argu. quod nominatio sola non sufficit. 1. q. 1. multi. C. de proba. non epistolis argu. contra. 32. q. 4 dicat.

e ¶ Pellere.] Sine scandalo

Nam titubãs ꝑ ignorãte habendus est. C. ꝺ cõd. ind. l. ulti. ff de lib. ho. exhiben. l. 3. §. his qui. ar. 34 q. 2 cũ g bellicã. extra de secũ. nupt. dñs, ẽm Tã. Goffre. a.

a ¶Aditum.]Id est, potestatem.
b ¶Non tibi.] Arg. quod de vno dicitur, de alio negatur, vt 45. dist. disciplina. 25. dist. qualis.
c ¶Accusatur.]Id est, denunciatur. nam si accusatur esset, statim esset deponendus, vt extra de accus. super his.
d ¶Coerce.] Admonendo.
e ¶Corripe.]Suspendendo.
f ¶Excommunica.] Propter contumaciam.
g ¶Degrada.] Propter inobedientiam. Alius ordo traditur extra de iud. cum non ab homine. sed ibi loquitur cum pœna incipit à crimine, & eum directe est conuictus. hic pœnam infligit propter contumaciam.

pere ordinem ab eo, quem scit simoniacum; vt dixi 1. q. 1. si quis à simoniacis.
ECCE CASUS. Concludit Gratianus ex supradictis dicens, quod mali sunt tolerandi, & non puniendi pœna corporali: quod probat duabus auctoritatibus Christi. &

non habes aliquem aditũ [a] castigando, & corripiẽdo corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere: unusquisque proprium onus portabit. *Item infra.* ¶Quomodo (inquis) ferrem, quem noui malum? non ne melius ipsum ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo feres †: attende Apostolum dicentem: [Vnusquisque proprium onus portabit.] Liberet te ista sententia. Non enim cum illo communicares auaritiam; sed communicares cũ illo Christi mensam. Et quid ibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit: [Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.] sibi, non tibi [b]. Sane, si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti; ecclesiastica regula si apud te accusatur [c], si veris † documentis, testibusque conuincitur; coerce [d], corripe [e], excommunica [f], degrada [g].

Gal. 6. *† al. si ferres si attenderes]* orig. *1. Cor. 11.* *† al. innumeris*

† De hac no. 74. dist. honoratus in fi. ibi uideas. 19. q. 3. quonia.

TRes personat.] CASUS. Ostendit August. in hoc cap. auctoritate Euangelij, quod tria sunt genera prælatorum, scilicet pastor, fur, & mercenarius, inter quos differentiam assignat. Nam pastor est, qui per ianuam intrat & ponit animam suam pro ouibus suis. Fur vero non intrat per ianuam, id est, non canonice eligitur, & rapit & dispergit oues. Mercenarius ingreditur per ianuam id est, canonice eligitur: sed si uidet lupum uel furum uenientem, timet & fugit, quia non est illi cura de ouib. Pastor ergo est diligendus, mercenarius tolerandus, fur autem est cauendus.
h ¶Et intrare.]Secundum canones hoc ipso est aliquis fur, quod non intrat per ostium, ut hic, & de pœn. dist. 1. si propterea. & capitu. seq. secundum leges non est statim fur, licet clam intrauerit furandi causa; ut ff de fur. vulgaris. §. qui furtl.
‡ Adde Bal. 11. si qs nõ dicam rape re. C. de epis. & cler.
i ¶Per ianuam.] Id est, per canonicam electionem.
k ¶Latronem.]Id est, tyrannum.
l ¶Partem.] Per simoniam.
m ¶Mercenarium.] qui causa lucri recipit dignitatem. ad hoc facit 8. q. 1. sunt in ecclesia.
n ¶Cauendus.] Argum. quod aliquis non debet reci-

Est & alia distinctio tolerandorum, & cauendorum, quam ex uerbis Augustini licet colligere, dicentis serm. 49. de uerbis Domini.

¶Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus; C. XII.

TRes personas dixit Dominus (et debemus illas inuestigare) in Euangelio, pastoris, mercenarij, & furis. *& paulo post.* ¶Pastorem dixit animã suam ponere pro ouibus suis, & intrare [h] per ianuam [i]. Furem dixit: [& latronem α [k]] ascendere per aliam partem [l]. Mercenarium [m] dixit, lupum uel furem si uideat, fugere; quia nõ est illi cura de ouibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat pianuam, quia pastor est: ille ascendit per aliam partem, quia fur est: ille uidens eos, qui uolunt tollere oues, timet, & fugit; quia mercenarius est: quia non est illi cura de ouibus; mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas; inuenit sanctitas uestra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus [n] est latro.

Ans. l. 6. c. 148.] Io. 10.

α ¶Et latronem.] *Hæ duæ uoces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.*

Ecce quòd mali tolerandi sunt: nec corporali, sed spirituali uindicta sunt puniendi. Vnde cum discipuli non recepti à Samaritanis ignem cælitus super eos deducere noluerunt, dicentes magistro: [Vis dicamus, descendat ignis de cælo, & consumat eos?] audierunt: [Nescitis cuius spiritus estis?] Item: [Omnes, qui gladium acceperit, gladio peribit.

Luc. 9. Matth. 26.

Hinc etiam Hieronymus ait in comment. epistolæ ad Gal. c. 4.

& quod dicitur ibi, [gladio peribit,] id est, damnabitur pro gladio sic accepto. quasi pro abusione gladij damnabitur æternaliter.

Qui

QVi secundum carnem.] CASVS. Docet hic Hieronymus, quod malos euitare non debemus, licet nos persequantur. Et hoc probat exemplo Isaac, qui fratrem suum Ismaelem non expellebat, nec corporaliter persequebatur, licet Ismael ipsum infestaret. ita & boni tolerent

f ¶ Culices.] Id est, malos.
g ¶ Domo.] Id est, ecclesia.
h ¶ Vasa aurea.] Id est, bonos.
i ¶ Lignea.] Id est, malos.

QVantus.] CASVS. Ostendit Augu. in hoc ca. esse impossibile ut generaliter in hac uita mali discernantur à bonis. hoc enim Apostolis non concessit Dominus. ita posuit Hug casum.] Quantus,] admiratiue dicit: quasi ualde magnus est. [Zizania.] id est occultos peccatores.

¶ Spiritualis numquam carnalem persequitur, sed econuerso. C. XIII.

Gal. 4. QVi secundum carnem natus erat [a], persequebatur spiritalem [b]: numquam enim spiritalis carnem persequitur; sed ignoscit ei, quasi rusticano [c] fratri. Scit eum posse proficere per tempus: & si quando Aegyptiæ [d] filiū viderit irascentem; recordatur unius patris, qui boues [α] [e] creauit, & culices [f]: & in magna domo [g] non solum esse *2. Tim. 2.* vasa aurea [h] & argentea, sed & lignea [i] & fictilia.

α ¶ Boues.] *In codicibus B. Hieronymi impressis legitur*, qui lucem boues, *verum in codice Vaticano horum commentariorum habetur*, qui lucam bouem: *Significat autem elephantem*.

Item Augustinus in libro quarto de baptismo, c. 12.

¶ Boni à malis nunquam in hac uita penitus possunt separari. C. XIIII.

QVantus arrogantiæ tumor est: quanta humilitatis, & lenitatis obliuio: arrogantiæ quanta iactatio; ut quis aut audeat, aut facere se posse credat; quod nec Apostolis concessit Dominus [k]; ut zizania [l] à frumento putet se *Matt. 13.* posse discernere?

¶ *Verba sunt Cypriani libro 4. epist. 2. ad Antonianum citata ab Augustino lib. 4. c. 12 de baptismo contra Donatistas.*

Item Gregorius homilia 38. Euangel.

¶ Præsens ecclesia simul recipit bonos & malos. C. XV.

HAec autem uita, quæ inter cælum [m] & infernum sita est, sicut in medio subsistit; ita utrarumq; partium ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia & nunc indiscrete [n] suscipit, & postmodum in egressione discernet. Si ergo boni estis; quamdiu in hac uita subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat; ipse sibi [o] per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim [p] esse renuit, quem Cain malitia non exercet.

2 *Ex his omnibus colligitur, quòd malorum uindicta Deo reseruanda est; nec sunt corporaliter puniendi; sed crebra* *Matt 5.* *admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem inui-* *Exo. 21.* *tandi. Vnde Christus in Euangelio ait* [*Audistis, quia di-*

K ¶ Dominus.] Cum dixit: Sinite utraque crescere, ut 11. q. 3. nolite.

l ¶ Vt zizania.] Id est occultos peccatores. Ioan.

HÆc autem uita.] CASVS. Beneuen. casum hūc sic ponit dicens, quod tria sunt loca, paradisus, mūdus & infernus, In paradiso sunt tātum boni. in inferno tantum mali. in mundo vero qui medius est inter infernum & paradisum, boni permanent simul cum malis, qui æquanimiter sunt tolerandi, quod qui non fecerit, ipse sibi testis est quod bonitate caret.

m ¶ Quæ inter cælū.] Hic uidetur quòd infernus sit sub terra in eo loco, ubi nullus splendor solis peruenire potest 2, & paradisus in cœlo sit: tamen Aug. dicit se dubitare ubi animæ defunctorum requiescant. 13. q. 2. tempus. Vel non appellatur hic medium ratione loci; sed ideo dicitur medium, quia partim conformat se cælo, scilicet ex eo, quòd habet bonos, partim inferno. s. ex eo, quod hēt malos. 2. q. 1. multi.

Infernus & Paradisus vbi sunt.

2 Ad hoc 35. di. ecce.

lerent malos, credentes quod possint quandoque redire ad Deū. [Ægyptiç, id est, Agar, cuius filius Ismael fuit, per quem mali designantur. [Recordabitur.] scilicet Isaac. [Boues,] id est, bonos. [Culices.] id est, malos.

a ¶ Qui secundum carnem natus erat.] scilicet Ismael, tangit id quod legitur in epistolis Pauli ad Galatas, c 4.

1 De isto Gene. 21. et 32. q. 4. recurrat.

b ¶ Spiritalem.] Isaac 1.

c ¶ Rusticano.] Aug. rusticitati parcendum, ut 2. q. 7. sancta.

d ¶ Ægyptiæ.] scilicet Agar.

e ¶ Boues.] Id est, bonos.

n ¶ Indiscrete.] Id est, indistincte.

o ¶ Sibi.] Id est, contra se.

p ¶ Abel enim.] Hoc expositum est supra. 8. q. 1. §. cū autem.

EX HIS OMNIBVS. Hæc est secunda pars q. in qua probat, quòd multi in veteri lege puniebantur, sed hodie toleranda sunt, nisi à iudicibus, qui eos punire possunt, & hoc probat per 4. cap 1o. de Pan.

CASVS. Iste §. diuidi in duas partes. In prima parte concludit G. ex supra dictis dicens, quod uindicta malorum Deo est reseruanda, nec sunt à nobis corporaliter puniendi, sed benigne ad correctionem inuitandi

ctum est in lege,] quem modum vltionis lex statuit [Oculū pro oculo [a]*, dentem pro dente.] Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mansuetudinem, & charitatis perfectionem vos inuitans, dico vobis: [Nolite resistere malo; sed diligite* [b] *inimicos vestros; benefacite ijs qui oderunt vos, ut sitis filij patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos.]* Matt. 5. *Hinc Paulus ait: [Si esurierit inimicus tuus, ciba* [c] *illum: si sitit, potum da illi.]* Rom. 12. Prouer. 25. *Omnis enim iniquus, bonorum est inimicus: Omnis autem amicus huius sæculi, etiam inimicus est Dei.* Iac. 4. *Inimicus autem Dei bonitatis & iustitiæ est inimicus, ac per hoc amatorem iustitiæ & bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, uel illis benefacere, cibum & potum subministrare iubemur; inimicos persequi, & punire prohibemur.* ¶ *In lege enim veteris testamenti corporalis pœna statuta est: in lege vero Euāgelij omni peccanti per pœnitentiam promittitur uenia. Vnde illa à terrore incœpit dicens: [Ego sum Dominus Deus zelotes uisitans peccata patrum in filios* [d] *vsque in tertiam & quartam generationem.]* Exo. 20. *Hæc vero a lenitate mansuetudinis, & misericordiæ, ita inquiens: [Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.]* Matt. 5. *In illa dicebatur: [Qui fecerit hoc, uel illud, morte moriatur:]* Exo. 19. & alibi. *In ista: [Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.]* Luc. 15. *Itē: [Non veni vocare iustos: sed peccatores ad pœnitentiam.* Matt 9. *Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est.]* Luc. 6. *Initiū quoque prædicationis Saluatoris nostri, & præconis eiusdem ad pœnitentiam peccatores inuitantis. Sic enim vterq; exorsus est, dicens: [Pœnitentiam agite, appropinquabit † enim regnum cælorum.]* Matt. 3. † al. appropinquauit *Sic & in actibus Apostolorum, cum Iudæi compuncti de scelere mortis Christi, dicerēt Petro: [Quid faciemus uiri fratres?] legitur Petrus respondisse: [Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum.]* Act. 2. Exo. 1. *Et, vt vniuersaliter dicatur, in lege populus ille rudis seruili timore pœnarum cogebatur, unde & legem in pædagogum* [e] *accepit.* Gal. 3. *In Euangelio autem populus gratia liber, & adultus filiali amore, et hæreditatis certitudine ad cultum diuinæ seruitutis inuitatur. Vnde, cum quidam legem, quasi coercentem, prædicarent esset tenendam simul cū gratia, ait Apostolus: [Non enim accepistis spiritum* [f] *seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis* [g] *filiorum, in quo clamamus, abba pater.]* Rom. 8. ¶ *Hinc etiam Gregorius ait in expositione Euangelij: [Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.]* Matth. 22. Est homil. 38.

¶ In lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum. C. XVI.

CVm in lege scriptum sit: [Diliges amicum tuum, & odio [h] habebis inimicum tuum.] accepta tunc licen- Leuit. 19.

quod probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli apostoli. In secunda parte assignat dīam inter vetus testamentum & nouum. Nam in ueteri testamento terror fuit & timor, & pœna corporalis statuta fuit: in nouo vero testamento mansuetudo & misericordia: quod multis auctoritatibus probat. Et ad hoc inducit sequens capitulum. Secūda pars incipit ibi, [In lege enim veteris testamenti. [Abba] Hebraicè, Latinè dicitur pater.

a ¶ Pro oculo.] Hoc enim modo nō licet, nisi auctoritate iudicis, ut infra ead. cum in lege.

b ¶ Diligite.] Hoc tenemur facere quantū est in nobis, ut 12. q. 3. inter verba.

c ¶ Ciba.] Dū tamen ratione cibi nō negligat iustitiam, vt 5. q. 5 non omnis. Item si potest laborare, & se smiseeat eleemosynis redigendus est in seruitutē. C. de mēdi. valid. l. vna. lib. 11.

d ¶ In filios.] Imitatione, non sanguine. vel intelligas de consensu, de locutione, & opere. supra dist. 6. sed pensandum.

e ¶ In pædagogum.] Id est, in magistrum. sicut. n. per magistrū aliquis coercetur, ita ipsi per legem.

f ¶ Spiritum.] Id est, seruilem timorem.

g ¶ Adoptionis.] Id est, filialē timorem, id est, amorē. Io. de tribus q; j. ea. q6. 6 §. ex his.

CVm in lege] CASVS. Gregorius exponendo illud Euāgelij: Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, vbi fecit mentionem de tauris & altilibus, ostendit differentiam inter patres veteris & noui testamenti. nam patres veteris testamēti per tauros significātur: quia sicut tauri se defendendo alios cornibus percutiunt: ita & patribus vet. test. permissum fuit, vt aduersarios suos uirtute comprimerent, & iure 1. gladij ferirent. 1 al. ore Per altilia uero patres noui testa. figurātur: quia sicut aues penna cōtemplationis terrena contemnendo ad cœlestia sublimātur.

h ¶ Et odio.] Sed nōne odium habere est mortale peccatū, ut 25. dist. § criminis. quare ergo hic dicit, q; hoc per-

permittebstnt iustis? potes dicere iustis aliàs. Vel dic ꝙ qui vlciscebatur se sine odio, non peccabat. qui aũt cum odio, licet cõtra legem non fecerit, tamen peccauit, sicut dando libellum repudij peccauerunt, licet à lege hoc eis permittebatur. extra de diuot. gandemus.

a ¶Per altilia.] De qbus in Euangelio fit mẽtio Hug.

HIS ITAQVE CASVS. Nunc Grat. respondet cap. supradictis, dicens ꝙ quædam sunt delicta, quorum pœna est Deo reseruanda, nec sunt à nobis corporaliter punienda, scilicet cum delinquentes non sunt nostræ iurisdictioni subiecti, vel cum delicta illorũ probari non possunt, etsi nobis nota sint. De his enim, qui non sunt nostræ iurisdictionis, teste Apostolo, iudicare non possumus, nec vitare debemus eos. Et ad hoc inducit sequens capit. cuius casus patet.

tia iustis fuerat, vt Dei inimicos, suosq; aduersarios, quanta possent virtute comprimerent, eosque in ore a gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio testamento compesci

Luc 6.

tur, cum per semetipsam veritas prædicat dicens: [Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos.] Qui ergo per tauros, nisi veteris testamenti patres signãtur †? Nam dum ex permissione legis acceperãt, quatenus aduersarios suos odij retributione percuterent; (vt dicam) quid aliud, quàm tauri erant, qui inimicos suos corporeæ virtutis cornu feriebant? Quid vero per altilia [a], nisi patres noui testamenti figurãtur? qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis desiderijs innitẽtes, ad sublimia contemplationis suæ pennis subleuantur.

† significantur orig.

a ¶In ore.] *In originali, & quatuor Gratiani vetustis, est*, iure gladij.

His [b] *ita respondetur: Sunt quædam, quæ salubri dumtaxat admonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertenda: sed eorum vindicta diuino examini tantum est reseruanda, quando in delinquentes videlicet disciplinam exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt* [c], *tamen manifestis indicijs probari non possunt.* ¶ *De his qui nõ sunt nostri iuris, ait Apostolus in prima epistola ad Corinthios: [Quid enim mihi attinet de his, qui foris sunt iudicare; de his enim Dominus iudicabit.] Quod Augustinus exponens, ait.*

1. Cor. 5.

¶*Sensus huius capitis habetur apud B. Augustinum de pœnitentia medicina, c. 3. verba vero ferè omnia sunt in glo. ord. 1. Cor. 5. ad vers.* alioquin *& interlineari ad ver.* intus.

¶Infidelium colloquia, & conuiuia non sunt euitanda.
C. XVII.

INfideles non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus, & conuiuium [d]. Vnde & Dominus cũ publicanis, & peccatoribus manducauit & bibit. In his vero, qui intus sunt [e], id est, infidelibus putredo resecanda est.

Luc. 5.

Hinc etiam cum propheta dicit: [Facit Dominus iudiciũ omnibus iniuriam patientibus,] exponendo addidit Augustinus: [ab his, qui non sunt sui iuris, in quos nequit disciplina exerceri.] Item, quando multitudo est in scelere nec salua pace ecclesia mali puniri possunt; tolerandi sunt potius, quam violata pace ecclesiæ puniendi.

Ps. 145.

Vnde Augustinus ait in lib. de fide & operibus, c. 4. & 5.

¶Quædam mala punienda sunt, & quædam toleranda.
C. XVIII.

Poly. l. 7. tit. 7. Ans. l. 12. c. 63.

QVidam vero econtrario periclitantes, cum bonorũ, malorumque permixtionem in ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientiæ

b ¶His.] Scilicet auctoritatibus, quibus probauit malos esse tolerandos.

c ¶Nota sunt.] ĩ. 11. q. 3 cotum. & 30. q. 5. nullum 2.

d INfideles.] ¶Et conuiuium.] ĩ. 11. q. 3. ad mensam. at gu. contra 28. q. 1. omnes. & cap. nullus. Sol. hic loquitur de paganis, ibi specialiter de Iudæis 1.

1 Sub nomen Christi ab hostibus.

e ¶Qui intus sunt.] Quandoque etiam Iudæos punit ecclesia. extra de vsur. post miserabilem. & 27. q. 4. constituit.

HINC ETIAM. CASVS. Gratianus adhuc probat auctoritate Augus. exponentis verba prophetæ, ꝙ in ijs, quæ non sunt nostri iuris, nequit disciplina exerceri. Postea ponit alium casum, in quo mali sunt potius tolerandi, quàm puniendi, scilicet quãdo multitudo est in scelere, & schisma timetur si corrigantur. & ad hoc inducit sequens capitulum.

QVidam.] CASVS. Stulti quidam dicebant, quod si prælati vident publicè delinquentes, qui per zizania significantur, nil aliud facere debent, nisi iudicare illis qđ sit faciendum, vel vitandum. et si sunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. Augustinus vero contrarium dicit: quia enim canes sunt in ecclesia, debemus eos propter scandalum

dalũ tolerare vsq; in finẽ, neq; recedere ab eis: sed sanctũ eis dare nõ debemus, vbi pax ecclesiæ est tuta: vbi vero datur potestas corrigendi sine scandalo; tūc prælati dormire nō dēnt, sed ad bonum malos debent coercere, ita vt nec sint negligentes, nec obtentu diligentiæ sæuiāt in peccatores. & ordinanda sic constructio. Quidam putant destituendam ecclesiæ disciplinam, &c. Vel legas suspensiuè à principio vsque ibi, [Destituendam putant.

Ordo litteræ.

Prælatus qđ facere debet.

a ¶Nisi dicere.] Non ergo sufficit ꝙ prælatus instruat quid sit faciendum, nisi etiam puniat non facientes, vt infra ead. q. 5. non est innocentiæ. & 47. distinct. quod ad nos. sicut non sufficit: domino prohibere ne cum seruo contrahatur, quin teneatur ipse de peculio, vt ff. de pecu. l. si quis seruũ. & ff. de verb. obli. qui seruum. & ibidem. l. seruus vetante. Argumen. tamen contra est 43. dist. in c. Ephesijs.

b ¶Non possumus.] Sine scandalo: vel q̄a est occultum. 6 q. 1. si omnia.

c ¶Nec patientiæ.] Quæque enim remissio se mentitur pietatē, vt 41. dist. sæpè.

CVm quisq;.] CASVS. Parmenianꝰ dicebat ꝙ nullus peccator est anathemate feriendus. Augus. vero contra ipsum scribens ostendit, quòd si quis peccator deprehenditur in crimine mortali, quod sit notum, & apparet omnibus execrabile, anathemate feriatur, si periculum schismatis non timetur.

d ¶Vbi periculum.] Cum ergo periculum schismatis timetur, mali non sunt excõicandi, vt 50. dist. vt cõstitueretur. ꝟ. ead. ipsa pietas. & cap. non potest. Sed contrarium est 24. q. 3. ecce. sed ibi cum non timeretur scandalum. Item ꝯ extra de reg. iur. qui scādalizauerit. Sed hic loquitur de veritate disciplinæ: quæ potest quandoque deseri pro scandalo. ibi de veritate iudicij, quæ semper præualet scandalo.

Veritas disciplinæ q̄ que potest deseri.

EST

præcepta didicerint, (quæ ita nos firmissimos reddunt, vt etiam si videntur in ecclesia esse zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas nostra; aut quoniam zizania in ecclesia esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus) destituendam [a] putent ecclesiæ disciplinam, quandam peruersissimam securitatem præpositis tribuentes, ut ad eos non pertineat, nisi dicere [a], quid cauendum, quidve faciendũ sit: quodlibet autem quisque faciat, non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtrisq; testimonijs tutam sententiam moderari: vt & canes in ecclesia propter pacem ecclesiæ toleremus; & canibus sanctum, vbi pax ecclesiæ tuta est, non demus. Cum ergo seu per negligentiam præpositorum, siue per aliquam excusabilem necessitatem, siue per occultas obreptiones inuenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere, aut coercere non possumus [b]; tunc, ne † ascendat in cor nostrum impia, & perniciosa præsumptio; qua existimemus nos ab his esse separandos; ut peccatis eorum non inquinemur; atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos, sanctosque discipulos ab unitatis compage, qua si à malorum consortio segregatos; veniant in mentem illæ de scripturis similitudines, & diuina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratum, & prænunciatum est, malos in ecclesia permixtos bonis vsq; in finem sæculi, tempusq; iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate, ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Cum vero eis, per quos ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ aduersus improbos, aut nefarios exercendæ; tunc rursus, ne socordia, segnitiaq; dormiamus; alijs aculeis præceptorũ, quæ ad seueritatem coercitionis † pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in via Domini ex vtrisque testimonijs illo duce, atque adiutore dirigentes, nec patientiæ [c] nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus.

† *nec*] orig.

† *al. coercitionis*] orig.

a ¶Destituendam.] *Apud B. Augustinum legitur*, instituendā putant ecclesiam, & disciplinam: *sed cæteri collectores cum Gratiano concordant. Multa vero alia ex illis, & originali in toto hoc capite sunt restituta.*

Item contra epistolam Parmeniani, libro 3. c. 2.

¶Leuius occulta, seuerius autem punienda sunt ab ecclesia delicta manifesta. C. XIX.

CVm quisque fratrum, id est Christianorum intus in ecclesiæ societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur; fiat hoc, vbi periculum [d] schismatis nullum est. *& infra.*

Poly. ibidem. Iuo p. 2. c. 97. Pann. in prol. c. 13 & 14.

¶Quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quod possit schisma contingere; non dormiat seueritas disciplinæ.

3 *Est & alia causa, qua correptio verberum, uel verborum videtur esse inutilis, vel superflua. Prædestinati enim ad uitam sine correptione mutantur: sicut Petrus, quem Dominus respiciens nemine corripiente, commouit ad lachrymas. Præsciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt: sicut Pharao. Bonis ergo superflua, damnandis hæc inueniuntur esse inutilia. His ita respondetur auctoritate Gregorij, & Augustini. Augustinus enim in libro de correptione & gratia, c. 5. sic ait.*

Luc. 22.

¶Sicut ab oratione cessandum non est, sic nec à correptione. C. XX.

Luc. 22.

SIcut non est ab oratione [a] cessandum pro eis, quos corrigi uolumus, etiam si nullo hominum orante pro Petro Dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere; ita non est negligenda [b] correptio, quamuis Deus, quos uoluerit, etiam non correptos faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miseretur, atque adiuuat, qui facit, quos uoluerit, etiam sine correptione proficere.

Gregorius vero in dialogo, libro 1. c. 8.

¶Soli prædestinati saluantur, qui in postulando suo labore meruerunt. C. XXI.

Burc. l. 20. c. 19. Iuo p. 17. c. 31.

OBtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt. Sed ea, quæ sancti uiri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi ex † labore perueniãt: quatenus postulando [c] mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare.

† al. pro

Item Augustinus in libro de prædestinatione, & gratia, c. 15.

¶Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur. C. XXII.

Dan. 4. Exo. 5. usque ad 15.

NAbuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam, Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat, rursus accepit [d]; Pharao

EST ET ALIA. Hæc est tertia pars q. in qua loquitur de præscitis & prædestinatis. Ioan. de Fant. CASVS. Ostendit G. aliam causam quare mali nõ sunt flagellandi. Nam si peccatores sunt saluandi ad vitam, sine correctione conuertentur, ut Petrus. Si vero damnandi sunt, inter flagella fiunt deteriores, ut Pharao. Bonis ergo flagella sunt superflua: malis uero inutilia. Postea respondet huic allegationi per cap. sequens.

SIcut non est.] CASVS. Quidam dicebant quod superflua est correctio circa peccantes: cũ Deus ipse corrigat quos uoluerit. & hoc probant exemplo Petri, quẽ nullo homine corrigente correxit ut uoluit. sed Gre. & Aug. dicunt quod licet Deus corrigat quos uelit, tñ sicut non est cessandum ab oratione pro eis, quos corrigi uolumus: ita non est cessandum à correctione: quia per exteriorẽ correctionẽ proficit homo interior.

a ¶Ab oratione.] Multiplex est causa quare non debemus cessare ab oratione malorũ, uel eorũ correctione. Nam quædam sunt ita prædestinata, ut precibus obtineantur, ut infra cap. proxi. Item quia nescitur quis sit de numero prædestinatorum, & quis non: & de nemine est desperandum, quamdiu est in hac uita, ut de pœ. dist. 7. nemo. & quia Deus sæpe aliquid promittit, quod postea mutat, si uidet homines negligentes, ut de pœ. di. 1. prædixerat. & tamen si non prosunt illi pro quo oratur, prosunt saltem oranti: iuxta illud: Oratio mea in sinu meo conuertetur. Ioan.

b ¶Negligentia.] De pœni. dist. 7. nemo.

OBtineri.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod quæ prædestinata non sunt, precibus obtineri non possunt. Sed etiam quæ prædestinata non sunt sæpe precibus obtinentur, si ea ita prędestinata sunt; ut precibus obtineantur. Et quod aliqua ita sint prædestinata, ostendit à maiori: quia ipsum regnum cęlestę sic est multis prædestinatũ, vt precibus obtineatur & labore.

c ¶Postulando.] Nec ideo noluit Dominus suscitare quatriduanum mortuum, quia non fuit pro eo petitum, ut infra de pœn. dist. 1. §. ex his itaq. uer. Charissima quoque.

NAbuchodonosor.] CASVS. H. hunc casum sic ponit, & sic mihi uidetur melius quàm Bene. Dicitur in hoc ca. quod quidam per flagella Dei emendantur: quidam uero deteriores fiunt. Et hoc ostẽdit per Nabuchodonosor, qui flagellatus à Deo pœnituit, & restitui sibi regnum promeruit. & per Pharaonem, qui flagellatus à Deo non pœnituit, sed magis induratus fuit, & tamen periit submersus. vñ Augu. quærit quare hæc diuersitas fuit inter eos, s. quod ex eodẽ medicamento, & ab eodem confecto & dato, unus eorum saluatus est, & alter perijt. & supponit hanc iñ esse, quia unus illorum pœnituit inter flagella, alius uero induruit libero arbitrio. Bene. uero sic casum illũ ponit. Quidã disputans cũ Aug. quærit ab eo causam, cũ Deus sit unus creator bonorũ & malorũ hominũ, cur saluet unũ, & non alium: cum omnes saluare possit? Et respondet Aug. nullam aliam causam esse, nisi quia sic Deo placet: & hoc ostendit per exempla duorum regum, scilicet, Nabuchodonosor & Pharaonis, quia licet æqualis conditionis fuerint, unum tamen saluauit, alium non.

d ¶Accepit.] Arg. quod depositus põt restitui, ut de pę. dist. 6. c. 1. § fi. & 35. q. 9 sentẽtiã. & c. Gregorius Ite est hic arg. ad quęstionẽ illã, quod depositus restitutus pręferendus

zendus sit substituto, ut 8 q. ulti. c. nihil. Argo. contra 7. q. 1. c. eos qui dicet determinata uideior, extra de simo. ea insinuatione. Ioan. De hoc quid iuris sit, in quæstionibus notaui B.

a ¶Rationem] arg. ꝙ de singulis non est ratio reddenda, ut infra ead. quæ de Thyrijs. & de pœnit. distinct. 4. si ex bono Argum. contra 68. dis. chorepiscopi. & 24. q. 3 si habes.

b ¶Odor] Bonus odor Christi est prædicatio bonorum. r.

Deum facit: mala quoq; facit, non facit p Deum: quia Deus non est auctor mali. Sed ne crederet aliqs, quod Deus operetur etiam malum: quia legitur, ꝙ Deus tradidit Romanos in desideria carnis, & quod obdurauit cor Pharaonis, & ꝙ reliquit Tyrios & Sydonios in

Deus nō est auctor mali.

autem ipsis flagellis est durior effectus, & perijt? Hic mihi rationem [a] reddat qui diuinum consilium nimium alto †, sapientique corde diiudicat; cur medicamentum unius medici confectum alij ad interitum, alij ualuerit ad salutem: nisi quia Christi bonus odor [b] alijs est odor uitę in uitam, alijs odor mortis in mortem. Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo reges. Quantum ad causam, ambo captiuum populum Dei possidebant. Quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quòd unus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam ueritatem pugnauit arbitrio.

† al. altum sapienti corde] orig.

1. Cor. 2.

1 Sic extra de sa. unc. § 2. uersic. de odore. ubi ista auctoritas exponitur.

Item †.

† al. Item.

C. XXIII.

VAsis iræ nunquā Dei redderet interitum: si non spontaneum [c] inueniretur homo habere peccatum: quia nec Deus peccanti homini iuste inferret iram, si homo ex prædestinatione [d] Dei cecidisset in culpam. *Item.* ¶Prædestinationem Dei siue ad bonum, siue ad malum in hominib. operari ineptissime dicitur, ut ad utrumque homines quædam necessitas uideatur impellere: cum in bonis uoluntas sit intelligenda non sine gratia; in malis autem uoluntas intelligenda sine gratia. Cum uero [e] aliquos [f] à Deo aut traditos [g] desiderijs suis, aut obduratos legimus [h] aut relictos; magnis peccatis suis hoc ipsos meruisse profitemur: qa talia eorum crimina præcesserunt, ut ipsi sibi pęnas debuerint, q̄ eis etiam supplicium uerterent in reatum. Atq. ita nec de iudicio Dei querimur, quo deserit meritos deseri; & misericordiæ eius gratias agimus, qua liberat nō meritos [i] liberari. Vires itaq; obedietię nō iō cui quā subtraxit, quia eum non prædestinauit: sed [iō† eum nō prædestinauit], quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit. ¶Prædestinatio igitur Dei semper in bono est, quæ peccatum sola hominis uoluntate commissum, aut remittēdum nouit cum laude misericordię, aut plectendum cum laude iustitiæ. In malis autem operibus nostris sola pręscientia Dei intelligenda est: quia sicut præsciuit, & prædestinauit quæ ipse fecit [k], & ut faceremus, dedit; ita præsciuit tantum, non etiā prædestinauit,

Fulgentius l. 1. ad Monymum Burc. l. 20. c. 35. Iuo p. 17. c. 46. Prosper. in resp. ad capitola Gallorum, c. 6.

Ibidem c. 11.

Ibidem c. 12.

† absunt ab orig.

Idē Prosper c. 14. & sententia 6. ad cap. Gallorum.

Idem sent. 15.

VAsis iræ.] CASVS. Quidam dicunt, ꝙ prędestinatio Dei uel pręsciencia est causa quare qs necessario faciat bonum uel malum: & ideo facit homo malum, quia est præscitus, & bonum quia est prędestinatus, & bonorum & malorū rerū Deus est causa. Sed Augu. respondet dicens hoc esse falsū: quia si ex præscientia necessario quis peccaret, iniuste Deus puniret delinquentem: sed dicit bonos uoluntate sua facere bonū: non tamen sine gratia Dei: malos autem dicit sua auctoritate peccare, cum sint sine gratia Dei. Et hoc probat auctoritate Ioannis Euangelistæ in epist. sua unde potius debent suis peccatis imputare, quam de iudicio Dei conqueri, qui deserit meritos deseri, cū gratias agimus, quia liberat non meritos liberari: nec imponit alicui necessitatem, nec subtrahit cuiquam potestatem obediendi, eo ꝙ non est prędestinatus: sed ideo non fuit prędestinatus, qa Deus eum recessurum ab obedientia prouidet. Postea assignat differentiam inter prędestinationem & præscientiam: quia prædestinatio est tantum de bonis, pręscientia tantum de malis & no. ꝙ unum quandoque ponitur pro alio. Item no. quod auctoritas Ioannis Euangelistæ incipit ibi, [Ex nobis exierunt.] & durat usque ibi, [utique nobiscum.] & est circa finem.

c ¶Non spontaneum.] De hac materia notaui 15. q. 1. §. 1. & 2. & cap. merito.

d ¶Ex prædestinatione.] Arg. ꝙ nō potest quis argui de facto, cuius auctor ipse fuit, ut 28. di. diaconi. extra de cleri coniug. diuersis. Ioan.

e ¶Cum uero.] Sic ergo bona, quæ facit homo, per Deum facit: mala

in peccatis suis, iō ostendit qualiter hoc intelligatur.

f ¶Aliquos] Scilicet Romanos.

g ¶Aut traditos.] tradere dicitur hominem peccato quando permittit ipsum peccare. uel quia subtrahit ipsi gratiam.

h ¶Legimus.] In epistola ad Romanos 1, & in Exodo 2. & in Euangelio Matthæi de Tyrijs & Sydonijs.

i ¶Non meritos.] Ex hoc patet, quod primam gratiā nemo meretur, ut infra de cons. dist. 4. gratia. & c. placuit, ut quicunque.

k ¶Fecit.] Scilicet bona.

Deus quō dicatur occidere hominē peccatorem.

1 1. quæ. 2. a. ca. 7. & 8.

a ¶Fecit

Idē ad obiect. Vincētianas, c. 12. & An. ad articulos sibi falso i positos, art. 12.

quæ nec ipse fecit [a], nec vt faceremus, exegit. Hi autē de quibus dicitur [b]: [Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis [c]. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum.] voluntate exierunt, voluntate ceciderunt: & quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati. essent autē prædestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, ac veritate mansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa stādi [d], nemini est causa labendi.

¶In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, & in titulo est, Item *non,* Idem *est autem confectum ex locis indicatis, Fulgentij, Prosperi, B. Augustini.*

Non ergo necessitatem facit correctionis uel obdurationis diuina prædestinatio, seu præscientia, cum boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereant. Neque enim quia prædestinatio, seu præscientia Dei falli [e] non potest, necessario eueniunt, quæ prædestinantur, uel præsciuntur, sicut nec necessario prædestinantur, uel præsciūtur quæ futura sunt, sed quia bona absque eius gratia, mala præter eius scientiam euenire non possunt. ¶ Quamuis [f] ergo conuenienter dicatur, si hæc prædestinata sunt, uel præscita, necessario euenient: non tamen ideo absolutè uerum est necessario euenient, quæ prædestinata sunt, vel præscita; quia hic necessitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinæ præscientiæ. Vnde Augustinus: [Duæ a sunt, inquit, necessitates, simplex vna, ueluti qua necesse est omnes homines esse mortales; altera conditionis, ut si aliquem ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque esse nouit, id esse aliter, quàm notum est, nequit [g]. Sed hoc minimè secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adie-

Snīa in libro de prædestinatiōe Dei. Burc. l. 20. c. 21. Iuo p 17. c. 32.

a ¶Fecit.] Scilicet mala.

b ¶Dicitur.] In epistola Ioannis.

c ¶Ex nobis.] Quantum ad prædestinationem.

d ¶Standi.] Sed nonne iam dixit, ꝙ prædestinatio nō est causa quare homo faciat bonum, sed potius bonū quod

Prædestinatio ē Deus ꝓdestinans.

qđ facit, est causa prædestinationis? Sed dicas hic prædestinationem appellari Deum prædestinantem. Nam nemo potest venire ad me nisi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic ꝙ prædestinatio non est causa efficiens, sed est causa sine qua non fit. Item si verè volumus loqui, non est concedendum ꝙ futura bona sint causa prædestinationis: quia ex hoc sequeretur, ꝙ causa esset posterior suo causato. Item quidquid Deus prædestinauit, ab æterno prædestinauit. si ergo prædestinatio est æterna, ergo non habet causam suæ generationis. non ergo futura sunt causa eius. Item si quid esset causa generationis eius. ergo eius oppositum esset causa corruptionis eius. sed impossibile est eam corrumpi, uel desinere esse: quia si corrumperetur uel desineret esse, ergo post hoc instans non esset, ergo si modo nō est, nunquam fuit. Nam bene sequitur, si fuit prædestinatum, ergo prædestinatum est, & semper erit prædestinatum. Ioan.

NON ERGO NECESSITATEM. CASVS. Dictum est supra in capit. vasis. quod de sola uoluntate bonum enim gratia procedit, & sola uoluntate sine gratia malum perpetratur. Vnde ex hoc concludit Gratia. ꝙ prædestinatio, vel præscientia non est causa, qua quis necessario faciat bonum vel malum, cum ex uoluntate vtrumque procedat. Nam licet præscientia vel prædestinatio Dei falli non possit, non tamen necessario eueniunt ea, quæ prædestinantur, uel præsciuntur; sicut nec necessario præsciuntur, uel prædestinantur, & iō præsciuntur, uel prædestinantur, quia bona absq; gratia eius, mala uero præter eius conscientiam euenire non possunt. Postea ponit quandam argumētationem, dicens, quòd quamuis hæc propositio sit necessaria, si hæc prædestinata sunt, uel præscita, necessario euenient, nec tamē ideo rectè & simpliciter cōcluditur, ergo necessario eueniunt quæ prædestinata sunt vel præscita: quia in propositione necessitas refertur ad diuinæ p̄scientiæ intuitum, in conclusione vero refertur ad rerum euentum. & ad hanc conclusionem probādam inducit auctoritatem Augustini, in qua ponit duas necessitates, vnam simpliciter, siue simplicem, & aliam conditionalem. vnde ponit duo exempla, de ambulante scilicet, & de vidente. [Prouidentia.] potest hoc intelligi de homine vidente, vel de prouidentia diuina uidente præsentionaliter, sed intelligatur coniunctim, uel sic: necesse notat modum consequendi, & non consequentia.

e ¶Falli.] Hæc argumentatio non ualet: Deus præuidet aliquid, & aliter potest euenire: ergo præuidentia Dei est fallibilis.

f ¶Quamuis.] Ad huius § intelligētiam nota, ꝙ omnes tales locutiones sunt duplices, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: quia si hæc dictio, necessario, determinat totalem consequentiam, locutio est uera: & tunc talis est sensus in consequentia, si Deus præuidit aliquid, illud euenire est necessarium. Si aūt hæc dictio, necessario, determinat ipsum consequens est falsa. Similiter hæc est duplex, necessarium est Socratem ambulare cum ambulat: quia si intelligatur cō posita & de dicto, uera est si de re, est falsa. Similiter hæc est duplex, necessariū est hoc euenire quod Deus præuidit, de dicto est uera, de re, est falsa. Illud enim quod Deus præuidet, non est necessarium euenire. Et nota quòd talis argumentatio non ualet, si Deus prænidit aliquid, necessario illud eueniet: ergo si Deus præuidit aliquid, necessarium est illud euenire, quia modo hæc dictio, necessarium non potest determinare ipsam consequentiam, sed tantum consequens t.

g ¶Nequit.] Vera est si intelligatur de dicto. 2.

Si Deus ꝓuidit aliqd necessario illud euenit, hēt duplicē sēsū.

1 Sub. nō facta relatione ad antecedēs, sed ꝑ se cōsiderata.

2 Sub. quia idē est, s. de dicto sic cōposito facta s. relatione cōsequētia ad añcedēs.

HIS

ctio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntate gradiẽtẽ: quamuis eñ tunc, cũ graditur, incedere necessarium sit. Eodem igitur modo, si quid prouidentia præsens videt, id necesse est esse, tametsi nullam naturæ habeat necessitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniũt, præsentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum necessaria fiunt per dispositionem diuinæ notionis. Per se vero considerata absolutam naturæ suæ libertatem non deserunt. Fient igitur proculdubio cuncta, quæ futura Deus esse prænoscit: sed eorum quædam de libero proficiscũtur arbitrio, quæ quamuis eueniant, existendo tamen naturam propriã non amittunt, quæ prius quàm fierent, etiam non euenire potuissent. ¶ His omnibus mala nostra libero adscribũtur arbitrio, cum alibi diuinæ adscribantur indignationi. li.9 Moral.c.11

Vnde Gregorius, [Cum superna indignatio sese, vt ita dixerim, medullitus mouet: hanc opinio, vel oppositio humana non remouet: nec se cuilibet vtiliter deprecatio obijcit, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est Exo 32.
enim, quòd Moyses, qui reatum totius plebis [a] *apud Dominum suis precibus tersit, dumque se obicem obtulit, diuinæ* Num. 14.
iracundiæ vim placauit; ad petram Oreb [b] *veniens, & pro aqua exhibitione diffidens, repromissionis terram ingredi Domino irascente* [c] *non potuit.] ¶ Item Augustinus: [De Tyrijs vero, & Sydonijs quid aliud possumus dicere, quàm* Matth. 11.
non esse eis datum vt crederent [d], *quos etiam credituros* †al. docet
fuisse ipsa veritas † dicit †, si talia qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant, si possunt, qui calumniantur, & ostendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus pro futura non erant, fecerit: & apud eos, quibus pro futura e-
rant, non fecerit. Nos etenim †, si rationem [e] *facti, & pro-* †al etiam
funditatẽ iudicij eius penetrare non possumus; manifestissimè tamen scimus, & verũ esse quod dixit, & iustum esse quod fecit: & non solum Tyrios, & Sydonios, sed etiam Corozain, & Bethsaida potuisse conuerti, & fideles ex infidelibus fieri. si hoc in eis voluisset Dominus operari. Neque
enim vllis falsum videri potest, quod Veritas ait: [Nemo po- Matth. 11.
test uenire ad me, nisi fuerit ei datũ à Patre meo.] Item,
qui per prophetam [f] *Iudaicæ plebi promisit: [Ecce ego sepiã* Osea 2.
vias [g] *tuas spinis* [h], *& muniam eas lapidibus quadris* [i]. *] id est, adimam tibi facultatem peccandi: Idem per psalmistam*
de damnandis dixit: [Fiant viæ illorum tenebræ, & lubri- Ps. 34.
cum, & Angelus Domini persequens eos.] Sed in his omnibus uitia nostra humanæ adscribuntur mentis arbitrio, quod diuina clementia in electis misericorditer vertit ad bonum; in damnandis iustè relinquit ad malũ. Sicut ergo, quamuis certissime sciamus neminem ultra terminum à

HIS OMNIBVS. CASVS. Dictum est supra, ꝙ malæ nostræ voluntati adscribuntur. Hunc vero dicit Gratianus, quòd indignationi diuinæ adscribũtur, quod probat per duo c. seq.

CVM SVPERNA. CASVS. Ostendit hic Greg quòd ex quo semel Deus alicui ab intimis irascitur, eius indignationem pœnitentia vel oratione non temouebit. Et hoc probat exemplo Moysi: qui licet in deserto reatum populi apud Deũ tersisset, tamen propter hoc, quia ad petram Oreb veniẽs de aquæ exhibitione diffidit, Domino sibi irascente, terram promissionis ingredi non potuit.

a ¶Plebis.] Historiã habes 45. dist. disciplina.

b ¶Oreb.] Historiam habes de pœn. dist. 2. §. opponitur.

c ¶Irascente.] Intelligas tamen ꝙ quantũ ad temporalem pœnã potest ira Dei esse cõmutabilis: sed quantum ad æternam nõ. 22. quæst. 4. incommutabilis.

DE TYRIIS. CASVS. Quidam assignabant rationem quare Deus non saluauit Tyrios, & Sydonios, cum credidissent, si talia signa uirtutum vidissent, qualia apud Iudæos non credẽtes facta fuerunt. vel simpliciter quærebant ab Augustino rationem diuersitatis. August. vero deridet eos. dicens, ꝙ non est alia ratio, nisi quia nõ fuit eis datum desuper vt crederent: tñ q̃dquid dixit Deus vel fecit, totum verum fuit & iustum, qui non solum Tyrios, & Sydonios potuit saluare, sed etiam Corozain, & Bethsaida: & ille Deus, q̃ dixit per prophetam Oseam Iudaicę plebi: Ego sepiam vias tuas spinis, & adimam tibi facultatem peccandi, ille idem Deus etiam dixit damnandis per Psalmistam: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.

d ¶Vt crederent.] Præsente Domino, sed postea crediderunt ad prædicationem Apostolorum.

e ¶Si rationem.] Eodem modo videtur dicendum, ꝙ si Papa aliquid facit quod videtur iniustum, ubi nos rationem non possumus assignare, quod nihilominus illud iustum sit. 17. q. 4. § qui autem.

f ¶Prophetam.] Oseæ.

g ¶Vias.] Id est, actiones.

h ¶Spi-

h ¶Spinis.] Id est, compunctionibus.

i ¶Lapidibus quadris.] Id est, uirtutibus quatuor, vel doctrina quatuor Euangeliorum.

SED IN HIS CASVS. Dicit Gratia. hic quòd in omnibus malis arbitrium nostrum est in culpa, quod arbi-

bitrium Deus vertit in electis ad bonum, in damnandis vero relinquit ad malum. sed quia nescimus qui peccantes sint damnandi, vel qui sunt saluandi, omnes indifferēter debemus corrigere, ad instar medici, qui licet sciat hominem vitæ terminum à Deo præfixum

Deo sibi præfixum esse victurum omnibus tamen languentibus non incongrue medemur; sic quamuis nemo saluetur, nisi prædestinatus ad uitam; omni tamen delinquenti est adhibenda correptio: nec malorum est negligēda disciplina.

Vnde idem Augustinus ait epist. 50. Bonifacio.

α ¶Duæ sunt] *Hæc à Burchardo & Iuone citantur ex B. Augustino in lib. de prædestinatione. Et sententia habetur copiose explicata in libello de prædestinatione Dei inter opera B. Augustini, tomo 7.*

β ¶Absolutam] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, ab absoluta libertate non desinunt.

γ ¶De Tyrijs.] *Simillima his leguntur apud B. Augustinum in libro de bono perseuerantiæ, c. 14. Eadem vero fere sunt apud Prosperum ad excepta Ianuensium in respons. ad dubium 8. siue 9.*

¶Non semper in eos, qui peccant uindicta est exercenda. C. XXIIII.

Poly l. 7. tit. 5. Ans. l. 12. c. 61.

IPsa pietas, veritas, charitas nos non permittit contra Cæcilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non videmus, cui Deus perhibet testimonium [a]. Qui enim diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdiderunt [b]: *Item infra.* ¶Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligādo, iste cædēdo: sed ambo diligēdo. Si autem illos negligant, & perire permittāt; ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. *Item infra.* ¶Si per † potestatem [c], quā per religionē, ac fidē [d] regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia; hi, qui inueniuntur in vijs, & in sepibus, id est in hæresibus, & schismatibus, coguntur intrare [e]; non quia coguntur, reprehendāt sed quare † [f] cogantur, attendant. Conuiuium Domini vnitas est corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in uinculo pacis. *Item eadem infra.* ¶Theodosius α Imperator legē [g] generaliter in omnes hæreticos promulgauit, ut quisquis eorū episcopus, uel clericus vbilibet esset inuētus, decē libris auri mulctaretur. *Item infra.* ¶Si duo [h] aliqui in una domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruiturā, nobisq; id prænunciātibus nollent credere, atque in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere uel inuitos, quibus imminentē illā ruinā postea demonstraremus, ut redire ulterius sub eius periculum non auderent; puto, nisi faceremus, non imme-

† *potestate*] orig

J. q. 6. schismatis.

† *quos*] orig.

Cod Theo. l. 16 tit 1. c. 21. & 61

xum non uicturum, tamen languentibus omnibus indifferenter medetur, cum ipse mediens ignoret quādo & quis ægritudine sūt morituri. Et ad hoc Iducit seq. c.

IPsa pietas.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quidam hæretici volebant accusare vel testificari contra Cæcilianum virum honestum super hoc Bonifacius Papa consuluit Augustinum, vtrum fieri posset, & respondet ꝙ nō. Et hoc fit eis ut corrigantur & reuertantur ad ecclesiam matrem. & ꝙ bonum sit eis corrigi. & ꝙ non sit desistendum à correctione, & disciplina malorū, probat quinque exemplis, scilicet medici, patris, domini, Imperatoris Theodosij, & eripientis homines de domo ruitura. In secunda parte respondet cuidam quæstioni Donatistarum dicentium, Vos vultis ut redeamus, sed non possumus retinere dignitates nostras. Et respondet Augu. hoc verum esse de iure, aliquando tamen secus fit dispensatiue, & præcipue vbi scandalum timetur, quia sicut sunt duo genera inserendi arbores, sic sunt duo genera recipiendi hæreticos. Secunda pars incipit ibi, [Item si inquiunt.]

a ¶Testimonium.] In hoc ꝙ est mortuus in unitate † ecclesiæ. sed quidam hæretici volebant eum post mortem accusare de hæresi, ut 24 q. 2. sane profertur. uet. Item si uera sunt. sed non erāt recipiendi etiā in crimine hæresis, cum ille bonę opinionis fuit. ut 2. quæst. in primis. hæreticus autem bene reciperetur contra hæreticum, ut 2. q. 7. si hæreticus Ioan.

† Et secūdū hoc expone quilibet testimoniū ex hoc. s. ꝙ fidem traditam à Deo habuit & seruauit, & dic, cui scilicet Cæciliano.

b ¶Perdiderunt.] 2. q. 7 non potest. Ioan.

c ¶Potestatem.] Quā non habebat ecclesia, cum & nouella adhuc esset, sed postea quando cœpit dominari principibus, ut infr. ea. displicet. & ca. non inuenitur.

d ¶Ac fidem.] Ecclesiæ conseruandum.

e ¶Intrare.] Id est, redire ad ecclesiam.

f ¶Sed quare.] Quasi dicat, non est considerandum quid fiat: sed qua de causa fiat, vt infr. ea. q. 8. occidit. & ff. de fur. uerum. similiter non est considerandum quid fiat, sed quo animo fiat, vt 15. q. 6. c. 1. in fin. quasi dicat, cogantur ire ad commodum ipsorum, scilicet ad conuiuium, de quo agitur in Euangelio. 56 dist. sponsus. & ea. cum in lege

a Et nisi faceremus crudeles iudicaremur, ut infra sequitur ibi puto, &c. ex hoc quidā dicunt hūc eligi arg. ꝙ quilibet tenetur aliū à morte tēporali liberare si potest. & ea q. 3. no i inferēda vbi de hoc. Arch.

g ¶Legem.] Quam habes. C. de hære. Arriani.

h ¶Si duo.] Tres enim ponit casus. Primo sic: duo sunt in domo ruitura: & ambos possumus liberare ad hoc tenemur a, licet sint inuiti. Secundo sic: duo sunt in domo vna: & si unum liberamus, alter vult se necare. Tertio sic: multi sunt in domo una, & non nisi unus liberari potest.

ritò crudeles iudicaremur. Porro [a], ſi unus illorum nobis diceret, quando intrauetitis eruere nos, memetipſum continuo trucidabo: alter autem nec exire quidem inde, nec erui uellet, ſed neque necare ſe auderet; quid eligeremus, utrum ambos ruinæ opprimendos relinquere, an vno ſaltem per miſericordiæ noſtram operam liberato; alterum non noſtra [b] culpa, ſed ſua potius interire? Nemo eſt tam infœlix, qui non, quid fieri in talibus rebus oporteat, facillime iudicet. *Item poſt pauca*. ¶Quòd ſi plurimi eſſent in domo ruitura, & inde ſaltem unus liberari poſſet, atque id, cum facere conaremut, alij ſeipſos præcipitio necarent; dolorem de cæteris, noſtrum de unius ſaltem ſalute conſolaremur: non tamen, ne ſeipſos alij perderent, perire vniuerſos nullo liberato [c] permitteremus. Quid igitur de opere miſericordiæ, quod pro uita æterna adipiſcenda, & pœna æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum eſt: ſi pro ſalute iſta non ſolum temporali, ſed etiam breui ad ipſum exiguum tempus liberanda ſic nos ſubuenire hominibus ratio uera & benigna compellit [d]. *Item infra*. ¶Si (inquiunt Donatiſtæ) oportet, uos extra eccleſiam & aduerſus eccleſiam fuiſſe pęniteat, ut ſalui eſſe poſſimus; quomodo poſt iſtam pœnitentiam apud uos clerici, uel etiam epiſcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam reuera (quod ferendum eſt) fieri non deberet [e], niſi pacis ipſius compenſatione [f] ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant, & multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte præciſionis iaceant, ut iſto quodam uulnere matris catholicæ reuiuiſcant. Cum enim præciſus ramus inſeritur, fit aliud vulnus [g] in arbore, quo poſſit recipi, vt uiuat, qui ſine uita radicis peribat: ſed cum receptus recipienti coaluerit, & vigor coſequetur, & fructus: ſi autem non coaluerit, ille quidem areſcit, ſed uita arboris permanebit. Eſt enim & tale inſerendi genus, ut nullo ramo, qui intus eſt, ille, qui foris eſt, inſeratur; non tamen nullo, ſed uel leuiſſimo arboris vulnere. Ita ergo & iſti cum ad radicem catholicam ueniunt, nec eis quamuis poſt erroris ſui pęnitentiam honór clericatus, aut epiſcopatus aufertur; fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem ſeueritatis; verumtamen quia neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ad Dei miſericordiam precibus fuſis, coaleſcente inſitotum pace, ramorum charitas cooperit multitudinem peccatorum. *& paulo poſt*. ¶Verum in huiuſmodi cauſis, ubi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent; dettahendum [h] eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis charitas ſincera ſubueniat. Habeant ergo iſti de præterito deteſtabili errore, ſicut Petrus habuit de mendacij timore [i], amarum dolorem, & veniant ad eccleſiam Chriſti ueram, ideſt matrem catholicam: ſint in illa clerici, ſint epiſcopi [k] vtiliter [l], qui contra illam fuerunt hoſtiliter. Non inuidemus; immo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in uijs, & in ſepibus inuenimus, intrare cogimus; & ſic [m] nondum quibuſdam perſuademus, quia non res eorum [n], ſed ipſos quærimus.

Pſ. in ꝓl. c. 13.

1. *Cor* 3.
1. *Pet* 4.
Dic. 50. vt conſtitueretur.

a ¶Porro.] Secundus caſos.
b ¶Non noſtra.] Licet enim aliquis ſeipſum interimat propter nos: dummodo: nos iuſte moueamur: non tenemur nos, ut infra. ea q. 5. cum homo. & c de occidēdis. & 47. diſtin. quod ad nos.
c ¶Liberato.] Id eſt, non minus aliquem liberare teneris, licet omnes alij ſe perderent.
Denunciatio canonica omnib. ꝓcipitur.
d ¶Compellit.] Ergo videtur quòd omnibus ſit præceptum ut denuncient crimina delinquentium: ſed hoc intelligas tātum de prælatis, uel de canonica denunciatione, vt 2. q. 1. ſi peccauerit.
e ¶Non deberet.] De iure communi.
f ¶Compēſatione.] i. ut alij facilius tendāt ad eccleſiam cū vident aliquos reuerſos tolerari in ſuis ordinibus.
g Vulnus.] Dupliciter inſeritur ramus arbori, ut de conſec. diſtinct. 5. nunquam. tunc dicuntur duo vulnera inſligi arbori, id eſt, eccleſiæ, quando ille qui fuit deſtitutus, reſtituitur: & alter, qui ſubſtitutus fuit, remouetur. ſecūdo modo quādo nullus fuit ſubſtitutus: & illud dicitur leue vulnus.
h ¶Detrahendum.] ſic 44. diſt. comeſſatione. & diſt. 50. vt conſtitueretur.
i ¶De mendacij timore.] Id eſt, de mendacio timoris.
k ¶Epiſcopi.] Supra diſt. 12. nos conſuetudinem contra.
l ¶Vtiliter.] Non intelligas, ꝙ Augo hic reſtituat epiſcopos depoſitos: ſed docet qd fieri poſſit.
Nã ſolus Papa reſtituit. 2. q. 6. ideo.
m ¶Et ſic.] Id eſt, propter res eorum.
n ¶Non res eorum.] ut 1. q. 7. c. 1. & 2.

QVid faciet.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quæsiuit Faustus ab Augustino, an ecclesia debeat corrigere hæreticos & obstinatos. Et respondet quod sic ex dilectione corrigendi, ad instar medici, qui ex dilectione sanādi phreneticos

a ¶Medicina.] Id est, correctio.
b ¶Inter phreneticos.] Id est, ad modum phreneticorum sæuientes.
c ¶Incipiunt.] Egressus enim malitiæ, uirtutis operatur ingressum. 32. q. 6. c. cū renunciatur. hæc tamen non est concedenda: si aliquis incipit esse bonus: nō tamen perfectus desinit esse malus. de pæ. dist. 2. forte. & c. si sit mo.
d ¶Cōmunia.] ſ. de consecra. dist. 4. non in uobis. not. ā. s. q. t. sacramenta.

Virtutē ingredi qui maliciam egreditur.

a ¶Theodosius.] *Anselmus habet ut Gratianus: sed propria uerba B. Augustini, ubi de reprimenda rabie Donatistarum agit, sunt hæc:* Quod eo modo fieri aliquatenus arbitramur, si legem piissimæ memoriæ Theodosij, quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, ut quisquis eorum episcopus, uel clericus, ubilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur, expressius in Donatistas, qui se negabant hæreticos, ita confirmarent, ut non omnes ea mulcta ferirentur, *& cætera quæ sequuntur.*

ECCE. Hæc est 4. pars q. in qua probat Grat. quod uindicta non est inferenda, supple scilicet amore ulciscendi, sed tantum amore iustitiæ, scilicet cum peccant in Deum: cum autem peccant in nos, parcere debemus. & hoc probat per tres auctoritates. Ioan. de Fan.

Idem Festo, epist. 167.

¶Medicinali seueritate mali cogantur ad bonum. C. XXV.

Poly. l. 7. tit. 5. Ans. l. 9. c. 56. † *Quid igitur hoc faciat.*] orig.

QVid † faciet hic ecclesiæ medicina [a], salutem omniū materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos [b] & lethargicos æstuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere uel debet uel potest? Vtrisque fit, necesse est, molesta: quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: sed perseuerat diligentia charitatis phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur. Ambo molestati, quamdiu ægri sunt indignantur: sed ambo sanati gratulantur *& infra in eadem.* ¶Catholici esse non incipiunt [c], nisi hæretici esse destiterint. Neque enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, quæ cum illis nobis sunt communia [d]: quia non humana sunt, sed diuina. Proprius error eorum est auferendus, quē male imbiberunt, non sacramenta, quæ similiter acceperunt: quæ ad pęnam suam portant et habent, quanto indignius habent: sed tamen habent.

CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, quod crimina sunt punienda nisi schisma & scandalum non timetur: hac tamen discretione seruata, ut multitudinem delinquentium per patientiam expectemus ad pœnitentiam uero paucorum peccata sunt punienda, ut cæteri terreantur. Et hoc probat exemplo Christi. qui Samaritanos expectauit ad pœnitentiam, quos Apostoli uolebant comburere igne cœlesti. & ad hoc inducit sequens capitulum.

4 *Ecce quod crimina sunt punienda, quando salua pace ecclesiæ feriri possunt: in quo tamen discretio adhibenda est. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam ad pœnitentiam est expectanda: aliquando in paucis est punienda †, ut eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur. Hinc, cum discipuli cælesti igne Samaritanos uellent consumere; prohibiti sunt & Samaritani ad pœnitentiam sunt expectati, ut Christo prædicante conuerterentur ad fidem.*

† Concor. tex. in l. aut facta. §. fi. ff de pœ cū uul. cōcor. *Luc. 9.*

Vnde Ambrosius ait libro 7. commentariorum ad cap. 9. Lucæ.

QVod Christus.] CASVS. Discipuli Christi uolebāt ignem de cœlo mittere super Samaritanos, quia eum non recipiebant: sed Christus hoc non permisit, expectans Samaritanos ad pœnitentiam: nec tamen Apostoli in hoc peccabant: quia legem sequabantur, ad instar Phinees, qui Hebræum & Madianitam coeuntes interfecit: & ad instar Heliæ, ad cuius preces ignis de cœlo descendit, & consumpsit nuncios Achab regis: alias Ochoziæ.

Apostoli uindicantes an peccauerūt

¶Non semper in eos, qui peccant, uindicta est exercenda. C. XXVI.

QVōd[Christus] discipulos [e] increpauit, quia ignem

neticos ligat, & lethargicos excitat. In secunda parte quæsiuit, an sacramenta hæreticorum spernere debeamus. Et respondet quod non: sed tantum errorem. Sacramenta enim in quibus nobiscum concordant, & quæ acceperunt sicut & nos, bona sunt, licet ad suum damnū habeant. Secūda pars incipit ibi, [Neq. n. sacramēta, l.

e ¶Discipulos.] Iacobum & Ioannem, quos præmisit in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent sibi hospitium.

super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant; ostenditur nobis non semper in eos, qui peccauerint, uindicandum: quia nonnunquam amplius prodest clementia, tibi ad patiētiam, lapso ad correctionem [a]. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur: nec discipuli peccant [b], qui legem sequuntur. Sciebāt enim & Phinees [c] reputatum ad iustitiā, quia sacrilegos intermerat, & ad preces Heliæ ignem descendisse de cęlo, ut prophetæ α vindicaretur iniuria.

Luc. 9. Io. 4. Num 25. 4. Reg. 1.

α ¶Vt prophetæ] *Hæc sunt addita, quoniam referuntur ab ipsomet Gratiano infra ead. c. si illic.*

Potest in hac prohibitione Apostolorum illud intelligi. Apostoli non zelo iustitiæ; sed amaritudinis odio ob iniuriā suæ expulsionis uindicandam Samaritanos igne uoluerunt consumere: Dominus autem nolens eos iniuriam propriæ personæ cum patientia & gaudio tolerare, iniuriam vero seruitutis diuinæ non inultam relinquere, ait: [Nescitis, cuius spiritus estis?] Hinc etiam Petrus, qui cum alijs audierat: [Beati eritis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos: gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis:] contumelias sibi illatas cum gaudio suscipiebat: peccata uero, quæ in Deum committebantur, acerrime puniebat. Unde Ananiam et Sapphiram spiritui sancto mentientes mortis sententia percussit. Sic etiam Paulus dum à suo contemptu pia admonitione, & multimoda [d] commendatione sui Corinthios reuocaret; magum illum Elymam [e], qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percussit: ut cæteri perterriti prædicationem eius non impedirent, sed in Christum credentes animæ cæcitatem effugerent. Et Corinthium illum fornicatorem, quia in Deum peccauerat, satanæ ad uexandum tradidit. Hinc etiā Gregorius scribit Iannario episcopo reprehendens eum, quòd ob iniuriam propriæ personæ quendam excommunicauerat, dicens libro 2. indict. 10. epist. 34.

J. e. c. si illic §. objciuntur. Luc. 9. Matt. 5. Act. 5. Act. 13. 1. Cor. 5.

¶Pro iniuria propria episcopo aliquem excommunicare non licet. C. XXVII.

Poly. l. 7. tit. 1.

INter querelas multiplices Isidorus uir clarissimus à fraternitate tua frustra se excommunicatū, anathematizatumque conquestus [f] est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum a clerico tuo, qui præsens erat, uoluissemus addiscere; pro nulla alia causa, nisi pro eo, quòd te iniuriauerat factū innotuit. Quę res nos uehemēter affligit; quòd si ita est, nihil te ostendis de celestibus cogitare, sed terrenā te conuersationem habere significas: dum pro uindicta propriæ [g] iniuriæ (quod sacris regulis prohibetur) maledictioné anathematis inuexisti. Vñ de cætero omnino esto

a ¶Ad correctionē.] ꝓsit vīdicta: vel valeat disciplina.
b ¶Peccant.] Inf. ea. ea uindicta. contra, ubi videtur, ꝙ Apostoli odio desiderauerūt uindictam. Sed dic ꝙ nō peccabant in re quam uolebant: sed in modo uolendi. 22. q. 2. §. Abraham. Vel dic ꝙ peccabant: sed dicuntur non peccasse: quia lex hoc permittebat, scilicet punire inimicos ī. ead quæstio. cum in lege 1.

†Et 22. q. 2. si qs per uetus & hoc est qđ dicit Azo, nō peccant, s. ita ꝙ inde puniatur à lege. Gof. ꝙ peccabant in specta pfectione Euāgelij nō peccabāt inspecto rigore iuris.

c ¶Et Phinees.] Historiam habes 2. qō 7. item cum Balaam.

POTEST. CASVS. sup. dictum est quod Apostoli fuerunt prohibiti à combustione Samaritanorum, quia Dominus volebat eos ad penitentiam expectare. Nunc dicit G. ꝙ hoc potest etiam aliter intelligi. Nam Apostoli propriam iniuriam uindicare uolebāt: quod nō est faciē dū. Iniuria uero dñi inulta relinqui non debet. Et huc probat exemplo duorum, scilicet Petri & Pauli. Nam Petrus licet contumelias sibi illatas cum gaudio susciperet, Ananiam tamen & Sapphirā Deo mentientes morte percussit. Similiter & Paulus magum Elymam & Corinthium fornicatorem, quia in Deum deliquerant, puniuit.

d ¶Multimoda.] Quā fecit in illa prolixa lectione: Libenter suffertis: ubi narrat suas passiones, & reuelationes suas.

e ¶Elymam.] Historiam habes 45. dist. §. Salomon. Ioan.

INter querelas.] CASVS. Iannarius episcopus propter iniuriam sibi illatam Isidorum uirum clarissimum anathematizauit: super qua cum querelam deposuisset, scripsit G. Iannario, & reprehendens eum, præcipit sibi, ut talia de cætero nō præsumeret, alioquin puniretur. Seq. capit. patet.

f ¶Conquestus.] Auditur ergo ille, qui cō queritur se iniuste excommunicatum: & hoc secundum ueterā iura, ut 11. q. 3. si episcopus. Vel dic ꝙ tunc auditur talis cum euidenter constat de iniusta excommunicatione, ut extra de appel. solicitudinem. aliàs non auditur, nisi cum dicit excommunicationem esse nullā, ut extra de sent. excom. per tuas. Io. Hodie recurretur super hæc ad nouellam. B.

g ¶Propriæ.] Ergo episcopus non potest excommunicare aliquē ꝓ iniuria sibi facta, ut hic, & J. e. q. 5. de occidendis. nec enim potest esse iudex in causa sua a, ut 4. q.

Eps iniuriā tē sibi non pōt excōicare.

a Concordat. tex in l. Iulianus. ff. de iu om iud. & in l extat. cum cōcor. C. unde ui.

4.q 4.c.1.Sed contra infra. ead. Guilisarius. & 2.q.7.si quis erga.sed distinguas ut ibi no. per id quod est 63. dist.Salonitanæ.Ioan.

SI ia qui.]CASVS. Ostendit Greg.hic, q̃ ea, quæ in nos cõmittuntur, facile relaxare debemus:ea vero quæ

sum capituli potest eam remittere. arg. extra de his q̃ fiũt à præla.cum Apostolica. cũ enim episcopus sit pater,ut 95.dist.esto. & pater possit remittere iniuriã factã filio,ut ff.de iniu.sed si unius §. filiosfamilias.ergo eps potest.sed non credo quòd solus episcopus possit illã remittere. nã episcopus procurator dicitur ecclesiasticarũ rerum,ut 12.quæstio. 2.cap. ult. unde cum sit procurator,conditionem ecclesiæ non potest facere deteriorem, ut extra de dona.cap.2.

Episcopus procurator dicitur ecclesiasticarum rerũ: ideo illius conditione deteriorem facere non potest.

circumspectus, atque solicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ injuriæ tuæ inferre denuo non præsumas. Nam si tale aliquid feceris; in te scias postea uindicandum.

Hinc idem in homilijs, ostendens, quòd peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis punienda sunt:ea vero, quibus in nos delinquitur, patienter vel toleranda,uel potius dissimulanda sunt,ait.

¶Valde offendit, qui Dominica debita impune dimittit. C. XXVIII.

SI is,qui prælatus est, debitori [a] Dominico culpas impune dimittit; non mediocriter profecto offendit [b], qui debita cælestis regis, & Domini sua præsumptione resoluit. Ea namque,quæ in nos committuntur; facile possumus [c] dimittere: ea uero, quæ in Deum commissa sunt, cum magna discretione, nec sine pœnitentia [d] debemus relaxare.

† al. rediuiuo

§ *Semel uero culpa dimissa recidiuo † dolore iterum ad animum reuocari non debet.*

Vnde Gelasius Geruntio,Ioanni,Germano, & Petro episcopis.

¶Iniuria, cum semel remittitur, iterum reuocari non debet. C. XXIX.

SI illic, ubi hæc acta sunt [e], præsentibus utrisque constiterit & satisfecisse Stephanum, & supplicatione [f] suscepta,eum,qui male tractatus est, ignouisse; semel in abolitione remissa punitio recidiuo † [g] dolore nõ debet iterari:diuinæ † scilicet imitatione clemẽtiæ,quæ dimissa

† al. rediuiuo
† eadẽ fere verba habentur. ĩ. de pœn.dist. 4. c.diuina.

d ¶Siue pœnitentia.] interiori, scilicet cordis contritione, sine qua nulli daf uenia, vt 24 q. 2. legatur. & Infr.ea est iniusta.50. dist.si quis diaconus. habita ergo cordis cõtritione potest sacerdos partem, uel totũ remittere secundum qualitatem personæ, loci & temporis, ut 26.q 7 de his.

SEMEL VERO. Hæc est quinta pars quæst. in qua probat, quòd peccata semel dimissa iterum non sunt punienda. Ioan. de Faut.

SI illic.] CASVS. Hu sic ponit hunc casum. Stephanus male tractauit quendam alium; sed dicebatur q̃ ei de illa offensa satisfecerat; ille uero negabat. Scribit ergo Gelasius quibusdam episcopis, ut super hoc cognoscant: & si inuenerint q̃ Stephanus satisfecerit, & ille remiserit, non reuocent quod factum est:quia peccata dimissa in ultionem redire non debent. Si uero inuenerit nihil esse factum, studeant pro posse ad componẽdum inter eos. si hoc non potuerint facere, procedant ordine iudiciario:& iudicio diffiniant causam, punientes culpam ubi inuenerint. Ben.eodem fere modo posuit casum: sed H melius.

quæ in Deum committuntur, non facile, sed cum magna discretione dimittere debemus: non tamẽ sine pœnitentia:quod si secus fiat, Deum offendimus. Sequẽs §.patet.

a ¶Debitori.] Id est,ei qui in Deum delinquit. & est si extra de sentent. excomun. contingit.

b ¶Offendit.] Vt infra.si ea. nam culpa est quandoq; relaxare uindictam, ut 23.dist.quia suot culpæ.

Iniuriã nobis factam an teneamur remittere.

c ¶Possumus.] Immo iniuriã nobis factam tenemur dimittere. C.de epi & cle.si quis in hoc uersus finem. Iniuriam,id est,rancorem: uel iniuriã, id est satisfactionem iniuriæ non tenemur remittere,ut 90. dist.si quis contristatus. immo bene facit qui prosequit iniuriam sibi factam,ut 45.dist & qui emendat. & ĩ.ea q. 5.de occidendis. nam reipublicæ interest pœnas non facile dimitti,ut C.de pœnis,si operis.& ĩ.ea.est iniusta.45. dist.sed illud,sic ergo per pactum possumus remittere in quantum nostrum priuatum commudum tangit: sed in quãtum tãgit commodum aliorum,non possumus,ut ff de pact.iurisgentium.§ ult.& est simi. 6. di. Salonitanæ.sic nec filius potest remittere id, qđ debetur patri:nec tutor debitum pupilli, ut C. de pact.pactum & l.seq. nec præses debitum ciuitatis. C.de trãsact.præses. Sed nunquid episcopus potest remittere iniuriam illatam ecclesiæ? Videtur q̃ sic:quia iniuriarum actio non est in bonis nostris ante litem contest. vt ff.de iniu.iniuriarum,unde episcopus præter cõsen-

Iniuriã ecclesiæ illatam an possit eps remittere.

e ¶Acta sunt.]Ibi enim est agenda, ut 3.q 6 ibi.

f ¶Supplicatione.] Bene dicit,supplicatione:quis si non per preces, sed propter pecuniam remittitur iniuria infamis esset: nisi hoc fieret auctoritate iudicis, ut ff de his qui not.infa.furti § pactus.

Peccatum per pœnitentiam purgatũ an possit in accusationẽ deduci.

g ¶Recidiuo.]Argu.q̃ ex quo quis est absolutus, uel postquã pœnituit, q̃ amplius de illo crimine accusari nõ pot,ut extra de accusa de his criminib & 2 q.1.prohibentur similiter qui iurauit se non accusaturum aliquem,non potest eum accusare [1], ut extra de accusa. veniens.licet possit denunciare crimen suum, ut extra de iureiuran quemadmudum in fin. immo eo ipso q̃ quis dicit se nolle accusare, non admittitur accusans, vt ff.de adulte.si maritus §.si negauerit. immo tacite renunciat quis accusationi suæ. extra de his quæ fiunt à maiori par.capit. ex ore. in fin. & extra de offic. de lega.gratum. Hoc autem scias, quòd iniuria duobus tollitur uel remissione, ut hic: uel dissimulatione; & secundum hoc si iniuria illata est per me-

1 Adde ad hoc glos. & Bart. in l.si maritus. §. si negauerit.ff. ad legẽ Iul.de adul.

peccata in vltionem redire non patitur [a]. Sin uero nihil vel de satisfactione probabitur, uel de remissione transactum [b]; dilectionis vestræ sermone monstretur: quatenus, siue nunc saltem poterit competens satisfactio prouenire; illud potius exerceatur, ubi animum sanare possit afflicti [c]: siue irremissibiliter [d] perstet [e] acerbitas, ibidem nihilo minus uindicet, ubi plectibilis est orta præsumptio.

6 Sed obijcitur [f] illud Ambrosii: [Ad preces Heliæ ignis descendit de cœlo, ut propheta vindicaretur iniuria.] Quod tunc intelligitur factum, quando Achab †[g] rex Israel post sterilitatem illam trium annorum, & sex mensium, quæ facta est, quando precibus Heliæ clausum est cœlum annis tribus, mensibus sex, misit duos quinquagenarios ad Heliam, qui dicerent ei: [Homo Dei, rex Israel vocat te: qui ait, si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & consumat vos; & statim ignis descendit de cœlo, & consumpsit eos.] Quo facto [h] non cuius meriti apud Deum esset, voluit ostendere; sed quòd ille esset verus Deus, quem colebat, non ille, ad cuius culturam stupro proprij corporis Iezabel nonnullos prouocabat, euidentissimis indicijs monstrare curauit. Iniuria ergo prophetæ non alia, quàm iniuria Domini ipsius intelligitur: quæ in paucis vindicanda est, ut cæteri terreantur.

Ŧ ca. qđ Christus
4.reg. 1.
† Ochozias filius Achab

Item obijcitur illud Siluerij Papæ ad Amatorē episcopū.

¶Apostolicus anathematizauit eos, qui eum ceperant, vel qui deinceps episcoporum aliquem ceperit.

C. XXX.

GVilisarius [α] patritius noster mandauit [i] me ad se uenire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palatium Pincis: & ad primum & secundum velum [k] retinuit omnem clerum, & populum, qui mecum veniebat, & nullum permisit introire, nisi me solum; & Vigilium diaconum nostrum †. Me vero ui retento [l], & ante prædictam [β] patritiam deducto miserunt in exilium: in quo sustentor modo pane tribulationis, & aqua angustiç. Ego tamē propterea non dimisi, nec dimitto officiū meū:

Paly.l. 1. tit. 7. Ans.l.12. c.8. & 9.
† al. meum

tum, anno utili abolet ur, ut ff. quod metus causa, si est exceptione. §. 1. si alio modo Infertatur, tollitur continuo anno. instit. de iniur. in fin. C. de iniur. si non conuitij. Si autem non reuocatur statim iniuria ad animum, amplius agi non potest, vt ff. de iniur. non solum §. 1. & institu. de iniur. §. vlti.

a ¶Non patitur.] De hoc agitur infra de pœni. dist. 4. diuina. & est hic argumentum, quòd post pœnitentiam non potest quis accusari. De hoc not. 33. q. 2. admonere.

b ¶Transactum.] In dicis auctoritate intelligas: q͂a sine eius auctoritate non licet transigi pro iniuria illata, ut ff. de his qui no. infa. furti.

c ¶Afflicti.] Id est, iniuriati.

d ¶Irremissibiliter.] id est, si non uult dimittere iniuriam, nō enim cogitur ad hoc, vt notaui supr. capit. proxi.

e ¶Perstet.] Id est, ꝑsistat.

SED OBIICITVR. Hęc est 6. pars quæst. in qua probat quod iudices merentur in correctione subditorum; si tamen formā canonicam non excedant. Et hoc probat per 7. cap Io. de Fant.

CASVS. Supra dictū est, quòd aliquis propriam iniuriam vlcisci non debet. Nunc vero probat contrarium exemplo Heliæ, ad quem cum Achab rex Israel post sterilitatem trium annorum & sex mensium, quæ facta est precibus Heliæ, misisset ei duos quinquagenarios, qui dicerent ei: Homo Dei, rex Israel vocat te. ait eis, si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & consumat vos: quod factum est: postea soluit hanc obiectionem, dicens quod Helias propriam iniuriam non vindicauit, sed potius iniuriam Dei: ostendens esse uerū Deū quem colebat.

f ¶Sed obijcitur.] Cōtra illud, ꝙ nullus debet iniuriā suam ulcisci.

g ¶Achab.] Confundit historiam, non enim Achab misit illos quinquagenarios, sed rex Ochozias: nec ēt illud contigit tempore Achab, sed illud contigit sub Ochozia r.

Sub. cuius filius fuit Achab, ut legitur 4. lib. Reg. in princ. & 3. Reg. ult.

h ¶Quo facto.] Soluit obiectionem.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijcit quòd propria iniuria uindicanda est. Et ad hoc inducit sequentia capi.

GVilisarius.] CASVS. Guilisarius patritius mandauit Silverio, ut ad se ueniret in palatium Pincis: qui cum intrare uellet cum multitudine clericorū & laicorum, solus cum Vigilio diacono proditore permissus est intrare: clero & populo retento ad primum & secundum ostium cameræ palatij: ubi captus missus est in exilium. in quo exilio captiuus tenebatur. Ipse tamen cum episcopis quos potuit congregare, anathematizauit Guilisarium cum complicibus suis: & quicunque de cætero talia fecerit, sit anathema maranatha, id est, separatus à collectio sanctorū in aduentu Domini secundo. Vigilium uero diaconum cum suis fautoribus non solum anathematizauit, sed etiā deposuit, [Sacerdotalis:] quod habiturus erat uel sacerdotalis id est, clericalis.

i ¶Mandauit.] Hic mandare ponitur pro rogare: sicut alibi ponitur rogare pro mandare, ut 11. q. 3. 1020.

k ¶Velum.] Id est, cameram uel ostium.

l ¶Me uero ui retento.] Qui hoc modo includit clericum, licet alio modo non inijciat manus in eum uiolentas, est excommunicatus, ut extra de sen. excom. cū desideres. in parte decisa.

a ¶Ana-

1 Vt ī §.1. Vel dic ꝙ vbi fit iniuria Papæ manifesta, potest eam uendicare, ut hic. Si est occulta, potest de ea facere inquiri. G. si quis Impe. male.l.1.secūdū Innocen. qui de hoc satis not. extra de uerbo. sig. ex parte. de hoc etiam satis no. Ber extra de cle. malefi.l.1.

a ¶Anathematizaui.] ī.ea.inter querelas.contra.Sed dic ꝙ hæc iniuria contiugit ecclesiæ r.64.dist.Salonitanæ. Vel hic nō erat superior iudex.40.dist.si Papa.potest tamen iudex corporalem infligere pœnam pro offensa sua,ut 45.dist.& qui emendat.

b ¶Maranatha.] Dicitur maranatha aduētus Domini ī.24.q.3.§ sed qui,id est,vsque ad aduentum Domini sit excōicatus,supple nisi peniteat.sic 27.q.1.de viduis.

c ¶Sacerdotalis.] Id est,clericalis, arg. ꝙ alicui auferē qd nō habet,ut 5.q.6.iusta.2.q.2.§.ex his omnibus.

SED ET HIC. CASVS. Soluit nunc Grat.obiectionem de facto Siluerij, dicens ꝙ Siluerius non est propriam iniuriam ultus: sed iniuriam ecclesiæ. Postea prosequitur secundum membrum illius. [Ecce.] ubi dicitur quod delictum paucorum est puniendum, ut cæteri terreantur. Sed quia hoc non probauerat: ideo nunc probat, quòd peccatum paucorum est puniendum quinque exemplis. & hoc si peccata sunt manifesta: sed si occulta sunt, non debent puniri, eo exemplo,quo Christus non puniuit Iudam. & ad hoc ultimum sequēs cap. inducitur, cuius casus est planus. Ita quoque ordina litteram, non habet potestatem abijcere quem scit reum.

sed cum episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt,anathematizaui [a],& vnà cum illis Apostolica & synodali auctoritate statui, nullum unquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum: & si aliquis deinceps vllum vnquam episcoporum taliter deceperit; anathema maranatha [b] fieret in conspectu Dei,& sanctorum Angelorum. *Idem Vigilio.* ¶Habeto ergo cum his, qui tibi consentiunt,plenæ damnationis sententiam,sublatumque tibi nomen,& munus ministerij sacerdotalis [c] agnosce spiritus sancti iudicio & Apostolica à nobis auctoritate damnatus.

α ¶Guilisarius] *In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus caput hoc restitutum est Siluerio (antea enim tribuebatur Siluestro) legitur* Bellisarius.*sed,quia est institutum capitis:non est mutatum.*

β ¶Prædictam Patritiam]*Sic mutatum est ex ipsa epistola,& vita Siluerij,vbi hæc patritia vocatur Antonina. Antea legebatur,*prædictum patritium.

Sed & hic non suam,sed ecclesiæ iniuriam ultus est. Quod autem [d] peccatum populi in paucis vlciscendum † sit; Moyses exemplo suo docuit: qui peccatum idololatriæ in paucos cultores vituli [e] uindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in præsens terrens, in posterum disciplinam sanciens. Sic & ipse peccata totius populi morte paucorum puniuit: dum pro fornicatione totius populi una die [f] xxiiij.millia perierunt. Sic & pro peccato murmurationis [g],vel tentationis nonnulli puniti sunt: ut eorum exemplo cæteri ad pœnitentiam cogerentur. Sic & quotidie nonnullos punit Deus; vt diuina prouidentia etiam circa humana vigilare cognoscatur; & nonnullos etiam per longa tempora ad pœnitentiam expectat, vt patientiam suæ benignitatis nobis ostendat. Sic etiam Helias culturam Baal [h] vendicauit,sacerdotes & prophetas eius interficiendo,morte auctorum expians peccata imitātium populorum. Quòd vero peccata [i], quæ publicis iudicijs deseruntur, punienda non sint,illo exemplo probatur,quo Christus qui Iudam solus furem nouerat,non abiecisse,sed patienter tolerasse asseritur.

† al. puniendū
Exo.32.
Num.25.
Num. 11.
3.Reg.18.
Io.12.

d ¶Quod autem.] Dixit s. in ca.quid faciet. in §. ecce ꝙ crimina. ꝙ quandoque delinquentes sunt patienter expectandi. & illud membrum executus est. dixit enim quòd crimen quandoque in paucis est uindicandum,ut cæteri terreantur.

e ¶Vituli.] 45.distin. disciplina.

f ¶Vna die.] Dum Phinees occidit Hæbræum cocuntem cū Madianita. quam historiam habes 2. quæstio.7. §.item cum Balaam.

Phinees Hebræum occidit.

g ¶Murmurationis.] Quando Iudæi murmurabant in deserto propter carnes. uolebant enim sibi constituere ducem, & reuerti in Aegyptum. 90. distin. alicuius.

h ¶Baal.] Hanc historiam habes 1.q.1.cum scriptura.

i ¶Quod uero peccata.] Illud spectat ad illud supra ea. §.his ita respondetur,sunt quędam.

Vnde Ambrosius super primam epistolam ad Corinthios,cap.5.ait.

¶Iudicis non est sine accusatore damnare.

C. XXXI.

2.q.1. de manifesta. uer. ut S. Ambrosius. Capitul.l.5.ca. 244.

SI qnis potestatem nō habet [k],quem scit reum, abijcere,aut probare non ualet;immunis est [l]: & iudicis non est sine accusatore [m] damnare: quia & Dominus Iudam, cum fur α esset,quia non est accusatus,minime abiecit.

k ¶Si quis.] ¶Non habet.] Quia nō est eius iudex.

l ¶Immunis est.] à peccato participationis: nec imputatur ei si tacet. cum non possit illud probare.2 quæst.7. pleruumque. licet autem iudex sciat aliquem criminosum,non ideo statim potest eum à se abijcere,ut 6.q.2.si tantum.

m ¶Sine accusatore.] Excipiuntur casus positi 2 q.1. de manifesta.

SIMILITER. CASVS. Dictum est supra, quòd cum peccata sint occulta, non est sentētia facenda. Nunc uero ostendit Gra. idem esse faciendum quando multitudo est in causa, uel peccans sociam habet multitudinem, & ad hoc inducit seq. cap. cantibus relaxetur impunitas: & si sunt incorrigibiles, debemus eis alimenta ministrare, & dolere & gemere; donec inuēta opportunitate per iudicē puniant. Si aūt corrigibiles sunt, debemus eis misereri: & nō eē nimis seueri contra eos: quos probat tribus auctoritatibus.

a ¶Cum fur] *Addita hic sunt aliquot uerba ex originali.*

Similiter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, uel quando ille peccat, qui sociam habet multitudinem.

Vnde Augustinus in libro 3. c. 2. contra epistolam Parmeniani.

¶Quòd a multitudine peccatur, uel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed defletur. C. XXXII.

NOn potest [a] esse salubris à multis correptio; nisi cum ille corripitur, qui nō habet sociam multitudinem [b]. Cum uero idē morbus plurimos occupauerit; nihil aliud bonis restat, quam dolor, & gemitus: ut per illud signū [c], quod Ezechieli sancto reuelatur, illæsi euadere ab illorum uastatione mereantur. *& infra.* ¶Reuera, si contagio peccandi multitudinem inuaserit; diuinæ disciplinæ seuera misericordia [d] necessaria est. Nam consilia separationis [e] & inania † sunt, & perniciosa, atque sacrilega, quia impia, & superba sunt †; & plus perturbant infirmos [f] bonos, quàm corrigant animosos malos. *& infra.* ¶Turba autem iniquorum, cum facultas [g] est in populis promendi sermonem, generali [h] obiurgatione ferienda est, & maxime, si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis uapulare.

Iuo in prologo. Pan. in prologo c. 15. 16. 17. — *Ezech. 9.* — † *al. immania* — † *al. sunt*

Præcepta [i] vero Euangelica de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis, exhortationes quoque Apostoli de cibandis uel potandis inimicis non eatenus intelligenda sunt, ut peccandi † relaxetur impunitas: sed ut delinquenti correctio, et naturæ ministretur subsidium: donec per sententiam iudicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. In hoc ergo iubemur diligere inimicos, & misereri eorum, ut de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus; & pro eorum correctione quotidie laboremus, & oremus, pænitentibus solatia impendamus, alter alterius onera portantes; non ut pertinaces, & in malo persistentes impunitate donemus. Sicut enim erga pænitentes non seueri, sed misericordes esse monemur, iuxta illud: [Noli a esse [k] nimis iustus: quia est iustus, qui perit in iustitia sua.] & iterum: [iudiciū sine misericordia erit ei, qui nō fecit misericordiā.] & itē illud Apostoli in secūda epistola ad Corinthios: [Cui aliquid donastis [l], & ego:

s. ead. hęc antē. — *Luc 6.* — *Rom. 12.* — † *al. peccanti* — *Gal. 6.* — *Ecclesiast. 7.* — *Iac. 2.*

NOn potest.] CASVS. Parmenianus dicebat quòd cū multitudo, uel ille, q habet sociam multitudinem, est in scelere, qui corrigi non potest, fugiendum est tunc. Sed August. docet non esse fugiēdum, sed dolendum & gemendum: quia tūc misericordia Dei necessaria est: & cum facultas prædicādi se obtulerit, non est cessandū a generali increpatione: & maxime cum uidemus populum affligi mortalitate & fame, & alia simili peste.

a ¶Non potest.] s. di. 50. ut constitueretur.

b ¶Multitudinē.] Sic ergo ratione multitudinis non exercetur uindicta 1, ut 1. qō. 7. quoties s. ea. ipsa pietas. & 9. qō. 1. ordinationes. Dicuntur autem hic multi plures quàm xl. extra de cle. excom. mi. latores.

Vindicta rōne multitudinis relaxatur.

1 Sic ubi timet periculū s. eadem eū quilq;.

c ¶Signum.] Scilicet Thau.

d ¶Misericordia.] Ex seueritate procedens.

ADDITIO. Vel dic seuera misericordia, id est, Dei ultrix correctio. Goffred. quæst. d. Deo ultio relinquitur quia homo nō potest.

e ¶Separationis.] Id est, excommunicationis.

f ¶Infirmos.] Qui facile scandalizantur.

g ¶Cum facultas.] Id est, cum non condemnetur eius prædicatio. usm si non proficit, potius tacere debet. 11. quęst. 3 quandoque.

e ¶Generali obiurgatione.] 8. q. 1. quid autem.

PRÆCEPTA. CASVS. Dictum est supra, q mali in pace & sine scandalo sunt puniendi & corrigendi: sed quia hoc uidebatur contrarium dictis euangelicis & Apostolicis, quę ponitur in superiori §. ex his omnibus. qui est versus principiū quęstionis, vbi dicitur quòd debemus esse misericordes inimicis, & eis benefacere: ideo nunc Gratianus soluit hanc cōtrarietatē, dicens quòd illa dicta sunt intelligenda ut peccantibus relaxetur impunitas: & si sunt incorrigibiles...

i ¶Præcepta.] Posita in superiori §. ex his omnibus.

K ¶Noli esse.] Hæ auctoritates sunt expositæ 2. q. 1 §. his ita respondetur.

l ¶Donastis.] Loquitur ibi Apostolus de Corinthio, qui ad pęnitentiam rediit: & petiit Apostolus ut reciperent ipsum: & remisit ei offensam. & est simile 35. q. 9. cap. ueniam.

Est

Est iniusta.] CASVS. Ostendit Ambrosius in hoc c. ꝙ prælatus ecclesiæ non debat inconsulte peccantem reconciliare, non semper est ei parcendum. licet audiat eũ iudex lachrymari. Et hoc ꝓbat quatuor rationibus, s. auctoritate veteris testaméti vel legis: scilicet & Latronia incorrigibilia, & aspirãtia ad exitia multorum: qui seruari non debet. & exéplo iudicis, q debet cõdẽnare condemnandum, & absoluere absoluendũ. a ¶ Est iniusta.] Sic iustitia quandoq; dicitur esse falsa, vt 45. dist. uera. nam sæpe uitia uirtutes se esse mẽtiuntur. 41. dist. sæpe.

2. Cor. 2.
† in persona Christi.] ori.
Glossa Iterl. ibi

Nam & ego, si quid donaui, propter nos donaui. ac † si ipse Christus donaret, vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.] [Qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos;] sicut, inquam, pænitentibus, ut dictum est, misericordes esse iubemur, sic impænitentibus, & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.

Vnde Ambrosius sermone 8. in psal. 118. vers. 2.

α ¶Noli esse] *Gratianus non refert ipsa prorsus verba Ecclesiastis. Ea enim sic habent*, Hæc quoque uidi in diebus uanitatis meæ, iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tẽpore in malitia sua. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.

Deut. 19. Ansl. 13. c. 33. Poly. l. 6. tit. 21. 1. Reg 15.

¶De iusta, & iniusta misericordia. C. XXXIII.

Est iniusta [a] misericordia. Denique in lege [b] scriptum est de quodam: [Non misereberis illius.] Et in libris regnorum legis, quia Saul postea contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium regi, quem prohibuerat sententia diuina [c] seruari. Itaque †, si quis latronẽ filijs de precantibus motus, & lachrymis [d] coniugis eius inflexus absoluendũ putet, cui adhuc latrocinãdi aspiret affectus; nonne innocẽtius tradit [e] exitio, qui liberat multorũ exitia cogitantem? Certe si gladium [f] reprimit, uincula dissoluit; cur laxat exilio, cur latrocinandi, qua potest clementiori uia nõ eripit facultatẽ, qui uoluntatẽ extorquere non potuit? Deinde † inter duos, hoc est, accusatorem & reum, pari periculo [g] de capite decernentes, alterum si non probasset; alterum, si esset ab accusatore conuictus; non id, quod iustitiæ est, iudex sequatur: sed dum miseretur rei; damnet probantem: aut dum accusatori fauet, qui probare non possit, addicat innoxium: non potest igitur hæc dici iusta misericordia. In ipsa eccesia, ubi maxime misereri decet, teneri quàmmaxime debet forma iustitiæ, ne quis à communionis [h] consortio abstentus β breui lachrymula, atq; ad tempus parata, uel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, [à facilitate † sacerdotis extorqueat. Nõne, cum uni indulget indigno plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas [i] enim ueniæ, incentiuum tribuit delinquendi.

† At qui, si quis latronis] orig.
† al. Denique
† al. facilitate

β ¶Abstentus:] *Antea legebatur*, à consortio communionis vel criminationis abstractus. *Emendatum est & multa alia ex ipso originali.*

Item Augustinus in libro psalmorum, ps. 32.

Ex gloss. ot. ibi.

¶Non debemus in mala causa pauperi misereri. C. XXXIIII.

† al. commisso

Ne amisso † iudi-

b ¶In lege.] Id est, Deuteronomio: vbi scriptum est de illo, qui inuitat alios ad idololatriam. nec acquiescas ei: non audias eũ, nec misereatis eius: sed statim occidas eum, ut infra ea. q. 5. si audieris.
c ¶Diuina.] Si. ff. de posi. si hominem. & ff. de dolo, eleganter. §. item Labeo. instit. de lege Aqui. in fin.
d ¶Et lachrymis.] Iudex non debet moueri ad lachrymas calamitosorum, ut ff de of. præs. obseruandũ. & de pæ. distin. 3. sunt plurea.
e ¶Tradit.] Occasionaliter.
f ¶Si gladium.] Sed quare hic redarguit ecclesia iudicem, qui gladium reprimit: cũ aliàs petat August. reos non occidi, ut inf q. 5. c. 1. & c. de eo eidẽdis! Sed dicas hic loqui de incorrigibilibus: ibi de corrigibilibus. sic infra ead. q. 5. prodest.
g ¶Periculo.] Propter hoc verbum quidam hic dixerunt, ꝙ in criminali causa nõ esset mittus agẽdum cum reo, quam cum actore. quod non concedo, ut 35. quæ. 9. veniam. in fin.
h ¶Communionis.] rerum quibus suspensus est. non intelligas hoc de sententia excommunicationis: nã ibi propter periculũ non est differenda absolutio. nam quandoque fit absolutio à iudice non suo, ut extra de sen. excom. sacro. & extra de appell. qua fronte. nisi velis intelligere in eo casu quando propter contumaciam detinetur aliquis diutius in excommunicatione. 11. q. 3. qui iubente.
i ¶Facilitas.] Verum est ꝙ de iure oõ dat, sed de facto sæpe dat: & sic nõ obst. 1. q. 7 exigũ.

Index lacrymis flecti nõ debet.

1 Præterea ecclesiastica iudex libenter audir solicitos pro salute. 35. q. 9. veniam. vbi de hoc in fi. & ad de quod ie. & no 9. di. laius quippe.

licet in Deuteronomio de quodam præuaricatore, qui inuitabat homines ad idololatriam: & exemplo Saulis

Ne amisso.] CASVS. Dicitur in hoc cap ꝙ iudex præter-

prætermissa discretione in mala causa pauperis misereri nō debet: quia si iudex paupertati eius parcit, reddit eum nequiorem, cum uideat sibi iustum fauere. [Amisso,] id est, demisso, & derelicto. [Iudicio.] Id est, discretione. [Saccello.] i. paupertati corporis vel pecuniæ.

casus planus est.
k [Ille gladium accipit.] Iniustè.
l [Potestate.] Nam potestas gladij tantum à principe habetur, ut s. ca. q. 1. militare. & q. 2. c. 1.
PORRO. Hæc est 7. pars q. in qua probat magister per

cio [a] sis pauperi in mala causa; misericors; cuius si parcis saccello [b]; percutis cor, & tanto nequiorem reddis, quanto iustum sibi fauere videt.

¶ *Ferè eadem sunt in glossa ord. in Ps 32. ad vers.* Diligit misericordiam. *ex B. Augustino collecta sententia.*

Idem. — Beda Gal 6.

¶ Homini est miserendum, peccatori irascendum.

C. XXXV.

DVo ista nomina cum dicimus, homo peccator; non vtique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe: quia homo [c] est, miserere: nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio [d] nominis † [e] inuigilet disciplina, sicut cuique regenti apta, & accomodata est, non solum episcopo [f] regenti plebē suā, sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam [g] suam, marito [h] regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. *& paulo post* ¶ Ita nulli homini claudenda est misericordia: nulli † peccatori impunitas relaxanda est †. Hinc itaque maximè intelligendum est, quod non sit contēnenda eleemosyna, quæ quibusq; [i] pauperibus iure humanitatis impenditur: quandoquidem Dominus subleuabit indigentiam pauperum etiam ex his loculis, quos ex opibus implebat aliorum. *& paulo post.* ¶ Nō ergo suscipiamus peccatores, propterea quòd sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia & homines sunt, humana consideratione tractemus: persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem conditionem.

Poly. l. 6. tit. 21. Ans. l. 13. c. 71.

† *omnis*] vera lectio

† *al. sicut nulli peccato*

† Ex isto text. infert g absolutio nō est differēda. conc. text. in l. si. cū ibi not. C. de summa trini.

¶ *Initium huius capituli habetur in sermone 94. & 109 de tempore, & hom. 0. in lib. 50. homiliarum. Verum integrum est apud Bedam in comm epistolæ ad Galatas. c. 6.*

Item Illud Euangelij, quod obijciebatur [Qui gladio usus fuerit, gladio cadet.] Augustinus exponit in 22. lib. contra Faustum Manichæum, c. 70. ita dicens. — s. ead. tres personas. in fine.

¶ Quis dicatur gladium accipere. C. XXXVI.

ILle gladium † accipit [k], qui nulla superiori, ac legitima potestate [l] vel iubente, vel concedente in sanguinem alicuius armatur. — Iuo p. 10. c. 110. Pann. l. 8. c. 44. — † vtitur gladio] or.

7 *Porro illud Hieronymi* [m], *quo ecclesia negatur aliquē persequi, non ita intelligendum est, ut generaliter ecclesia nullum persequatur; sed quòd nullum iniustè persequatur.* — s. ead. qui sm.

a [Iudicio.] Id est, ordine iuris.
b [Saccello.] Id est, paupertati. Ioan.

DVo ista.] CASVS. Ostendit August. in hoc ca. quod duo sunt nomina: homo scilicet, & peccator: in eo quod aliquis est homo, est ei miserendum; in eo quod est peccator, est corrigendus: quia homo non liberatur à morte nisi puniatur in eo delictū: & huic officio correctionis inuigilare debet quilibet, qui nomen habet & officium corrigendi, quod probatur vij. exemplis, scilicet episcopi, pauperis, & diuitis, mariti, patris, iudicis, & regis: quorum quilibet corrigere debet delictum secundum officium sibi commissum. Non est igitur contemnenda in peccatoribus eleemosyna, dummodo eorum iniquitatē persequamus.
c [Quia homo.] Sic 86. dist. odio.
d [Officio.] Correctionis.
e [Nominis.] Id est, secundum quòd aliquis nominatur vel prælatus vel pater, vt ostendit per exempla.
f [Episcopo.] Ex hoc c. & ex illo supra ead. ita cōsueuit dici, quod illud, Si peccauerit in te frater tuus, ad solos illos spectat, qui ex potestate aliqua pūt puniri: sed certè hic nō loquitur de denunciatione, sed tantum de correctione: ad quam etiam alij tenētur, qui enumerantur hic: nā & vicinus tenetur corrigere vicinum suum, s. ea. q. 5. non putes. Item quilibet tenetur aliū occultè corripere, vt extra de hæreti. cum ex iniuncto. circa fi.

Correctio occulta est præcepti.

g [Familiam.] C. de emend. propinquorum. l. vna. & 33. q. 2. placuit.
h [Marito.] Supra 7. q. 1. sicut alterius.
i [Quibusq; pauperibus.] s 42. dist. quiescamus. Io.
ITEM ILLVD. CASVS. Dictum est s. quòd possumus persequi peccatorem sed contra hoc objicitur ab hæreticis auctoritas Euangelij, Qui gladio, &c. Sed hāc auctoritatem determinat August. in sequ. capit. cuius per 13. auctoritates, quòd omnino iudices malos corrigere debent. alioquin pœna eorum imputabitur eis. Io de Fant.
CASVS. Dictum est s. in ea. qui secundum carnem. quod aliquem persequi nō debemus Sed dicit nūc G. quod hoc non est generaliter uerum, quod ecclesia nullum persequatur: sed quod iniustè nullum persequatur: Nam iustè hæreticos psequimur & alios peccatores, & sic Christus persecutus fuit illos, quos de templo eiecit.
m [Illud Hieronymi.] Supra ead. qui secundum carnem.

Nimium

Nimium sunt.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima innuitur ꝙ Vincentius Donatista conquerebatur, quòd Christiani ipsum persequebãtur iniustè: sed Aug. ostẽdit qđ ipsum iustè persequuntur, & hoc probat ix. rationibus, quæ in ipsa littera patent, & quatuor exemplis, scilicet prophetarum, Christi, & Apostolorum, & Imperatoris. In 2. parte dicitur, ꝙ nullius crimen nocet nescienti: quia facta malorum, quæ probari nõ possunt, nõ coinquinant quenquam: nec deserendi sunt boni propter malos: sed mali sunt tolerandi propter bonos. Secunda pars incipit ibi, [Certè nullius.] Prima ratio incipit ibi, [Si enim.] Secunda ibi, [At in quibusdã.] Tertia ibi, [Item post aliqua.] Quarta ibi, [Meliora.] Quinta ibi, [Melius.] Sexta ibi, [Vtilius.] Septima ibi, [Item post pauca.] Octaua ibi, [Et cum noueritis.] Nona ibi, [Item si semper.] Exempla satis patent.

Non enim omnis persecutio culpabilis est: sed rationabiliter hæreticos persequimur: sicut & Christus corporaliter persecutus est eos, quos de templo expulit.

Vnde Augustinus ait Vincentio, epist. 48.

¶Potestatis officio vtiliter inquieti corriguntur.

C. XXXVII.

Poly. l. 7. tit. 6. Aus. l. 12. c. 55. Nimium sunt inquieti Donatistæ α; quos per ordinatas à Deo potestates β cohiberi, atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. *Item infra.* ¶Si enim quisquam inimicum suũ periculosis febribus phreneticum factum currere uideret in præcipitium † (†al. præceps); nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum sic currere permitteret; quàm si corripiendum ligandumq; curaret? Et tamen tunc ei molestissimus, & aduersissimus uideretur; quãdo utilissimus, & misericordissimus extitisset. Sed planè salute reparata tanto ei vberius gratias ageret; quãto sibi eũ minus pepercisse sensisset. *& post pauca.* ¶At enim quibusdam ista non prosunt. Nunquid ideo negligenda est medicina; quia nõnullorum est insanabilis pestilentia? *Item post aliqua.* ¶Non (5. q. 5. c. 2.) omnis [a], qui parcit, amicus est, nec omnis, qui uerberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, q̃ blanda † (†al. voluntaria) oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm cũ lenitate decipere. (Prou. 27.) Vtilius esurienti panis tollitur [b]; si de cibo securus iustitiam negligebat; quàm esurienti panis frangitur, ut iniustitiæ seductus acquiescat. *Item post pauca.* ¶Putas neminem debere cogi [c] ad iustitiam; cum legas patrẽ familias dixisse seruis: (Matt. 22. Luc. 14.) [Quoscunque inueneritis, cogite intrare:] cum legas etiam ipsum primo Saulũ, postea Paulũ (Act. 9.) ad cognoscendã, & tenendã veritatem magna uiolentia Christi cogentis esse compulsum. *Item post pauca.* ¶Et noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. *Item infra.* ¶Si semper esset culpabile persecutionem facere; non scriptum esset in sanctis libris, (Ps. 100.) [Detrahentem proximo suo occultè, hunc persequebar.] Aliquando ergo & qui eã patitur, iniustus est: & qui eam facit, iustus est. Sed planè semper & mali [d] persecuti sunt bonos, & boni persecuti sunt malos [e]: illi nocendo per iniustitiã, isti† (†illi] orig.) consulendo per disciplinã: illi immaniter, isti tẽperanter; illi seruientes cupiditati, isti charitati. Nã qui trucidat, nõ cõsiderat quemadmodũ laniet; qui autem curat, considerat, quemadmodũ secet. Ille enim persequitur sanitatẽ, iste putredinẽ. Occiderunt impij prophetas; (3. Reg. 18.) occiderunt impios, & prophetæ [f]. Flagellauerunt Iudæi Christum; (Matt. 17.) Iudæos flagellauit & Christus; (Io. 2.) traditi sunt Apostoli ab hominibus potestati humanę, (Act. 16.) tradiderunt & Apostoli homines potestati satanæ. (1. Cor. 5.) In his omnibus quid attenditur, nisi quis eorum pro ueritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa [g], quis emendandi? *& paulo post.* ¶Constantinus Imperator, primus constituit [h], ut res conuictorum, & unitati peruicaciter resistentium fisco uendicarentur. *& post pauca.* ¶Certè [i] nullius crimen ma-

a ¶Non omnis.] Supra 1. q. 5. non omnis.

b ¶Tollitur.] Supra ea. duo contra.

c ¶Cogi.] Supra 45. dist. ca. 2. contra. Sol. ab initio nemo cogendus est ad bonum, sed aliquis cogitur perseuerare in eo quod incepit, ut ĩ. e. quæ. 5 ad fidem. nec obuiat ꝙ dicitur de Paulo, qui ab initio fuit coactus [1]. nam hic arg. à minori. id est. ex quo Paulus ab initio fuit coactus, ergo alij possunt ex post facto cogi.

1 Vt ĩ. ead. displicet. ver. si uero. & c. q. nos. uersi. mirũ. nã Dñs eũ elegit. 32. q. 5. si Paulus.

d ¶Et mali.] Vt Ismael Isaac, & Saul Dauid.

e ¶Boni malos.] Vt Helias quinquagenarios.

f ¶Et prophetæ.] Vt Moyses Ægyptium, ut ĩ ead. q. 3. non in inferenda.

g ¶Nocẽdi cã.] Q. d. plus cãm facti q̃ factum cõsiderabimus ut ĩ ea. q. 8. occidit.

h ¶Constituit.] C. de hære. Arriani 2. Ioan. de Pan.

2 Tu dic ꝙ legẽ Cõstãtini hoc expressè dicẽ iẽ nõ habemus Christiano tamẽ qui sit Iudæus hanc pœnam imponit, ut C. de app. l. 3. Archi.

i ¶Certè.] Supra e. quàm magnum.

Displi-

culat nescientē. *Item infra* ¶Facta nocentium, quæ innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quenquam, si propter innocētium cōsortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi; sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut tolerauerunt prophetæ eos, contra quos tanta dicebant; nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant. 1.q 4 ouilius ā. ead. quam magnum.

α ¶Donatistæ] *Apud Anselmum titulus est*, Augustinus Vincentio *Initium vero capituli est*, Donatistę nimium *& apud B. Augustinum*, Sed Donatistæ nimium *propterea reposita est hoc loco dictio*, Donatistæ, *inducta autem in titulo. Ibi enim antea legebatur*, Augustinus ait Vincentio Donatistæ.

β ¶Potestates] *Sequebatur in vulgatis*, Sæculares. *quæ vox abest à plerisque vetustis, & Anselmo, & originali. Multa vero alia ex ipso præsertim originali sunt emendata.*

Item Donato presbytero, epist. 204.

¶Hæretici ad salutem etiam inuiti sunt trahendi.
C. XXXVIII.

DIsplicet tibi, quia traheris ad salutem; cum tam multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus, nisi te comprehendi, & præsentari, & seruari, ne pereas? Quòd autem in corpore læsus es, ipse tibi fecisti, qui iuramento tibi mox admoto vti noluisti, & te ad terrā grauiter collisisti. Nam vtique alius a, qui adductus est tecum, collega tuus, illæsus venit, qui talia sibi ipse non fecit: Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid dixerit Apostolus: [Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.] Et tamen tam multi vt episcopatum suscipiant, tenentur inuiti b, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur quæ nolunt; donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis & perducendi ad veritatem vel cognoscendam, vel eligendam, non solum vt honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessimè pereatis? ¶ Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? Attende ergo, quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ voluntatis; nec liberari, nisi bonam habuerit uoluntatem? Non tamen ideo, qui diligun-

Po'y. ibidem. Ans.l.12.c.57. Deusdedit p.2.

1.Tim.3.

Pann.l.8.c.67.

DIsplicet.] CASVS. Donatus cū esset captus à Christianis cum quodam suo socio, & duceretur super equum, se proiecit in terrā. vnde in corpore suo grauiter læsus fuit: socius vero istud non fecit. sed se seruauit illæsum: quare Donatus super hoc cōquerebatur, quatuor modis obijciendo Augustino. Primo obijciebat dicens, quod hoc fieri sibi non debuit: quia nemo cogi debet ad bonum. August. vero huic obiectioni respondet, dicens, hoc non esse verum, cum multi cogantur ad episcopatum donec de nolentibus fiant volentes. Secundo obijciebat, quòd Deus dedit homini liberum arbitrium, & ideo nullus debet cogi ad bonū. sed respondet Augustin. contra, quòd licet homo liberum habeat arbitrium, nō tamen suæ malæ voluntati est relinquendus: quòd probat quatuor exemplis, scilicet Israelitarum, & Pauli, & patris, & negligentium prælatorum. Tertio obijciebat: non debes me inuitum saluare, quia sic volo errare, sic volo perire. Respondet August. dicens, quòd sicut alij commendādi sunt, & bene fecerunt, qui te de puteo leuauerunt, in quem te proieceras, vt ibi mortereris: sic nos bene facimus si te inuitum de erroris puteo eleuemus: ne moriaris in æternum. Quarto obijciebat, quod nō debet recedens ab eo inuitus teneri: quia Dominus lxx. discipulos, qui schisma fecerunt, abire permisit. & respondet August. dicens, quod tempora sunt distinguenda. Nam tunc ecclesia nouo germine pullulabat, nec fortis erat ad puniendum delinquētes: hodie autem cum sit fortis & potens, inuitum ad bonum cogere debet. & hoc probat auctoritate Euangelij. Prima obiectio Donati est ibi, [Sed neque hoc putas.] Secunda ibi, [Dicis Deum.] Tertia ibi, [Noli ergo iam dicere.] Quarta ibi, Repetis sicut audiui.]

a ¶Alius. Arg. optimum, quod ex quo vnus secure potest venire ad iudicium: ergo & alter, sic extra de elec. c. bonæ in si similiter dicit lex: ex quo tutor suam pecuniā bene collocauit, ergo & pecuniam pupilli potuit bene collocasse ff. de admi. tut. l. tutor. § 1 Similiter ex quo res tuas conseruasti. & res etiam commodatas conseruare debuisti. ff. commoda. l. si vt certo. §. commodatā. in fi. tū hoc arg. fallit, nam licet aduersarius meus et qui venire non poterat, venit: non ideo sequitur quod ego tenebar venire, vt ff. de arbi. l. si cum dies. §. pen.

b ¶Inuiti.] Quid ergo est quod dicitur, quod nemo cogitur credere inuitus, ut 74 distinc. gesta. & c. vbi, sed ibi loquitur,

Diligent in suis, dēt in alienis simi liter facere.

tur, malæ suæ uoluntati impune, & crudeliter permittendi sunt; sed, ubi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam, si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare Israelitæ recusantes, & murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebãtur, & ad terram promissionis compellebantur? Si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare Paulus non
Act. 9. est permissus uti pessima uolunrate, qua persequebatur ecclesiam; sed prostratus est, uti excæcaretur: excæcatus, ut mutaretur: mutatus, ut mitteretur: missus, ut qualia fecerat in errore, talia pro ueritate pateretur? Si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solum uerbis corripere, sed etiã latera [a] eius
Prou. 13. tundere, ut ad bonam disciplinam coactus, ac domitus di rigatur? Vnde idẽ dicit: [Tu percutis eum uirga; animam
Prou. 23. autem eius liberas à morte.] Si mala uoluntas semper suæ permittenda est libertati; quare corripiuntur negligentes [b] pastores, & dicitur eis: [Errãtem ouem non reuo
Ezech. 34. castis, perditam non inquisistis.] Et uos oues Christi estis:
Hier. 23. characterem Dominicum portatis in sacramento, quod accepistis; sed erratis, & peritis: Non ideo uobis displicea mus; quia reuocamus errantes, & quærimus perditos. Melius enim facimus uoluntatem Domini monentis, ut uos ad eius ouile redire cogamus; quàm consentiamus uoluntati ouium errantium, ut perire uos permittamus. ¶ Noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dicere; Sic uolo errare: sic uolo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus, quantum possumus. Modo, quòd te in puteum, ut morereris [c], misisti; utique libera uoluntate fecisti: Sed quàm crudeles essent serui Dei, si huic malæ uoluntati tuæ te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet? Quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te uolens in aquam misisti, ut morereris: illi te nolentem de aqua seruauerunt, ne morereris. Tu fecisti secundum uoluntatem tuam, sed in perniciem tuam: illi contra uoluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, seruetur; quanto magis illa spiritalis, in cuius desertione mors æterna metuitur: quanquam & in ista morte, quam tibi tu ipse inferre uoluisti, non solum ad tempus, sed etiam in æternum morereris: quia etsi non ad salutem, non ad ecclesiæ pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam & indiuiduam charitatem, sed ad mala aliqua cogereris; nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti [d]. Considera scripturas diuinas, & discute quantum potes, & uide utrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum, atque fidelium; cum ab eis tanta mala perpessi sunt, qui eos ad æternum interitum, non
Ioan. 6. ad uitam æternam, quo tu compelleris, adigebant. *& post pauca.* ¶ Repetis
† lxxij. sicut audio, quod in Euangelio scriptum est, recessisse a Domino lxx. † discipulos, & arbitrio suæ malæ, atque impiæ discessionis fuisse permissos: cæterisque duodecim, qui remanserant, fuisse responsum. [Nunquid & uos uultis ire?] Et non attendis, quia tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa prophetia: [Et adorabunt eum
Psal 71. omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi.] Quod utique quanto magis impletur, tanto maiore utitur ecclesia potestate, ut non solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare uolebat: qui quamuis haberet magnam potestatem; prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa conuiuij similitudine satis euidenter ostendit, ubi misit ad inuitatos, & uenire noluerunt; & ait seruo: [Exi in plateas β, & uicos ciuitatis:

quitur, cum malo zelo quis cogitur. tamẽ hæc est ueritas, quod si aliquis semper esset nolens, non deberet cogi. De hoc not. 8. quæstio. 1. in scripturis.

ADDITIO. De hoc etiam no. 40. distinct. ante omnia. & 61. distinct. Carinensis. & melius 2. quæstio. 6. biduum. in prin. ver. appellare. ibi uideas. Archidia.

a ¶ Sed etiã latera.] Sup 41 distin. §. Salomon.

b ¶ Negligentes.] Vt 86. distinct. cap. 1. & vltim.

c ¶ Vt morereris.] Bona illorum, qui seipsos interimũt, fisco applicantur, si ꝓpter conscientiam delicti hoc faciant: si secus propter impatientiam alicuius doloris, ut ff. de bonis eorum, qui ante sentent. sibi mor. consci. l. penult.

Bona seipsos interimentiũ qñ fisco applicentur.

d ¶ Debuisti.] Infra ead quæstio. 5. cap. si non licet. & capitul. non est nostrum. & de consecrat. distinct. 2. prima.

a ¶ In

& pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. *Luc. 14.* Et ait ſeruus domino: Factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt, & ait dominus ſeruo; Exi in vias [a], & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea:] Vide nunc, quemadmodum de his, qui prius uenerunt, dictum eſt introduc eos: nunc † dictum eſt compelle. Ita ſignificata *† al. non* ſunt eccleſię primordia adhuc creſcentis, ut eſſent uires etiam compellendi.

α ¶Attende ergo.] *Locus hic (quemadmodum & multa alia in hoc capite) emẽdatus eſt ex B. Auguſtino Antea legebatur,* Attende ergo, & conſidera, quòd non ideo uoluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur.
β ¶In plateas.] *Sic emendatum eſt ex Euangelio B. Lucæ, expũctis duabus vocibus. Antea enim legebatur*, exi cito in uias, & plateas.

Idem ſuper Ioannem, tractatu 11. ad c. 3.

¶Hæretici utiliter patiuntur, quæ catholici utiliter inferunt. C. XXXIX.

Poly. l. 7. titu. 6. Anſ. l. 12. c. 54. Iuo p. 10. c. 99.

QVando vult Deus concitare poteſtates aduerſus hæreticos, aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſſipatores eccleſiæ, aduerſus exſufflatores Chriſti, aduerſus blaſphematores baptiſmi: non mirentur, quia Deus concitat, ut à Sara [b] verberetur Agar: cognoſcat ſe Agar [c], & ponat † *† al. ſupponat* ceruicem; quia cum humiliata deſcerneret à domina ſua, occurrit ei Angelus, & dixit: [Quid eſt Agar ancilla Saræ?] *Gen. 21.* Cum queſta eſſet de domina; quid audiuit ab Angelo? [Reuertere ad dominam † tuam.] *† al. domum* Ad hoc ergo affligitur, ut reuertatur; atque utinam reuertatur; quia proles eius, ſicut filij Iacob, cum fratribus hęreditatem [d] tenebit. Mirantur autem, quia commouentur poteſtates Chriſtianæ aduerſus deteſtandos diſſipatores eccleſiæ. Si non ergo mouerentur; quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo? Intendat charitas ueſtra, quid dicam, quia hoc pertinet ad reges ſæculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam [e] uelint matrem [f] ſuam eccleſiam habere, vnde ſpiritualiter nati ſunt. *& paulo poſt.* ¶Nabuchodonoſor rex decreuit dicens: [Quicumque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditione.] *Dan. 3.* Ecce quomodo ſæuit rex alienigena, ne blaſphemaretur Deus Iſrael, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, ut ſæuiant reges Chriſtiani; quia Chriſtus exſufflatur, à quo non tres pueri ſed orbis terrarum cum ipſis regibus à gehennarum igne liberatur. *& infra.* ¶Quomodo ergo iſti reges non moueantur; qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, ſed ſeipſos liberatos de gehenna? quando uident Chriſtum à quo liberati ſunt, exſufflari in Chriſtianis? quãdo audiũt dici Chriſtianos, dic te non eſſe Chriſtianum? Talia facere volunt, & ſaltem talia pati nolunt. Nam uidete qualia faciunt, & qualia patiuntur: occidunt animas, affliguntur in corpore; ſempiternas mortes faciunt, & temporales [g] ſe perpeti conqueruntur.

Item contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 79.

a ¶In vias.] Id eſt, hęreſes & ſchiſmata.

QVãdo vult.] CASVS. Hęretici mirabantur ſi eccleſia eos corrigebat, uel ſi ſæculares iudices, uel principes mouebantur contra eos. Sed dicit Augu. quòd ipſi mirari non debent, ſi eccleſia, uel principes ſæculares eos corrigant, & hoc probatur exemplo Saræ, quæ correxit Agar ancillã ſuam: ſic & eccleſia debet corrigere hæreticos. & exemplo Nabuchodonoſor, qui fecit edictum, ut quicumque dixerit blaſphemiam in Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitum iret, & domus eius in diſperſionem.

b ¶A Sara.] Id eſt, ab eccleſia.

c ¶Agar.] Id eſt, conuenticula hæreticorũ.

d ¶Hereditatẽ.] Inf. 32. q. 4. recurrat. ſed infra. 12. q. 4. dicat. §. Sed hic de cæleſti, ibi de hęreditate terrena, vt 1 q. 4. Iudæi.

e ¶Pacatã.] Ad hoc enim conſtituti ſunt principes, vt tueantur eccleſias, vt infra. ea. quæſtio. 5. principes. & ſi noluerint tueri, poſſunt excommunicari, ut infra ead. quæſtio 5. adminiſtratores.

Principes eccleſias tueri debẽt

f ¶Matrem.] Sup. 12. q. 2. qui abſtulerit. & 23. q. 4. recurrat.

g ¶Temporales.] Vides ergo quod hæretici ſunt occidendi. primo tamẽ ſunt admonendi. inf. ea. non inuenitur. in fi. & infra, q. 5. ſi audieris. Qualiter ſit cogendus, dixi 24. q. 1. quę domus. in fin.

QVi peccat.] CASVS. Petilianor conquerebatur dicent, q Christiani ipsum & alios hæreticos iniustè persequebantur, & ipsi se iuste defendebāt à Christiania. sed ostendit Aug. q ecclesia Christianorum iuste persequitur ipsum, & alios hæreticos. Et hoc probat

non resistere malo. vltima sex exempla sont circa finē capituli, & incipiunt ibi. [Nam quotidie videmus.] Alia vero tria pręcedunt cum auctoritate Domini.
a ¶Legis 51.14 q.5.dixit.arg contra 33.q. 5.noloit.
b ¶Detrahentem.] Q.d. manifestè vos possumus persequi, non lateuter.

¶Ecclesia hæreticos ratione persequitur.
C. XL.

Iuo p.10.c.75. QVi peccat, non peccat legis [a] auctoritate, sed contra legis auctoritatem. Quia vero interrogas me, quæ sit ratio persequendi; vicissim te interrogo, cuius sit uox
Ps.100. in psalmo dicentis: [Detrahentem [b] secreto proximo suo, hunc persequebar.] Quære itaque persecutionis vel causam uel modum: & noli tanta imperitia generaliter malo
† al. persecutores rum persecutiones† reprehendere *& infra cap.* 20. ¶Non enim persequimur uos, nisi quemadmodum ueritas persequitur falsitatem. *Item supra cap.* 10. ¶Petilianus dixit, si [c] Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Augustinus respondit, possem quidem dicere ipsum satanam omnibus malis hominibus esse peio-
1.Cor.5. rem, cui tamen tradidit [d] Apostolus hominem in interitum carnis; vt spiritus sit saluus in die Domini Iesu: i-
1.Tim.1. Io.2. temque alios, de quibus dicit, [Quos tradidi satanæ, vt discant nō blasphemare.] Et Dominus Christus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi etiam
Psal.68. connexum est testimonium scripturæ dicentis, [Zelus [e] domus tuæ comedit me.] Ecce inuenimus Apostolum traditorem [f], Christum persecutorem. *& infra cap.* 19. ¶Postremo, quare per uiolentissimas turbas etiam vltro improbi estis ecclesijs catholicis, vbi poteritis aduertere, quod innumerabilibus exēplis [g] res ipsa indicat? Sed dicitis vos, loca vestra defendere: & resistitis fustibus, & cædibus, quibuscunque potueritis. Quare ibi non audi-
Matth.5. stis uocem Domini dicentis: [Ego autem [h] dico uobis [i], non resistere malo [k]? Aut si fieri potest, vt aliquando rectè per uim corporalem resistatur uiolentis, nec ideo præceptum violetur, quod audiuimus [l] à Domino: [Ego autem dico vobis, non resistere malo;] cur
† al. ordinatas non etiam hoc fieri potest, ut per ordinarias †, & legitimas potestates [m] de sedibus, quæ illicitè usurpantur, uel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impium, & iustus iniustum? Neque enim eo modo [n] persecutionem passi sunt pseudoprophetæ ab † Helia, quomodo ipse Helias à rege [o] nequissimo: aut quia flagellatus est Domi-
3. Reg. 18. & 19. nus à persecutoribus, propterea passionibus eius comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo, vt nihil aliud requirendum esse fateamini; nisi utrum iustè, an impiè uos separaueritis a communione orbis terrarum. Nam si hoc inuentum fuerit, quòd impiè feceritis; non miremini, si nō desunt ministri Deo, per quos flagellemini, quia persecutionem patimini non

† Adde q hęc præpositio, ab, ponitur hic pro, post, si in gl. l. nemine. C de decu. lib.10.

sequi, non lateuter.
c ¶Si.] Id est, ao.
d ¶Tradidit.] Sicut nos tradimus hæreticos principibus.
e ¶Zelus.] Zelus hic potest poni in bona vel mala significatione.
e ¶Zelus.] Id est, indignatio, quam habui erga eos pro domo tua: & quia dehonestabant templum tuum. 5.q.3. saluator ver pēsandum. Vel zelus, id est, amor quem habui ad templum, comedit me. id est, fuit mihi causa inuidiæ propter quem occiderunt me.

Zelus domus tuę comedit me qualiter exponitur.

f ¶Traditorem.] Id est, tradentem. Io.
g ¶Exemplis.] Multa habes exempla ubi Christus fuit persecutus aliquos, ut s. ead. cap. nimium. & cap. displicet.
h ¶Ego autem.] Talis est sensus huius literæ, hæretici obijciebant Augustino, q ecclesia eos persequeretur contra præceptum Domini, qui dixit: Nolite resistere malo, aut si fieri potest, &c. eandem auctoritatem retorquet Augustinus in eos: quia ipsi contra hoc faciebant, cum ipsi cędibus & fustibus resistebant. Sed ad hoc ipsi respondebāt: qa hoc faciebant sine offensione huius præcepti, defendendo se & sua. dicit ergo Augustinus, quod multo magis per legitimas potestates possumus eos repellere de suis sedibus.

Hæreticis resistēdum est.

i ¶Dico vobis.] Id est, in vos idem retorqueo.
k ¶Malo.] Id est, per malum.
l ¶Quod audiuimur.] Vt ipsi dicunt.
m ¶Potestates.] Vult ergo Aug q quia auctoritate iudicis expellit aliquem à possessione sua, q iustè possideat, sic ff. de acq. poss iustè. ff. quod met. cau. l.3.
n ¶Eo modo.] Quia Helias iniustè, & illi iustè s. ea §. sed obijcitur.
o ¶A rege.] Scilicet Achab.

bat tx. exēplis: scilicet exēplo prophetæ dicentis: Detrahētem proximo suo, &c. & exemplo Pauli, qui tradidit hominem satanæ in interitum carnis: & exemplo Christi, qui ementes & vendentes de templo flagellatos eiecit; & exēplo patris, & mariti, domini, & possessoris, iudicis, & regis. Et probat, q non debet se defendere auctoritate Domini dicentis; Ego autem dico uobis

a ¶Sicut

à nobis: sed, sicut scriptum est [a], ab ipsis factis vestris. *Et in libro de unitate ecclesiæ, c.17* De persecutione vestra que rela sedabitur; si cogitetis, & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter diceretur: [Detrahentem secreto [b] proximo suo, hunc persequebar.] Nam quotidie videmus & filium de patre tanquam de persecutore suo conqueri [c], & conjugé de marito, & servum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel rege: cum illi plerũque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuiorum † pœnarum à grauioribus malis prohibeant, atque compescant: plerumque autem à bona vita, & à bonis factis minando, & sæuiendo deterreant. Sed cum à malo, & illicito prohibent; correctores, & consultores sunt: cum autem à bono, & licito; persecutores, & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent à malo: si modum peccati modus [d] coercitionis excedat.

Ps. 100.

† al. leuium

Idem in epist. 48. ad Vincentium.

¶ A regibus terræ contra inimicos suos auxilium petat ecclesia. C. XLI.

NOn inuenitur [e] exemplum in Euangelicis, & Apostolicis litteris, aliquid petitum à regibus terræ pro ecclesia [f], & contra inimicos ecclesiæ. Quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia, [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrã: seruite Domino in timore.] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodé psalmo paulo superius dicitur: [Quare fremuerunt, gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] Veruntamen si facta prę terita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorum; in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor [g], vtrũque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est, quando rex memoratus pios, & iustos cogebat adorare simulachrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum uerum decreuit in regno suo, vt quicunque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur [h] Christiani pro impijs. Posterius uero tempus eiusdem † significabat tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed planè in eis, qui sub nomine Christi erant seducti à peruersis; ne forte oues Christi sint errantes, & ad gregem aliter reuocandæ sint; temperata seueritas, & magis mansuetudo seruatur: ut coercitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur considerare, quid, & quare patiantur: & discant præponere rumoribus [i], & calumnijs hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, quis uestrum non

Ps. 2.

Dan 3.

† al. illius.

a ¶ Sicut scriptum est.] In libro sapientiæ 1.

b ¶ Secreto.] Id est, in absentia.

c ¶ Conqueri.] Secũdum canones, ergo filius potest conqueri de patre, vt no. 2. q. 7. quæritur 2.

d ¶ Modus.] Si enim prælatus excedit modum in corrigendo, deponi potest, vt 45. dist. cum beatus. non tamẽ propter hoc debet petere veniam à subditis, quos correxit, ut 86. dist. quando Ioan. de Fan.

NOn inuenitur.] CASVS. Vincentius quæsiuit ab Aug. ubi inueniatur exemplum, quod ecclesia petierit auxilium à Regibus terræ cõtra inimicos. Et respondet Augu. quod non inuenitur in Euangelio, nec in Apostolo illud exẽplum. Inueniuntur tamen duo exempla Nabuchodonosor regis, in quibus utrumque significatur, scilicet primitiuæ ecclesiæ, in qua iusti ab impijs cogebantur ad malũ: & ecclesiæ, quæ nunc est, in qua hæretici coguntur à Christianis non ad mortem, sed ad exilium vel damnum rerum temporalium.

e ¶ Non inuenitur.] Hæc sunt uerba hæreticorum.

f ¶ Pro ecclesia.] Paulus tamen in sua persona 3. petijt, ut 5. q. 3. Maximianus.

g ¶ Nabuchodonosor.] Supra dist. 9. capit. 1.

h ¶ Patiebantur.] Tunc temporis persequebãtur impij Christianos, modo econuerso fit.

i ¶ Rumoribus.] Ar. quod propter rumores non

1 3. c. in fi.

farere ad hoc ut remunerandus sit, etsi illud mala intentione faciat. Nam & qui prædandi animo gerit negotia alterius, habet actionem negotiorum gestorũ, vt ff. de neg. gest. si pupilli. §. sed & si quis negotia. Itẽ est hic arg. quod qui ignorãs adimpleuit uoluntatem alicuius, dicitur obtẽperasse suæ uoluntati arg. contra. ff. de condi. & demon. l. 2. ubi dicitur: non enim uidetur obtẽperasse qui tali casu obtemperat. Sed illud obt net cũ conditio sapponitur, quæ est in po estate alicuius: secus si non est in potestate, ut ibi dicitur. Itẽ est hic arg. ꝙ ex eodẽ facto cõsequitur quis præmiũ & pœnam, ut 22. q. 2. si quælibet.

a ¶ Da] Id est, datam pronuncia similis expositio ff. de testam. hæredes palam. §. si quid.

b ¶ Per Antiochum.] Qui tempore Machabæorum Hierusalem cepit, & templum polluit 1.

c ¶ Posuerunt.] Quia uexilla & scuta & arma posuerunt in templo in signum uictoriæ.

d ¶ Bonorum.] Id est, in signum eorum, qui sunt futuri boni.

Quòd

Obtẽperãs casu fatali. nõ uidetur obtemperate.

1 Qui ẽt posuit arã idoli in medio Hierusalẽ quã Matathias ẽstruxit, & aufugit ad montes cũ quinque filijs, ꝑ quos Deus fecit salutẽ in Israel. de hoc habes supra eod. si audieris. sub isto Antiocho ignia ẽ tẽplo extinctus fuit: q a vendidit sacerdotiũ Iasoni, vt hab. ĩ 1 q. 1. sicut eunuchus. Atch.

Quòd autem.] CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio, qua quæritur vtrum mali sunt cogendi ad bonum? Et respõdet, ꝙ ad illud bonũ, quod nunquã voluit, aliquis cogi nõ debet, vt s̃.e.q.5.ad fidẽ.& 20 q.3.præsens sed ad illud bonũ qđ semel uoluit, si postea deleiat, est cogẽdus, ut s̃.45. distin. de Iudæis. & ꝓcedit hoc ordine Gra. Primo ꝓbat, ꝙ mali sũt ad bonũ cogẽdi, vsq; ad §.[Ex his.] Deĩde probat ɔtium: tãdẽ solutionem dat. Probat ergo Grat. in hoc cap. ꝙ mali sunt cogendi ad bonum exemplo populi Israelitici, & auctoritate Christi, & Pauli.

alias subuenitur coacto in voto, vt extra quod metus causa, perlatum. sed non subuenitur in circumuento, ut 20.q.3 constituit.

d ¶Prophetica.] Quia nondũ erat impleta prophetia. Et nunc Reges intelligite, &c. ut s̃.q.4. non inuenitur.

Coacto sub uenitur.

Marcellinum pro circumcellionibus supplicans rogabas, vt verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamuis enim supplicando spatium uitæ eis reseruari poposcit; non tamen legum seueritatem, qua tales morte plectuntur, non obseruandam docuit. sup.ead.c.11.

QVAESTIO VI.

Qvod aũt [a] quæritur, an mali sint cogẽdi ad bonum, facile apparet. Antiquus namque populus ille metu pœnarum ad obseruationem legis cogebatur. In Euangelio quoque Dominus ait discipulis suis: [Nolite timere Mat 10.
eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete,] id est, ei in timore seruite, [qui potest animam & corpus perdere in gehennam.] Paulus quoque cum ecclesiam persequeretur, in itinere cæcatus ad Act.9.
Deum conuerti coactus est. Vnde se abortiuo similem testatus est dicens: [Nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est & mihi.] 1.Cor.15.

Hinc Augustinus scribit epist. 50. ad Bonifacium.

¶Ecclesia malos debet cogere ad bonum, sicut Christus Paulum coegit. C. I.

SChismatici [b] dicunt, cui uim Christus intulit? quẽ coegit? Ecce habent Paulum apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem; prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit; plus illis omnibus, qui solo verbo uocati sunt, in Euangelio laborauit: & quem maior timor compulit ad charitatem; eius perfecta charitas foras misit timorem. ¶Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent; si perditi filij coegerunt alios, vt perirent? Quamuis & illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt [c], si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium reuocentur, blandius pia mater amplectitur, & de illis multo amplius, quàm de illis, quos nunquam perdiderat, gratulatur. ¶An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oues, quæ non uiolenter ereptæ, sed blãde, leniterque seductæ à grege aberrauerint, & ab alienis possideri cœperint, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere uoluerint, flagellorum terroribus, uel etiam doloribus reuocare? *Item infra.* ¶ A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum. Quæ prius, ut neminem cogeret, expectauit, ut de fide regum atque gentium prædictio † prophetica [d] compleretur.] Etiam hinc enim non absurde

s̃.e.q.4. quis nos. Iuo p.10. c.59. — 1.Cor.15. — 1.Io.4. — † prædicatio] orig.

a ¶Quòd autẽ.] Hęc q. nihil habet dubitationis, quia ad bonũ non susceptũ nemo cogẽdus est. In q. pro xi. ad fidẽ. sed ad bonum quod suscepit, cogendus est, ut 45. dist. de Iudæis. magister tamen aliter soluit. s̃. ea. §. ult.

Bonũ facere visum quia cogitur.

ADDITIO. Dicas ꝙ illi, qui fidem non receperunt, nõ sunt absolute compellendi, sed sunt quandoque excitandi exhortationibus 45. dist. qui syncera. quandoque præmijs. sup. ea. q. 4. cap. vlt. qualiter hoc intelligatur, habes extra de bapt. maiores. nostra enim fides nõ patitur ꝙ tales inuiti cõpellantur, vt pręd. ctis iuribus, & extra de Iudæ. sicut. Ioan.

Schismatici dicũt.] CASVS. Augustin. ostendit Bonifacio in hoc cap. ꝙ hæretici & schismatici possunt violenter ad bonum compelli. Et hoc probat quinq; modis: q legẽdo litterã clarius ostenduntur. Primus modus incipit ibi, [Ecce habent.] Secũdus ibi, [Cur ergo.] Tertius ibi, [An non hoc pertinet.] Quartus ibi, [Etiã hinc nõ absurde.] Quintus ibi, [Vnde & ipse Dñs.]
b ¶Schismatici.] Su. ea q 4. quis nos.
c ¶Seduxerunt.] Mitius hic agitur cũ circumuento, quàm cũ coacto, cum tamen

a ¶Com-

a ¶Completa.] Primo.n.salubriter admonendi sunt boni,vt sic extera multitudo frangatur,vt 44.dist.com messationes 50.dist.vt constitueretur. io.

QVod errauerat. ,CASVS. Donatistæ dicebãt ꝙ ipsi non erant cogendi ad bonum:sed Augu. reprehendit eos auctoritate Ezechielis prophetæ reprehendentis prælatos, qui negligebant malos corrigere & reuocare. Dominus enim per bonos prælatos reuocat malos rogando, minando,& corrigendo, dãnis & laboribus, siue per suas occultas visitationes, siue per potentiam sæcularem.

2.Cor.10. intelligitur illa Apostolica sententia vbi Beatus Paulus dixit:[Paratus ulcisci omnem inobedientiam, cum completa [a] fuerit prior vestra obedientia.] ¶ Vnde & ipse Dominus ad magnam cœnam suam prius adduci iubet cõuiuas,
Luc.14. postea cogi. Nam,cum ei serui sui respondissent : [Domine factũ est quod iussisti,& adhuc locus est: exite, inquit, in vias,& sepes,& quoscunque inueneritis, cogite intrare.]In illis ergo,qui primo leniter adducti sunt, completa est prior obedientia: in istis autem, qui coguntur, inobedientia coercetur. *Item infra.* ¶Si per potestatem †, quam
† al. potestate ; ŝ.e q.4 ipsa pietas.§ si per potestatum.
per religonem,ac fidem Regum tempore,quo debuit,diuino munere accepit ecclesia, ij, qui inueniuntur in vijs, & sepibus,id est in hæresibus , & schismatibus coguntur intrare;non quia coguntur,reprehendant; sed quo cogantur,attendant.

¶*Initium huius capituli apud B. Augustinũ ubi de Donatistis agẽtem sic habet*, Vbi est quod isti clamare consueuerunt,liberũ est credere,cu.n uim,&c *vt supra ea.q.4 quis nos.Vers.cui Vim.*

Item ad Donatistas,epist.166.

¶Varijs modis errantes corripiuntur à Deo. C. II.

Ino p.10.c.64. Ezech.34.
QVod errauerat [b] (inquit Dominus) non reuocastis ; & quod perierat,non requisistis.] Hoc uobis [c] per nos ipse Deus facit, siue obsecrando , siue minando , siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones,vel uisitationes, siue per potestatum temporalium leges.

Item in epist.48.ad Vincentium.

¶Non est considerandum,quòd quisque cogitur, sed quale sit illud,quo cogitur. C. III.

VIdes,vt opinor,non esse considerandum, ꝙ quisq; cogitur,sed quale sit illud,quo cogitur , vtrum bonũ [d], an malum; non ꝙ quisq; bonus possit esse inuitus ; sed timendo quod non vult pati,vel relinquit impedientem animositatem,vel ignoratã cõpellitur cognoscere ueritatẽ ut timens uel respuat falsum,de quo contendebat, uel q̃rat uerũ,quod nesciebat,& volens [e] iam teneat quod nolebat. *Item infra.* ¶Mea primitus sñia erat,neminẽ ad unitatem Christi esse cogendum;uerbo esse agendum,disputatione pugnandum,ratione uincendum, ne fictos catholicos hẽremus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio [f] mea non contradicentium uerbis, sed demõstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea,quæ cum tota esset in partem Donati,ad vnitatẽ catholicã timore legum Imperialium cõuersa est, quã nunc uidemus ita huius uestræ animositatis pniciẽ detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur [g] . Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur , ut

b ¶Quod errauerat.] Verba sunt prophetæ [1] alloquentis magistros legis, per quos intelliguntur prælati per quos probat Augu.malos esse cogendos. 1 Ezechiel. 34.

c ¶Hoc vobis.] Verba Augustini.

VIdes.] CASVS. Hoc capit. duas habet partes. In prima parte dicitur, ꝙ Vincentius nõ debet cõsiderare,ꝙ ipse cogitur, sed ad quid cogitur,utrum ad bonũ, vel ad malum . Nec hic dicit August. propter hoc, quod quis inuitus sit bonus, sed quia propter metum vel relinquit malum quod faciebat,vel cõpellitur cognoscere veritatem.In secunda parte dicitur, ꝙ Aug. fuit in hac opinione, ꝙ hæretici verbis & non ui essent compellendi ad bonum . Sed hæc sua opinio multis exemplis prudentium superabatur. Et primo exemplo suæ ciuitatis, & postea aliarum multarum . Secunda pars incipit ibi, [Item infra,Mea primitus sententia.]

d ¶Bonum.] Vt supra q.5 ad fidem.

e ¶Et volens.] Sic ex nolente fit volens , vt supra 74 dist. consuluit.& ẽ.q.4.displicet.

f ¶Opinio.]Sic ergo iurisperitus dẽt mutare opinionem suã, si expedit mutare, vt 12.q.2.certè.& ff de iure pat. diu. Item ex hoc loco dicunt quidam Augu.quandoq; fuisse hæreticum : sed potius probatur hic contrarium. Opinio mutari potest.

g ¶Credatur.] Nunquam creditur fuisse malum quod factum est bonum, vt 50. distin.ferrum.& ff.de ædil.edict.quod ita [2]. 2 Vide qđ not 32.q.1. qđ aũt.& c nõ erit.& c. apud.

Iam

ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse, quod scriptum est: [Da sapienti occasionem, & sapientor erit.] *Prou.9.*

Itē Gregorius Ianuario episcopo Caralitano, lib.3. epi.26.

¶Onere pensionis rusticus ad Dominum conuerti cogatur. C. IIII.

IAm vero [a], si rusticus tantæ perfidiæ, & obstinationis fuerit inuentus, vt ad Deum minimè venire consentiat; tanto pensionis onere grauandus est, ut ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus colligitur, quòd mali sunt cogendi ad bonum. Sed obiicitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur: cum Deus aspernetur coacta seruitia [b]. Vnde Apostolus cum ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait: [Vnusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.] Vnde datur intelligi: quòd qui inuitus [c], dat propter præsentē pudorem [d]; & rem & meritum perdit. Item, cū redderet causam, quare sumptibus abstineret, ait: [Si ex necessitate [e] euāgelizauero, non erit mihi gloria.] ¶ Item: [Si inuitus euangelizauero, dispensatio [f] mihi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.] ¶ Item cum Galatis scriberet legalia non esse tenenda, ait: [Si spiritu ducimini, non estis sub lege.] Ex quo apparet eum, qui sub lege est, id est, qui timore pœnæ non amore iustitiæ seruit; non duci spiritu sancto: Si autem spiritu sancto non ducitur, Deo placere minimè valet. ¶ Item: [Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datur intelligi, quòd, & si in veteri testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum; tamen in nouo testamento sola libertate, & dilectione iustitiæ sunt inuitandi ad fidem. Vnde illi dicuntur serui, & filij ancillæ pertinentes ad Ismael: isti dicuntur liberi, & filij liberæ, pertinentes ad Isaac. ¶ Item Ioannes in sua epistola: [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem.] [Qui autem cogitur, timore illo ducitur, qui non est in charitate; qui manus comprimit, non animum mutat, quo pœna timetur, non bonum diligitur. Porro sine dilectione boni nullus Deo placere, vel in numero bonorum connumerari poterit. Vnde cum propheta diceret: [Animalia tua habitabunt in ea, scilicet hæreditate; ostendens, quomodo ad ipsam habitationem perueniat, subdit: [In dulcedine tua, quam tu præparasti pauperi Deus:] dulcedinem vocans, suauitatem boni operis, qua bonum fit non timore pœnæ sed delectatione iustitiæ. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hæreditate nō habitēt, patet quòd nemo, nisi inutiliter, ad bonū cogitur

2.Cor.9. — *1.Cor.9.* — *Gal.5.* — *Rom.8.* — *Gal.4.* — *1.Io.4.* — *Ps.67.*

IAm vero.] CASVS. Christianus aliquis nomine Rusticus contumaciter in delicto persistēs, admonitionibus non corrigebatur: quare quærebat Maximianus episcopus à Greg. qualiter iste Rusticus sit coercēdus? Et respondet, quòd graui onere pensionis est grauandus, vt per hoc cogatur redire ad bonum.

a ¶Iam vero.] Hoc est intelligitur de hæreticis, contrarium est extra de hæreti. ca. sicut ubi prohibetur ne aliquis eos teneat in terris suis, vel in domo, uel aliquem contractum cum eis faciat. Sed dic, quòd loquitur de eo, qui aliàs est incorrigibilis, vel loquitur de Iudæis, prout dixi supra q. 4. c. vl. Ioan.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Hucusque probauit Gratia. quòd mali sunt cogendi ad bonum: nunc uero uult probare contrarium: quia Deus coacta seruitia aspernatur: quod ita auctoritatibus probat, quæ in littera facile apparebūt, & hoc in prima parte. In scda parte rñdet obiectis, dicens quòd homo, si sp esset inuitus, inutiliter cogeretur ad bonū: sed cogitur, ut timore pœnæ malū ducat in desuetudinem: bonū uero ex consuetudine dulcescat. Et ad hanc solutionem probādam inducit auctoritatem Aug. [Si ea necessitate.] .i. causa sumptuũ [Si inuitus,] quia iniunctum est mihi hoc officium. [dispensatio,] id est, distributio verbi Dei est tantum mihi credita.

b ¶Seruitia.] Supra 15. q. 1. non est.

c ¶Inuitus.] Sed qualiter potest quis inuitus dare: cum nec ignorans nec inuitus quis donet, ut C. de dona. nec ignorans? Sed facias uim & differentiam inter dare & donare, ut donum dicatur quod aliquis ex libertate dat, & ex certa scientia [1]. unde episcopus non dicitur donare præbendas, sed dare.

Donare & dare differunt.

[1] Vt ff. de do. l. dari.

d ¶ Pudorem.] Quandoque etiam si aliquis tacet propter uerecundiam, non sibi præiudicat, vt ff. de furtis, l. penul.

e ¶Si ea necessitate.] Id est, præcepto. vel loquitur de necessitate nitæ.

f ¶Dispensatio.] Alijs dispēso: sed mihi nō proficio.

a ¶Cun-

a ¶Coosuetudo.] Sicut enim seta inducit filum, sic iste tiior iustitiam, ut ĩ de pœ. dist.2. sicut seta. Iosnnes.
Voc autẽ.] CASVS Hic iotitulatur 7.q. qua quæritur ao hæretici sint rebus suis & reb. ecclesiæ spoliandi: & an illi, qui possideot res illas, sioe peccato valeaot possidere? Et respoodet ꝙ sic, ut inf.e. 2.& ĩ 8. dist quo iure. dummodo fiat per iudicem, ut sup.ea q.3. sed soot differentiæ. circa fin. Idem est de quolibet hoste, dummodo bellum sit iustum, vt sup.e. q.5. dicat. & dist.1. ius naturale.

b ¶Nunc autem.] Noo solom hæretici, sed omnes hostes licite possuot spoliari rebus suis, dummodo bellũ sit iustum: & ille qui rem abstulit, iure factus est dominus illius rei. sup.ea d. quæst.5. dicat. & sup distio.1. ius naturale. & ff. de acq. rer. do natorale. §. vlt. hæreticis autem licitum est auferre ea, quæ habẽt, vt sup. di.8. quo iore. & ĩ. ead.c.1. & ĩ. ead. quæst.5. si uos. melius tamẽ est quod auctoritate iudicis fiat, ut sup. ea quæst.3. sex sunt. Si ergo condemnatus est laicus de hæresi, coofiscãtur bona eius, vt extra de hære. vergentis: si clericos, tunc res eius sunt ecclesiæ applicandæ, ot extra eo. ad abolendam. & hæc vera suut, etiam si aliquis hæreticus habet filios uel agnatos, ut extra eo. vergeotis. in fi.[1] Et sic corrigitur lex, quę dicit bona hęreticorũ ad filios uel agnatos deuolui, ut C. de hær. autben. de Nestorianis. Licet autem bona sint ablata hæreticis, si tamen fueriot reuersi ad fidem, priora bona eis ex misericordia restituuntur, & etiam episcopatus, ut sup. ead. quæst.4. ipsa pietas. & inf. ea. ca.3. Sic est melioris conditionis ille, qui reuertitur ab hæresi, q̃ qui reuertitur ab hostibus. Nam si desertor reuertitur sponte ad suos, licet induigeatur ei uita, tamen in iosulam deportatur, vt ff. de re milita. non omues. §. qoi desertorem.

Hæreticorũ bona cui applicantur.

[1] Dicit Ray. hoc uidet iotelligẽdũ cum paret publice pdicat ꝯ fidem catholicam uel publice profitet uel defendit errorẽ: uel coram prælato suo est cõuictus vel confessos; aut sententialiter cõdẽnatus de hæresi. extra de uerbo. sign. super quibusdam.

solo timore. Quicumque enim ad bonum cogitur; solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonũ. ¶ His ita respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inuiti tolerarent, et nunquam voluntarii seruirent; inutiliter cogerentur ad illud: Sed quia humanæ naturæ est, & ea, quæ in desuetudinem ducuntur, abhorrere, & consueta magna custodia diligere; flagellis tribulationum mali sunt cohibendi à malo, & prouocandi ad bonum: vt dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum vero ex cõsuetudine dulcescat. Vnde Augustinus in psalmum 127. [Cum a per timorem gehennæ continet se homo à peccato fit consuetudo [a] iustitiæ: & incipit, quod durum erat amari: & incipit excludi timor à charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quo timemus, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Ille vtilis est, sed non permanet in æternum ut iste.]

Ad uers. uxor tua.

a ¶Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cum glossa ordinaria in eundem psalmum: sunt tamen hic aliqua ex D. Augustino, quæ non sunt in glossa.*

QVAESTIO VII.

Nunc autem [b] quæritur, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi: & qui possident hæreticis ablata, an dicantur possidere aliena. De his ita scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

†Aes terrenæ non nisi diuino, uel humano iure tenentur. C. I.

Iuo p.3.c.179. Poly.l.7.tit.5.

QVicumque uos ex occasione legis huius Imperialis non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur; displicet nobis. Et quamuis res quæque terrena rectè à quoquam possideri non possit; nisi uel iure diuino [c] quo cũcta iustorũ sunt; uel iure humano, quod in potestate est regum terræ, (ideoq; falso res uestras appellatis, quas nec iuste † possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicitis, nos eis congregandis laborauimus, cum scriptum legatis: [Labores a impiorum iusti edant †.]) sed tñ, quisquis ex occasione huius Clegis, quàm reges terræ Christo seruientes ad

†al. iuste

†al. edent

QVicumque vos.] CASVS. Vincentius Donatista de quatuor conquerebatur. Primo, quòd Christiani persequebantur eum & alios hæreticos occasione legis Imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio uindicandi. Secundo, ꝙ occasione legis Imperialis res suas cupide auferebant. Tertio, quia res pauperum uel basilicas, quas ipsi quondam tenebant, nunc tenent Christiani per auaritiam. Quarto, quia recipiunt ita inhoneste viuẽtes hæreticos sicut honeste uiuentes. Sed Aug istis quatuor quæstionibus respondet per ordinem: dicens, quòd displicet sibi si ista fiant, licet ipsi nihil recte possideant: cum scriptum sit, Labores impiorum iusti edent. & tamen de facili non credit ista sibi, quia ea non monstrat: quæ & si uera siot, ecclesia tamen multos tolerat, quos corrigere non potest: quod tribus rationibus probat. Secunda quæstio incipit ibi, [Et quamuis res.] Tertia ibi, [Quisquis denique.] Quarta ibi, [Quisquis pro aliquo.]

c ¶Diuino.] Id est, iure canonico, quo eis sont omnia auferenda, ut sup. ead. quæst.5. si uos. noo obstat sup. distin.8. quo iure.

e ¶Deie-

emendandam impietatem vestram promulgauerunt, res proprias vestras cupide appetit; displicet nobis. Quisquis denique res ipsas pauperum, uel basilicas cōgregationū, quas sub nomine ecclesiæ tenebaris (quæ omnino non debentur, nisi ei ecclesiæ, quæ uera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per auaritiam tenet; displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagitio, uel facinore deiectum † [a] à vobis [γ] ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore, quo à nobis separamini, sine crimine apud vos uixerunt; displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis: & si monstratis, nonnullos toleramus [b], quos corrigere, uel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus aream Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: neque propter hędos in fine segregandos deserimus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini. 24.q.1.quisq. † proiectum] orig.

α ¶Labores impiorum. *Huic sententia simile est, quod scribitur prouerb. 13.* θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος, *i. Vt infra eo. c. quemadmodum.* Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum *Vbi vulgata habet*: Custoditur iusto substantia peccatoris *Itemque Esaia 61 scriptū est.* καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις, *cum ante dixisset,* ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθε. *Sapientia 10. legitur.* Ideo iusti tulerunt spolia impiorum. *infra eas c. quemadmodum.*

β ¶Huius legis] *In codice Theodosiano, libro 16. tit. 5 sunt leges Honorij, & Theodosij 43. 52. & 54. in quibus præcipitur ædificia, prædia & loca, quæ ad conuenticula Donatistarum, vel aliorum hæreticorum antea pertinuerant, ab ecclesijs catholicis vendicari, vel eisdem sociari debere Et ad has leges videtur spectasse B. Augustinus & hic, & in tractatu 6. in Ioannem (vt notatum est supra dist. 8. quo iure.) & contra litteras Petiliani, (ut in proxime sequenti capite) & alibi.*

γ ¶Vobis.] *Sic est emendatum ex vetustis codicibus & originali, cum in uulgatis & hic, & infra 24 q 1 quisquis. legeretur*, nobis *Vox autem* deiectum, *non est mutata ob glossam. Nam in vetustis hic, & infra cap. citato, & apud Iuonem, & in originali est,* proiectum.

Item contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 43.

¶Catholici non ideo aliena possident, quia ab hæreticis ablata tenent. C. II.

SI de rebus [c], uel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenetis, querimini; possunt & Iudæi se iustos dicere, & iniquitatem nobis obijcere: quia locum, in quo impie regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum; si ea, quæ tenebant hæretici, secundum parem Domini uoluntatem catholici tenent? Ad omnes enim similes, id est ad omnes impios [d], & iniquos illa uox Domini ualet: [Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam.] An frustra scriptum est: [Labores impiorum iusti edent [α]] Quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amisistis. *Item c. 59.* Iuo p. 10. c. 75. Matt. 21. su. c. proximo.

¶Si qua iam præcisi † possidere cœpistis; quia uobis ablata nobis Dominus dedit; non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio [e], cuius sunt omnia facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: Vos enim his utebamini ad præcisionem; nos ad unitatem. Alioquin & primo populo Dei possent illi obijcere alienæ rei concupiscentiam, qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea † concisi. ori.

a ¶Deiectum.] Arg. q si hæreticus tulit sententiam super matrimonio, q ualet, ut infra proxi. eau. q. 1. quisquis. Arg. contra extra eod. fraternitatis.

b ¶Toleramus.] Infra. 24 q. 1. pudet. d. 1. q 1 pudenda 1.

SI de rebus.] CASVS. Hoc capitulū diuiditur in duas partes. In prima conquerebatur Petilianus de Christianis, qui bona possidebant hæreticorum. sed Aug. respondet q iniuste cō queritur: quod probat exemplo uno, & duabus auctoritatibus. In secunda parte obijciebat Christianis concupiscentiam rerum alienarum: qd reprobat Aug. vna ratione, & duobus exēplis, quæ omnia si bene inspexeris, facile videbis. Secunda pars incipit ibi, [Si qua iā præcisi]

c ¶De reb.] Hoc nomen, res, hic stricte sumitur. nam secūdum veram significationē omnia comprehēdit & corporalia & incorporalia, ut ff. de verb. signifi. rei appellatio. & l. rei appellatione. Ioan.

d ¶Et impios.] Per hoc dicunt quidā, q Iudæis & Sarracenis licite possumus sua auferre: & intelligit id quod dicitur infra quæ. 8. ca. dispar. de personis Iudæorum, non de rebus. Sed sciens credo: quia Iudæi soluunt tributum, & de uoluntate nostra tenent ea, quæ habent. 1.

e ¶Imperio.] Simile 14. q 5. dixit. 45. dist. qui sincera.

Iudæis & Sarracenis sua auferre non debemus.

1 Dicas q est differentia inter Iudæos & Paganos, siue Sarracenos Iudæos enim nō debemus occidere, vel spoliare sed Saracenos sic 7. c. q. 8. dispar. arg. 45. dist. qui sincera. extra de Iudæis. sicut. sm Ioā. de Fan. Sed de hac materia vide latius q d no. Inn. & Hostien. extra de uoto, c. quod sup. Arch.

QVòd autem nobis.] ¶ CASVS. Hæretici obijciebant catholicis concupiscentiam rerum alienarũ: sed August. eos reprehendit, dicens, hoc non esse uerum: quia si hoc esset uerũ, nunquam eos compellerent iniustos ad fidem catholicam retinendam: sed res eorum tantummodo reciperent: nullus enim auarus quærit compossessorem. Attendant ergo quondã socios suos qualiter ab ecclesia tractentur: qui non solum sua, sed & res catholicorum, quas non habebant, possident, quæ pauperum sunt, etsi catholici procurationem de ipsis gerãt: unde nisi conuertantur, sua eis iuste auferuntur auctoritate legum Imperialium. Cum ergo plebes & pauperes de ecclesijs eorum sunt nobiscum, ex quarum ecclesiarum possessionibus alebantur, desinãt potius concupiscere aliena: quia scriptum est per Paulum: Omnia sunt uestra, &c.

terra male vtebantur, expulsi sunt: & ipsi Iudæi, à quibus ablatum est regnum secundum verba Domini, & datum est genti facienti iustitiã, possunt obijcere alienæ rei concupiscentiam: quia ecclesia Christi possidet †, ubi persecutores Christi regnabant.

Psal. 134.

† al. ibi præsidet

Idem epistola 50. ad Bonifacium.

¶ Res ecclesiasticæ ab hæreticis iniuste possidentur. C. III.

Poly. l. 7. tit. 5. Ans. l. 12. c. 59.

QVòd autem nobis obijciunt, quòd res eorum concupiscamus [a], & auferamus; utinam catholici fiant, & non solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum & charitate possideant. Vsque adeo autem calumniandi [b] cupiditate cæcantur; ut non attendant, quàm sint inter se contraria [c], quæ loquuntur. Ipsi certe dicunt, & inuidiosissime sibi conqueri uidentur; quòd eos in nostram cõmunionem violẽto legum imperio coarctamus. Hoc utiq; nullo modo faceremus; si res eorum possidere uellemus. Quis auarus quærit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortẽ? Ipsos certe attendant quondam suos, iam nostros socios, & fraterna nobis dilectione coniunctos; quemadmodum ea † teneant, non solum, quæ habebant [d], sed etiam nostra [e], quæ non habebant: Quæ tamen, si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt, & illorum. Si autem priuatim, quæ nobis sufficiant, possidemus; non sunt illa nostra, sed pauperum quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, nõ pro prietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus. Quidquid ergo nomine ecclesiarum parti Donati possidebatur; Christiani Imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesijs ad catholicam transire iusserunt. Cum ergo nobiscum sint plebes earundem ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de eisdem possessiunculis alebantur; ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena; sed intrent in vnitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quæ dicunt sua, verum etiam quæ dicuntur & nostra. Scriptum est enim: [Omnia vestra: uos autem Christi: Christus autem Dei [g].]

† al. sua

S. 12. q. 1. si priuatim.

I. Cor. 3.

Item in eadem, epistola 50.

¶ Antea citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua non habetur.

¶ Qui à corpore Christi præciditur, spiritum iustitiæ tenere non potest. C. IIII.

QVemadmodum membrum, si præcidatur ab homi-

a ¶ Concupiscamus.] Sup. ea. q. 4. ipsa pietas. in fin.

b ¶ Calumniandi.] Non est calumniandũ ius. ꝟ. de cõse. dist. 2. liquido. ff. ad exhib. l. penul.

c ¶ Contraria.] Arg. ꝙ ꝯtria dicens non est audiendus, ut extra de ap. solicitudinem. & 74. dist. gesta. C. de mun. patri. professio tua. Arg. contra extra de iud. c. examinata, ut dixi 14. q. 1. in fin.

d ¶ Habebant.] Non intelligas de iure dominij: qa habere est idem quod esse dñm rei, quandoq; idẽ est quod possidere, ut ff. de uerb. sign. habere.

Habere dupliciter sumitur.

e ¶ Sed etiã nostra.] Id est, ad conseruandum nobis data.

f ¶ Procurationem.] Prælati sunt procuratores non domini rerum ecclesiasticarũ. vt hic, & 12. q. 1. c. ult. quandoque dicuntur domini. 16. q. 1. & temporis. quandoque defensores. 16. q. 1. in canonibus. tamen licet prælatus dicatur procurator, magis habet liberã administrationem [1] quàm simplex procurator: unde aliquantũ dare potest, si hoc habet consuetudo regionis, ut extra de don. c. 2. Arg. ꝯ. infra ea. q. 8. conuenior.

Ecclesiasticarum rerũ ꝑlati sũt ꝓcuratores, & non dñi.

1 De hoc no. 3. q. 3. c. vlt.

g ¶ Dei.] Scilicet patris [2].

2 Adimplẽdo eius uoluntatem.

QVemadmodũ.] CASVS. hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Aug ꝙ hæreticus est sicut membrum à corpore præcisum: quia sicut tale membrum nõ habet spiritum uitæ, sic homo a corpore Christi separatus non habet spiritum iustitiæ. In secũda parte ponunẽ quattuor quæstiones Vincentij. Prima est, quare Christiani quærunt hæreticos? Et respondet August. ne iniusti permaneant. Secunda est, quare non baptizant eos Christiani cũ quærunt ipsos? Et respondet Aug. ꝙ iniuria nõ est faciẽda sacramento. Tertia est, quare nõ agũt pñiam apud Christianos? Et rñdet Aug. immo & si nõ egerint, uitã nõ habebunt. Quarta q̃stio est, & si non recipiũt baptisma cũ reuertuntur: quid ergo

recipiunt? Et respondet quòd accipiunt unitatem spiritus sancti, scilicet charitatem, quam non habebant. In tertia obijcit Vincentius Donatista concupiscentiam Christianis. quod Augu. improbat duabus auctoritatibus: & hortatur hæreticos ut reuertantur ad ecclesiam, & suos labores possideant. Secunda pars est ibi, [Sed hoc est.] Tertia ibi, [Si autem.] Sequens capitulú patet.

a ¶ Nos autem.] In fin e idem repetit: & sic est argum. quòd aduocatus idem ius sæpius potest allegare. Argum. contra C. de ap. ampliorem §. 1 ex eo quòd dicit inimico, est argu. ad quæstionem sabbatinam, quod si aliquis submi sit, se arbitrio inimici: licet tulerit duram sententiam, quod illa tenet, dummodo nō præcipiat aliquid iniustum, ut extra de iure iur. Quintauallis. sed si aliquid durum præcipiat, illud est reducendum ab arbitrium boni viri, ut ff. pro soc. societatem.

Aduocatus idem ius sæpius allegare potest.

Arbitrium inimici an sit tolerandum.

b ¶ Desertoris.] Hic comparantur desertori redeuntes ab hæresi: & tamen cum desertore strictius agitur quàm cum hæretico, ut dicitur in summa. dicitur autem desertor, qui diu vagatus reducitur. ff. de re. mil. l. 3. § x.

Desertor quis sit.

De episcopis.] Hæc q. diuidit in septem partes: in quarum prima ponit magister per multas auctoritates, quod clerici pugnare non debent. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Sed obijcitur.] Quarta ibi, [Quamuis.] Quinta ibi, [Sæpe principes.] Sexta ibi, [De incendiarijs.] Septima ibi, [De his.] Io de Fant.

CASVS. Hic ponitur 8. q. in qua quæritur, an clericis liceat arma mouere? Et respondetur quod non, ut j. ea. cōuenior. possunt tamen hortari homines ad pugnandum quos pro terra defendenda, ut inf. ut pridem. & prò feudo certum numerum militum dare principi, ut infr. eod. §. eeee. quod autem turis sit, de hoc plenius consueuit

nis uiui corpore, non potest tenere spiritum uitæ; sic homo, qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest tenere spiritum iustitiæ, etiam si figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. In huius ergo compagem corporis ueniant; & labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem [a] uoluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicãte, purgamus; quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum & illis, & nostris in societate catholica utantur, quantum ualemus, inquirimus. ¶ Sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet; si iniusti sumus; quare nos quæritis? Quibus respondemus, quærimus uos iniustos, ne permaneatis iniusti: quærimus perditos, ut de inuentis gaudere possimus, dicentes; mortuus erat frater, & reuixit; perierat, & inuentus est. *Luc. 15.* Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut me abluas à peccatis? Respondeo, quia non facio iniuriã charactери Imperatoris; cum errorem corrigo desertoris [b]. Quare, inquit, apud te uel pœnitentiam non ago? Immo, nisi egeris, saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas te fuisse peruersum? Quid ergo, inquiunt, apud uos, cum ad uos transimus, accipimus? Respondeo, non quidem accipitis baptismum, qui uobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit: sed accipitis unitatem spiritus in uinculo pacis (sine qua nemo poterit uidere Deum) & charitatem, quæ, sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum. *Eph. 4. Iac. 5.* *& supra.* ¶ Si autem consideremus, quod scriptum est in libro Sapientiæ: *Sap. 10.* [Ideo iusti tulerunt spolia impiorum.] Item, quod legitur in Prouerbijs: [Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum;] tunc uidebimus non esse quærendum, *Prouerb. 13. secundũ lxx.* qui habeant res hæreticorum, sed qui sint in societate iustorum. *Item post aliqua.* ¶ Si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori Christi thesaurizantur diuitiæ impiorum; non debent impij foris remanere, ut calumnientur, sed intrare potius, ut iustificentur. *Item post aliqua.* ¶ In Christi ergo compagem corporis ueniant; & labores suos non domandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. *T. hoc eo. c. nō longe ab initio* Nos autem uoluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum & illis, & nostris in societate catholica utantur, quantum ualemus, inquirimus.

His igitur auctoritatibus liquido monstratur, quòd ea, quæ ab hæreticis male possidentur, à catholicis iuste auferuntur; nec ideo aliena possidere dicuntur.

QVAESTIO VIII.

De episcopis uero, uel quibuslibet cleri-

uit notari supra 50. distiu. de his clericis. Ostendit ergo Gra. in hoc. §. quod nec sua auctoritate, nec auctoritate Papæ arma debēt accipere clerici, ꝙ probat trib. auctoritatibus scilicet Euangelij, Ambrosij, & Pauli. & ad hoc inducit sequentia capit. quorum prima duo

cis [a], *quòd nec sua auctoritate nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere ualeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, ut magistrum à Iudæorum iniuria defensaret, audiuit [Conuerte gladium tuum in uaginam: Omnis enim qui gladium acceperit, gladio peribit;] ac si aperte ei diceretur: hactenus tibi, tuisque prædecessoribus inimicos Dei gladio corporali licuit persequi: deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum, id est tibi hactenus* [b] *concessum, in uaginam conuerte: & tantum spiritualem gladium, quod est uerbum Dei, in mactatione ueteris uitæ exerce. Omnis enim præter illum, uel auctoritatem eius, qui legitima potestate utitur, qui ut ait Apostolus, non sine causa gladium portat, cui etiam omnis anima subdita esse debet, omnis, inquam, qui præter auctoritatem huiusmodi gladium acceperit; gladio peribit. ¶ Item Ambrosius: [Arma episcopi lacrymæ sunt, & orationes.] Item illud Apostoli. [Non nosmetipsos defendentes charissimi;] quamuis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen prælatis dictū intelligitur.*

Matt. 26.

Rom. 13.

Infr. ea. uō pila. Rom. 12.

Vnde Ioannes Papa VIII. Angebergæ Imperatrici, excusans Ioannem episcopum remoueri de militia, dicit.

¶ Huic capiti & sequenti non est in uulgatis præpositum nomen Palea: Vtrumque tamen cum deinceps sequenti palea abest à plerisque uetustis exemplaribus.

¶ De eodem. C. I.

† al. Nimirū

NImium † certe ueretur, & iure formidat contra professionem sui ordinis sæcularem militiam exercere: terram defendere, de prælijs tractare, de armis, terrenæ potestatis est.

Item innocentius Papa.

¶ De eodem. C. II.

CVm à Iudæis, inquit Dominus caperetur, & Petrus cuiusdam inobedientis aurem abscinderet; ferire prohibuit [c], & forma omnium sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro seipso capi arma carnalia prohibuit.

[*Item Ambrosius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

Poly. l. 4. tit. 15.

NOn pila quærunt ferrea, [Non arma Christi milites.] Coactus repugnare non noui: sed dolor, fletus, orationes, lachrymæ fuerūt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere: fugere autem; & relinquere ecclesiam nō soleo: seruum Christi non custodia corporolis, sed Domini prouidentia sepire consueuit.

¶ Initium huius capitis, quod constat duobus dimetris iambicis, non est inuentum. Reliqua habentur in libro 5. epistolarum in ora

duo plaua sunt.

a ¶ Clericis. [De hac materia à varijs tractatum est varie. quidam dicunt 1 ꝙ clerici possunt uti armis pro defensione tantum, ut clypeo, lorica; sed non armis impugnationis. Alij 2 dicunt ꝙ arma possūt accipere ad defendendū se: dum tñ illud incontinēti fiat, & pro se tm̄, non pro alijs, & in necessitate ineuitabili, ut ex̄ de homi. c. 2. ea. conuenior. ut dixi, sup e q. 1. in prin. sed si aliàs possunt euadere, non sument arma, ut ea. ita de homi. suscepimus. Alij dicunt, ꝙ auctoritate Papę possunt; aliter non. G. dixit ꝙ possunt non in propria persona, sed alios hortando ad pugnam 3, ut infr. ea. vt pridem. & etiā possunt milites aliquos dare principi pro feudo, ut inf. ea. §. ecce. Quid autem iuris sit si clerici defendēdo se, occidant aliquem, habes notatum 50. d. ft. de his clericis.

1 Vt Ber.

2 Vt Bart.

3 Idem vt Gratia. sentire. inf. ea. §. in regesto.

b ¶ Hactenus.] Ex hoc uī, ꝙ tunc cessauerit obseruantia leg. s: quia prius licuit repellere iniurias nō solum pro se, sed pro socio, ut su ea q. 3. uō in inferenda. sed tuc primo fuit prohibitū exercere: hodie autem tm̄ licitū est defendere seipsum, ut extra de homi. ca 2. & extra de cleri. percus. c. pen. Io. Non credo peccare eum, qui aliquem patientem iniuriam defendit, etiā si homicidiu faciat, vt sup ea. q 3. non in inferenda. licet forte irregularis efficiatur: quia non fuit ibi ineuitabilis necessitas, ut dist 50. quia se ob noxium. B.

c ¶ Prohibuit.] Ex hoc uī ꝙ non licet alicui defendere dominum suum uel socium. sed tātum seipsum, ut extra de ho. c. 2. & c suscepimus. extra de cler. percu. ca. pe. sed ꝯ hoc est sup. ea. q. 3. c. fortitudo. & c. pro membris, & c. vlt. su. 6 q. 1. infames. nam seruus potius iuuabit dominum, q̄ seipsum, ut ff. ad Syl. l. 1 § serui

NOn pila.] CASVS. Quidam reprehendebant Ambro. eo. ꝙ non impugnabat quosdam ecclesiam infestantes. Et respō. Ambs. ꝙ milites Chri-

Christi non debent mouere arma. Vnde dicit Amb. ꝙ dolor, fletus, lachrymæ, & orationes sunt sua arma: aliter repugnare non deo: ecclesiam tñ non derelinquo. & sunt tria præcedentia c. loco paleæ. Quæ sequuntur plana sunt vsque ad §. [His ita.]

micorum Dei, quod probat per seq c.
h ¶Hortari.] Hæc vera sunt ubi ecclesia sua impugnatur vel patria, vt ĩ. ead. q 3. fortitudo. ff. de reli. minimè. Ioan.
IGitur cum.] CASVS. Quidam nuncij significauerũt Leo-

tione contra Auxentium; quamuis hic verba aliqua sint immutata. Nam apud B. Ambrosium habentur infra ead. c conuenior. §. quid ergo turbamini.

Hinc etiam de his, qui in bello, aut rixa moriuntur, in cõcilio Triburiensi sic statutum est.

¶Pro clerico, qui in bello, aut rixa moritur, oratio, uel oblatio non offeratur. C. IIII.

j QVicunque clericus aut in bello [a], aut in rixa, aut in gentilium ludis [b] mortuus fuerit; neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis: sepultura [c] tamen non priuetur. Burc. l. 2. c. 233. Iuo p. 6. c. 308.

Item ex concilio Toletano 4. c. 44. de clericis arma ferentibus.

¶Gradu amisso tradantur in monasteria clerici voluntariè arma sumentes. C. V.

CLerici, qui in quacunque seditione † arma [d] volẽtes [e] sumpserint, aut sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterium pœnitentiæ [α] tradantur. Ansl. 7. c. 137. † al. factione

α ¶Pœnitentiæ.] *Sic legitur apud Anselmum, & in codicibus conciliorum editis, & manuscriptis, quamuis in posterioribus editionibus Coloniensibus in margine sit adscriptum,* perenniter, *quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.*

Item ex concilio Meldensi, c. 37.

¶Proprij gradus amissione mulctentur militaria arma clerici ferentes. C. VI.

ij QVicunque ex clero [f] esse uidẽtur, arma militaria [g] non sumant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprij gradus amissione mulctentur, quia non possunt simul Deo, & sæculo militare. Burc. l. 2. c. 11. Iuo p 6 c. 256. Pann. l. 3. c. 168.

2 *His ita respondetur. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent: sed alios ad arripiendum ad oppressorum defensionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari* [h].

Vnde Leo quartus scribit Ludouico † Augusto. † al. Lothario

¶Pro Sarracenis Papa iubet populum congregari, & eis ad littus maris occurrere. C. VII.

IGitur cum sæpè aduersa à Sarracenorum partibus perueniant nũcia, quidam in Romanũ portum Sarracenos clã, furtiueq; uẽturos esse dicebãt. Pro quo nostrũ [i] con- Iuo p. 10 c. 83. Pann. l. 2. c. 27.

a QVicunq.] ¶In bello.] Hoc intelligas si est ex parte illorũ, q violentiam inferunt [1] alioquin secus est 1. extra de cleri. percus. cap. pen.

1 Nam tũc oĩa imputantur aggredienti. C. ad leg. Iuliã. de vi publi. l. quũ. Lau.

b ¶Gẽtilium ludis.] Secus si in alijs ludis, vt extra de cle. percus. c. penult. extra. de homic latnr.

c ¶Sepultura.] Si pœnituit. sed tamen ecclesia non debet orare pro ipso, nec sumere oblationes eius, ut hic dicit. & Idem est de raptore, qui in fine pœnitet, vt extra de rapt. super eo. econtra est in torneamentarijs: quia illi non habent sepulturam, licet alia sacramenta recipiant, vt extra de tornea. ca 1. Intellige quod hic dicit, de canonica sepultura, vt dixi supra ea. q. 5. placuit. Ioan.

Sepultura denegatur mortuis in torneamentis.

d CLerici.] ¶Arma.] Armorũ appellatione intelligũtur etiam ligna, & lapides. ff. de verb. signific. armorum appellatione.

e ¶Volentes.] Secus si causa timoris faciant. tunc enim nec velle videntur, ut extra de reg. iur. qui ex timore.

f QVicunque ex clero.] Licet sint in minoribus ordinibus constituti, ut 20. q. 3. eos qui Arg. tamen contra. extra de vo & vo. redemp. c. a. 2. in parte decisa.

g ¶Militaria.] Sed quid si habent inimicos? Tunc dicitur, ꝙ possunt arma defensionis accipere. Alij dicunt ꝙ non. faciant ergo clerici sicut Moyses, ut 36. distinct. capitu. ultim.

HIS ITA. Hæc est 2. pars q. in qua probatur, ꝙ clerici hortari possunt, ꝙ fideles defendant ecclesiam, & se ẽt possunt defendere, ita ꝙ ipsi proprijs manibus nõ effundãt sanguinẽ, nisi ad defensionẽ suã & hoc ꝓbat per 1t. c Ioã de Fant. & est hic incidens q. Archid. [2] CASVS. Respondet Grat. c. supradictis, dicens ꝙ clerici sua manu non valent arma recipere, sed alios pñt hortari ꝓ tuitione oppressorũ, & ꝓ oppugnatione inimicorum Dei, quod probat per seq c.

2 De hoc ar. ibi sumebatur à ꝯ-rio sensu sũpto: cũ ibi sic diceret. cũ nõ sit licitũ clericũ in sacro ordine constitutũ arma sumere, uel ad sanguinis effusionẽ uacare, &c. sed ibi subaudiebatur, maximè, ꝓ hoc quod hic dicit.

Leoni Papę, ꝙ Sarraceni ueniebant in portũ Romanorũ: quare præcipit populum Romanum ad littus maritimum descendere: quod & factum est: hoc totum significauit Ludouico Imperatori. Sequens c. patet.

i ¶Nostrum.] Ergo ciuitas Romana est Apostolici, & non Imperatoris. Nam Imperator concessit ei ciuitatẽ cum ducatu suo. 63. dist. ego. 96. dist. Constantinus sed Imperator aduocatus est ibi, ut extra de electio. uenerabilem.

Romana ciuitas non est Imperatoris sed Papæ.

gregari præcepimus populum, maritimumque ad littus descendere decreuimus, & egressi [a] sumus Roma.

¶ *Epistola Leonis quarti, ex quibus hoc, & duo sequentia capita sunt accepta, non extant: In vetustis autem Pontificalibus, quod ad hæc capita uidetur facere, legitur, cum magna Agarenorum classis ex Africa ad uastandam Romam soluisse nunciaretur; Neapolitanos, Amalphitanos, & Caietanos nauibus Hostiam uenisse, ut contra Agarenos pro defensione sancti Petri, & Romana Vrbe dimicarent. Quorum principes Leo Papa ad se uocauerit, & cum ipsis multa tractarit. Atque ipsa prorsus verba, quæ ad hoc caput pertinent sunt hæc.* Quos benigne in palatio Lateranen si suscipiens, causam, pro qua uenerant, inquirit. Illi autem se ob aliud non uenisse testati sunt, nisi, ut superius legitur exaratum. Quorum pius Apostolicus credulus uerbis, cum magno exercitu, & armorum procinctu mox ciuitatem Hostiam properauit, omnesque cum gaudio accepit. Illi autem uidentes summum Pontificem, omnes osculari cœperunt pedes eius. Summus autem præsul Missam in ecclesia beatæ Aureæ celebrauit, omnibusque corpus Dominicum tradidit; atque orationem post perceptum corpus super eos donauit Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit & coapostolum eius Paulũ ter tio naufragantem de profundo pelagi liberauit; exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos sanctæ tuæ ecclesiæ dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur, & conualescant, ut de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum. Die vero altera, postquã prædictus Pontifex reuersus est à iam prædicta ciuitate, ipsi sceleratorum socij, siue participes (scilicet Agareni) iuxta littus maris Hostiensis multis cũ nauibus ap paruerunt. Præfati autem homines super illos facientes impetum omnes superauere orationibus Apostolorum, & sancti Præsulis.

Idem Leo.

¶ Vltor sui gregis Papa debet esse & præcipuus adiutor. C. VIII.

Ivo p. 10. c. 84. Pann. l. 8. c. 28. † al. illis

Scire uos oportet, quòd nũquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi: sed, si necessitas ulla † occurrerit; præsentialiter [b] vindicamus, quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus, & præcipui adiutores.

Idem exercitui Francorum.

¶ Cæleste regnum à Deo consequitur, qui pro Christianorum defensione moritur. C. IX.

Pann. l. 8. c. 30.

Omni timore [c], ac terrore deposito contra inimicos sanctæ fidei, & aduersarios omnium religionum agere uiriliter studete. Nouit enim omnipotens, si quilibet vestrum morietur; quod pro ueritate fidei, & saluatione patriæ [d] ac defensione Christianorum mortuus est: & ideo ab eo præmium cæleste consequetur.

Item Alcuinus.

¶ Contra Longobardos, precibus Hadriani Papæ Carolus bellum suscepit. C. X.

Deusdedit l. 5. Ivo p. 10. c. 91. Pann. l. 8. c. 31.

Hortatu, & precibus Hadriani [e] Romanæ urbis episcopi exoratus Carolus Rex bellũ contra Longobardos suscepit: quod prius quidem & à patre eius Pipino, Stephano Papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est.

¶ *Quod hic refertur ex Alcuino, habetur in vita, & gestis Caroli magni per Eginardum scriptis. In quo libro & apud Iuonem pro Voce* hortatu, *legitur,* rogatu.

Item Alexander Papa secundus omnibus episcopis Hispaniæ.

a ¶ Et egressi.] Episcopi ergo possunt interesse bellis. nam & Paulus interfuit, ut s. ea. qō. 3. Maximianus. & Moyses 36. dist. ca. vlt. Ioan.

Epi possũt interesse bellis.

b Scire.] ¶ Præsentialiter.] Id est, sine mora: nec enim tãtum debent episcopi esse custodes chartarum, sed etiam defensores ecclesiarum, ut 16 q. 1. in canonibus. ꝙ sic patet hic, ꝙ episcopi etiam uasallos suos tenentur defendere, defendendo, nõ ulciscendo iniurias, ut 46. dist. seditionarios Ioannes.

Epi non sũt tãtũ custodes chartarum.

Omni timore.] CASVS. In hoc c. hortatur Leo exercitum Francorum, ut uiriliter pugnet aduersus inimicos ecclesiæ. & si quis ꝓpter hoc moriatur, non pœnam, sed cœlestia præmia consequetur. Sequentia duo capitul. patent.

c ¶ Omni timore.] Supra eadem q. 5. omnium.

d ¶ Patriæ.] Supra ea. q. 4. fortitudo.

e Hortatu.] ¶ Hadriani.] s. dist. 63. Hadrianus.]

a ¶ Di-

a Diſpar.] ¶Perſequuntur.] Videtur ergo ꝙ ſi Sarraceni non perſequuntur Chriſtianos, non poſſumus impetere eos 1. nam etiam ad menſam eorum comedere poſſumus. 11. q. 3. ad menſam & lex dicit, ꝙ eis quiete degẽtibus nullam debemus facere moleſtiã, ut C. de ſacri. pagan. Chriſtianis. Ioannes.

1 Immo vſ ꝙ tales qñ ſũt mãſnetu, ꝙ ꝑſcribere poſſũt de hoc uo. 17. q. 3. porro. Comedere poſſumus ad mẽſam Sarracenorum.

Iudæos non debemus perſequi, ſed Sarracenos. C. XI.

Diſpar nimirum eſt Iudęorum & Sarracenorum cauſa. In illos enim, qui Chriſtianos perſequũtur [a], & ex urbibus, & proprijs ſedibus pellunt, iuſte pugnatur: Hi vero ubique ſeruire parati ſunt. Iuo p. 13. c. 114. Pann. l. 8. c. 29.

Item Ioannes octauus Demago † Duci glorioſo. †al. Hermãno

¶Qui crimina, quæ poteſt emendare non corrigit, ipſe committit. C. XII.

Præterea deuotionis tuæ ſtudium exhortamur, ut contra marinos latrunculos, qui ſub prætextu tui nominis in Chriſticolas debacchantur, tanto uehementius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuſcatam fuiſſe cognoſcis: quoniam licet credi poſſit, quòd te nolente illi nauigantibus inſidientur; tamen, quia à te comprimi [b] poſſe dicuntur, niſi eos compeſcueris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe eſt: [Qui crimina, cum † poteſt emendare, non corrigit, ipſe committit [c].] Iuo p. 10. c. 70. Pann. l. 8. c. 20. †al. qua

Item Hieronymus ad Riparium contra Vigilantium.

¶Crimen punire pro Deo, non eſt crudelitas, ſed pietas. C. XIII.

Legi Syromaſten [a] [d] Phinees, auſteritatem Heliæ [e], zelum Simonis [f] Chananæi, Petri ſeueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Paulique [g] conſtantiam, qui Elymam magum uijs Domini reſiſtentem æterna cęcitate [h] damnauit. Non eſt crudelitas [б] crimina pro Deo punire: ſed pietas. Vnde & in lege dicitur: [Si frater tuus & amicus, & uxor, quæ eſt in ſinu tuo, deprauare te uoluerit à veritate, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinem eorum.] Iuo p. 10. c. 72. Pann. l. 8. c. 21. Num. 25. 4. Reg. 1. Matth. 10. Act. 5. Act. 34. Deut. 13.

α ¶Syromaſten] *B. Hieronymus Nu. 25. & in cap. 2. Malachiæ* σειρομάστην, *pugionem interpretatur: tertio autem libro Reg. c. 18. & lib. 4. c. 11 haſtam, ſicut etiam Heſychius, qui ait* σειρομάστην *eſſe* εἶδος λόγχης.

б ¶Non eſt crudelitas.] *In editione Romana legitur*, non eſt crudelitas, pro Deo pietas. *In Lugdunenſi vero*, non eſt crudelitas pro Deo, ſed pietas: *lectio tamen Gratiani non uidetur reijcienda.*

Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum, homilia 17. ad c. 5.

¶Quædam in ueteri teſtamento licebant, quæ in nouo prohibentur. C. XIIII.

Occidit Phinees hominem, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Abraham uero non ſolum homicida, ſed etiã parricida (quod certe grauius eſt) effectus, magis Deo, magiſq; complacuit. Petrus geminum fecit homicidium [i]: fuit tamen opus ſpiritale, quod factũ eſt. Non ſola igitur reſpiciamus opera, ſed tempus, & cauſam [k], & uoluntare nõ ſolum debet opus, ſed etiam tempus, cauſam, voluntatem, & differentiam perſonarum. Iuo p. 10. c. 69. Pann. l. 8. c. 18. Num. 25. Gen. 22. Act. 5.

Præterea] CASVS. Hermannus dux fuerat infamatus propter quoſdam marinos latrunculus, qui ſub nomine eius in Chriſtianos ſęuiebãt. quare Io. hortatur ipſum, ut ipſos perſequatur & repellat: qḋ ſi nõ fecerit, cum poſſit, particeps erit criminis: quod probat una auctoritate.

b ¶Comprimi.] Hæc ratio non uidetur ſufficere, niſi eſſet iudex eorum: nam ſi iudex negligit facere iuſtitiã de ſuo ſubdito, ipſemet poteſt conueniri, ut dixi ſup. ead. q. 2. Dominus. & ĩ ea. q. 3. c. ult. & q. 5. non eſt.

c ¶Committit.] ſi. ã. 83. diſt. error 2.

2 C. de commer. & l. 2. in fi. ubi ſũt plures cõe. ad idẽ ĩ. e. q. 1. qui poteſt.

Legi Syromaſten.] CASVS. Ripanus quæſiuit a Hieron. an ſit peccatũ punire criminoſos. Et reſpõdet ꝙ non: quod probat quinque exẽplis, ſcilicet Phinees, & Heliæ, & Simonis Chananęi, Petri & Pauli: & una auctoritate ueteris teſtamenti.

d ¶Syromaſtẽ.] Id eſt uindictã ſiue zelũ indignationis: quia Phinees coeuntẽ cũ Madianita interfecit.

d ¶Syromaſten.] i. zelum indignationis, ſiue uindictam.

e ¶Heliæ.] Cum petijt ut ignis deſcenderet de cœlo, qui duos quinquagenarios exuſſit.

f ¶Simonis.] Qui ultos in duos magos, retorquendo in eos ſerpẽtes, quos magicis artibus ſuper eum miſerant.

g ¶Paulique.] 45. diſ. §. Salomon.

h ¶Cæcitate.] 1. q. 1. Ananias.

Occidit] CASVS. Ioan. Chryſoſto. probat exemplo Phinees & Abrahæ & Petri, ꝙ quandoq; alium interficere non eſt peccatum: & ideo ſacerdos ut ad ueritatem valeat peruenire, reſpice

i ¶Homicidium.] Factum notat, non ius: talis enim non dicitur homicida, vt ĩ. ea. q. 5. ſi homicidium.

K ¶Et cauſam.] Omnes enim circumſtantiæ ſunt inquirendæ; vt extra de teſtib. cum cauſam. ſic 15. q. 6. c. 1. in fi. quia cauſa facti potius eſt inquirenda quàm ipſũ factum. Facti cã eſt inquirẽda.

factum,ut ibi dicitur,& ff. de furt. verum.29. dist. sciendum.

SI nulla.] CASVS. Bulgari quæsiuerunt à Nicolao, utrum in Quadragesima à prælijs est abstinendum: Et respondet quòd in quadragesima & omni tempore est à prælijs abstinendum, nisi necessitas urgeat: quo casu omni tempore est indifferenter pugnandum: scilicet pro defensione sua, uel patriæ, uel legũ paternarũ, ne homo uideat Deũ tentare si habet aliud qd faciat.

a ¶Quadragesimali.] Vnde & Machabæi pugnauerũt in sabbato. non obstat, extra de treuga & pa. c. 1. quia hic loquitur de defensore, ibi oppugnatore.

b ¶Patriæ.] ī. ea. õni.

c ¶Deum.] Sup. 22. q. 2. quæritur.

tem, & personarum differentiam: & quantacumque alia ipsis operibus acciderint, diligentissime inquiramus. Non enim possumus ad ueritatem aliter peruenire.

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c.46.

¶Necessitate instante, etiam in quadragesimalibus diebus bellum inire licet. C. XV.

Iuo p 10. c. 93. Pann. l. 8. c. 37.

† *opportunitas*] orig & Iuo.

SI nulla urget necessitas; non solum in quadragesimali [a] tempore, sed omni, est à prælijs abstinendum. Si autem ineuitabilis urget importunitas †; nec quadragesima li tempore pro defensione tam sua, quàm patriæ, [b] seu legum paternarũ, est bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne uidelicet Deum [c] uideatur homo tentare; si habet quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti consulere nõ procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Item Gregorius in dialogo, lib. 2. c. 30.

¶Petrus Ananiam, & Sapphiram increpando morti tradidit. C. XVI.

Ansel. l. 13. c. 16. Iuo p. 10. c. 67. Pann. l. 8. c. 19.

Act. 9. & 5.

PEtrus, qui Tabitham mortuam orando suscitauit, Ananiam [d], & Sapphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur; sed solummodo culpam, quam perpetrauerant, increpasse. Constat ergo, quòd aliquando hæc ex potestate, aliquãdo uero exhibentur ex postulatione; dum & istis uitam increpando abstulit, & illi reddidit orando.

PEtrus.] CASVS. Docet hic Greg. q Petrus Tabitham mulierem à morte suis precibus suscitauit: Ananiam uero & Sapphiram Christo mentientes increpando morti dicitur tradidisse: unde patet, q talia quandoque fiunt ex potestate, quandoque ex postulatione; quia unum fecit increpando, aliud uero fecit orando.

d ¶Ananiam.] 12. q. 1. c. 2. & sup. ea q. 4. c. uindicta. 17. q. 5. Ananias.

Item Veloci magistro militum, lib. 12. epist. 21.

¶Beatus Gregorius quosdam hortatur, ut milites congregent, & contra hostes arma uiriliter parent. C. XVII.

† *Et*] ori.

Poly. l. 7. tit. 13. Ansel. l. 13. c. 6. Iuo p. 10. c. 90.

VT † pridem expressimus gloriæ uestræ, quia milites illuc erant parati uenire: sed quoniam inimicos congregatos, & huc discurrere epistola uestra significauerat; hæc eos hic causa retinuit. Nunc uero utile est uisum, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, ut parati sint ad laborẽ, studeat: & occasione inuenta cum gloriosis filijs nostris Mauricio, & Vitalino loquere, & quæcũque uobis Deo adiutore pro utilitate reip. statuerit, facite: & si huc, uel ad Rauennates partes, nec dicendum Ariulphum † cognoueritis excurrere; uos à dorso [e] eius ita sicut uiros decet fortes, laborate: quatenus opinio uestra ex laboris uestri qualitate amplius in republica Deo auxiliante proficiat. Illud tamẽ p̃ omnibus admonemus, ut familiam Maloin æ, & Adobin, Vigildi, atq; Gruffingi, qui cum glorioso Mauricio magistro militum esse noscuntur, sine aliqua mora, uel excusatione relaxes [f]: quatenus uenientes illuc homines, prædicti uiri cũ eis sine aliquo impedimento debeât ambulare.

† *al. Arnulphum*

VT pridem.] CASVS. Ariulphus hæreticus ecclesiam impugnabat, & infestabat, contra quem Velox, magister militiæ pugnabat: ad quẽ cum Grego. quosdã milites mittere uellet in succursum, significabat sibi prædictus Velox, quod Ariulphus uersus Romã discurrebat. & ideo Papa tunc milites retinuit: sed nunc eos mittit, & hortatur ipsum Velocẽ ut in simul cum Mauricio & Vitaliano aduersus ipsum Ariulphum nõ nominandum uiriliter pugnet, siue Romam, siue Rauennã discurrere uelis. & admonet eum ut quatuor familias Maloi, Adobiu, Vigildi atq; Gsuffingi, qui cum Mauricio erant, à captiuitate relaxet, ut homines dicti Mauritij sine impedimento eos reducere possint. Et dicit ibi, [Homines,] i. nuncij p̃dicti, scilicet Mauritij. [Cum eis,] scilicet captiuis, seducẽdo eos [eiusdem] scilicet epistolæ.

e ¶A dorso.] Arg. q dolus contra hostem licite põt fieri, ut sa. ea. q. 2. Dominus noster. & 22. q. 2. utilem.

f ¶Relaxes.] à captiuitate. Ioan.

a ¶Maloin.]*Hæc nomina sunt reposita, quemadmodum habētur in codicibus epistolarum impressis, & manuscriptis. Antiqua aūt exemplaria Gratiani, & a vulgatis, & inter se ualde hoc loco discrepant.*

Item eiusdem Mauricio, & Vitaliano, lib. 12. epist. 23.

C. XVIII.

SVppliciter gloriæ uestræ per filium nostrum Vitalianū, cum quo, & tractetis, & uerbo, & scripto mādauimus. Vndecimo autem die mensis Iunij Ariulphus † hanc epistolam, quam uobis direximus, transmisit; & ideo relegentes eam uidere, si in fide sua Suanenses [a] quam Reip. promisere, perstiterunt: obsidesque [b] dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & insuper eos denuo α [c], sacramentis obstringite, reddentes eis quod loco pignoris sustolitis, & sermonibus uestris eos sanantes. Si autē manifestissimè cognoueritis, eos cum Ariulpho de sua subiectione † locutos fuisse, uel certè obsides ei dedisse; sicut nos Ariulphi epistola, quam uobis direximus, dubios [d] reddidit, salubri consilio pertractātes, ne in aliquo anima uestra, uel β nostra de sacramētis [e] grauetur; quidquid utile Reip. iudicaueritis, peragite. Sed ita faciat gloria uestra, ut neque fit aliquid, unde possimus ad aduersarijs reprehendi †, neque in quo utilitas Reip. (quod Dominus auertat) negligatur. Præterea gloriosi filij estote solliciti; quia quantum comperi, hostis γ multitudinem hēt collectā, & in Marchia δ dicitur residere: etsi huc cursum, Deo sibi irato, mittere uoluerit: uos loca ipsius (quantum vos Dominus adiuuerit) deprædamini, aut certè sculpas [f] † ε, quos mittitis, solicitè requirant, ne dolens factum ad nos discurrat.

Polyc. Ibidem. Ans. l. 13. c. 8.

† al. Arnulph°

† al. sub ditione

† comprehēdi] orig.

† al. sculcas

α ¶Denuo.] *Abest hæc dictio à codicibus epistolarum excusis. & manuscriptis: est tamen in uetustis etiam Gratiani, & apud Anselmum.*

β ¶Vestra uel.] *Hæ duæ uoces non sunt in codicibus epistolarum, sed apud Anselmum.*

γ ¶Hostis.] *In epistolis B. Gregorij partim legitur*, hostem collectum habet: *partim uero* hostis collectam habet. *Apud Anselmum uero est*, hostem collectam habet.

δ ¶In Marchia.] *In epistolis impressis est*, Narinas *in uno autē manuscripto codice*, Natuta.

ε ¶Sculpas.] *In plerisque uetustis, sicut etiam in codicib. B. Gre-*

SVppliciter.] CASVS. Ariulphus direxit epistolam quandam Greg. in qua innuebat, q Suanenses, id est Beneuentani ei obsides pro sua fidelitate dederāt: quam epistolam Greg. mittens Mauricio, & Vitaliano per quēdā aliū Vitalianū mādat eis, vt inquirāt si permāserunt in fide, quā Reipublicæ promiserunt, & recipientes ab eis obsides, eos sacramentis obstringant. si autem inuenerint, q cum Ariulpho vel fœdus fecerint, uel ei obsides dederint, sicut Ariulphi epistola innuere videbatur: tunc faciant, quòd Reipublicæ, & saluti suæ, & Papæ uiderint expedire: ne ipsi, & Papa de sacramentis eorum teneantur: & hortatur eos, si Romam discurrere uoluerint, vt vel loca ipsius deprædentur, uel mittant exploratores, ut inquirant quid facere velint, ne nobis possint ex improuiso nocere. Ego tamen Bartholom. Brixien. totum hunc casum sub illo capit. ut pridem. semper audiui. & legi, & tu lector si volueris sub uno casu uel duobus formare poteris, secundum quod tibi melius uidebitur.

a ¶Suanenses.] Primo enim iurauerant Reipublicæ.

Nō liber an possit obligari.

b ¶Obsidesque.] Ergo liber homo potest esse obses pro pace seruanda, non pro pecunia, ut extra de iureiur. ex rescripto. ar. ad idem ff. de testa. obsi. des. ff. de iure fi. diuus Quid ergo est qd dr, liber homo nō potest obligari, ut extra de pig. c. 2. C. quæ res pig. oblig. pos. qui filios. Ad hoc dico, q liber homo non potest obligari nec habetur in eo ius pignoris: sed tantum ius retentionis 1. Nam uideo, q quandoq; tenetur res aliqua pro ea pecunia, pro qua nō est obligata, vt C. ob chyrograph. pe. l. vnica. Quod autem dicitur in illa decret. ex rescripto intelligo, q pro necessitate ecclesiæ, & auctoritate Papæ factum fuit. Aliàs clericus non potest renunciare beneficio canonis illius, si quis suadēte. vt extra de sent. exc. contingit. ea namque, quæ in nos committūtur, dimittere possumus, sed quæ in Deum uel ecclesiam, minimè. ut supra ead. q. 4. si is qui.

1 De hoc ēt not. 10. q. 2. hoc ius. in gl. qa ad pro fanos.

c ¶Denuo.] Ergo aliquis potest bis iurare super eodē negocio, ut extra de testi. quoties. & ff. de dam. infec. qui bona. § pen. qd cōcedo, si subsit causa suspicionis. Ioan. sed certè tantum semel iuratur. & quod dicit ibi decretalis, duplici, id est, duos habens articulos; scilicet de auditu, & de credulitate. B. Sed si quis semel est periurus, amodo non est recipiendum testimonium illius: sed alia cautio est ab eo recipienda, ut extra de præsump. litteras. § in fi. ex quo. n. semel est periurus, præsumitur,

Periuri testimoniū non est amplius recipiēdū.

mitur, q semper velit peierare: vt 2 q. 7. non potest. de hoc notant 22. q. 5. paruuli. Item habet hic, q plus creditur iuratoriæ cautioni, quàm pignoratitiæ, cum tamen regula iuris dicat, quòd plus est cautionis in re, quàm in persona. ff. de reg. iu. plus cautionis. Ioan. de Fant.

d ¶Dubios.] Quia scriptum hostis inducit suspicionē quod est contra id 11. q. 3. in cunctis. adeo ut secundo cogantur illi iurare.

e ¶De sacramentis.] Eorum, eo quòd timor est ne labantur in periurium, vt extra de coha. cle. & mulie. clericos.

f ¶Sculpas.] Aliàs sculcas, id est, exploratores. 2.

2 Et est uulgare Hispanorū sicut Italici, dīt spias. Io. de Fan.

gerij impressis, & manuscriptis, legitur, sculcas quæ vox etiam apud Paulum Diaconum, & alios scriptores significat exploratores, quod vidit etiam auctor glossæ.

In Regesto etiam legitur, quòd B. Gregorius ciuibus Tusciæ, vt contra Longobardos arma pararent, mandauit, & militantibus stipendia decreuit. Hoc ergo exemplo, & præmissis auctoritatibus claret, quòd sacerdotes, etsi propria manu arma arripere non debeant: tamen vel his, quibus huiusmodi officia commissa sunt, persuadere, vel quibuslibet, vt ea arripiant, sua auctoritate valeant imperare.

3 ¶*Sed obijcitur illud Nicolai ad Ludouicum, & Carolum Reges.*

¶Episcopi non debent militaribus occupari negocijs.

C. XIX.

Iuo p. 5. c. 334. REprehensibile valde constat esse, quod subintulisti dicendo, maiorem partem omnium episcoporum die noctuque cum alijs fidelibus tuis cótra piratas maritimos inuigilare, ob idq; episcopi impediantur venire; cum militum Christi sit Christo seruire: militum vero sæculi sæculo, secundum quod scriptum est. [Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus.] (2. Tim. 2.) Quòd si sæculi milites sæculari militiæ student; quid ad episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus [a] † ? († al orationi] orig.)

¶Epistola, ex qua sumptum est hoc caput, extat Romæ in monasterio Dominicanorum scripta Ludouico, & Carolo Regibus: cuius initium est, Credimus ex Dei dono. *in qua de Carolo, sermoné propriè ad ipsum conuertens quæritur Pontifex, ob quasdam excusationes, & hanc præcipuè, quæ hoc capite continetur, nullos episcopos Romam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus; qui antea erat,* ad Carolum Imperatorem.

Item Gregorius Papa lib. 7. epist. 1. ad Sabinianum.

¶In mortem cuiuslibet hominis episcopi se miscere formident.

C. XX.

SI in morte Longobardorum me miscere voluissem; hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec comites haberet, atque in summa confusione esset diuisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.

Ecce quòd Nicolaus Papa prohibet episcopos sæculari militia occupari: nec etiam contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa aduersus Saracenos vrbem egreditur; & ut eos procul a littore arceat, populum undiq; conuocat, & suorum iniurias præsentialiter vindicat, atque cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandum est quosdam episcopos leuitica tantum portione esse contentos: qui, sicut in Dei sorte tantum numerantur, sic ipsum Deum solummodo in hæreditatem accipiunt, dicentes: [Dominus pars hæreditatis meæ.] (Ps. 15.) *His nihil est commune cum principibus sæculi; quia temporalia penitus abiecerunt, ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis sæcularis militiæ: quia cum de decimis, & primitijs viuant, tanquã filij summi regis in omni regno a terrenis exactionibus liberi sunt; ita, ut dicere valeant*

IN REGESTO. CASVS. Legitur in regesto, quod Beatus Gregor. Tuscos contra Longobardos inuitauit, & militantibus stipendia decreuit. Quo exemplo, & præmissis auctoritatibus patet, quod licet clerici propria manu pugnare non debeant, quoscunq; tamen hortari possunt ad pugnam. postea probat contrarium per seq. c.

SED OBIICITVR. Hæc est tertia pars quæstio. in qua probat per quatuor auctorita. quod sacerdotes non debent pugnare, scilicet manu propria. Ioan. de Fan.

REprehensibile.] CASVS. Cum Nicolaus præcepit, quibusdam episcopis, ut Romam uenirent. Carolus Imperator scribit ei, quod ire non poterant: quia contra maritimos piratas die noctuque cum alijs fidelibus inuigilabant, quod Nicolaus dixit esse reprehẽsibile: cum hoc tantum militibus sæcularibus conueniat. ad quod probandum inducit auctoritatem Pauli: sequens capit. patet.

a ¶Orationibus.] G. intellexit hoc cap. de episcopis, qui tantum leuitica portione sũt contenti, ut infra pro xi. §. sed hæc est ueritas, quod ideo tantum redarguuntur illi episcopi, quia citati à Papa noluerunt uenire, & excusabant se propter mandatum regis: licet enim mandatum regis sit potius obediẽdum, quàm metropolitani, ut supra 12. dist. si episcopus. tamen Papæ potius obediant, quàm regi. Alij intelligunt de episcopis non habentibus regalia. (Regi an metropolitano potius dẽt obedire epi.)

SI in morte.] ECCE. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte G. breuiter epilogat cõtrarietates ab illo §. [His ita.] In secunda soluit dictam contrarietatem, dicens quod episco-

pi

pi, qui feudum non habent à principibus, sed niuunt tantum de decimis, primitijs, & oblationibus: sæculari militia occupari nō debent. Alij uero, qui à principibus feuda tetinēt, principibus seruire tenētur. q᷑ ꝓbat duibus auctoritatibus, scilicet Christi, & Pauli: nisi ab illis à quibus feuda tenēt, super huiusmodi promeruerint immunitatem.

pauperum: item nec de rebus ecclesiæ. quia illas non posset dare, propter hoc quod sequitur circa finē. Sed dic, quod de proprijs Ambrosij intelligitur. quod autem dicit, pauperum sunt, intellige per c. 12 q. 1. illi q. Nam si propria habeo, & de rebus ecclesiæ sustentor, de-

[*Venit princeps huius mundi, & in nobis non habet quidquam.*] *Porro alij sunt, qui non contenti decimis, & primitijs prædia, uillas, & castella, & ciuitates possident, ex quibus Cæsari debent tributa: nisi Imperiali benignitate immunitatem ab huiusmodi promeruerint. Quibus à Domino dicitur:* [*Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*] *Quibus idem Apostolus:* [*Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui uectigal, uectigal.*] Ioan. 14. Matt. 22. Rom. 13.

Vnde Ambrosius ad Marcellinam sororem. epistola 33.

CONuenior. CASVS. Imperator misit milites Gothos ad Ambrosium, vt ꝑciperent sibi ex parte Imperatoris, vt quandam basilicam sibi traderet festinanter, quam hæreticis tradere volebat. Ambrosius vero respondet. Si quod meum est peteret Imperator, non denegarem, quamuis omnia mea pauperū sunt: sed quia quæ Dei sunt postulat, in quibus Imperator potestatem non habet, potius est ut uitam mihi auferat, quam ecclesiam sibi concedam, ad instar Nabuthæ, qui potius se permisit interfici, quam patrimonium suum Achab Regi uendere uellet. sed cum uiderem milites armatos, orabam ne ibi fieret aliqua strages, quæ uerteretur in perniciē ciuitatis, nec me defendam: quia lachrymæ meæ, arma mea sunt; & si mihi liceret, libenter irem ad palatium principis, in quo episcopus conueniri non potest: sed coram iudice ecclesiastico. Et si dicatur, quòd Imperatoris sunt omnia, respondetur non esse uerum: quia in diuinis potestatē non habet, cum scriptum est, quæ sūt Dei, Deo: quæ sunt Cæsaris, Cæsari. quod autem dicitur ibi, quæ, scilicet scriptura respondit per Iob, uxori Iob dicenti: Benedic Deo, & morere. turbamini, ò uos ciues. Non deseram vos, ciues. [Christus.] id est, episcopus uel persona ecclesiastica, sed iudex ecclesiasticus. [De meo,] id est, quod meum est.

¶Ecclesiæ Imperatoribus non sunt obnoxiæ.
C. XXI.

CONuenior ipse à comitibus, & tribunis, vt basilicę fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure suo vti, eo quod in potestate eius essent omnia [a]: Respondi, si à me peteret quod meum esset, id est, fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum; me non refragaturum [b], quamquam omnia, quæ mea sunt, essent pauperū: verum ea, quæ diuina [c] sunt, Imperatoriæ potestati non esse subiecta. Si patrimoniū petitur, inuadite; si corpus, occurram: Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi, non ego me vallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans; sed pro altaribus [d] gratius immolabor. Horrebā quippe animo, cum armatos ad basilicam ecclesiæ occupandam missos cognoscerem; ne, dum basilicam uendicant [e], aliqua strages fieret, quæ in perniciem totius uergeret ciuitatis: orabam, ne tantæ Vrbis, vel potius totius Italiæ busto [f] superuiuerem. *& infra.* ¶Mandatur, trade basilicam, hoc est, [Dic aliquod uerbum in Deum, & morere [g]:] nec solum dic aduersus Deum; sed etiam fac aduersus Deum. Mandatur, trade altaria Dei. Vrgemur igitur præceptis regalibus: sed confirmamur scripturæ sermonibus, quæ respondit, [Tanquam vna ex insipientibus locuta es.] *Et in oratione contra Auxentium.* ¶Quid ergo turbamini? volens nunquam ius † deserā: coactus repugnare non noui, potero dolere, potero flere, potero gemere: aduer- Iob. 2. Iob ibidem. Poly. l. 4. tit. 15. † al. vos

1 Vel dic q᷑ licet isti ita dicerēt, nō tā istud cōcedit epūs, sicue Amb. ī. e. q̄ non est ueiū, q᷑ oīa sint ei', licet uideat̄ dicere lex C. de qua. pſc. bene à Zenone q̄ illud locum non hēt in ecclesiasticis, &c.

a ¶Omnia.] Ergo omnia sunt Imperatoris, ut supra di. 8. quo iure C. de quadrien præscri. bene à Zenone. Sed hoc intelligas quo ad iurisdictionem t. & defensionem.

b ¶Non refragaturum.] Ex humilitate hoc dicit, alias bene posset refragari. Vel dic non refragaturum, sicut pro ipsa ecclesia. Sed qualiter intelligitur istud meum? videtur quòd non possit intelligi de rebus proprijs ipsius Ambrosij, propter illud quod sequitur: sunt beo mea pauperibus erogare. 16. q. 1. quoniam quidquid 47. dist. sicut hi. & 1. q. 2 c. pen.

c ¶Diuina.] Diuina enim ab homine dari non possunt. 8. q. 1. plerique. 33. q. 5. una sola. in fi.

d ¶Pro altaribus.] Videtur, quòd prælatus mortē debeat subire non solum ubi fides uel salus ecclesiæ impugnatur, sed etiam ubi res uel claues ecclesiæ auferūtur. arg contra. 7. q. 1. § hoc etiam tunc obseruandū. & supra ea. q. 5. non nostrum. Pręlatus qñ que debet mortē subire.

e ¶Vendicant.] Id est, defendunt. ī. 12 q. 3. quicunq;.

f ¶Busto.] Bustum dicitur cum res est exusta, rogus cum comburitur, pyra est congeries lignorum ad comburendum. Bustum, rogus, & pyra differunt.

g ¶Morere.] Ar. ex eo, quòd princeps præcipit aliquē eli-

eligi, ꝙ non ualet electo: quia est iusta causa timoris. nã & timor uerborũ excusat, sicut dixi s̃. dis. 7. fuerũt.

[Lacrymas a]sus arma, milites Gothos, quoque lachrymæ meæ[a] mea arma sunt. (s. ca. non pila.) Talia enim sunt monumenta sacerdotis. Aliter nec debeo[b], nec possum resistere, *& paulo inferius.* ¶ Vtinam essem securus, quòd ecclesia hæreticis minime traderetur: ad palatium Imperatoris irem libenter, si hoc cõgrueret[c] sacerdotis officio, ut in palatio magis certarem; quàm in ecclesia[d]. Sed in consistorio non reus Christus[e] solet esse, sed iudex. Causam fidei agendam in ecclesia[f] quis abnuat? Si quis confidit, huc ueniat. *Et in ead. epistola ad Marcellinam.* ¶ Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse uniuersa. Respondeo. Noli te grauare Imperator, ut putes te in ea, quæ diuina sunt, Imperiale[g] aliquod ius habere, noli te extollere[h]; sed si uis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: [Quæ Dei, Deo, (Matth. 22.) quæ Cæsaris, Cæsari.] Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. Iterum dicitur, mandasse Imperatorem[i], debeo & ego unam basilicam habere. Respondi, non licet tibi illam habere. Quid tibi cum adultera[k]? Adulrera est enim, quæ non est legitimo Christi coniugio copulata. *Et in eadem oratione contra Auxentium.* ¶ Nabuthe sanctum virum possessorem uineæ suæ scimus interpellatum petitione regia, ut uineam suã daret, ubi rex succisis uitibus olus uile sereret, eumque, respondisse, [absit, ut ego patrum meorum tradam hæreditatem.] (3. Reg. 21.) regem contristatum esse, quòd sibi esset alienum ius relatione iusta negatum: sed muliebri consilio deceptum ea morte in agrum uenisse. Sanctus enim Nabuthe uites suas uel proprio cruore defendit. Si ille uineam non tradidit suam, nos trademus ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus, absit à me, ut tradam Christi hæreditatem[l]. Si ille patrum hereditatem non tradidit, ego tradam Christi hereditatem? sed & hoc addidi, absit, ut tradam hereditatem Patrum, hoc est Dionysij, qui in exilio causa fidei defunctus est, hereditatem Eustorgij confessoris, hereditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium episcoporum. Respondi ego, quod sacerdotis est. Quod Imperatoris est, faciat Imperator. Prius est, ut animam mihi, quàm fidem auferat. *& infra.* ¶ Tributum Cæsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est: Cæsari utique non debet adijci: quia ius Cæsaris esse non potest templum Dei. Quod cum Imperatoris honorificentia dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quàm ut Imperator ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cũ dicitur[m], sine peccato dicitur: cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra ecclesiam est, non supra ecclesiam. Bonus enim Imperator quærit auxilium[n] ecclesiæ, non refutat. *Et supra in eadem oratione.* ¶ Si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum; id quod mei iuris esset, respondi me libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud, quod custodiendum[o], non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti;

a ¶Lachrymæ meæ.] s. dist. 36. c. vl. s. 16. q. 3. ca. porro.

b ¶Nec debeo.] Cõsulẽdo ex nimia pfectione loquitur. & est ar. pro opinione H. sed non de facto hic posset resistere Imperatori: nec de iure debebat, quia timebat maius malũ & hoc est, quod supra tangit, nc busto, &c.

c ¶Congrueret.] Et hoc non licet. extra de appel. qua fronte. Et per hoc patet, ꝙ clericus citatus à laico iudice non tenetur uenire ad allegandum priuilegium, nisi dubium sit an sit clericus [1].

d ¶In ecclesia.] 2. q. 2. cap. ult.

e ¶Christus.] Hoc itelligas in casu, i quo loquitur littera sequens. vbi, scilicet agitur causa fidei uel spiritualis. nam aliàs clericus in reconuentione reconuenitur in foro ciuili.

f ¶In ecclesia.] Su. 2. q. 2. præceptum. & 24. q. 1. quoties.

g ¶Imperiale.] Ecclesia enim non adstringitur legibus mundanis, ut 34. q. 2. Inter. nec potest Imperator condere aliquod statutum de rebus ecclesiasticis, ut 96. dist. bene quidem. in fi. nisi ecclesia hoc petat, ut 17. distin. hinc etiam. vel nisi aliquid statuatur in priuilegium ecclesiæ, ut 16. q. 1. generaliter.

h ¶Extollere.] Su. ea. q. 5. regum est.

i ¶Imperatorem.] p hec uerba, q̃ sequũtur.

k ¶Adultera.] Supr. 21. q. 2. sicut in una.

l ¶Hereditatem.] Et ita dicitur hereditas uiuentis. argu. contra ff. de here. vel act. ven. l. 1. ff. de reg. iur. l. hereditas [2].

m ¶Quod cum dicitur.] Scilicet ꝙ Imperator sit filius ecclesiæ vt 96. di. si Imperator.

n ¶Auxilium.] Mutuũ enim sibi debent auxilium Imperator & ecclesia. ut sup. ea. q. 5. principes. & 96. dist. cum ad uerum.

o ¶Custodiendum.] & ita prælatus non

potest

Clericus à laico citatus uenire non tenet.

1 Concor. text. in l. si diligẽti. cũ no. ff. de fo. competen.

Ecclesia non subijcitur legib.

2 Et uide quod not. 12. q. 1. cap. fin.

potest dare, nisi cũ q̃d utile prospiciat. argu. ff. de offi. procu. Cæsaris. l. 1. §. 1. & 17. q. 4. quicumq. ar. ꝫ ex̃ de do. c. 3. & 12. q. 2. §. item damas. & c. terrulas. Io.

TRibutum.] CASVS. Urbanus. Papa ostẽdit in hoc cap. ꝙ ecclesia Imperatori subijci non debet, nec Pontificalis apex: tamen de exterioribus ecclesiis constituta tributa persoluere debet. Et hoc probat exemplo Petri, qui piscem non dedit pro tributo, sed staterem quem habebat in ore piscis, qui ecclesiã uel spicem pontificalem significat. stater uero exteriora designat. [Pontificalis apex.] Id est, Apostolicus uel Romanus Põtifex.

ribus tributa soluantur, tñ non uidentur esse soluenda. Et hoc probat exemplo Pharaonis, qui interpetat fauus Aegyptiorum, qui cum prædia pene totum emeret, sacerdotibus necessaria ministrauit; nec suis possessionibus spoliauit, docens sacerdotes debere liberos

quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim uocem liberi sacerdotis, si uult sibi esse consultum: recedat à Christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt, &, ut arbitror, plena affectus eius, quem Imperatori debet sacerdos.

¶*Caput hoc collectum est ex uarijs locis epistolæ ad Marcellinum, & orationis contra Auxentium de basilicis non tradendis, ut suis locis notatum est, inductis prioribus citationibus, quæ erant* & *infra, atque ex ijsdem locis multa sunt emendata.*

α Deceptum.] *In originali statim post hoc verbum sequitur,* Nabuthe vites suas.

β ¶Si de meis.] *Aptatus est hic locus, quantum licuit, ex originali.*

Item Vrbanus Papa.

¶De suis exterioribus ecclesiæ soluunt tributa.

C. XXII.

TRibutum in ore piscis, piscante Petro, inuentum est: quia de exterioribus [a] suis, quæ palam cunctis apparent, ecclesia [b] tributum [c] reddit †. Non autem totum piscem iussus est dare; sed tantum staterem [d], qui in ore eius inuentus est: quia non ecclesia dari Imperatori, non Pontificalis apex, qui in ore capitis ecclesiæ præeminet, subijci potest regibus; sed sane, ut diximus, quod in ore piscis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur; quia de exterioribus [e] ecclesiæ, quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, qua nos tueri, & defensare [f] debent, Imperatoribus persoluendum est. *Matth. 17.*

4 *Quamuis etiam huiusmodi non videantur imperialibus exactionibus subijciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terram sibi emeret [g] Pharao, atque sub eadem fame sua seruituti cuncta subijceret; sacerdotibus ita necessaria subministrauit, vt nec possessionibus, nec libertate nudarentur, Domino extunc pronunciante; sacerdotes in omni gente liberos esse [h] oportere.* Gen. 47.

Vnde Constantius, & Constans hanc immunitatem dederunt ecclesiæ, dicentes. Cod. Theod. li. 16. tit. 2. l. 16.

C. XXIII.

IN qualibet ciuitate, in quolibet oppido, uico, castel- Ans. l. 4. c. 14

a ¶De exteriorib.] Id est, non de rebus ecclesiæ. Nam ex quo semel datum est ecclesiæ, sãctum sanctorum erit Domino, ne 12. q. 2. nulli. & supra ead. capit. conuenior. Nam apud quod dicitur de sarcina tẽpe tina. 11. q. 1. placuit. locum habet cum episcopus sponte uouerit cũ ꝯsilio clericorũ, aliàs nõ. ex̃ de immu. eccle. non minus. &c. aduersus cõsules.

b ¶Ecclesia.] Est ergo argu. quòd episcopi subsunt regi, quia tributum est signum subiectionis. extra de cẽ. omnis anima. sed illud in laicis. r.

c ¶Tributum.] Sup. 11. q. 1. magnum & c. si tributum.

d ¶Sed tantum staterem.] Unde, Pisciculũ Petrus piscatur, cuius in ore inuenit staterem, gerulum a didrachmatis auri.

e ¶De exteriorib.] quia cũ onere ad eũ peruenit. C. de exact. tri. si diuina. lib. 10. & extra de deci. cũ non sit in homine.

f ¶Defensare.] Ergo nisi defendant, non est eisdem dandum tributum. arg. 95. dist. esto.

QVAMVIS. Hæc est quarta pars q. In qua probat, ꝙ ecclesia non debet Imperatoribus nisi spirituale tributum & hoc patet exemplo Pharaonis, qui tempore famis omnes possessiones subiugauit sibi, exceptis possessionibus sacerdotum, quibus de publico salarium ministrauit. probat etiam per leges tres. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. in cap proxim. ꝙ de exterioribus ecclesiæ tributa sunt Imperatori persoluenda. Nunc uero ostendit Gratia. quod licet de ipsis exterioribus tributa soluantur ... liberos esse ab huiusmodi tributis. & ad hoc inducit sequentes leges. & cap. quod sequitur, quãuis etiã, &c.

g ¶Emeret.] Et ita non sunt omnia Imperatoris: q a nemo potest rem suam emere, ut ff. de cõtrahend em ptio. l. suæ rei. & quod meum est, amplius non potest esse meum, ut ff. de exceptio. rei iudic. & an eadem. §. actiones. extra de fide instr. inter dilectos.

h ¶Liberos esse.] Non dixit ut redderent tributum.

IN qualibet.] CASVS. Constantius & Constans Imperatores statuerunt, ut clerici, qui uirtute alijs præeminent, in omni loco perpetua gaudeant securitate; quia respublica magis augmentatur orationibus,

Tributum est signum subiectiõis a Sub quibus quo ad temporalia præsũt, nõ clericis. extra de maior. & obe. olim.

a Gerulum dicit id q̃d aptũ est ad portãdũ sine grauitate põderis. Archidia.

† Adde an ecclesiæ tenentur ad solutionẽ tributorũ. no. Bart. in l. diuina. C. de exacti. tri. & nota. In l. 1. in fi. ff. de mu. et hono.

Meum amplius meũ esse nõ potest.

tionibus,& officija clericorum, quàm labore corporis. Sequens lex patet.
a ¶Securitate.] Nunc inhibet tributum, sed hoc quantum ad onera personalia.
b ¶Attentationis.] Id est, exactiuuia.
SAN.

Orphanotrophium. Brephotrophium.

vbi senes & valetudinarij, & propter senectutem soli infirmi homines curantur. Orphanotrophium est locus uenerabilis, in quo pueri parentibus orbati pascũtur. Brephotrophium est locus, in quo infantes pauperum aluntur.

✝al legis.

lo, municipio quicunq; voto Christianæ religionis ✝ meritum eximiæ, singularisq; virtutis omnibus intimauerit; securitate [a] perpetua potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide semper volumus, scientes magis religionibus, q̃ officijs, & labore corporis, vel sudore nostram Remp. contineri. [Gratianus quoq;, Valentinianus, & Theodosius decreuerunt dicentes.] Vniuersos, quos constiterit custodes ecclesiarum esse, vel sanctorum locorum, ac religiosis obsequijs deseruire, nullius attentationis [b] molestiã sustinere decernimus. [Imperator Iustinianus.] ¶Sancimus [c] res ad venerabiles ecclesias, vel xenones [d], vel monasteria, vel ptochotrophia, vel brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curialis liberalitate, si ue inter uiuos, siue mortis causa, siue in vltimis voluntatibus habita à lucratiuorum [e] inscriptionibus liberas esse, & immunes; lege scilicet, quę super huiusmodi inscriptionibus posita est, in alijs quidem personis suum robur obtinente: in parte autem ecclesiastica, vel aliarum domuũ, quæ huiusmodi pijs consortijs deputatæ sunt, suum uigorem pietatis intuitu mitigante.

Ibid l.26.

Cod.lib.1.ti.de sacrosā.ec.le.18.

Hinc etiam in Parisiensi concilio legitur.

¶De agro ecclesiastico presbyter non cogatur censum persoluere. C. XXIIII.

Burc.l.3.c.53. Iuo p.3 c.56.& c.175.

SEcundum canonicam auctoritatem, & constitutionem domini Imperatoris Ludouici de ecclesiastico agro, & manso [f], & de mancipijs, quæ ipse suis capitulis α constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus ecclesiæ fuerit de decimis β etiam, & oblationibus fidelium nullus quenquam presbyterorum aliquem censum persoluere cogat. nec quisquam cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quod si fecerit; communione vsque ad satisfactionem priuetur, & Regia potestate dare cogatur.

¶Burchardus, & Iuo p.3. ca.56. simile quiddam citant ex concilio Meldensi c.8. verum idem Iuo eadem parte c.175 hoc idem affert ex concilio Parisiensi, in quo videtur innouatum, quod nunc extat in concilio Meldensi, c.63.

e ¶Lucratiuorum.] Quibus quarta pars eorum, quæ à curialibus relinquebantur, vendicabatur à fisco: exceptis relictis curialibus & coniunctis. hoc habes C. quando & quibus quarta pars l.1.& 2.li.10 C. de impo. lucra. descriptio. l. vna. eod. lib. quia fiebat Impositio quatuor siliquarum. C. si lib. Imperialis socius sine hærede decesserit l. una. li. x. Ioan.

¶Vnde versus: Pascit in Brephogeron orphano. noso. zenoq; Infirmus ve tulus puer infans, & peregrinus.

SEcundum.] CASVS. Statutum fuit in concilio Parisiensi, ut ecclesia de suis agris, mansu, & mancipijs, quæ sibi beneficio imperiali conceduntur, de eo quod sibi datur pro sepultura, de decimis & oblationibus tributũ soluere non compellatur quod si aliquis exegerit, excommunicetur, & per regiã potestatẽ reddere cogatẽ.

f ¶Mãso.] Supra 16. q 1. quia iuxta. Contra supra dist. 8. cap. 1. contra supra 11. q. 2. ecclesiarum. contra supra 11. qō. 1. si tributum. contra. Sed istud de prædijs, quæ solum pro animarum redemptione donantur, illud de his quæ titulo emptionis uel alio modo acquiruntur ecclesiæ. Vel istud specialiter de prædijs collatis ecclesiæ à principe, illud generaliter de alijs. Sol. uera colligitur ex proxi. ca. seq. Ager a. appellatur hic ubi est hortus ecclesiæ. ar. supra ead. cõuenior. nã in agro Nabuthe rex

Ager & mã sus differũt. 2 Adde q' sit ppriè ager, no. in l. insula. in fi. & in lege si qua. ff. de acq. rer. do. & l. fundi. §. vlti. ff. de uer. signi.

SANCIMVS. CASVS. Olim cum aliquis curialis volebat donare res suas alicui ecclesiæ vel loco religioso, semper oportebat, quòd certam relinqueret portionem curialibus: postea vero Iustinianus priuilegium dedit ecclesijs, & alijs locis religiosis, vt siue inter uiuos siue inter mortuos curiales donarent ecclesijs ex ipsis donationibus occasione legis antiquæ nihil amittant. [Obtinente,] scilicet lege mitigante.

c ¶Sancimus.] C. de sac san. ecc. l. sancimus 2.

Xenodochium. Ptochotrophium. Gerõtocomium.

d ¶Xenones.] Xenodochium est locus uenerabilis, vbi pauperes peregrini recipiuntur, Ptochotrophium est locus ubi pauperes pascuntur. Gerontocomium est seuit olus. Mansus uero appellatur unde percipitur frumentum, & uinum ad Eucharistiam conficiendam, vt extra de cen. c. sancitum est. Vel mansum appellat dotem ipsius ecclesiæ. Nam dos talis debet esse, ut ecclesia possit inde sustentari. de cõse. dis. 1. nemo. sed mansus dr̃ sm vulgare. vñ vnus rusticus cum sua familia sustentari possit: ecclesia tamen de tanto non potest sustentari de quanto unus rusticus. arg. 10 q. 3. vnio. Patet ergo, q de dote sua non potest ecclesia, uel non debet tributa dare, quia non debet dotem recipere nisi libera sit & sic posset intelligi 10. q 2. hoc ius. q̃ oĩe nõ dẽt ei dari possessio onerosa. Itẽ nec de decimis, nec de primitijs

primitijs dabit tributum, quia in illis nunquã potuit Imperator tributum habere, de alijs vero prædijs tributarijs cum onere suo ad ecclesiam deuolutis tãtum ecclesia dare debet tributũ,& exaudi in eo casu. 11.q. 1.si tributum Hæc omnia uera sunt maximè cũ Imperator hoc idem consti namq; regularibus, & alijs possessionibus suis senioribus seruire tenentur, ut extra de censi. sancitum est a. Hæc.n.est consuetudo, quæ est optima legũ interpres. Io. Vel hic loquitur cum Papa aliquem episcopum ad se uocat, sic diximus ĩ.ead.reprehensibile. cum enim no-

a Hic fuit brochardus 54 & ponit pro pales. ĩ prox.

α ¶Capitulis.] *Videtur significari caput proximè sequens, quod est lib. 1. capitularium, c. 91.*

β ¶De decimis.] *In dicto capite 63. concilij Meldensis, & apud Iuonem c. 175. legitur.* neq; de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem censum, &c *Iuo tamen c. 56. habet vt Gratianus.*

γ ¶Dare cogatur.] *In concilio est.* hoc emendare legaliter cogatur. *Iuo tamen vt Gratianus: Burchardus vero habet tantum vsque ad verb.* prudetur.

Ext de cẽsibus c. sancitum.

Item ex concilio Vuormaciensi, c. 50.

C. XXV.

Capitu. l. 1. c 91. Burc. l. 3. c. 52. Iuo p. 3 c. 15. & p. 16 c. 262.

SAncitum est, vt vnicuique ecclesiæ vnus mansus integer absq; ullo seruitio attribuatur: & presbyteri in eis constituti non de decimis, neq; de oblationibus fidelium nõ de domibus, neq; de atrijs, vel de hortis iuxta ecclesiã positis, neq; de præscripto manso aliquod seruitium faciãt præter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint; inde maioribus † suis debitum seruitium impendant.

†al. senioribus.] vera lectio.

¶*Abest caput hoc à plerisq; vetustis exemplaribus, habetur tamen locis indicatis.*

Hinc [a] *datur intelligi, quòd de his, quæ Imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio sepulturæ ecclesia possidet, nullius iuri, nisi episcopi, teneatur adstricta. De his vero, quæ à quibuslibet emerit, vel viuorum donationibus acceperit, principibus consueta debet obsequia, ut & annua* [b] *eis persoluat tributa, & conuocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.*

Vnde Gelasius Papa Elpidio episcopo.

¶Absque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum episcopi proficisci non audeant. C. XXVI.

Ans l. 6. c. 118. Deusdedit li. 1. c. 39. Poly. l. 1. tit. 17.

QVo ausu, qua temeritate rescribis Rauennam te parare proficisci; cum canones euidenter præcipiant nullum omnino [c] pontificum, nisi nobis ante, visis, atque cõsultis ad comitatum debere contendere α? Quemadmodum tibi putas licere, quod nõ licet; nisi, quòd hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?

α ¶Contendere.] *In Polycarpo hæc sequuntur.* Quòd cum longæui vel ætate, vel honore Pontifices Pistoriensis, Lucẽsis, Fesulanus nuper monstrentur fecisse; tu qui paucorum dierum fungi sacerdotio videris, quemadmodum, &c.

Item ex concilio, Antiocheno, c. 11.

Et in Aquisgr. c. 73.

Ecclesia in prædio tributario fundata an teneatur pro illo ad tributa.

tuat. Sed pone quod fundata est ecclesia in prædio tributario, nũquid de illo dabit tributũ? Respondeo. refert an sit bonæ fidei fundator, an malæ. Si bonæ fidei, de illis locis, quæ sunt extra atriũ, habebit Imperator tributum, non autem de loco vbi est ecclesia t. sed per hoc non fit patronus, ut 17. q. vltim. quesiti. Si uero fundator esset malæ fidei, tunc est ad æstimationem compellẽdus. 14. q. 6. cõperimus & vbi post denunciationem fundat eam, mala fide fundat. extra de noui ope. nunc. cum ex iniuncto. Io.

1 Subau. vel eius dote, & hoc in fauorẽ ecclesiæ. arg hic ad similitudinẽ serui, qui factus presbyter à seruitute liberat 54 distin. ex antiquis. & cap. seq sm Io. de Fant.

SAncitum est, ut mi.] HINC DATVR. CASVS. Concludit Gra. ex c. prox. quod ea, quæ ecclesiæ ex Imperiali beneficio conceduntur, & ea quæ ei pro sepultura donãtur, non sunt Imperatorum, sed episcopis tenẽtur adstricta, pro alijs uero prædijs consueta tributa persoluant principibus, & cum eis proficiscãtur ad castra, non tamen incõsulto Papa, quod probat per duo sequ. cap.

a ¶Hinc.] Id est, illis legibus, quas sub §. ecclesia comprehendit.

b ¶Annua.] Nam trãseunt res cum onere suo. 16 q. 1. si quis laicus extra de decimis. cum non sit.

QVo ausu.] CASVS. Elpidius episcopus cũ Romam uocaretur, excusauit se, dicens se ad Rauennam oportere proficisci in expeditione Imperatoris, propter quod Gelasius Papa ipsum reprehendit, ostendẽs nulli pontificum licere ad comitatum inconsulto eo ire, nisi uelit festinanter officio, quod habet, carere.

c ¶Nullum omnino.] Hoc de illis tãtum episcopis intelligitur, qui leuiuscula portione sunt cõtenti. de cæteris uocetur ad maius tribunal. obedire debet. ff. de re iu. contumacia. § 1. arg. contra extra de appella. si duob. Vel intellige hoc in eo casu, in quo, & sequens c. cum scilicet contemptu iudice ecclesiastico pergit ad sæcularem. 11. q. 1. placuit. B.

SI quis episcopus.] CASVS. Statuit in hoc ca. concilium Antiochenũ, ꝙ si quis clericus ad Imperatorem perreaerit sine consilio episcoporum, & maxime metropolitani, deponi debet; quia Imperatorẽ molestat contra ecclesiastica statuta.

a ¶Perre

pergit ad Imperialẽ, quod nõ est faciendũ, ut sup. 96. denique sup. 21. q. 5 si quis à proprio. &c. si episcoporũ. 11. q. 1. continua. & ca. placuit. Ioan. de Fant.

REPREHENDVNTVR. CASVS. Iste §. respicit cap. sup. ca. reprehẽsibile. & dicit Gratianus, ꝙ Gallicani episcopi ideo sunt reprehensi, quoniam potius arma sequi elegerunt, quàm se Apostolico repræsentarent: quamuis possit de illis intelligi, qui insequebãtur Imperatorem, non ut armis pugnarent, sed ut orationibus suis ipsum cũ exercitu Deo commendent.

¶Absque metropolitani consilio uel prouincialium episcoporum ad Imperatorem episcopi non pergant. C. XXVII.

Ans. l. 6. c. 124. Burc. l. 1. c. 177. Iuo p. 6. c. 268.

SI quis episcopus, aut presbyter, uel omnis omnino, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium, uel litteras eorum episcoporum, qui sunt intra prouinciam, & maxime metropolitani ad Imperatorem perrexerit [a]; hunc abdicari, & eijci non solum de communione debere, sed etiam propria dignitate priuari [decernimus † tanquam molestum, & importunum Imperialibus auribus contra ecclesiastica constituta.

† abest ab ori.

sup. ca. reprehẽsibile.

Reprehenduntur ergo Gallicani episcopi à Nicolao; quoniam Apostolica auctoritate contempta potius arma sequi elegerant quam Apostolico conspectui sese repræsentarent. Quamquam proficiscentes ad comitatum possunt intelligi, non secuti Imperatorem, ut armis sibi auxilientur, sed ipsum cum exercitu suo quotidianis orationibus Deo commẽdent. In quo casu auctoritas illa Sardicensis concilij loqui uidetur: in cuius octauo capite Osius episcopus dixisse legitur.

¶Qui à religiosis Imperatoribus uocati episcopi non fuerint, ad comitatum non proficiscantur. C. XXVIII.

Ans. l. 6. c. 120. Poly. l. 4. tit. 17.

† στρατοπεδον

SI vobis fratres charissimi placet; decernite, ne episcopi ad comitatum † [b] accedant; nisi forte hi, qui à religiosis [a] Imperatoribus uel inuitati, uel uocati [c] fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam ecclesiæ cõfugiant, qui iniuriam patiuntur, & qui peccantes, in exilium [d], uel in insulas [e] damnantur, aut certe quamcumq; sententiam suscipiunt; ideo subueniendum est his, & sine dubitatione eis est petenda per ecclesiam indulgentia.

SI vobis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod episcopi ad comitatum ire non debent, nisi fuerint ab Imperatoribus inuitati. In secunda parte dicitur, quod ecclesia indulgentiam postulare debet pro illis, qui iniuriam patiuntur, & ꝓ illis, qui propter delictum suum in exiliũ vel in insulas, uel alia pœna damnantur. Secũda pars incipit ibi, [Sed quoniam.]

b ¶Ad comitatum.] hoc uerbo significatur curia principis cũ omnibus suis officijs instructa, ut C. quando Imperator inter pupillos. l. una.

c ¶Vocati.] Nã tunc excusat eos ipse Imperator. in Auth. quomodo oportet. §. illud autem, coll. 1.

d ¶In exilium.] Ad tempus.

e ¶Vel in insulas.] in perpetuum. ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. §. hæc differentia. quandoque tamen exilium indifferẽter sumitur pro temporali, uel ꝑpetuo. de pœniten. dist. 1. aut facta.

Exiliũ est temporale & ꝑpetuũ.

¶Hoc capitulum fere ijsdem uerbis habetur in collectione Isidori, & codice canonum, nec longe discrepat à sententia Græci canonis.

a ¶A religiosis Imperatoribus.] *Horum loco in collectione Isidori, & codice canonum legitur*, religiosi Imperatoris litteris, *Itemque Græce*. πάρεκτὲς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ὑμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασιν μεταβάλλοιτο.

Licet ergo prælatis ecclesiæ exemplo beati Gregorij [f] ab Imperatoribus, vel quibuslibet ducibus defensionem fidelibus postulare. Licet etiam cum beato Leone quoslibet ad sui defensionem contra aduersarios sanctæ fidei viriliter adhortari, atque ad usum infidelium procul arcendum quosque excitare. Effusionem uero sanguinis nulli episcoporum sua, uel Imperatorum auctoritate imperare licet.

su. ea. ut pridẽ. sup ea igitur.

LICET. CASVS. Concludit nunc Gra. ex cap. sup. ead. igitur cum sæpe. & cap. ut pridem. ꝙ exemplo Gre. & Leonis clericis licet hortari bellatores ad vim infidelium propulsandam: sed effusionẽ sanguinis nulli clerico imperare licet sua uel principis auctoritate, ut in fi. a. cap. 1. & 2.

a ¶Perrexerit.] Nisi cum litteris superioris. in Authẽ. quomodo opor episcopos. §. non aliter. coll. 3. uel perrexit, ut sit cum eũ in expeditione uocatus à Papa. sic enim inducit magister hoc cap. sed potius in eo casu loquitur cum relicto & contẽpto ecclesiastico iudice

f ¶Beati Gregorij.] Supra ea. q. 5. c. 1. & 4. & cap. reor. Ioan.

Sæpe

Saepe principes.] Haec est 5. pars q. in qua probat per 3. cap. quod nullus clericus debet dictare uel dare sanguinis effusionem, ut truncationem facere per se vel per alium. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam sacerdotes delegatione principum causas sanguinis agitabant. quare statuit conc. Tole. ut de caetero talia nō suscipiāt, nisi principes sub iuramento supplicij indulgentiam promittant. Si quis uero contra fecit, reus apud Christum effusi sanguinis deponatur.

a ¶Saepe.] Ex hoc ca. colligitur, quod aliter debet iudicare delegās quàm delegatus. sic extra de accusa. cum oporteat. Argu. contra 25 q. a. c. fernatis.

b ¶Obnoxius.] Ex hoc dicunt quidam, quòd episcopus in cā criminali pōt ferre sententiam sub hac tamen conditione, quod Imperator iuret, &c. quia Imperator dicit obnoxios supplicijs: sed tu exandi hoc cū de crimine ciuiliter agebatur, & hoc est quod dicit.

c ¶Consentiant.] Ergo non est iudex antequam consentiat. argu. extra de app. super eo. in fi.

d ¶Iureiurando.] Id est, praestando sacramentū de calumnia.

e ¶Supplicij. indulgentia promittitur, scilicet à principe de impunitate quo ad poenam sanguinis, ar. 15. q. 4. nullus episcoporū. & appellabitur hic ad forū delegātis.

Didicimus† [b] oẽs omnino hæreticos & schismaticos nil habere [c] potestatis, ac iuris. Propter quod [d] Nouatianus nec debet, nec põt excipi, quominus ipse quoque extra ecclesiam consistens, & contra pacem, ac dilectionem Christi faciens, inter aduersarios, & antichristos computetur. *& paulo post.* ¶ Ecclesia una est, quæ una & intus esse, & foris non potest. Si enim apud Nouatianum est; apud Cornelium non fuit. Si uero apud Cornelium fuit [e], qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotij honorem martyrio quoque Dominus glorificauit; Nouatianus in ecclesia non est, nec episcopus computari potest, qui Euangelica, & Apostolica traditione contempta, nemini succedens, à seipso ortus† [f] est. Habete namque, aut tenere ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in ecclesia non est. *& paulo post.* ¶ Quod uero eundem, quem & nos, Deum patrem, eundem filium Christum, eundem spiritum sanctum nosse dicuntur; nec hoc adiuuare [g] tales potest. *& infra.* ¶ Inuenimus in tali facinore non solum duces, & auctores, sed etiam participes pœnis destinari, nisi à communione malorum se separauerint [h], præcipiente per Moysé Domino, & dicente: [Separamini a tabernaculis hominũ istorum durissimorum & nolite tangere ab omnibus, quæ sunt eis; ne simul pereatis in peccatis eorum.] Et quod comminatus per Moysem Dominus fuerat, impleuit, ut quisquis se à Chore, & Dathan, & Abiron non separasset, pœnas statim pro impia communione persolueret. Quo exemplo ostenditur, & probarur obnoxios omnes & culpæ, & pœnæ fututos, qui se schismaticis contra præposi-

† *al. ordinatus*

7.q.1.denique. §. quód vero.

1.q.1. si quis in q. 1 § quare q.

Num. 16.

esset electus in Papã. Nouatianus à schismaticis volebat eligi, contra quem dicit Cyprianus, eum non posse habere aliquam in ecclesia potestatẽ. cum sit schismaticus, cum ecclesia una sit, & apud duos esse nõ possit. probat postea exemplo Chore, Dathan & Abiron, ꝙ nõ solum tantum schismatici, sed etiam auctores eorũ puniuntur. Vltimo dicit eos remissionẽ peccatorum, quam non habent, dare non posse.

c ¶ Nil habere.] Arg. extra de schisma.c.1. 1 a q.2. alienationes: si tamen est occultus, toleratur. quod facit, vt sup. not. in prin. qa omnis schismaticus si perseuerat, est hæreticus, nisi in summo Pontifice, ut ibi dixi. — Schismaticus omnis est hæreticus.

d ¶ Propter quod.] Arg. ab uniuersali ad singulares 9.q.3.cum simus. quandoque ab indefinita. 1.q.3. saluator, quandoque à primo ad vltimum. 28.q.1. idololatria. quandoque à maiori. 32.q.5. si Paulus. quandoque à simili extra de transla. inter corporalia. — Argumentamur in iure varijs modis.

e ¶ Fuit.] Si enim iudicatur res esse mea, per consequens iudicatur nõ esse tua, vt ff de procur. Pomponius.§ 2. ff. de exc. rei iud. si inter. Item est hic arg. ꝙ duo episcopi non possunt esse in uno episcopatu in solidum, ut quæri solet.7.q.1.non autem. — Epi duo in vno epatu esse nõ possunt.

f ¶ A seipso ortus.] ideo in seipsum cadere debet. & ita nemo potest seipsum eligere, ut 1.q 6.sicut ia. extra de iure patro. per nostras. nec prætor se dare tutorem potest ff. de tuto. & cura. prætor 2. argu. contra. ff. de contrahen. emp. fistulas §.1. — Eligit seipsum nemo. † Ad idem ff. de auct. tuto. l.1. & ff de admi. tu. quoties § non tantum. ff. de of præto. l. vlti. & quæ sit rõ dic, ut ibi.

Inter hæreticos & schismaticos reputatur, cum canonice non sit electus: sed à seipso ordinatus est, vnde ecclesiam tenere non potest: quia nõ est ordinatus in ecclesia. Cornelius vero q Fabiano Papæ successit, est legitime ordinatus, & ideo Nouatianus, & omnes sibi consentientes pęnis destinantur, nisi se separauerint a cõmunione malorũ, dicente Domino per Moysem: Separamini. &c. & hoc probat exemplo eorum, qui per con

g ¶ Adiuuare.] Nam qui totam legem costodit, offendit autem in uno, factus est omnium reus, ut infra. de pęn. distin. a.§ item opponitur. si enim inquit. sup 7. q.1 denique.

h ¶ Separauerint.] Sup.1.q.1. si quis inquit.

tos, & sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint: sicut etiam per Oseæ prophetam spiritus sanctus testatur, & dicit: [Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, cõtaminabuntur.] docẽs scilicet, & ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio [a] coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. Quæ ergo apud eos merita [b] esse circa Deum possunt, quibus supplicia [c] diuinitus irrogantur? *& infra.* ¶Si autem foris cuncti [d] hæretici, & schismatici non habent spiritum sanctũ, & ideo apud nos [eis † manus imponitur, ut hic accipiatur, quod illic nec esse nec dari potest; manifestum est nec remissionem peccatorum dari per eos posse, quos constet spiritum sanctum non habere.

Osea 9.

† abest ab or.

Item Liberius Papa in epistola ad Athanasium.

¶Proprio spolientur honore, qui contra pacem ecclesiæ nituntur. C. XXXII.

QVi contra [e] ecclesiæ pacem sunt; si dignitatem, aut cingulum militiæ † habeant; nudẽtur eis. Si autem sunt priuati [f]; si quidem nobiles [g] existunt, suarum substãtiarum proscriptionem [h] patiantur: si autem ignobiles [i], non solum in corpore uerberentur, sed exilio perpetuo castigentur.

Ans. l. 5. c. 63.
† al. aut militiam

Item Pelagius Papa.

¶Nec consecrat, nec consecratur in schismate constitutus episcopus. C. XXXIII.

PVdenda [k], ut ita dicam [l], rapina in diuisione est non consecratus, sed execratus [m] episcopus. Si enim ipsum nomen [n] cõsecrationis [o] rationabili, ac uiuaci intellectu discutimus; is, qui cum uniuersali detrectat [p] consecrari ecclesia, consecratus dici, uel esse nulla ratione poterit. Consecrari enim est, simul sacrare. Sed ab ecclesiæ uisceribus diuisus, & ab Apostolicis sedibus separatus execrat ipse potius, & nõ consecrat. Iure ergo execratus [q] tantum

Ans. l. 12. c. 42.
Poly. l. 7. tit 5.

a ¶Supplicio.] Æquali: quia facto consenserunt, ut infra 1. q. 3. qui aliorum.

b ¶Merita.] Intellige æterna. nam, & temporalia possunt. 22. q. 2. si quælibet.

c ¶Supplicia.] Nam in pœna non potest esse præmium, argum. 16. q. 1. legi. ff. de negoc. gest. sine hæreditaria. & ff. ex quibus cau. maio. l. si cui, & ff. de interdict. & releg. l. relegatorum.

d ¶Cuncti.] s. 11. q. 3. nihil.

e QVi contra.] C. quæ res vẽd. non poss. l. vlt.

f ¶Priuati.] Hic habes, quod dicuntur priuati illi, qui non sunt præditi aliqua dignitate.

g ¶Nobiles.] s. 26. q. 5. idolorum. cõtra. s. 22. dist. non cogantur. supra 12. q. 2. de rebus supra 22. q. 5. ca. 1. 12. q. 2 fraternitas. ff. de in ius uoc. l. vltima.

h ¶Proscriptionẽ.] 23. quæst. 5. de Liguribus.

i ¶Ignobiles.] Fortè dicuntur ignobiles, q vile exercent officiũ. C de incest. nup. humilem. de pœnis illis habemus. C. de sum. trin. l. 3. ff. de pœn. capitalium. §. vlt. De huiusmodi autem pœna not. quia si est pecuniaria vel spiritualis, semper maior imponitur nobili, quàm ignobili, ut 40 dist. homo Christianus. & 5. q. 6. presbyteri. argu. cõtra. 1. q. 1. quidquid. nam ibi minor pœna imponitur episcopo, quàm presbytero, sed hoc intellige in diuersis criminibus. scilicet in negligẽtia episcopi. & simonia presbyteri. sed corporalis maior imponitur ignobili, vt hic, & inst. t. de publ. iudi. §. item lex Cornelia. Sed arg. cõtra. ff. de pœn. quidam. vbi dicitur, quòd quædam delicta inferunt pœnam militibus, quæ non paganis. sed facias uim in eo quod dicit, quædam, quia quod dicitur ibi, speciale est, aliàs quod dicitur hic, regulare est. Quidam tamen dicunt, quod semper ignobiles grauiori pœna puniendi sunt 1. siue spiritualis, siue corporali, siue pecuniaria, ar. 11. q. 3. præcipuè. vnde hoc quod hic dicitur, quod ignobiles debeant verberari, intellige quando nihil habent ff. de in ius vocan. l. v. 1. 24. q. 6. si res aliena. Ioan.

PVdenda.] CASVS. Iste sic consueuit poni. Mediolan. archiepiscopus, & Patriarcha Aquileien. lapsi erant in hæresim, & in hæresi vnus alterum consecrauit: & contra consuetudinem illarum duarum ecclesiarum à Papa approbatam, quæ consuetudo antiquitus obtinuit, vt archiepiscopus Mediolanẽ. consecraret Patriarcham apud Aquileiam. & uice versa Patriarcha debeat consecrare archiepiscopum apud Mediolanum & hoc debeat fieri cum consensu clericorum, quibus præficiebantur. Probat ergo Pelagius hanc non fuisse consecrationem, sed execrationem, tum quia facta fuit in schismate, & hæresi, tum quia contra antiquam cõsuetudinem facta fuit: & quod facta fuit in hæresi, & non in ecclesia, probat duabus auctoritatibus, scilicet Salomonis, & Aug. auctoritas Salomonis incipit ibi, [Vna est columba.] auctoritas Augustini est ibi, [Quòd si nullo.

k ¶Pudenda.] CASVS. Consuetudo erat inter Mediolanen. & Aquileien. Archiepiscopus, ut se consecrarent ad inuicem. illi cum essent in schismate, unus consecrauit alium. sed non obseruata consuetudine antiqua. unde reprehenduntur hic super duobus, & quia in schismate, & quia non obseruata consuetudine facta fuit consecratio. & dicit, quod tum in schismate sint, & nõ in ecclesia, potius execrant, quàm consecrant.

l ¶Vt ita dicam.] Improprietatem locutionis notat. & est ibi emphasis. 27. q. 1. nuptiarum, vt Dauus est ipsum scelus.

m ¶Execratus.] Quia non est consecratus secundum consuetudinem.

n ¶Nomen.] Supra 12. q. 1. clericus.

o ¶Consecrationis.] Arg. de pę. dist. 3. pœnitentia.

p ¶Detractat.] Id est, contradicit, uel contemnit.

q ¶Execratus.] Hæc præpositio, ex, deformitatem significat, sicut, & dicitur. depactus, id est, turpiter pactus. ff. de calum. l. & generaliter.

Nobiles an sint maiori pœna afficiendi quàm ignobiles.

s Cõtra hãc sniam facit qd' not. extra de transa. c. vlt. in fi & d' intelli. cum quidam.

Ex, & de, significãt deformitatẽ.

s ¶Vi-

a ¶Videamus.] Interpositio est hic vsque ad illud.inf. etenim,&c.
b ¶Consuetudinem.] Ar.In rebus perperam gestis bonum esse ordinem solitum obseruari,ut 32.q.7.nō solum.&c.adulterij.arg pro particulari consuetudine.
c ¶Difficul-

licitam recipiat dubitationem.in Auth.de tabel.in medio.& ita est arg. ꝙ inutilis probatio admittēda sit.ar. cōtra extra de proba.c.a.& 3.C.de ꝓba.ad probationē.
m ¶Per successiones.] ī.dist.63.quorum uices.
n ¶Malitia.] ī.dist.19.ita Dominus.Io.

dis. ꝑfecti. in princ. a. qō.5.habet hoc.

non consecratus poterit dici, quem simul sacrare in unitate coniunctis membris non agnoscit ecclesia. Videamus [a] tamen, utrum uel ipsarum consuetudinem [b] partium in sua ordinatione † conseruauerint. [Nempe is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate, uel difficultate [c] itineris ab Apostolico [d] onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se inuicem Mediolanensis, et Aquileiensis [e] ordinare episcopi debuissent: ita tamen, ut in ea ciuitate, in qua [f] erat ordinandus episcopus, alterius ciuitatis pontifex occurrere debuisset: ut & ordinandi electio a præsenti ordinatore ex consensu uniuersalis [g] cui præficiendus erat, ecclesiæ melius [h], ac facilius potuisset agnosci: & in sua, qui ad episcopatum prouehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur ecclesia. Etenim [i] cum, sicut diximus, ecclesia una sit, cui in canticis canticorum dicitur: [Vna est columba mea,] nullam aliam esse constat, nisi quæ in Apostolica [k] est radice fundata: a quibus ipsam fidem in uniuerso propagatam orbe, non potest dubitari. Quod uobis, licet notissimum [l] omnino sit, beati tamen Augustini testimonio comprobemus. Audite, quid in quodam opere suo præclarissimus doctor dicat ecclesiæ. Ait enim: [Quòd si nullo modo recte dici potest ecclesia, in qua schisma est; restat, ut quoniam ecclesia nulla esse non potest, ea sit quam in sedis Apostolicæ per successiones [m] episcoporum radice constitutam nullorum hominum malitia [n] (etiam si nota excludi † non possit, sed pro temporis ratione toleranda iudicetur) ullo modo ualeat extinguere.]

† al. exordinatione

Cant.6.

Simile quiddā §. dis.11.c.palā

† al. & exclu-di

Idem.

¶Vnitati non communicat schismaticis consentiens. C. XXXIIII.

Ansl.l.12 c.44. Poly.l.7.tit.5.

SChisma [o] si quidem ipsum, quod græcum nomen est, scissuram sonat. Sed in unitate scissura esse non potest [p].

SChisma.] CASVS. Casum hunc sic attende. Quidam indifferenter utebatur sacrificijs catholicorum & schismaticorum: & ideo suis episcopis conabatur suggerere, & etiam Papæ Pelagio, ut schismatici non abijcerentur, & ꝙ licite eorum sacrificijs uti poterat: & hoc tribus rationibus ꝓbare intendit. Prima erat, quia mali debent tolerari. Secunda est, q̄a diu in delicto fuerūt. Tertia est, quia infra ignorantia, uel simplicitate deliquerunt. sed has rationes destruit Pela. singulis rōnibus cōgrue respōdendo, & monet illū, ne indifferenter utat sacrificijs catholicorum, & schismaticorum. Rñsio primæ rationis incipit ibi, [Nō aūt.] Secūda ibi, [Nec enim leuigat.] Tertia ibi, [Sed nec illud eis prodest.] Sibi,] s. schismaticis. [Iudæ.] ille dictus fuit Iudas Iacobi. duo eñi fuerunt Iudæ. [Partem,] s. hæresim. [Illi,] scilicet catholici. [talibus, s. schismaticis [multo magis] sñ [illi] s. schismatici. Et sic cōstrue circa mediū, q̄a iudiciū sentiendi diuersa non diuisit eos, sed quædam pessima opi. apud se delata, sibi tamen incognita diuisit eos metuentes, & contra sedē Apo. temere credētes. Vel sic; sed pessima opi. diuisit eos metuentes quædam apud se delata, sibi tamen incognita; & contra sedē Apo. temere credētes.] Iudiciū.] i. discretio.] Delata,] id est, recitata. [Ad summam,] id est, ad ultimum.

c ¶Difficultate.] ī.distin.63.cum longe. supr.93.dist. iuxta Ioan.
d ¶Apostolico.] Arg. ꝙ metropolitani ab Apostolico sunt ordinandi. sed contra 51.distin. qui in aliquo. & 66.distin.c.primo.extra de tempo.ordi si archiepiscopus. Ego dico de iure communi à suis suffraganeis eū debere consecrari.sed tamen Papa contrariū facit. Io.
e ¶Mediolanensis & Aquileiensis.] 11.q.1.istud. Ioan.
f ¶In qua.] Id est, ad aquam.
g ¶Vniuersalis.] Id est, uniuersorum.
h ¶Melius.] Arg. iudicem in eo loco debere iudicare, ubi rei ueritas magis possit inquiri.33.q.3. siue.arg.13. q.4.si illic.& extra de app.ex parte.
i ¶Etenim.] Hoc continuatur cum littera, quæ præcedit illud, uideamus Ioan.
K ¶In Apostolica.] i. Apostolorum, scilicet Apostolis, ut ad intellectum fiat relatio. si.sup.distinct.34. fraternitatis.
l ¶Notissimum.] Et ita quod notissimum est, amplius probari potest 3.nil enim ita est indubitatum, quin so-

Notissimū pt amplius probari. 1 Ad hoc a 5.

o ¶Schisma.] Loquitur Pela. contra quoldā, q̄ dicebāt esse cōicandum quibusdā hæreticis, ea ratione, q̄a mali sunt tolerandi: quod reprobat ibi: [non aūt, &c.] q.d. Illud de occultis intelligitur, hic de manifestis agitur. Secunda ratio erat, quia iamdiu fuerūt in isto errore, & forte fuerat eis ab ecclesia cōicatū, qđ reprobat Pela. ibi, [nec enim leuigat.] Tertia ratio est, quia ignorātia uel simplicitate errabant, qđ reprobat, vbi dicit, sed nec illud. Ad vltimum ponit conclusionem suam ibi, [ad summam.] per quam patet, ꝙ alicui loquit, qui in ecclesia nr̃a erat, cū dicit, nos, qđ absit. Vnum casū colligendū credo ex illo verbo cit a si. uoli ergo, &c. Ioā.
p ¶Scissura esse non potest.] Inde est, quod uestis Domini, quæ unitatem significabat, remansit indiuisa, ut 26.q.vlt. sicut Apostoli.

Vestis Dñi indiuisa remansit.

Non ergo unitati communicant, qui schismaticis communicant Partes sibi ipsi fecerunt, & ab eo, quod vnum est, ut apostoli Iudæ [a] iam uerbis loquar, semetipsos segregantes spiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, ut quia in unitate unum non sunt, ut quia in parte esse uoluerunt, ut quia spiritum non habent corporis Christi: sacrificium habere non possint [b]. ¶ Non autem [c] nobis nunc illa quæstio est: utrum tolerare malos, sed vtrum debeamus schismaticis sociari [d]. Si enim etiam ipsi, licet in suo sensu abundantes, intra materna tamen positi uiscera † quærerent ueritatem; à nobis repellendi non erant, donec apud eos ratione duce rei veritas clarüsset. Sed quia se ab uniuersali ecclesia diuiserunt; sicut beatus Augustinus ait, omnis catholicus securus eam partem detestatur [e], cui ecclesiam uniuersalem Apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit. Nec [f] enim leuigat crimen eorum: magis uero auget [g], quòd eos diu restitisse [h] dixistis, ne Apostolicis communicantes sedibus in sua communione reciperent [i]. In hoc enim dum & illi [k] culpandi sunt, qui communicare talibus uoluerunt; multo magis tamen illi [l] execrandi sunt, qui non solum in sacerdotibus communionem Apostolicarum sedium, uerum etiam in ipsis laicis [m] spreuerunt. Sed nec illud [n] eis prodest, quod eos in eisdem litteris uel ignorantia [o] rationis, uel simplicitate intellectus sui à nostra se cõmunione suspendisse perhibetis. Idipsum enim magis est [p], propter quod schismatici sunt: quia non eos diuersa sentiendi iudicium, sed quædam apud se delata, sibi tamen incognita metuentes, & contra Apostolicam sedem temere credentes pessima diuisit opinio. Quod schisma specialiter esse beatus denunciat Augustinus dicens de talibus: [Aduersus [q] auctoritatem illarum ecclesiarum, quæ ab Apostolica sede epistolas [r] accipere meruerunt, temere credendo; immanissimum schismatis crimen à se propulsare non poterit.] Ad summam [s] aut illos ecclesiam esse creditis (& cum duæ ecclesiæ esse non possint, nos, quod absit, schismaticos iudicabitis:) aut si ueram in Apostolicis sedibus esse constat ecclesiam; & illos ab unitate diuisos cognoscite; & communionis quæstionem esse sublatam, quam ueram nisi in unitate constat esse non posse. Noli ergo; quasi nulla schismaticorum, atque ecclesiæ differentia sit, uelle indifferenter utrorumque [t] sacrificijs sociari. Non est Christi corpus, quod schismaticus conficit, si ueritate duce dirigimur. Nec enim

Iude 1.

† al. uberæ

T. ea. c. pudẽda.

dist. 19 in canonicis.

Deusdedit p. r. c2.

a ¶ Iudæ.] Qui loquens de huiusmodi dicit, hi sunt qui segregant seipsos, animam uel spiritum non habẽtes, ut inf. ea. q. 3. de illis, qui sunt.

1 Id est suã salutẽ, aliàs est cõtra J. 24. q. 1. §. hia. sm Io. de Fan.

b ¶ Non possint.] Quo ad effectum 1. Vel quia non conficiunt in forma ecclesiæ, & ita exaudi vt inf. ea. io si.

c ¶ Non autem.] Respondet primæ obiectioni.

d ¶ Sociari.] Quod non est faciendum, cum sint extra ecclesiam.

e ¶ Detestatur.] Excommunicati non peccant uitando communionem fidelium. Quare ergo peccant hæretici? Solu. non arguuntur, quia cum sint schismatici catholicis non communicant, sed quia ab initio facientes schisma, ab ecclesia se separauerunt.

f ¶ Nec enim leuigat.] Respondet secundæ rationi.

g ¶ Auget.] Vt extra de simo. non satis infra 32. quæstio 7. flagitia. supra 16. quæst. 2. licet.

h ¶ Diu restitisse.] Ecclesiæ, id est, in schismate perstitisse.

i ¶ Reciperẽt.] Et ita per consequens nec reciperentur ab eis.

k ¶ Illi.] Scilicet catholici.

l ¶ illi.] Scilicet hæretici.

m ¶ Laicis.] Quia laicos & clericos catholicos uitabant.

n ¶ Sed nec illud.] Respon. tertiæ obiectioni. Ordina litterã: sed quædã pessima opin. delata apud se, sibi tamen incognita diuisit eos metuentes de futuro iudicio, de pœna gehennæ. solent enim hæretici talia minari, nisi sibi credatur. uel spes uel pessima opi. diuisit eos metuentes quædam apud se delata, id est, recitata ab alijs hæreticis, & tamen incognita sibi.

o ¶ Ignorantia.] Ignorantia enim iuris non excusat in articulis fidei, quos omnes scire tenentur. argumen. 37. distinctio. c. ultim. sed clerici exactius. 8. quæstio. 1. nec sufficere.

Articulos fidei oẽs scire tenemur.

Schismatici sunt in duplici differentia.

p ¶ Magis est.] Propter quod schisma fuit quàm eius contrarium: aliter enim longè uiderẽtur hæretici, qui ex industria peccant, quàm qui ex rusticitate uel simplicitate, cum grauius sit peccare ex studio, quam aliter. de pœ. dist. 2. sciendum. Vel potest dici prout littera sonat, quòd magis schismatici sunt illi, qui tantum per simplicitatem suam separantur ab ecclesia, quam sint illi, qui propter subtilitatem aliquam errant. falsa enim subtilitas istos compellit, in quam non cadunt uoluntarij, sed rusticitas illos decipit ignorantia uoluntaria, quæ magis reprobatur. 37 dist. §. fin.

q ¶ Aduersus.] Aliquem scilicet.

r ¶ Epistolas.] De commendatione fidei suæ ut dist. 19. in canonicis. arg. quod ipsi exemplo sicut originali sit fides adhibenda. arg. 21. q. 2. sancimus. contra extra de fide inst. c. 1. 2

Fides an sit exẽplo adhibenda.

s ¶ Ad summam.] Id est, ad ultimum, uel scilicet dic aliàs assumam, id est assumptionem faciam.

t ¶ Vtrorumque.] Catholicum ergo alioquin corpus Chri-

2 De hoc not 9. dist. ueterũ. 100. dist. contra morem.

Christi, quare ei non prodest, sed nocet. Vel loquitur de clerico, q præter formam ecclesiæ sacrificabat, ut 1 q. 1. si quis inquit. infr. de consec. dist. 4. nō tn uobis. cōtra. 1. q. 1. sicut. Io. de Fant hoc intellexit ad litterā.
a ¶ Diuisum.] Id est, quin reprobetur ab Apostolo.
b ¶ Desi-

diuisum [a] esse Christum poterit quisquam sine Apostoli reprobatione confingere. Vnam, ut sæpæ dictum est, quæ Christi corpus est constat esse ecclesiam: quæ in duo, uel in plura diuidi non potest. Simul enim cum ab ea quisque recesserit, esse desistit [b] ecclesia.

1. Cor. 1.

a ¶ Ab Apostolico.] *Apud Anselmum, & in Polycarpo legitur: quæ* Apostolicas sedes, & epistolas accipere metuerunt *Et conuenit cum uerbis B. Augustinus libro secundo de doctrina Christiana, c. 8. prout notatum est supra dist. 19 in canonicis.*

Item Nicolaus Papa scribit Michaeli Augusto, epist. 7.

¶ Ex quo episcopus fidei contraria docet, alium excommunicare non potest. C. XXXV.

¶ *Emendata est hæc rubrica ex plerisque uetustis.*

Iuo p. 14. c. 58. Pann. l. 5. c. 134.

AIt Cęlestinus Papa orientalibus episcopis scribens: [Si quis [c] ab episcopo Nestorio, aut ab alijs, qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cęperunt [d], uel excommunicatus, uel exutus est seu antistitis, seu clerici dignitate, hunc in nostra communione & durasse, & durare manifestum est: nec iudicamus [e] eum remotum [f]: quia nō poterat quemquam eius remouere sententia, qui se iam præbuerat ipse remouendum.]

¶ *Nicolaus hic citat epistolam Calestini Papa scriptam Ioanni, Iuuenali, & c episcopis per Orientem. prout est in concilio Ephesino Vaticana bibliotheca, & Lutetia impresso.*

Idem ad clerum [g] Constantinopolitanum.

Nicolaus ibidē ex eodē Cæle. stino ad clerū Constantinop.

¶ Non habentur excommunicati, qui ab hæreticis excommunicantur. C. XXXVI.

Iuo p. 14. c. 59. Pāo. l. 5. c. 135.

APerte [h] inquit, sedis nostræ sanxit auctoritas, nullum siue episcopum, siue clericum, seu professione aliqua Christianum, qui à Nestorio, uel eius similibus, ex quo talia prædicare cęperunt, uel loco suo, uel communione deiecti sunt, uel deiectum, uel excommunicatum uideri: sed hi omnes in nostra communione & fuerunt, & hucusque perdurant: quia neminem uel deijcere, uel remouere poterat, qui prædicans talia titubabat [l]. Intellexistis [a] ne Imperator ex superius memoratis potuisse, ut nō dicamus prælatum suum, saltem quemlibet remouere, qui fuerant olim ipsi remoti; nec deijcere quemquam, qui fuerant iam ante prostrati?

¶ *Hic etiam citatur à Nicolao alia epistola eiusdem Calestini, qua est inter acta ipsius concilij Ephesini.*

a ¶ Intellexistis.] *Hic incipiunt propria Nicolai verba.*

Idem Nicolaus Papa ibidem paulo inferius.

¶ Ad iudicandum excommunicati non recipiantur. C. XXXVII.

In can. Apost. 32. al. 34. & in conc. Antioch. c. 7.

MIramur, quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint; cum secundum Apostolicos canones si ne commendatitijs [k] litteris in communione sola recipi

AIt Cęlestinus.] CASVS. Hoc c. & sequens de eodē tractāt. Auctoritate enim Michaelis Imperatoris Ignatius patriarcha Constantino depositus fuit ab episcopis illius regionis: qui sequebantur hæresim Nestorij: sed Nico. Papa scribēs Michaeli Imperatori probat auctoritate Cælestini, q nec depositio nec excommunicatio facta à Nestorio uel ab illis, qui ipsum sequuntur, ullius est momenti: quia cum ipsi essent iam prostrati & excommunicati, alios deijcere uel excommunicare non valebant. idem dicit in seq. cap. [Inquit,] scilicet Cælestinus. &c. & est hoc uerbū Gratiani, ut ī. 8. dist. frustra. Seq. c. de eadē materia loquitur, & per se patet.
c ¶ Si quis.] Catholicus. Prędicare. ex hoc distinguit G. ut supra ea. §. si autem.
d ¶ Cœperunt.] Sup. & separauerūt se su. ca. proxi. uersi. si etiā illi. licet & illud forte intelligatur de illis, qui iam prædicare cœperunt. B. uero intelligit de iā dānato per sententiam canonis uel hominis: q nullo modo excommunicare potest, ut dixi sup. ea. q. 1. §. 1. sed contradicit in fi.
e ¶ Iudicamus. scilicet talem.] qui canonice erat depositus.
f ¶ Remotum.] 1 ar. inf. c. proxi. quod de eodem loquitur, & est similis] expositio 19. dist. nulli.
g ¶ Ad clerum.] Hæc nō sunt uerba G. sed Nicolai. Hoc ca. & superius totū est unū: quod patet per illud infr. ea. intellexisti.
h APerte.] Qui ita deiecti fuerūt.
l ¶ Titubabat.] Not. titubantem in fide, esse hæreticum: sicut falsi assertor dicitur hæreticus, ut su. 4. q. 3. in testibus. extra de Hære. dubius. nam & hæreticorū uocabulo continetur qui leui etiam argumento à fide deuiat. C. de hære. omnes in fin. quādoq; tamē tituba tio excusāt, & repeti-

1 Et sic ponitur hic tēpus pro tēpore. sic ēt legi. & not. 50 dist. pōderet. de conse. dist. 2. in Christo pater.

Hæreticus est qui in fide titubat.

b ¶ Desistit.] Ipse qui prius tempore erat existēdo bonus. ī. ea. omnib. Vel ecclesia desistat esse apud eū. Io.

k MIramur ¶ Commendatitijs.] & est hic argum. tionem inducit. l. fi. C. de condi. inde. Ioan.

quòd si aliquis est excommunicatus, & si post dicit se absolutum, non est ei credendum sine litteris, vt no. t. q. 7. didici. extra de offi. ordi. ex parte.

a ¶Etiam cum minimis.] ꝫ. dist. 63. nobis. ꝫ. dis. 21. inferior, &c. submittitur. extra de elec. innutuit. ar. cui non licet minus, nec maius. ff. de ser. expur. l. vlt. ff. de sena. qui indignus, 42. dist. nul li nam si pœnæ causa ꝓhibetur à maiori, & a minori. ff. de intes. & relege. relegatorum. § vir & de ser. expor. cui pacto. r.

e ¶Potestas.] Ipse ordo vel habilitas quædam, quam ex eo, ꝙ est sacerdos, habet. de potestate ista similiter distinxi 16 q. 1. §. ecce.

f ¶Vel accipitur.] Puta sine executione.

g ¶Vel accepta.] Puta sine executione; vel accepta cũ exe-

prohibeantur. Absurdum etenim est, vt cui non licet etiã cum minimis [a] iuxta sacras regulas communicare; liceat penes vos etiam de maioribus iudicare.

His auctoritatibus [b] *perspicuè mõstratur, quòd ex quo aliquis contra fidem cœperit aliquid docere, nec deijcere quenquam valet, nec damnare. Obijcitur tamen illud Augustini:* [Recedentes à fide nec baptisma, nec baptizandi potestatem amittunt. Cum ergo [c] sacerdotalem vnctionem vtraq; potestas, videlicet baptizandi, & excommunicandi sequatur; à fide recedentes aut vtramque retinebunt, aut vtraque [d] carebunt. Sed aliud est potestas [e] officij, aliud executio. Plerumque officij potestas vel accipitur [f], veluti à monachis in sacerdotali vnctione, vel accepta [g] sine sui executione retinetur: veluti à suspensis, quibus administratio interdicitur, potestas non aufertur. A fide itaque recedentibus potestas non adimitur: sicut redeuntibus non redditur: ne non homini, sed sacramento iniuria fieri videatur. Vnde ab hæreticis baptizati, vel ordinati, cum ad vnitatem catholicæ fidei redierint, si fortè intuitu ecclesiasticæ pacis in suis recipiantur ordinibus; non iterabitur sacramẽtum, quod in forma ecclesiæ probabitur ministratum: sed per impositionem manus [h] præstabitur virtus sacramenti, quæ extra ecclesiam nulli docetur esse collata. Cum ergo vtraque potestas in hæreticis remaneat, si hæreticus [i] catholicũ, vel alium hæreticum excommunicauerit, vt in communionem suæ hæresis illum deducat, quia iniqua est sententia [k], pondere caret. Quod si [l] in catholicum praue viuentem, vel in hæreticum flagitijs, vel facinoribus deditum, vt aliàs ad rectè viuendi normam vterque redeat, sententiam dederit; an vterque, an hæreticus tantum eius sententia teneatur, merito quærendum videtur. Potest autem dici catholicum sententia hæretici minimè teneri. Non enim potest oris gladio [m] ferire, quem accusare, vel in quẽ testificari non valet. Si enim quos diuina testimonia [n] non sequuntur, quia extra ecclesiam sunt, pondus humani testimonij perdiderunt aduersus eos, qui in ecclesia esse viden-

1. q. 1. quod quidam.

a Vide q̃ legi & not. 27. q. 2. sunt q dñt. vers. cũ certum est. & ĩ. 32. q. 4. meretrices, iuxta fi. 33. q. 2. latorem.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, ꝙ hæreticus ex quo contra fidem cœperit prædicare, nec deijcere valet aliquem nec eundem nare. Postea obijcit e. August. q̃ est ĩ. 1. q. 1. quod quidam. vbi dicitur quod hæretici nec baptisma nec baptizandi potestatem amittunt, nec ordinẽ sacerdotalem: vnde videretur, ꝙ possint excõmunicare, sicut & baptizare. Postea soluit dicens, ꝙ potestatem retinent, sed non executionem. plerumque enim potestas sine executione habetur, sicut in monastico, & suspenso. vnde quia potestatem habent, ordinati vel baptizati ab eisdem nõ reordinantur vel rebaptizantur, ne fiat iniuria sacramento. Si ergo aliquem excõmunicent vt ad malum eum perducant: licet vtraque potestas in eis remaneat: tamen quia sententia iniqua est, pondere caret: sed si aliquem catholicũ excommunicant, vt ad rectè viuendi normam perducant, dubitatur vtrum valeat sententia. Sed dicit G. ꝙ non valet sententia lata contra catholicum, in hæretico tamen valere videtur: ad quod probandum inducit duo c. seq.

b ¶His auctoritatibus.] Hoc modo ꝓcedit in hoc §. Primo infert ex c. ꝓcedẽtibus, ꝙ ex quo quis cœpit talia prædicare, ꝙ non potest quenquam excommunicare. Secundo ponit obiectionem quandam, & eam soluit distinguendo inter potestatem, & potestatis executionem. Tertio ponit quandam incidentem quæstionem, & eam soluit per distinctionem, & ad alteram partem distinctionis inducit duo c. seq.

Sacerdus ꝑt excõicare.

c ¶Cum ergo.] Ar. ꝙ sacerdos potest excommunicare 2. q. 1. nemo. extra de offi. ord. cum ab ecclesiarum, licet M. diceret ĩ. 16. q. 1. c. 1. 11. q. 3. debent.

d ¶Vtraque.] Si ergo coniuncta sunt: aut vtrumq; retinendum est, aut neutrum. C. de iur. deli. quidam. ff. de admi. tu. cum quæritur.

executione.

h ¶Manus.] Recõciliatoriæ, 1. q. 1. manus.

i ¶Si hæreticus.] Idem est si catholicus, quia continet errorem intolerabilem.

k ¶Sententia.] Extra de sent. exc. per tuas.

l ¶Quod si.] Hic ponit incidentem quæstionem, quã statim soluit.

m ¶Gladio.] Sed nũquid hoc ita simpliciter est verũ, ꝙ si possum eũ repellere à testimonio ꝯ me, ꝙ possum, & eum a ferenda sententia: non videtur r. nam obijciendo ei crimen in modum exceptionis, repellam eum à testimonio. extra de testi. super eo. nihilominus tamẽ remanet prælatus, vnde dum tolerat ab ecclesia, poterit me iudicare. 3. q. 4. nonne. & nisi in casu, scilicet cũ post cõfirmationem, & ante cõsecrationẽ crimen sibi in modũ exceptionis obijcitur extra de accu super his.

Prælatus q pôt remoueri à testimonio, an possit repelli a iudicio. r Alij ꝯ, vt dĩ 3 q. 7. in summa.

n ¶Testimonia.] Est arg. contra. C de hære. l. quoniã. sed illud non valet, cum hodie sint omnes excommunicati. extra de hære. excommunicamus.

a ¶Po-

a ¶Poterunt.] Supra.2.q.7.ſi hæreticus.
b ¶In hæreticum.] Supra diſt.37.ſi quid ueri.32.q.6. c.1.contra. Sed illud ad conſeruationem matrimonij, iſtud quo ad thorum.

QVifquis.] CASVS. Vincentius Donatiſta conqueritur, quia non dicitur hic, ꝙ excōicatos ab hæreticis nos pro excommunicatis babeamus, quia ipſi neminem poſſunt excōicare. extra de hære. uergētis. ſed nō recipimus eodem modo malos hæreticos, ſicut bonos hæreticos: quia nō ad dignitates vel ordines fortè: & ſi ſciens fiat, qñque ſit pp ſcandalum, vt dicitur in c. quiſquis.

tur; nec aduerſus eoſdem eccleſiaſtica auctoritatis pōdus habere poterunt [a], *qui ab eius fide diſceſſiſſe probati ſunt; atq; ideo ab eccleſia ſunt condemnati. In hæreticum* [b] *autem poteſtatem habere videtur hæreticus: ſicut & diabolus poteſt in malis, tanquam in pecore ſuo.*

2.q.7.ſi hæreticus.

Vnde ſcribit Auguſtinus Vincentio Donatiſtæ, & Rogatiſtæ, epiſt.48.

¶Pro aliquo facinore ab hæreticis excommunicatus, à catholicis non eſt recipiendus.
C. XXXVIII.

21.q.7.c.1.§. quiſquis. Poly.l.7.tit.5. Iuo p.3.c.179.

QVifquis [c] pro aliquo flagitio, vel facinore proiectum à vobis [d] ita ſuſcipit [e], ſicut ſuſcipiūtur, qui excepto errore, quo a nobis ſeparamini, ſine crimine apud vos vixerunt; diſplicet nobis. Sed nec facile iſta monſtratis; & ſi monſtretis, nonnullos toleramus, quos corrigere, uel punire non poſſumus: neque propter paleam relinquimus aream Domini: neq; propter piſces malos rumpimus retia Domini: neq; propter hędos in fine ſegregandos deſerimus gregem Domini: neq; propter vaſa facta in contumeliam migramus de domo Domini.

Idem ad Euſebium, epiſt.169.

¶Quiſquis propter diſciplinam ab hæreticis excommunicatur, non eſt a catholicis recipiendus.
C. XXXIX.

Iuo p.6.c.390.

SVbdiaconus quondam Spanienſis eccleſiæ, uocabulo Primus, cum ab acceſſu indiſciplinato ſanctimonialiū prohiberetur, atque ordinata, & ſana pręcepta contemneret; à clericatu remotus eſt. *& infra.* ¶Ego, ſi Domino placet, iſtum modum ſeruo, vt quiſquis apud eos propter diſciplinam degradatus ad catholicam tranſire uoluerit; in humiliatione pęnitentiæ recipiatur [f], quo [g] & ipſi eum forſitan cogerent, ſi apud eos manere voluiſſet.

Iuo p.6. c.391.

Sed illud Auguſtini [h] *intelligitur dictum non propter ſententiam, cuius poteſtas nulla eſt extra eccleſiam, ſed in deteſtationem criminum, quæ in hæreticis, ſicut in catho-*

1.c.e.quiſquis. & c. ſubdiaconus.

SVbdiaconus.] CASVS. Primus ſubdiaconus Span. eccleſiæ propter inceſtum quem cum monialibus incorrigibiliter faciebat, degradatus eſt ab hæreticis, poſtea ad eccleſiam catholicam redire uolebat. vnde quæſiuit Euſebius ab Auguſt. ſub qua forma ſit recipiendus ab hæreticis degradatus. Et reſpondit, ꝙ ſub eadem pœnitentia debent catholici ipſum degradatum recipere, ad quam ipſum cogerēt hæretici. [Quo] ſcilicet modo.
f ¶Recipiatur ad pęnitentiam.] Non enim dicit ſub excommunicatione, uel depoſitione.
g ¶Quo.] Id eſt, ad quam, ſed illud non propter ſententiam eius ſcilicet excommunicationis. nam in cauſis ciuilibus, & criminalibus ſententia extra eccleſiam habet firmitatem. argu. 11.queſt. 3. Iulianus. §.1.

SED ILLVD. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ licet in ſuperioribus cap. ſcilicet quiſquis. & ſubdiaconus. Auguſt. fecerit mentionem de ſententia hæreticorum: non tamē intelliguntur eſſe dicta vt ſententia eorū approbetur, cuius poteſtas extra eccleſiam nulla eſt: ſed dicta intelliguntur in deteſtationem criminum, quæ in hæreticis ſunt punienda ſicut in catholicis. In ſecunda parte reſpondet obiectioni factæ ſupra ead. § his auctoritatibus. in prin. Et dicit G. ꝙ illa auctoritas Aug. poteſt intelligi tantum de poteſtate baptizandi in tempore neceſſitatis, in quo caſu nec à laico nec ab hæretico baptizatus eſt refutandus. Cætera vero ſacramenta excommunicationis uel reconciliationis, & ſimilia ab hæreticis uel laico miniſtrata nullum nel lethalem effectum habent, & ideo non ſunt recipienda à fidelibus. Vel cætera ſacramenta, hoc falſum eſt quo ad eſſentiam ſacramentorum.

rebatur, ꝙ catholici ita recipiebant malæ uitæ hæreticos, & excommunicatos ab ipſis hęreticis, ſicut recipiebant hæreticos bonæ uitæ. Et reſpondet Aug. ſi eſt uerum, diſplicet nobis, ſed non credimus, nec hoc monſtratis, etſi uerum eſſet, multos tñ toleramus, quos corrigere non poſſumus: neq; propter malos debemus deſerere gregem Domini.
c ¶Quiſquis.] Supra proxi.q.7.c.1. cuius eſt hæc pars.
d ¶A vobis.] Infra de pę. diſt.1 uerbum. contra 1. Sed qualiter contrarietas ſoluatur, in ſequenti §. ſed illud. inuenitur.
e ¶Ita ſuſcipit.] Ar ſententiam hæretici fidem facere eccleſiæ, & unius iudicis ſententiam fidem facere alij, ut 2.2.q.1. multi. & ff. de eri. expi hæ. tes hæreditarias. Ar opt. ff de tutel. nran. ſi duo patroni. Sed tamen qui ſignauit hic hoc arg. non intellexit Aug. in his capitu-
h ¶Sed illud Auguſtini.] Supra ead. q. § his auctoritatibus, in illo uerbo, recedentes. ſupra 1.q.1. quod quidam.

the ꝫ ſupra 1.q.1. remiſſione, dic ꝙ nō dicit, ꝙ eorum ſola teneat. & iō non eſt ꝫ.
Hæretici nullum pñt excōicare.

a ¶Alia

licis, aquè ſunt punienda. Poteſt tamen illud Auguſtini de poteſtate baptizandi intelligi, non ligandi, aut ſoluendi, vel cætera ſacramenta miniſtrandi. Baptiſma nam que ſiue ab hæretico, ſiue à laico miniſtratum fuerit, dummodo in vnitate catholica fides accipiatur, non carebit effectu: Alia uero ſacramenta [a], *ut ſacri corporis, & ſanguinis Domini, excommunicationis* [b], *vel recõciliationis, ſi ab hæretico, vel catholico non ſacerdote* [c] *miniſtrentur, uel nullum, uel lethalem habebunt* [d] *effectum. Vnde & ab omnibus fidelibus nullatenus* [e] *ſunt recipienda.*

h ¶Be-ſ. ea. miramur in verbis Gra.

Hinc Auguſtinus ſcribit in 1. libro de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 2.

¶In extremo poſitus etiam ab hęretico pęnitentiam accipere valet. C. XL.

SI quem fortè coegerit extrema [f] neceſſitas, vbi catholicum, per quem accipiat, non inuenerit, & in animo pace catholica cuſtodita, per aliquem extra unitatem catholicam poſitum acceperit, quod erat in ipſa catholica unitate percepturus; ſi ſtatim etiam de hac vita migrauerit, non eum niſi catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus; cum ſe catholicæ congregationi etiam corporali præſentia reddiderit, nunquam corde diſceſſerat, non ſolum non improbamus quod fecit, ſed etiam ſecuriſſimè, veriſſimeq; laudamus: quia præſentē [g] Deum credidit corde ſuo, vbi vnitatē ſeruabat: & ſine ſancti baptiſmi [h] ſacramento (quod ubicunque inuenit, non hominum, ſed Dei eſſe [i] cognouit) noluit ex hac uita migrare. Si quis autem, cum poſſet in ipſa catholica accipere, aliqua † mentis peruerſitate [k] elegerit in ſchiſmate baptizari; etiam ſi poſtea [a] venerit ad catholicam eccleſiam; certum eſt ibi † prodeſſe ſacramentum; quod alibi accipi quidem poteſt, prodeſſe [l] autem non poteſt; peruerſus, & iniquus eſt [m], & tanto pernicioſius, quanto ſcientius.

Poly l. 7. tit. 3. Anſ. l. 9. c. 49. Iuo p. 1. c. 170.

† *al. per aliquam mentis peruerſitatem*
† *al. illi*

a ¶Poſtea.] *In originali legitur* (etiam ſi poſtea venire ad catholicam cogitat, quia certus eſt ibi prodeſſe ſacramentum, quod alibi accipi quidem poteſt, prodeſſe autem non poteſt) peruerſus &c. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Item † *Iulius Papa.*

† *al. Euthychian'* | *al. Ex pœnitentiali Theod.*

¶Per annum pęniteat, qui de manu hæretici neſciens prohibitam communionem accepit. C. XLI.

SI quis de-

Poly. l. 7. tit. 5. Burc. l. 19. c. 105 Iuo p. 15. c. 117

Euchariſtię ſacrm non eſt ab hæreticis accipiendum.

a ¶Alia vero ſacramenta.] Large hic ſumitur ſacramẽtum, ut 1. q. 3. c. vlt.

b ¶Excommunicationis.] Non video qualiter excommunicatio ſit ſacramentum, niſi intelligatur de poteſtate, quæ eſt ordo H.

c ¶Sacerdote. Niſi in neceſſitate, tunc laicus reconciliare poteſt, de conſec. diſt. 4. ſanctum.

d ¶Habebunt.] Cũ extrema neceſſitate cogente ſacramentum baptiſmi à quocunque traditur, licet ab hæretico, quæritur quare Euchariſtiæ ſacramentum non ſit ab hæretico accipiendum, cum in alterutro fides, & contritio uicem ſuppleat ſacramenti. de conſec. diſt. 2. ut quid paras. & diſtinct. 4. baptiſmi uicem? Reſpon. plenior remiſſio fit in baptiſmo, quàm in ſola cordis contritione, ita ꝙ nec purgatorium ſentiant qui in fine baptizantur. de pœn. diſt. 7. nullus expectet. ſufficit autem contritio eorum, uel quia alia eſt in reliquis ſacramentis conſideratio quàm in baptiſmo, vt 32. diſ. § verũ. quia neceſſarior baptiſmus eſt, & ianua omnium ſacramentorũ. Vel ſufficit ſic ſcriptũ eſſe. Vel quia in Euchariſtiæ ſacramento ſolent hæretici formam eccleſiæ peruertere. ut ſ. e. c. ſchiſma. in fi. In baptiſmo uero nõ, de cõſe. di. 4. ſi uel hæreticus. B[…]. Val ideo quia quicunque accipit baptiſma, accipit Chriſti corpus: ſed non conuertitur. de conſe. diſt. 4. nulli eſt aliquatenus.

e ¶Nullatenus.] ſ. e. cap. vlt.

SI quem fortè.] CASVS. Quæſitum fuit ab ipſo Aug. vtrum ille, qui ab hæretico baptizatur debeat catholicus reputari: & ſi de hac uita migrauerit, utrum per tale ſaluetur baptiſma: & reſpõdet, ꝙ ſic, ſi in articulo mortis hoc fecerit: ſi catholicum à quo hoc ſuſciperet, non inueniebat: & ſi liberatus ſe catholicæ congregationi reddiderit, non debet improbari, quod fecit, ſed laudari. ſi autem ſponte elegerit in ſchiſmate, vel hæreſi baptizari, non debet iudicari catholicus, ſed iniquus nõ prodeſt baptiſma ei, niſi poſtea reconcilietur. Et hæc verba ſic expone, [Ibi,] id eſt, eccleſia. [Non poteſt,] ſcilicet alibi niſi in eccleſia.

f ¶Extrema.] Arg. extra de re. iu. quod non eſt licitũ. vnde, & citò debet hoc facere. 1. q. 1. conſtat.

g ¶Præſentē.] i. fidē Dei pſentē cordi ſuo adhibuit.

h ¶Baptiſmi.] ſ. de conſe. diſ. 5. ſanctum, &c. quomodo, ſupra diſt. 32. §. verum.

i ¶Eſſe.] ſ. 1. q. 1. Dominus declarauit.

k ¶Peruerſitate.] ſ. 1. q. 7. conuenientibus.

l ¶Prodeſſe.] ſ. de conſe diſt. 4. tunc valere.

m ¶Iniquus eſt.] Ab initio, non ex poſt facto.

SI quis dederit.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes.

partes. In prima parte dicitur, quod si quis dederit vel acceperit corpus Christi de manu hæreticorum, ignorans per ignorantiam iuris, quod ecclesia hoc contra dicat, si postea intelligit, abstineat per annum. si autem bene sciebat, x. annis pæniteat. Alij tamen dicunt vij. alij uero v. In tim excusat sed non ex toto relevat quidem pœnam, sed non absorberet culpam. simile inuenitur 82. dist. plurimos. 28. dist. præsbyterum. 8 dist. consuetudo inf. de consec. dist. 2. scriptura 30 q. 1. de his. sup. 32. dist. c. 1. & de conse. dist. 4. retulerunt.

Ignorantia iuris quandoque excusat.

derit [a], aut acceperit communionem de manu hæretici, & nescit [b], quòd catholica ecclesia contradicit; postea intelligens annum integrum pœniteat. Si autem scit, & neglexerit, & postea pœnitentiam egerit; decem annos pœniteat. Alij iudicant septẽ, & quidã humanius [c], ut quinque annos pœniteat. Si quis permiserit hæreticum Missã suam celebrare in ecclesia catholica, & nescit; quadraginta dies pæniteat: si pro reuerentia eius; annum integrum pœniteat: si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & consuetudinis Romanorum; proijciatur ab ecclesia, sicut hæreticus, nisi habeat pænitentiam: si habuerit, decem annos pœniteat. Si recesserit ab ecclesia catholica in congregationem hæreticorum, & alijs persuaserit, & postea pœnitentiam egerit; duodecim annos pœniteat, tres extra [α] ecclesiam, septem inter audientes, & duos adhuc extra communionem. De his in canone dicitur, ut duodecimo [β] anno communionem sine oblatione [d] percipiant.

α ¶Tres extra.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, quatuor extra ecclesiam, sex inter audientes, &c.

β ¶Duodecimo] *Burchardu. & Iuo habent*, decimo.

Item Gregorius Papa lib. 3. dialog. c. 31.

¶Potius est mortem arripere, quàm de manu hæretici communionem accipere. C. XLII.

Poly. l. 7. tit. 6.

COepit Ermenegildus rex [e] iuuenis terrenum regnũ despicere, & forti desiderio cæleste quærens, in cilicijs uinculatus iacens omnipotenti Deo ad se confirmandum † preces effundere; tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto & religatus agnouerat nil fuisse [f], quod potuerit auferri. Superueniente autem paschalis festiuitatis die, intempestę noctis silentio ad eũ perfidus pater Arrianum episcopum misit, ut de eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet [g], atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed uir Deo deditus, Arriano episcopo uenienti exprobrauit, ut debuit, eiusque à se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etsi exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reuerso episcopo Arriano pater infremuit: statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei, illic vbi iacebat, occiderent. Quod & factum est.

† confortandum 1. q. 1. superueniente.

b ¶Et nescit.] Quòd ecclesia contradicit, vel nescit de facto, sed est ignorantia crassa.

c ¶Humanius.] Hæc ergo sententia potior est, & cęteris præponenda quæ maiori nititur pietati 9. dist. in. sana, ff. de pac. maiorem.

d ¶Sine oblatione.] supra. 12. quæst. 2. de viro. & 33. quęst. 2. latorem.

COepit.] CASVS. Ermenegildus rex iuuenis nolebat hæresi Arrianorũ consentire, & ideo à patre suo est in carcere religatus. Superueniente autem Pascah die Resurrectionis misit pater episcopũ Arrianũ ad Ermenegildũ, ut de manu eius communionem acciperet ut sic patri reconciliaretur. quod cum facere nollet, pater statim iussit eum ab apparitoribus suis occidi, & episcopi eum incontinenti occiderunt.

e ¶Rex.] Argu. quod filius regis rex vocari debeat, licet regnum nõ habeat, & est argu. pro comitibus Theutonię & Italiæ. ist. n. dominus est, & sola administratio deest. ff. de lib. & posth. l. in suis.

Regis filius rex uocari debet.

† Rex. sed impropriè Iacob. de Sãc. Geor. in inuest. feu char. 2.

f ¶Nil fuisse.] Id est, parum.

g ¶Perciperet.] Rõnem quare liceat in necessitate ab hęretico recipere baptisma, & non corpus Christi, habes supra ead. in no. cum extrema. Item not. quòd in necessitate possum socio confiteri. de pœniten. dist. 1. quem pœnitet Item reconciliationem petere. de consecr. dist. 4 sanctum. Idem posset dici, de unctione olei. Sed de omnibus, quæ spectant ad officium sacerdotis, illud solum licere laicis credo etiam in necessitate, de quibus expressum inuenio. Ioan.

Necessitatis occasione multa licent.

ADDITIO. Sed nunquid à laico possum recipere Eucharistiam in necessitate, cum sufficit contritio, ut de consecra dist. 2. ut quid. arg quod non. de consec. dist. 2. peruenit. 93 dist diacones licèt dicat e. quod sumi dabet, si sit qui tribuere possit. 31 q. 1. admonere. secundum Ioan.

φ. In secũda parte dicitur, quod si quis permittat hæreticũ in ecclesia Missam celebrare, nesciens hoc esse malum, xl. dies pœniteat. si autem fecerit propter reuerentiam ipsius, per annum pœniteat. si vero in contemptum ecclesiæ permiserit, hæreticus reputet, nisi pœnitentiam agat, quam facturus erit per annos x. In tertia parte dicitur, quod si quis ab ecclesia catholica recesserit, & ad hæreticos aliquos persuaserit: si reuertatur, xij. ann. pœniteat, sicut in canone continetur. Secunda pars incipit ibi, [Si quis permiserit.] Tertia ibi, [Si recesserit.]

a ¶Dederit.] Arg. hic elicitur, quod ignorantia iuris partim excusat sed non ex toto relevat quidem pœnam, sed non absorberet culpam. simile inuenitur 82. dist. plurimos. 28. dist. præsbyterum. 8 dist. consuetudo inf. de consec. dist. 2. scriptura 30 q. 1. de his. sup. 32. dist. c. 1. & de conse. dist. 4. retulerunt.

QVAESTIO SECVNDA.

QVòd autem [a] post mortem nullus excommunicari ualeat, uel absolui, ex uerbis Euangelij monstratur, quibus dicitur. [Quodcumq; ligaueris super terram, &c.] Super terram [b], inquit non sub terra [c]: ostendens, quòd uiuentes pro uarietate suorum meritorum soluere possumus, vel ligare: de mortuis autem sententiam ferre non possumus. Matth. 16.

Vnde Leo Papa scribens Rustico Narbonensi episcopo epist. 90. c. 7. al. epist. 92. c. 6.

¶Non possunt ab ecclesia absolui post mortem, qui in hac uita ab ea noluerunt absolui. C. I.

DE communione [d] priuatis, & ita defunctis. [a] Horum causa Dei iudicio [e] reseruanda est, in cuius manu [f] fuit, ut talium obitus non usque ad communionis remedium differretur. Nos autem, quibus uiuentibus non communicauimus [g], mortuis communicare non possumus. Burc. l. 11. c. 52. Iuo p. 14. c. 60. Pan. l. 5. c. 118.

a ¶De communione priuatis, & ita defunctis] *Verba hæc in codice caonnum sunt titulus vigesimi decreti Leonis primi, & ea Burch. non habet. Reliqua uero sunt ipsius Leonis verba.*

Item Gelasius Papa in commonitorio Fausto magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim.

¶Ecclesia uiuentes potest ligare, uel soluere, non mortuos. C. II.

LEgatur ex quo est [h] religio Christiana, uel certe detu: exemplum [i] in ecclesia Dei à quibuslibet Pontifi- Poly. l. 7. tit. 1.

QVòd autem] Hæc quæstio diuidit in duas partes, In quarũ prima probat per 5. ca. q̃ nullus potest ligari uel solui post mortẽ supple nisi in tribus casibus positis in sũma. Secũa ibi, [His auctoritatib.] Io. de Fã.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur, utrũ post mortẽ aliquis ualeat condẽnari uel absolui. Et respondet, q̃ nõ valet condemnari vel accusari de crimine, nisi in quibusdã casibus, si de hæresi accusetur, uel si hæreticos instituit heredes, ut infra ead. cap. ultim. uel si decessit in notorio crimine, ut supra 81. dist. neque. & sup. proxi. q. 4. placuit. potest etiam in alijs casibus quis accusari ꝓpter bona, ut de Apostasia, vt C. de apo. apostatarum. & de crimine læsæ maiestatis, vt C. ad leg. Iul. maiesta. meminisse. & de crimine perduellionis, & repetũdarum, ut ff. de accu. l. ex iudicio. & de crimine peculatus, ut ff. ad leg. Iul. peculatus. l. vlt. absolui vero post mortem quis non potest nisi probetur, q̃ in vita sua iniuste fuit excõicatus, ut infr c. vlt. & nisi in uita absolutionem petebat: nec stetit per eũ quo absolueretur, ut extra de sent. excom. à nobis. Probat ergo Grat. in hoc §. q̃ in uita sua põt quis ligari vel absolui, post mortem uero minime: & hoc ꝓbat auctoritate Euangelij.

NOtandum [c] est, quòd quidam dicunt contra Euangelicam parabolam nos facere. ubi de zizanijs non eradicandis Dominus præcepit: cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subijcimus: & aiũt etiã sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, ubi ait, [Quia non est præcidenda vnitas; ferendi sunt mali, non abijciendi.] Quibus hoc primum respondendum est. Si hæretici, & mali homines excommunicandi non sunt; quare ipse Augustinus cum legatis sanctæ Romanæ ecclesiæ, & cum sanctis episcopis suis Pelagium, & Cælestium nonam hæresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes excommunicauit, & ab ecclesia Dei separauit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista, & multa his similia loquitur, tam ipse, quàm omnis ecclesia Dei excommunicatos habuit? &, nisi prius pœnituissent, & per manus impositionem reconciliati essent eis nequaquam cõmunicabat? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens, [Frater, qui corripitur ab ecclesia, & non obedit; sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Vnde apparet liquido, aliud esse excommunicationem; aliud eradicationẽ. Qui enim excõmunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excõmunicatur, ut spiritus eius saluus fiat in die Domini,

Matt. 13.

Sententia habetur 23.q.4.per totam.

In concilijs Mileuitano, & Africano.

Matt. 18. paulo aliter.

1.Cor.5.

CVm quibus.] CASVS. Achatius cõquerebatur, quòd Gelasius illum cũ suis fautoribus condemnauerat absque episcoporum synodo congregata. Gelasius uero respondet dicens, quòd synodus congregari non debuit: tum quia ibi non erant catholici episcopi: sed tantum hæretici, cum quibus non erat synodus ineunda, quod probat auctoritate psalmistæ. tum quia ipse Achatius inciderat in hæresim iã damnatã: & ideo propter hoc non erat opus nouum cõcilium congregari. De eadẽ materia loquitur c.sup. 12. dist. qua traditione.

a ¶Cum quib.] CASVS. Achatius Constantinop patriarcha excõmunicauit. Anthiochenũ & Alexandrinũ, quia non recipiebant statuta, quę ipse fecerat: propter hoc Papa excommunicauit eum, & de hoc conquestus est Achatius, quòd sine synodo excõicauit eũ: Papa vero dixit, quòd synodus congregari nõ debuit: tum quia non erant ibi catholici episcopi, cum quibus posset haberi synodus: tum quia incidit ipse in hæresim iam damnatam, vnde nõ fuit opus nouo concilio.

Fidei disputatio cũ hęreticis est prohibita.

b ¶Certamẽ.] Ergo cum hæreticis nõ est disputandum, nec cũ aliquo de fide est disputandum. extra de hær. ca.3 & C. de sũ. tri.l. nemo, sed ad hoc potest disputari cum eis, ut conuincantur, non vt in dubium reuocẽt fidem nostram, ut extra de hære c.1. Ioan.

NOtandum.] CASVS. Quidam reprehendebant Vrbanum Papam, qui criminosos excommunicabat, & dicebant eum facere contra Euangelium, vbi Dominus præcipit zizania non esse eradicanda, & contra

Disciplina [a] enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Nisi forte ex contemptu, et superbia excommunicati proueniat.

† al. Item

Unde † Origenes [α] in librum Numerorum, homilia 19. ad c. 23.

α ¶Origenes]*Sic est restitutum cum antea esset,* Augustinus. *Et magnam huius capitis partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origene refert: indeque nonnulla emendata.*

¶Diuina maledictio meritum maledicti designat.
C. XXXVIII.

† al. sententiã veram promit

DEus, quãdo maledicit; meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam † promit [b], utpote quem nõ fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hæc non potest scire [c] (neque enim propositum, mentemq; alterius uidere alius, aut cognoscere [d] potest;) idcirco etiam si iudicantis, uel sententiam promẽtis intuitu proferat maledictum; non potest esse iusta maledicendi [e] causa, ubi ignoratur peccantis affectus: maxime cum humanum uitium tunc sciat maledicta proferre; cum forte conuitijs, aut iniurijs prouocatur. Quod uitium uolens resecare Apostolus, ne maledictis maledicta & conuitijs conuitia prouocemus; mandatum necessariũ ponit; ut benedicamus, & non maledicamus, quo conuitiandi uitium resecetur, non quo iudicandi ueritas, quæ homines latet, & pronunciandi auctoritas perimatur.

1. Pet. 3. Rom. 12.

Secta vero hæreticorum quot sint, & unde nomina acceperint; Isidorus octauo libro Etymologiarum, c. 5. determinat dicens.

¶Quot sint sectæ hæreticorum. C. XXXIX.

Rabanus l. 2. de inst. cle. c. 58. Ans. l. 12. c. ult. Pan. l. 5. c. 3. 45.

QVidam autem hæretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

Simoniani Act. 8.

¶Simoniani dicti à Simone magicæ artis perito; cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quòd ab Apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere uoluisset. Hi dicunt creaturam non à Deo, sed à uirtute quadam superna creatam.

Menandrini † al. Menandriani

¶Menandrini à Menandro mago discipulo Simonis nuncupati: qui mundum non à Deo, sed ab Angelis factum asseruit.

Basilidiani

¶Basilidiani a Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias Iesum passum abnegauit.

Nicolaitæ Act. 6.

¶Nicolaitæ dicti a Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano & cæteris constitutus est a Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat, ut qui uellet, ea ureretur: uersa est in stuprum talis consuetudo, ut inuicem coniugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens, [Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.]

Apoc. 2.

Gnostici

¶Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare uoluerunt. Ani-

a ¶Disciplina.] Medicina animę est excommunicatio, ut secunda q. 1. multi.

DEus quãdo.] CASVS. Docet August. in hoc c. differentiam esse inter maledictum Dei, & maledictum prælati: quia maledictum Dei semper iustum est, cum ipsum non fallat peccati qualitas, neque peccantis affectus: sed maledictio prælati duobus modis est iniusta. Primo quia licet maledicat ut iudex: potest tamen nõ subesse causa maledicendi, cum ipse ignoret affectum delinquentis. Secundo, cũ ex certa scientia maledicit hominem sibi conuitiantem, propter quod uitium resecandum præcepit Apostolus ne maledicamus.] Quo,] scilicet mandato. Quæ autem postea sequuntur usque in finem, patent, nec leguntur in scholis.

b ¶Promit.] Sicut utile est dæmones esse propter malos, ut 23. quæstio. 5. quia malos. sic 1. qõ. 3. Saluator. in princip & 26. q. 5. nec mirum.

c ¶Scire.] 22. q. 5. humanæ.

d ¶Cognoscere.] 85. distinctio. archidiaconum.

e ¶Maledicendi.] 27. q. 1. nec aliqua.

Cat-

mam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus finguut.

Carpocratiani ¶Carpocratiani a Carpocrate quodam uocantur: qui dixit Christum, hominem fuisse tantum, & de utroque sexu progenitum.

Cerinthiani ¶Cerinthiani & à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in uoluptate carnis futuros prædicant. Vnde Millenarij & græce χιλιάσται, latine Millenarij sunt appellati.

Nazaræi ¶Nazaræi dicti: qui dum Christum (qui a uico Nazaræus est appellatus) filium Dei confiteantur; omnia tamen ueteris legis custodiunt.

Ophitę ¶Ophitæ a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum † induxisse uirtutis cognitionem. *† al. paradiso*

Valentiniani ¶Valentiniani a Valentino quodam Platonico sectatore uocati: qui αἰῶνας, id est sæcula quædam in originem Dei ceratoris induxit: Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit.

Apellitæ ¶Apellitæ, quorum auctor † Apelles fuit: qui creatotem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum non in ueritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse. *† al. princeps*

Archontiaci ¶Archontiaci a principibus appellantur: qui uniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani ¶Adamiani uocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Vnde & nudi orant, & nudi inter se mares fęminæque conueniunt.

Cainani ¶Cainani † a inde sunt appellati: quoniam Cain adorant. *† al. Cayani al. Cariani*

Sethiani ¶Sethiani nomen acceperunt a filio Adæ, qui uocatus est Seth; dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani ¶Melchisedechiani uocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed uirtutem Dei esse arbitrantur.

Angelici ¶Angelici uocati, quia Angelos colunt.

Apostolici ¶Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo † in hoc mundo utuntur. *† al. aliquid*

Cerdoniani ¶Cerdoniani a Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia asseruit.

Marcionistæ ¶Marcionistæ a Marcione Stoico philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis †, & bonitatis. *† al. creatoris*

Artotyritę ¶Artotyritæ ab oblatione uocati: panem enim & caseum offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terræ, & a fructibus ouium fuisse celebratam.

Aquarij ¶Aquarij appellati, eo quòd aquam solam offerunt in calice sacramenti.

Seueriani ¶Seueriani a Seuero exorti uinum non bibunt: uetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

Tatiani Encratitæ ¶Tatiani a Tatiano quodam uocati: qui & Encratitæ dicti; quia carnes abominantur.

Alogij ¶Alogij uocantur tanquam sine uerbo: λόγος enim græce, uerbum dicitur. Deū enim uerbum non credunt, respuentes Ioannis Euangelium, & Apocal ypsim.

Cataphryges ¶Cataphrygis nomē, prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

Cathari ¶Cathari propter munditiam ita se nominauerunt; gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus ueniam peccatorum: uiduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere uellent; mundanos se potius, quàm mundos uocarent.

Pauliani ¶Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt: qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium.

Hermogeniani ¶Hermogeniani ab Hermogene quodam uocati: qui materiam non β natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis seruientes.

Manichæi ¶Manichæi a quodam Persa extiterunt, qui uocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, id est bonam, & malam; & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: testamentum uetus respuit, nouum ex patte recipit.

Antropomorphitæ ¶Antropomorphitæ γ dicti pro eo, quòd simplicitate rustica Deum habere humana mēbra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, ἄνθρωπος enim græce, latine homo interpretatur. Ignorantes uocem Domini, qui ait: [Spiritus est Deus.] Incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur. *Ioan. 4.*

¶Hie-

Hierarchitæ ¶Hierachitæ ab Hieracha auctore exorti monachos tantum recipiunt: coniugia respuunt: regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani † al. Nouato ¶Nouatiani à Nouatiano † Romæ urbis presbytero exorti: qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizare baptizatos.

Montani ¶Montani, hæretici dicti, quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt; qua occasione se à catholicæ ecclesiæ corpore diuiserunt.

Ebionitæ † al. prouectum ¶Ebionitæ ab Ebione dicti, siue a paupertate: Christum enim per profectum † solum, virum iustum putant effectum. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. Hi enim semiiudæi sunt: & ita tenent Euangelium, ut legem carnaliter seruent: *Gal. 5.* aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur.

Photiniani ¶Photiani a Photino Gallogræciæ Syrmij episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans asseruit Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aeriani ¶Aeriani ab Aerio quodam nuncupati sunt; hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Aetiani Eunomiani ¶Aetiani ab Aetio uocati: Iidemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aetij discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum † imputari peccatum in fide manentium. † al. nulli

Origeniani ¶Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quòd non possit videre filius patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mũdi principio peccasse dicunt, & pro diuersitate peccatorum è cœlis usque ad terras † diuersa corpora, quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum. † al. terras lapsas orig.

Noetiani ¶Noetiani à quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum: ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani uocantur, quia patrem passum dicunt. Patripassiani

Sabelliani ¶Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, unde & Sabelliani uocati sunt. Hi vnam personam patris, & filij, & spiritus sancti astruunt.

¶Arriani ab Arrio Alexandrino presbytero orti sunt: qui coæternum patri filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit; contra illud, quod ait Dominus: [Ego & pater unum sumus.] Arriani *Io. 10.*

¶Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse spiritum sanctum Macedoniani

¶Appolinaristæ ab Apollinare uocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse. Apollinaristæ

¶Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quod Mariæ virginitati contradicunt, afferentes eam post Christum natum uiro suo fuisse commistam. Antidicomaritæ

¶Metangismonitæ ideo tale nomen acceperunt: quia ἄγγος Græce, uas dicitur Asserunt enim sic esse in patre filium, tamquam uas minus intra vas maius. Metangismonitæ

¶Patritiani à quodam Patritio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dic unt. Patritiani.

¶Colluthiani à quodam Collutho nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: [Ego Dominus creans mala.] Colluthiani *Esa. 45.*

¶Floriani † a Floriano: qui è contrario dicunt Deum creasse mala, contra hoc, quod scriptum est: [Fecit Deus omnia bona.] Floriani † al. Floriniani à Florino *Gen. 1.*

¶Donatistæ à Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, afferens minorem patre filium, & minorem filio spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos. Donatistæ

¶Bonosiani à Bonoso quodam episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptiuum, non proprium asserunt. Bonosiani

¶Circumcelliones dicuntur, eo quòd agrestes sint: quos Scototopicos vocant, supra dictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore martirij semetipsos perimunt, ut uiolenter de hac uita discedentes, martyres nominentur. Circumcelliones Scototopici

¶Priscillianistæ à Priscilliano uocati: qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichæorum permistum dogma composuit. Priscillianistæ

¶Luciferiani a Lucifero Sardiniæ episcopo orti: qui episcopos catholicos, qui Constantij † persecutione perfidiæ Arrianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes Luciferiani † al. instanti Au. d Ago ne Christia no. c. 30.

siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant, quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanquam Petrum post fletum negationis; hanc illi matris charitatem superbè accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesiæ communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui manè oriebatur, cadere meruerunt.

Iouinianistæ ¶ Iouinianistæ à Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullā nuptarum, & virginum esse distantiam; nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

Heluidiani ¶ Heluidiani ab Heluidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

Paterniani ¶ Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

Arabici ¶ Arabici nuncupati eo quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo utrumque resurgere.

Tertullianistæ ¶ Tertullianistæ dicti à Tertulliano presbytero Africanæ prouinciæ ciuitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones uerti putantes.

Tessarescædecatitæ ¶ Tessarescædecatitæ dicti, quod decima quarta luna Pascha cum Iudæis obseruandum contendunt. Nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat.

Nyctages ¶ Nyctages à somno nuncupati, quòd vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani ¶ Pelagiani à Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitriū diuinæ gratiæ anteponūt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina.

Nestoriani ¶ Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati; qui Beatam Mariam virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec vnum Christum in uerbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei; alterum hominis prædicauit θ.

Eutychiani ¶ Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate: qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis: sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam.

Acephali ¶ Acephali dicti, id est, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam prædicant.

¶ Theodosiani κ, & Gaianitæ appellati à Theodosio, & Gaiano: qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria, populi peruersi electione, vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores Eutychetis, & Dioscori sequētes, Chalcedonense concilium respuunt: ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ in corruptam contendunt. Theodosiani, & Gaianitæ.

¶ Agnoitæ λ, & Tritheitæ à Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti, quia ad peruersitatem, à qua exorti sunt, id adijciunt, quòd Christi diuinitas ignoret futura, quæ sūt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personam in Esaia loquentis, [Dies iudicij in corde meo.] Agnoitæ, & Tritheitæ. Esa. 30.

¶ Tritheitæ vero vocati, quòd sicut tres personas in Trinitate; ita quoque tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est, [Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.] Tritheitæ. Deuter. 6.

¶ Sunt & aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformē esse Deum: aliæ Christi diuinitatem passibilem dicunt: aliæ Christi de patre natiuitati initium temporis dant: aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt: aliæ animam, imaginem Dei negant: aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcumque animalia existimant: aliæ de mundi statu dissentiunt; aliæ innumerabiles mundos opinantur, aliæ aquam Deo coæternam faciunt, aliæ nudis pedibus ambulant, aliæ cum hominibus nō manducant.

¶ Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis, & à sanctis patribus, vel concilijs prædamnatæ; quæ dum in se multis erroribus diuisæ, inuicem sibi dissentiunt; communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant.

¶ Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm sensus spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. ☩ ead. here-sis. § quicūq;

α ¶ Cainani.] *Apud Beatum Augustinum in libro de hæresibus (ex quo magnam partem huius capitis accepit Isidorus) & in aliquot vetu-*

stis

ſtis Gratiani exemplaribus legitur, Cayani. *In vno autem eiuſdem Gratiani*, Cayni. *De quibus quidem hæreticis Tertullianus in libro de præſcriptione aduerſus hæreticos hæc ſcribit.* Sunt & nunc alij Nicolaitæ: Caiana hæreſis dicitur. *Et paulo inferius*. Nec non etiam arripit alia quoque hæreſis: quæ dicitur Caiænorum. Et ipſi enim magnificant Cain, quaſi ex quadam potenti uirtute conceptum, quæ operata ſit in ipſo.

β ¶Non natam] *Locus hic emendatus eſt ex pleriſque uetuſtis, & Iſidoro. Antea enim legebatur,* Non naturam introducens, Deo, non naturæ eam comparanit.

γ ¶Anthropomorphitæ.] *In codicibus Iſidori vulgatis, & aliquot manuſcriptis antecedunt hæc:* Anominiani latine ſine lege dicuntur: *quæ tamen abſunt à codice Iſidori peruetuſto, & valde emendato monaſterij B. Auguſtini in carbonaria Neapolis.*

δ ¶Hierarchitæ] *Ita mutatum eſt ex libello B. Auguſtini: quamuis in aliquot ipſius editionibus ſit,* Hierarchitæ *Hierarcha vero hæretici meminit B. Hilarius libro quarto & ſexto de Trinitate. Antea legebatur,* Hieraclitæ ab Heraclio.

ε ¶Montani.] *Horum nulla mentio eſt apud B. Auguſtinum: ſed Montenſium; quo nomine Donatiſtas Romæ uocari ſolitos tradit.*

ζ ¶Metangiſmonitæ] *Sic emendatum eſt ex Iſidoro, & B. Auguſtino, cum antea legeretur* Metaugi nominati.

η ¶Scototopicos.] *Apud Iſidorum, in Pannormia, & in aliquot manuſcriptis Gratiani eſt,* Cotopitas. *Quod vero ait,* ſupradictæ hæreſis habẽtes doctrinam *referendum eſt ad Donatiſtas, non ad Bonoſianos.*

θ ¶Prædicauit.] *In eodem uetuſto Iſidori codice Neapolitano hic eſt finis capituli, & incipit nonum caput,* De philoſophis gentium.

ι ¶Chalcedonenſium.] *Tria capitula tractata, & definita ſunt in quinta ſynodo ſub Iuſtiniano, quæ ſignificantur ſupra diſt. 15. ſicut ſancti. Qui uero occaſione horum trium capitulorum ab eccleſia receſſerant; non Chalcedonenſem, ſed quintam ſynodum impugnabant.*

κ ¶Theodotiani] *Horum meminit Liberatus in Breuiario, Nicephorus lib. 18. c. 45. 49 & 50. ac Gregorius Cedrenus anno xiij. Iuſtiniani Imperatoris. B. Auguſtinus memorat Theodotianos à Theodotione: ſed idem videtur qui Theodorus, de quo Epiphanius lib 2. tomo 1. hæreſi 54.* Theodotianos à Theodoro: *ut etiam Philaſtrius, & Damaſcenus.*

λ ¶Agnoitæ, & Tritheitæ.] *Sic reſtitutum eſt: quamuis in codicibus Iſidori, & Gratiani legeretur,* Gnoitæ Trithoitæ. *De his meminit Nicephorus in locis proxime indicatis: eoſque à Theodoſianis profectos ſcribit. De Agnoitis uero multa dicit B. Gregorius lib. 8. epiſt. 35. & 42 ad Eulogium.*

Item Auguſtinus de Geneſi contra Manichæos, lib. 1. c. 1.

¶Quare diuina prouidẽtia multos errare permittat. C. XL.

6 IDeo diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit; vt, cum inſultant nobis, & interrogãt nos ea, quæ neſcimus, uel ſic excutiamus pigritiam, et diuinas ſcripturas noſſe cupiamus. Propterea & Apoſtolus ait, [Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiãt inter uos.] Hi autem Deo probati ſunt; qui bene poſſunt docere: ſed manifeſti a hominibus eſſe nõ poſſunt, niſi cum docent. I. Cor. II.

a ¶Sed manifeſti.] *Hæc addita ſunt ex originali, itẽque alia nonnulla, & emendata.*

IDeo.] Hæc eſt ſexta pars queſt. in qua dicitur, quod ad experientiam bonorum hominum permittit Deus eſſe hæreſes. 1. q. 3. ſaluator. Ioan. de Fan. & aſt huic ſimile de conſe. diſt. 2. & ſancta. Arch.

SAncta Romana eccleſia.] CASVS. Expedito tractatu hæreticorũ, ſubijcit Gratian. xxv. cauſam, in qua tractat de priuilegijs Romanæ eccleſiæ: de quibus ut nos competentius inſtruat, thema proponit, de quo duæ quæſtiones aliciuntur.

a ¶Oritur.] Primo inter epiſcopũ & clericos 1. Secundo inter clericos & monachos. & hæc eſt differentia iſtarum quæſtionum. Oſtendit ergo primo, ꝙ clerici non poſſunt ſe defendere contra epiſcopum per tale priuilegium. & ad hoc inducun-

s De hoc loquitur hæc prima qõ: & hoc patet J. eo S. his ita, in fi. uer. clerici ergo fm Lauren.

CAVSA XXV.

SAncta Romana eccleſia quandam baptiſmalem eccleſiam ſuis muniuit priuilegijs, decimationes ſuæ diœceſis ex integro ſibi attribuens. Item quoddam monaſterium ſimiliter muniuit priuilegijs, proprijs, decernens, ut ex proprijs prædijs nulli decimas perſolueret. Accidit itaque, ut intra diœceſim præmunitæ baptiſmalis eccleſiæ præfatum monaſterium alia emptione, alia donatione prædia ſibi inueniret. Oritur [a] *itaque contentio inter monachos & clericos de decimis.*

1 *Hic primum quæritur, an clerici baptiſmalis eccleſiæ, auctoritate priuilegij, decimas ſuæ diœceſis ex integro ſibi ualeant uendicare.*

2 *Secundo, an ſubſequenti priuilegio monachorum derogetur antiquioribus priuilegijs baptiſmalium eccleſiarum.*

Q cuntur omnia ista c. eod. q Papa non potuit dare tale priu legium Ioan.

Vòd vero.] Hac quæstio diuiditur in duas partes: in quarum prima probat magister per 16.cap. q priuilegia ecclesiarum, scilicet per quæ firmatur status ecclesiæ, non sunt commutanda. Secunda ibi,] Si ergo, t Ioan de Fant.

auctoritate reuocentur: quod si neglexerit, summum pastorem non uidetur amare: nec Petrum apostolum imitari, cui dictum fuit, ut Christi oues si Christum diligat, diligenter pascat.

b ¶Trina.] Ter enim confessus est Christum a, ut ostēdat se corde, opere, & ore Christum diligere. Ioan. — a Vt 6.q 1. imitare.

QVÆSTIO I.

Q Vòd vero auctoritate illius priuilegij decimas sibi ex integro clerici uendicare non ualeant hinc probatur: quia decimæ iuxta decreta sanctorum patrum quadripartito diuiduntur, quarum una pars episcopis, secūda clericis, tertia fabricis restaurandis, quarta uero pauperibus est assignata. Decreta uero sanctorum canonum neminem magis quam Apostolicum seruare oportet.

Vnde Gelasius Papa ait in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶Constitutum synodi, quod uniuersalis ecclesiæ probauit assensus, Romanam sedem seruare oportet. C. I.

Poly. l.1. tit.14. Ans.l.1.c.49.

Confidimus, quòd nullus iam ueraciter Christianus ignoret, vniuscuiusque synodi constitutum, quod uniuersalis ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere a, quàm primam: quæ & unāquamque synodum sua auctoritate confirmat †, & continuata moderatione custodit.

† al. firmauit

Item Leo Papa epistola quarta episcopis Siciliæ.

¶Qui negligenter pascit Dominicum gregem sibi commendatum, conuincitur summum non amare pastorem. C. II.

Ans l.1.c 32. & 41. & l.2.c.22

Diuinis præceptis, & Apostolicis monitis incitamur, vt pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu: ac, si quid usquam reprehensioni inueniatur obnoxium, celeri solicitudine aut ab ignorantiæ imperitia, aut a præsumptionis usurpatione reuocemus. Monente enim Dominicæ uocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina b admonitione a mysticis sanctionibus imbuitur, ut Christi oues, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam gratiæ diuinæ præsumus, reuerentia coarctamur †, ut periculum desidiæ, quantum possumus declinemus; ne professio summi Apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, uana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens Dominicum gregem toties commendatum, conuincitur summum non amare pastorem.

Io.21.

† al. exhortamur

a ¶Admonitione.] *In originali, & apud Anselmum legitur.* trina repetitione mysticæ sanctionis. *Alia vero quædam sunt emendata ex ipsa epistola.*

Idem Anatolio episcopo, epist.51.

Capi.l.6 c.254. & l.7.c.222.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur an clerici baptismalis ecclesiæ possint decimas totius episcopatus sibi uendicare auctoritate priuilegij Apostolicæ sedis. Et respōdet q sic, ut s. ead. §. [His ita.] Primo tamen probat, q non possint, cū decimæ in quattuor partes diuidi debeant, ut sancti canones declarāt manifeste. & not. quod in hoc loco usque ad §. [His ita.] probat Gratia. quod Papa non potuit concedere tale priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ.

Confidimus, q.] CASVS. Dicit Gelasius in hoc c. quòd nullus magis tenetur custodire constitutum uniuersalis synodi, quàm dominus Papa, cuius auctoritate unaquæque synodus confirmatur, quod nullus Christianus debet ignorare.

a ¶Oportere.] Hoc uerbum oporteret, est uerbum honestatis. sic ponitur 19.q. 1.c 1. sicut hæc dictio, debet, quandoque honestatem designat 1, ut extra de despon. impub. tua. quandoque est uerbum officij, ut 25. dist. unum quādoque est uerbum necessitatis, ut 3. quæstio. 9. non oportet. hoc ideo dico, quia princeps legibus solutus est, ut extra de elect. significasti. tamen honestum est ut secundum leges uiuat, ut ff. de leg. 3. ex imperfecto. C. de testam. ex imperfecto. Ioan.

Oportet nō semper est uerbum necessitatis.

1 Sub qnq; necessitatē, ut extra de ecc. benefi. ca. vno. ver. & ideo. & extra de ap. proposuit. qd dic ut & hoc plene no. ff de of. præs. sæpe.

Diuinis.] CASVS. Docet Leo Papa in hoc cap. q Apostolicus uigilans debet esse in omnibus. ut ea quæ male sunt usurpata, eius

QVæ ad perpetuam.[CASVS. Anatolius episcopus prætergrediebat fines sui episcopatus aliena usurpando, & ideo Leo Papa præcipit, ut suis terminis sit contentus: & quæ ad communem utilitatem sunt ordinata, nulla commutatione varientur.

a ¶Nulla

¶Non debent vllo modo variari, quæ ad perpetuam ordinantur quietem. C. III.

Ansl.16.c.121. Iuo p.16.c.317.

QVæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla cõmutatione[a] uarientur: nec ad priuatũ[b] trahantur commodum, quę ad bonum sunt commune p̃fixa *: sed † manentibus terminis, quos constituerunt patres, nemo iniuste α usurpet alienum: sed intra fines proprios, atque legitimos, prout quis ualuerit †, in latitudine se exerceat charitatis.

* Concor. l. 2. §. si qs municipalis. ff. si qs caut. & l. vnica. §. fin. C. de ope. pub.

† al &

† al. uoluerit

α ¶Iniuste] *Apud B Leonem legitur*, nemo in ius tendat alienum *Apud Iuonem, & in capitularibus legitur*, nemo damnet alienum *Apud Anselmum vero*, nemo iniuste damnet.

Item Hilarius Papa in synodo Romana, c. 1.

¶Nulli diuinas constitutiones, & Apostolicę sedis decreta temerare licet. C. IIII.

Poly. l. 1. tit. 27. Ansl. 1. c. 47 & 62. Iuo p. 5. c. 37.

NVlli fas sit sine status sui periculo, uel diuinas constitutiones, uel Apostolicæ sedis decreta temerare: quia nos, qui potentissimi β † sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quòd timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentiæ sacerdotum. Si quidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur † & grauiora facit uitia peccatorum sublimitas[c] peccantium †.

† al. potissimi.

Ezech. 3. & 34.

† Concor. tex. in l. nemo. C. de episc. & cle. & in l. mo. tis §. iste fere. ff. de poenis.

† al. dignitatum] orig.

β ¶Potentissimi.] *Sic apud Anselmum, & in cæteris vetustis Gratiani exemplaribus, præter vnum, in quo habetur vt in concilio ipso*, potissimi.

Item Damasus Papa.

¶In spiritum sanctum blasphemant qui sacros canones violant. C. V.

Deusdedit. p. 4. Ansl 13. c. 126. Poly. l. 4. tit. vit.

VIolatores canonum uoluntarij grauiter à sanctis patribus iudicantur & à sancto spiritu (instinctu cuius, ac dono dictati sunt) damnantur: quoniam blasphemare[d] spiritum sanctum non incongrue uidetur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut præmissum est, aliquid, aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere uolentibus sponte cõsentiunt. Talis enim p̃sumptio manifeste vnum genus est blasphemantium spiritum sanctum: quia, ut iam prælibatum est, contra eum agit, cuius nutu, & gratia sancti canones editi sunt.

Item Vrbanus Papa.

¶In quibus Romano Pontifici liceat nouas condere leges. C. VI.

SVnt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. Quod & nos non solum non negamus, sed etiam ualde affirmamus. Sciendum uero summopere est, quia inde nouas leges condere po-

non valet statutum: sed omnes hæretici essent, ut 15. dist. sicut, & sic potest intelligi j. ea. c. sunt quidam. & c. seq. sed cõtra statutum ecclesię, quòd non est ita generale, sicut est cõtinẽtia sacerdotũ, bñ põt dispẽsare.

b ¶Nec ad priuatum.] Communis utilitas priuatę p̃iudicat, vt 7. q. 1. scias & 8. q. 1. in scripturis.

1 Vide quæ legitur & not. in. 85. dist. cũ in pręterito.

NVlli fas sit.] CASVS. Ostendit Hilarius Papa in hoc c. quod nullus debet uenire contra decretũ Apostolicę sedis, nisi uelit deponi: quia quãto quis in maiori positus est dignitate, si sacras constitutiones violat, uel negligens inueniatur: tanto maiori reatu constringitur.

c ¶Sublimitas.] Crimen enim augetur per dignitatẽ, ut 40. dist. homo. & ff. de re mili. omne delictum § 2. Ioan.

VIolatores.] CASVS. Quidam episcopi canones spõte uiolabant, vel violantibus consentiebant. quare Damasus Papa eos reprehẽdit, dicens, quod tales blasphemant spiritũ sanctum, instinctu cuius canones editi erant: & ideo à sanctis patribus, & spiritu sãcto grauiter iudicantur.

d ¶Blasphemare.] immo eo ipso uidetur excommunicatus, & hæreticus, ut 19 dist. nulli & infr ead. c. generali.

SVnt quidam.] CASVS. Quidam dicebant, quod semper licuit Romano Pontifici cõdere nouas leges: quibus Vrbanus Papa cõsentit, confirmando quod dicunt, dummodo contra Euangelium, uel contra Apostolos legem nõ edant: ubi enim Dominus, vel Apostoli eius, vel sancti patres aliquid sententialiter diffinierunt, ibi Romanus Pontifex nouam legem condere non debet: sed quod statutum est, usque ad sanguinis effusionem defendere. nam si vellet aliquid statuere contra Euangelium, uel contra Apostolos, uel prophetas, hæreticus esse conuincetur. Sequens capitulum planum est.

Papa in aliquibus nõ dispensat.

a ¶Nulla commutatione.] Ex hoc patet, quod Papa non potest contra generale ecclesię statutum dispensare, nec contra articulos fidei. nã & si oẽs assentiantur ei,

Papa utrũ possit cõtra Apostolum dispensare.

* *Vide q̃ notatur ibi*

a ¶Apostoli.] Hic uidetur, quod Papa non possit dispensare contra Apostolum, vel Dominum qualiter ergo Martinus dispensauit cum bigamo contra Apostolũ, vt 34. dist. lector *. Item cum canon Apostolorum dicat, presbyter si fornicatus fuerit, deponatur. 81. dist. presbyter. quomodo ergo Gangrense concilium dispensat in tali casu, vt dist. 82. presbyter. Item contra Dominum dispensauit, qui dixit, Vouete, & reddite, & tamen absoluit à iuramento, & à voto. 15. qõ. 6. iuratos. extra de vot. & vo redemp. per totũ. Satis potest sustineri, quod Papa contra Apostolum dispensat: non tamen in his, quæ pertinent ad articulos fidei. eodem modo dispensat in Euangelio interpretãdo ipsum. extra de testi. licet, in fin. item non est uera dispentatio quæ fit in uoto peregrinationis 1 quia non dicitur uouens liberari ab illa obligatione: sed potius dicitur in melius commutari, ut extra de iureiurand. peruenit. sed circa uotum continentiæ fortè nõ posset dispensare 1. quia vix inueniretur melius in quod posset commutari 2. vt extra de stat. regu. cum ad monasterium. in fi. Ioan. quidquid dicat Ioan. quandoque dispensat Papa contra generale statutum ecclesiæ, sicut fecit in Lateranen. concilio generali Innocẽtius, ut extra de consang. & affin. non debet. licet contra articulos fidei non dispenset. 25. q. 7. & si illa. B.

Cõtinentia in melius.

1 Contrariũ no. ĩ. ea. q. qui ad perpetuam. in gl. 1. sed nõ est ẽ, si bñ videatur.

2 Ecclesiastici 26. nõ est digna põderatio aiæ cõtinẽtis: scot ruptio. n. facit ꝓximũ Deo. Sap. 5. ad idẽ 32. q. 1. nuptię. Arch.

b Contra statuta.] Scilicet vt dictum est de articulis fidei, supra capit proxi.

c ¶Potest.] Supple de facto, vel de iure.

Omne.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima dr, quòd catholica ecclesia debet defendere ea, quæ sunt iustè statuta. In secunda parte dicitur, quòd iniusta diffinitio regio metu vel cuiuscunque iudicis auctoritate composita valere non debet. Nam quæ contra Euangelicam doctrinam, Apostolicam, vel prophetiam statuuntur: omni firmitate carebunt: & quod ab infidelibus uel hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Secunda pars incipit ibi, [Iniustum autem,] Sequens c. patet.

d ¶Iniustum.] Supra 11. q. 3. c. iniustum.

e ¶Ab infidelibus.] Arg. quòd id quod fit ab intruso, non ualet, ut 12. q. 2. alienationes. de consec. dist. 1. hic ergo. Argum. contra 1. quæst. 1. si quis à pseudoepiscopis.

dere potest, vnde Euangelistæ aliquid, & prophetæ α nequaquam dixerunt. vbi vero apertè Dominus, vel eius Apostoli a, & eos sequentes, sancti patres sententialiter aliquid definierunt; ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius, quod prædicatum est, vsq; ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ, destruere (quod absit) niteretur; non sententiam dare, sed magis errare cõuinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini ecclesiam contra luporum insidias optimè custodierunt.

α ¶Et prophetæ.] *Absunt hæ voces à multis manuscriptis.*

Item Zozimus Papa.

¶Apostolicæ sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet. C. VII.

Contra statuta b patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest c auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus uiuit antiquitas †, cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

Iuo p. 4. c. 2?6. Pan. l. 3 c. 4. cõcordat.

† Concor l. si §. seq. q. C. de iure delib & l. 1. §. & cũ triplici. C. de caduc. tol.

¶*Epistola vnde sumptum est hoc caput, non est inuenta; Iuo autem in loco indicato, & in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem affert hæc ex epistola Zozimi ad episcopos Narbonensis prouinciæ: & ipse Zozimus in prima epistola ad Hesychiũ narrat se scripsisse ad episcopus Galliæ, & Hispaniæ.*

Item Marcellinus β Papa, epist. 2.

β ¶Marcellinus] *Restitutum est ex vetustis exemplaribus. Nã in vulgatis erat,* Marcellus

¶Stare non valet, quod contra Euangelicam, vel propheticam doctrinam, seu constitutionem factum fuerit. C. VIII.

Omne, quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. & infra. ¶Iniustum d iudicium, & diffinitio iniusta regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata, nõ valet. Nec quidquam γ, quod contra Euangelicæ, vel propheticæ aut Apostolicæ doctrinę constitutionem, successorũve eorum, siue sanctorum patrũ actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus e hæreticis factũ fuerit, omnino cassabitur.

1. dist. 11. si quis tine. 11. q. 3. iniustũ. Ans. l. 3. c. 17.

γ ¶Nec quidquam.] *Emendatus est hic locus ex ipsa Marcellini epistola.*

Item Hormisda Papa episcopis Hispaniæ.

Et in libello Ioannis Constantinop. episcopi ad Hormisdã.

¶A statutis patrum non deuiare, & fidei regulam custodire prima salus est. C. IX.

Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare.

Item Pelagius Papa Childeberto Regi.

Satagen-

Satagendum.] CASVS. Quidam dicebant Pelagium in fide errare: de quo cum suspicaretur rex Childebertus, misit Rufinum legatum suũ Romam, vt a Pelagio postularet, vel vt significet sibi qualiter fidẽ vel chartam B. Leonis, in qua fides catholica scripta continebatur, conseruet vel professionem suæ fidei verbis proprijs sibi destinaret. Pelagius vero significabat sibi quod non solum fidem, & chartam beati Leonis conseruabat, sed etiam proprijs verbis professionem suę fidei ei destinauit, ut nulla possit de cætero suspicionis occasio residere. Satagendum est. id est uidendum est. [vt legibus, id est, secundum leges ecclesiasticas. aliàs regibus. Tomum,] id est, fidem uel chartam inuiolatã, in qua fides scripta continebatur. Nosque.] Hãc litteram sic formabis, quæ, pro &c. [signi ficamus ad vos professionẽ.] id est, subscriptionem nostræ manus. [nos [omnibus] &c. [Scriptum,] id est quod in scripto continetur.

¶ Profitetur Pelagius Papa tomum sui decessoris per omnia seruare. C. X.

Ino p.5.c.358. † *regibus*] Iuo

SAtagendum est, vt pro auferendo suspicionis scandalo, obsequium cõfessionis nostræ legibus † ministremus: quibus nos etiã subditos [a] esse sacræ scripturæ præcipiũt. Veniens etenim Rufinus vir magnificus excellẽtiæ vestræ legatus confidenter à nobis, vt decuit, postulauit: quatenus uobis, aut beatæ recordationis Leonis Papæ tomum à nobis per omnia conseruari significare debuissemus; aut proprijs verbis nostræ confessionem fidei destinare. Et primam quidẽ petitionis eius partem, quia facilior fuit, mox, vt dixit, impleuimus: nosq; in omnibus præsulis tomum pro catholicę fidei assertione cõscriptum, Deo propitio, custodire manus nostræ ad uos professione significamus †. Vt autem nullius deinceps (quod absit) suspicionis resideret occasio; illã ẽt aliam partẽ, quã memoratus uir illustris admonuit, facere maturaui; scilicet proprijs uerbis confessionem fidei, quam tenemus, exposui.

† *al. signauimus*

Et capitul. l. 6. c.249.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. ult.

¶ Anathema apud Deum fiat, qui censuram Romanorum Pontificum uiolat. C. XI.

Deusd. p.1.3.4. Ans. l.12. c.2. & l.3. c.11. & l.4. c.40. Poly. l.4. tit. vlt. † *al. fiat*

GEnerali decreto constituimus, ut execrãdum anathema sit † [b], & ueluti præuaricator catholicæ fidei semper apud Deum reus existat; quicunque regum, seu episcoporum α, uel potentum deinceps Romanorum β pontificum decretorum censuram in quocunque crediderit, uel permiserit uiolandam.

α ¶ Seu episcoporum] *Hæ voces non leguntur in ipso capitulo, neque in capitulari. sunt tamen apud Anselmũ, & in Polycarpo.* β ¶ Romanorum.] *In capitulo habetur,* deinceps canonum cẽsuram: *nec multo aliter in capitulari. Anselmus tamen, & Polycarpus habent ut Gratianus.*

† *al. Stephano* Et Leo Papa ep. 1. c.5.

Item Damasus Papa, epist. 4. Prospero † episcopo.

¶ Non licet alicui episcopo contra Romanorum pontificum decreta aliquid agere. C. XII.

Poly. l.3. tit.22. Ansl. l.4. c.47. Paon. l.3. c.3. similε. † *Hac decretalia*] *ortg.*

OMnia [c] decretalia †, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à uobis, & ab omnibus episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus; ut si quis in illa commiserit, ueniam sibi deinceps nouerit denegari.

Item Gregorius lib. 2. epist. 7. seu c. 46. ad Ioannem episcopum.

¶ Non communicet sacris altaribus, qui nescit sacris obedire canonibus. C. XIII.

Poly l.4. tit. vlt. † *al. Hac*

HAe † consona sanctis patribus diffinitione sancimus; ut qui sacris nescit [d] obedire canonibus; nec sacris

a ¶ Subditos.] Arg. quod Papa subest Imperatori: intelligo quoad hoc, quod sua ecclesia dat tributa fortè Imperatori, vt extra de censi. omnis anima. & 11. q. 1. magnum. & ca. si tributum. 23. q. 8. tributũ. Nam aliàs omnes principes subsunt episcopis, vt extra de ma. & obedien. omnes principes. Ioã. de Fant.

Papa quãq; subest Imperatori.

GEnerali.] CASVS. Statuit Hadrianus Papa in hoc c. ut quicunq; fecerit vel fieri permiserit contra censuram, & decreta Apostolicæ sedis, uelut hæreticus, & catholicæ fidei præuaricator anathematizetur.

b ¶ Sit.] Id est, fiat. Nam hæc uerba, sit & fiat, respiciunt quandoque futurum tempus, ut ff. ne quid in loco publi. l.2. §. deinde. Ioan.

OMnia decretalia] CASVS. Præcepit Damasus Papa in hoc cap. ut quicunque episcopus uel sacerdos commiserit cõtra decreta Romanorũ Pontificum, deponatur sine spe restitutionis. Quæ autem sequuntur plana sunt vsq; ad §. [si ergo.

c ¶ Omnia.] Hoc ca. hic attribuit Damaso: aliàs Leoni, vt 19. dist. c.1. uer. quoniam. Ioan.

1 Vel dic, quod potuit esse utriusq; cap. sicut & aliàs. in 1. q. 1. de cætero. de cons. dis. 1. locõlul:o. in subscriptione virusq; cap. patet.

d HAc consona.] ¶ Nescit.] Id est, contemnit. vel loquitur de ignorantia iuris, quæ quibusdam est damnabilis, ut 38. distin. si in laicis. Ioan.

Ideo

administrare, nec communionem capere sit dignus altaribus.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 1.

¶Obseruandæ sunt regulæ à sanctis patribus in synodo statutæ. C. XIIII.

A Sanctis patribus in vnaquaque synodo vsque nunc prolatas regulas teneri statuimus.

Item Gregorius ad Montanum, & Thomam lib. 5. epist. 12. seu c. 112.

¶Voluntatem, & statuta suorum decessorum custodiant, qui sua seruari volunt. C. XV.

IVstitiæ, ac rationis ordo suadet, vt qui sua à successoribus desiderat mandata seruari; decessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiat.

Item Leo Papa quartus.

¶Contra statuta sanctorum patrum agit, qui ea non seruat intacta. C. XVI.

IDeo permittente Domino pastores hominum sumus effecti; vt quod patres nostri siue in sanctis canonibus, siue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta; si, quod ipsi diuino statuerunt consulto †, intactum non conseruamus. Iuo p. 4. c. 116. †al. c. n. silio

2 *Si ergo primam sedem statuta conciliorum præ omnibus obseruare oportet, & si pro statu omnium ecclesiarum necesse est illam impigro vigilare affectu, si ea, quæ à Romanis Pontificibus decreta sunt, ab omnibus obseruari conuenit, si illi, qui nesciunt sacris obedire canonibus, altaribus ministrare non debent; patet, quod contra statuta sanctorum canonum, quibus status ecclesiarum uel confundantur, vel perturbentur, priuilegia ab Apostolico concedi non debet. His ita* [a] *respondetur. Sacrosancta Romana ecclesia ius, & auctoritatem sacris canonibus impertitur, sed non eis alligatur* [b]. *Habet enim ius condendi canones, vtpote quæ caput est, & cardo omnium ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet. Ita ergo canonibus auctoritatem præstat, vt seipsam non subijciat eis. Sed sicut Christus, qui legem dedit, ipsam legem carnaliter impleuit, octaua die circumcisus, quadragesimo die in templo cum hostijs præsentatus, ut in seipso eam sanctificaret, postea vero ut se dominum legis ostenderet, contra legis litteram leprosum tangendo mundauit, Apostolos quoque cõtra litteram sabbati per sata prætergredientes, spicas vellentes, & confricantes manibus suis, probabili exemplo Dauid, & circumcisionis, & templi excusauit dicens, (Non legistis, quid fecerit Abimelech quando venit ad eum Dauid, & dedit*

Luc. 2.
Matth. 8.
Matth. 12.
1. Reg. 21.

IDeo permittente.] SI ERGO. Hæc est 2. pars quæst. in qua primo infert ex præcedentibus: subsequenter, uenit ad diuersas solutiones. Io. de Fant.

CASVS. Nunc Grat. ex supradictis c. concludit dicens, quod Papa priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ concedere nõ potuit: cum uideatur facere contra statuta sanctorum patrum, quę inuiolabiliter seruari oportet. Non enim debet priuilegia concedere, quibus status ecclesiarũ turbatur.

HIS ITA. CASVS. Hucusque Gratian. probauit, quod Papa priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ concedere non potuit. Nunc uero respondet allegatis, duas adhibendo solutiones. Iste ergo. §. in duas partes diuiditur. In prima parte ponit solutionem quandam, scilicet quod Papa nõ est subditus canonibus: sed potest uenire contra illos quando uult. & hoc probat per tria exempla, scilicet Christi, qui tangendo leprosum fecit contra legem: & exemplo Apostolorum, qui euulserunt spicas, & eõ fricauerunt eas in die sabbati contra legem ueterem: quos Apostolos cum à Iudæis reprehenderentur, Christus tripliciter excusauit, scilicet exemplo Dauid, & circumcisionis, & oblationis, quę fiebant in die sabbati contra legem. Tertium exemplum etiã est Christi, qui docebat in templo scribas & Pharisæos, ut ostenderet se Dominum legis. In secunda parte ponitur alia solutio, quæ talis est, scilicet quod Papa non facit contra canones antecessorum, si concedit priuilegium alicui plebi. Nam cum in concilijs statuitur aliquid obseruãdum: dicitur, nisi Romana ecclesia aliter statuerit: vel salua eius auctoritate. aliter priuilegia concedi non possunt nisi contra legem concedantur communem, vt probatur auctoritate Grego. & Hieronym. Potest ergo concedere priuilegia causa religionis, necessitatis, vel seruitij exhibiti dummodo alij enormiter non lædantur. & ad hoc inducit auctoritatem Apostoli, & legem sequentem, cuius casus patet cum § seq. Secunda pars incipit ibi, (Quanquam si decretorum.

a ¶His ita.] Prima solutio magistri occupat primam columnam: secũda secundam. prima talis † est, quia Dominus sicut soluit legem, quam dederat, sic & Papa potest. secunda hæc est, quod canones ita intelliguntur statuti, vt semper auctoritas Romanæ sedis sit excepta.

† Saban quod non multum valet L.

b ¶Alligatur.] Vt extra de elec. c. significasti.

a ¶Solis.

a ¶Solis.] De hoc nosupr. 11. quæst 1 §. ex his.
b ¶Intelligēda sunt.] sic extra de iureiu. ue nientes.
c ¶Ait.] Supra distinctio. 100. contra morem.
Leuit. 12. d ¶Priuilegio.] Supra distinct 3 priuilegium.
e ¶Ob religionis.] 12. quæstio. 2. religiosim.
f ¶Necessitatis.] 35. quæstio. 3. quadam lex.
ADDITIO. Et cap. quod scripsi. uide quod not. 7. quæstio. 1. non autem. & c. petisti.
Luc. 6.
g ¶Obsequij.] 1. q. 1. sunt nonnulli. sup. 23. distinct. communis. Ioan.

Quòd ei panes propositionis, de quibus non licebat edere, nisi solis [a] sacerdotibus, & comedit ipse, & pueri eius. Item octaua die secundum legem puer circumcidatur: & nos in sabbato circumcidatis hominem. Item cum iuge holocaustum ex lege offeratur, cum masculus quadragesima, fœmina uero octuagesima die ab ortu suæ natiuitatis secundum legis imperium cum hostijs in templum præsentaretur, unde sacerdotes offerentes hostias in templo litteram sabbati soluunt, & sine crimine sunt: tunc filius hominis multo magis ualet soluere literram legis, qui est
NOn liceat Christianis tenere traditiones gentilium, & obseruare, vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes [a], uel arbores plantandas, uel coniugia socianda. Scriptum est enim. [Omnia quæ facitis aut in verbo, aut in opere; omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.] ¶Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes liceat attendere: nisi tantum cum symbolo diuino, aut † oratione Dominica, ut tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. ¶Si quis autem paganorum consuetudinem sequens diuinos, & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inueniant, uel lustrationes paganorum faciant; quinque annis pęnitentiam agant. ¶Mulieribus quoque Christianis non liceat in suis lanificijs uanitatem obseruare: sed Deum inuocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi donauit.

Coloss.3. Ibidem c.74. Burc.l.10.c.20. Iuo.p.11.c.47. †al.et Ibidem, c.71. Burc.l.10.c.6. Iuo p.11.c.34. Ibidem, c.75. Burc.l.10.c.19. Iuo p.8.c.330. & p.11.c.46. Et in Agathensi, c.68. Iob.38. apud 70.

Item ex concilio Laodicensi, c.36.

¶Sacris officijs dediti, magi, vel incantatores non fiant. C. IIII.

Rabanus pœnit. c.23. Iuo p.11 c.3. Paun l.8.c.63.

NOn oportet sacris officijs deditos, uel clericos, magos aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ animarum suarum uincula comprobantur. Eos autem, α qui talibus rebus utuntur, proijci ab ecclesia iussimus.

α ¶Eos autem.] *Quæ antecedunt in hoc capite sunt ex uersione Dionysij. Quæ autem sequuntur, sunt ex prisca uersione, quæ est in collectione Isidori.*

Item ex concilio Toletano quarto, c.28.

¶Honore priuetur episcopus, uel presbyter, qui magos uel aruspices consulit. C. V.

Rabanus ibidem Poly.l.6.tit.12. Burc.l.10.c.48. Iuo p.11.c.5. & 73. Pan.l.3.c.169. & l.8.c.64.

SI qui episcopus, aut presbyter, siue diaconus, uel quilibet ex ordine clericorum, magos, aut aruspices, aut incantatores, aut ariolos: aut certe augures, uel sortilegos, uel qui profitentur artem magicam α, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse [b] fuerit deprehensus; ab honore dignitatis suæ suspensus [c], monasterij curam γ suscipiat, ibique pęnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

NOn liceat.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes: In prima parte dicitur, quod propter domum faciendam uel segetes serendas, vel plantandas arbores, & similia, non debet aliquis colere elementa, lunam vel stellas obseruare: sed omnia facere in nomine Domini. In secunda parte dicitur, quod in collectionibus herbarum non est aliqua incantatio facienda, nisi credo in Deum, uel Pater noster. In 3. parte dicitur, quod si quis in domum suam inducat sortilegos uel diuinos, ut maleficia inueniant, uel aliud faciant superstitiosum, v. annis pœniteant. In 4. parte dicitur, quod mulieres in suis lanificijs uanitatem obseruare non debent: sed Deum inuocare adiutorem. Secunda pars incipit ibi, [Nec in collectionibus herbarum.] Tertia ibi.] Si quis aut.] Quarta ibi:] Mulieribus.] Sequens cap. planum est.

a ¶Propter segetes.] nunquid ergo hic reprehenditur astronomia? nunquid per uentos & dispositiones lunæ licitum est rusticis considerare tempus seminandi 1, & medicis tempora potionum & minutionum? Certe hæc non reprobantur. sed illi reprobantur, qui credunt inesse necessitatem superioribus, unde non est dicendum quod superiora sint causa rerum, licet sint signa 2 rerum.

Astronomia nō est reprehendenda.

1 Videt quod non. infra ead. q.7. non obseruetis. & c.seq.

2 Signa. Lege Ioan. Picus Miran. contra Astrologos.

SI quis episcopus.] CASVS. Statuit concilium Tolet. quod si quis episcopus, uel cuiuscumque ordinis clericus diuinos uel sortilegos consulit, deponatur: & ad pœnitentiam peragendam perpetuo in monasterio trudatur. Quæ autem sequuntur, plana sunt: & per te uidebis vsque ad ca. epl

b ¶Consuluisse.] Not. pro solo consilio debere quem puniri 3, siue faciet artem, siue non. sic pro sola uocatione punitur, qui uocat clericum ad iudicium Imperatoris, ut 11.q.1.placuit.

Consiliū facil quē puniri.

3 Sic infra e. p. xi. dic quod in hoc peccat, quia prohibitū est consiliū talium. extra de sortileg. cap. 1. Io. de Fant.

c ¶Suspensus.] Id est de-

depositus, ut patet per sequentia.

a Aliquanti.] Vel docere.] nam similis est culpa, prohibita discere, & docere, ut C. de male. culpa 1. & multa sunt, quæ melius est nescire, quàm scire. 38. dist. quamuis contrarium est C. de here. quicunque. ultra medium. vbi dicit quod ille, qui illicita doceret uel deportatur, vel punitur ultimo supplicio: discipuli uero puniuntur x. libris auri. sed ibi loquitur de his, qui discendi causa uenerunt, non tamen didicerunt: hic de eo qui didicit uel consuluit. Item contrarium est 37. d. stin. qui de mensa. sed illi discebant non ut sequerentur ea, sed ut alijs per ea possent obuiare. 37. distin. legimus.

b Sortes.] ¶ Discriminatis.] Id est, indicaris uel dijudicatis s.

Contra idolorũ.] a ¶ Vet-

Nescire quẽdã melius est quàm scire.

1 Si. arg. in uenit 26 q. 5. in canonibus. vbi cõ similis pœna irrogatur dãdi & accipienti ablationem ecclesiæ praeter epi cõsciẽtiam. 1 L. de huc legi. & no. de cõs. dist. 2. pro dilectione.

a Vel dic, i. I discrimen adducitis. Io. de Fan.

α ¶ Magicam.] *In antiquioribus conciliorum editionibus, duob. codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, & Polycarpo legitur*, artem aliquam.

β ¶ Suspensus.] *In omnibus conciliorum editionibus, & manuscriptis exemplaribus, quæ collata sunt, & Polycarpo est*, depositus *Sed ob glossam non est mutatum*.

γ ¶ Curam.] *Sic in vetustioribus conciliorũ editionibus, & duobus Vaticanis codicibus: sed in recentioribus Coloniensibus est*, censuram: *in codice autem regio*, pœnam.

Item ex concilio Agathensi, c. 42. — Et in Venet. c. 16.

¶ De his, qui augurijs, & diuinationibus student. C. VI.

Rabanus ibidẽ Bur. l. 10. c. 27. Iuo p. 11. c. 4. Pann. l. 8. c. 69.

ALiquanti clerici, siue laici student augurijs, & sub nomine fictæ religionis per eas, quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcũque scripturarum inspectione futura promittunt. Hæc † quicumque clericus, aut laicus, detectus fuerit vel consulere, uel docere [a]; ab ecclesia habeatur extraneus. — † *al. Hoc*

Item Leo quartus episcopis Britanniæ, c. 4.

¶ Sors nihil aliud, quàm diuinatio, & maleficium esse decernitur. C. VII.

Iuo p. 11. c. 8. Pann. l. 8. c. 70.

SOrtes, quibus cuncta uos in vestris discriminatis [b] iudicijs (quod patres damnauerunt) nihil aliud, quàm diuinationes, & maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Christianos ultra nolumus nominari; & ne exerceantur † sub anathematis interdicto prohibemus. — † *al. Vt abscin dantur*

¶ *In epistola Leonis quarti (cuius pars extat in uetusto codice) c. 4. hæc leguntur.* De expetentia autem diuinationum, uel maleficiorum scriptum quidem in sacris habemus canonibus, ut ipsa ponamus, ita: Qui diuinationes. & c. supra *eod. ex concilio Ancyrano.* Vnde ad illorum similitudinem sortes, quibus uos cuncta in vestris discriminatis iudicijs, nil aliud, quàm quod illi patres damnarunt, diuinationes, & maleficium esse decernimus, &c.

Item Gregorius Hadriano notario, libro. 9. epist. 47.

¶ Incantatores, sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet. C. VIII.

Poly. ibidem Burc. l. 10. c. 4. Iuo p. 11. c. 33.

PEruenit ad nos, quòd quosdam incantatores, atque sortilegos fueris insecutus & omnino nobis solicitudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. *& infra.* ¶ Et ideo studij tui sit solicite quærere, & quoscumque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta ultione corrigere.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 32.

¶ Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, uel auguria, uel sortes secutus. C. IX.

Concor. cõcil. Autisiod. c. 4.

SI quis clericus, monachus, vel sæcularis, diuinationem, uel auguria crediderit obseruanda, uel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscumque putauerint intimandas; cum his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ communione pellantur.

Item Gregorius in libro 7. epist. 66. ad Ianuarium episcopum.

¶ Contra sortilegos, idolorum cultores custodia pastoralis inuigilet. C. X.

Bur. l. l. 10 c. 13. Iuo p. 13. c. 32. & 95.

COntra idolorum cultores, uel aruspices †, atque sortilegos, fraternitatem vestram uehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo contra huius rei uiros sermonem facere, eosque à tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis uitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen, si emendare se à talibus, atque — † *al. aruspicum, & sortilegorũ*

corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te uolumus: & si quidem serui sunt, uerberibus [a], cruciatibusque, quibus ad emendationẽ peruenire ualeant, castigare: si uero sũt liberi, inclusione digna, districtaq; sũt in pęnitentiã redigẽdi, ut qui salubria, & à mortis periculo reuocãtia audire uerba cõtemnunt, cruciatus saltẽ eos corporis ad desideratã [illegible] entis ualeat reducere sanitatem.

¶*Caput hoc locupletatum est ex epistola Gregorij cum uetustis exẽplaribus collata.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 89.

¶Ab ecclesia separetur augurijs, & incantationibus deseruiens. C. XI.

Burch. l. 10. c. 7. Iuo p. 11. c. 35. Pann. l. 8. c. 72.

AVgurijs, uel incantationibus seruientem, similiter & Iudaicis superstitionibus, uel ferijs inhærentem, à cõuentu ecclesiæ separandum [præcipimus.]

Item ex concilio Anquirensi [a] *cap. 1.*

a ¶Anquirensi. *Sic etiam in uetustis. Burchardus et Iuo habẽt* Anchyrensi *Veruntamen in concilio Ancyrano græco, aut latino neque impresso, neque manuscripto est inuentum: licet, qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodam uetusto codice xvi librorum partialium.*

¶Sortlegam, & magicam artem episcopi omnibus modis † eliminare studeant. C. XII.

† *al. Viribus*

Burc. l. 10. c. 1 & l. 19. credidisti, ꝙ multæ. Iuo p. 11. c. 30. Pann. l. 8 c 73.

† *al. maleficã*

EPiscopi, eorumq; ministri omnibus modis elaborare studeant, ut perniciosam, & à diabolo inuentam sortilegam, & magicam † artẽ ex parochijs suis penitus eradicent: & si aliquem uirum, aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum de parochijs suis eijciant. Ait enim Apostolus: [Hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita: sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est. [Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quærunt: & ideo à tali peste debet mundari sancta Ecclesia. ¶Illud etiam non est omittendum, quòd quædam sceleratæ [a] mulieres retro post satanam conuersæ, dæmonum illusionibus, & phãtasmatibus seductæ, credunt & profitentur se nocturnis horis cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, eiusq; iussionibus uelut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed utinam [b] hæ solæ in perfidia sua perijssent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc uera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra unum Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia prædicare debent, ut nouerint hæc omnino falsa esse, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium † irrogari. ¶Siquidem ipse satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscumq; mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit; ilico transformat se in diuersarũ species personarũ, atq; similitudines, & mentem, quam captiuam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæq; deducit: &

ad Titum 3.

De spiritu & anima, c. 18.

† *al. infideliũ*

August. ibid. 2. Cor. 11.

1 Aliàs iudices. 23. q. 4. si ea. ibi de hoc.

a ¶Verberibus.] Cũ hic scribatur episcopis, patet hoc crimen, ecclesiasticũ esse. Itẽ patet hic ꝙ episcopus potest aliquos uerberibus castigare, ut 22. q. 5. c. 1 Item patet hic ꝙ episcopus potest in carcerẽ mittere eos. Item habes hic, ꝙ alio modo punitur nobilis quam ignobilis, ut 24. q. 1. qui contra 12. quæst. 1. fraternitatis. Ioan.

Ep̃s põt aliquos uerberibus castigare.

EPiscopi.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima tractatur de sollicitudine sacerdotum circa diuinos expellẽdos de parochijs suis, & quòd expelli debeant, Apostoli auctoritate probatur. In secunda parte reprehenduntur quædam mulieres, quæ cum Diana dea paganorum & cum Herodiade super quasdam bestias nocturnis temporibus equitare se putabãt: quod falsum est, sed diabolo decipiente hoc mentibus fidelium irrogatur. In tertia parte ostenditur quomodo fiat hæc illusio, scilicet in solo spiritu diabolo uarias formas ostendẽte per somnium mentibus hominum. & ꝙ in solo spiritu fiat, probat duobus exemplis, scilicet Ezechielis, & Pauli. Secũda pars incipit ibi, [Illud etiam.] Tertia ibi, [Siquidem ipse satanas.]

b ¶Sed utinam hæ solæ.] Id est, utinam nõ plures similis expositio est 1 quæstio 1 duces 1.

a ¶Sed

cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore a euenire opinatur. Quis enim non in somnijs, & nocturnis uisionibus extra se educitur, & multa uidet dormiendo, quæ nunquam uiderat uigilando? Quis vero tam stultus, & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta uisiones Domini in spiritu, non in corpore uidit? Ezech. 3. & Ioannes apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore uidit, & audiuit, sicut ipse dicit? Apoc. 1. & 4. [Statim inqt, fui in spiritu. Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. 2. Cor. 12. Omnibus itaque publice annunciandum est, quòd qui talia, & his similia credit, fidem perdit: & qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: [Omnia per ipsum facta sunt, &c.] Io. 1. Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, uel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt; proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

a ¶Sceleratæ.] *Fere eadem habentur apud beatum Augustinū in libro de spiritu & anima, cap.: 8 & in vita Damasi Papa primi, quæ extat Romæ in peruetusto de vitis sanctorum codice sanctæ Mariæ maioris: vbi postquam aliqua relata sunt ex synodo Romana in qua Damasus Macedonium & Apollinarem damnauit, adiungitur anathematizatos in ea synodo esse, maleficijs, superstitionibus & incantationibus seruientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quæ putabant nocturno silentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum super bestias equitare & multa terrarum spatia pertransire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciē suorum inimicorū altaria sacris vestibus exuunt, aut veste lugubri accingunt, vel consueta luminariorum obsequia ecclesijs Dei subtrahunt, vel Missam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrāt hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequissima Toletanum concilium 13. condemnas dicens, c. 7.

¶Abijciatur sacerdos, qui huiuscemodi maleficijs operam dederit. C. XIII.

QVicumque sacerdotum, uel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris b, uel amaritudinis permotus, aut altare diuinum uestibus sacris exuere præsumpserit, aut qualibet alia lugubri ueste accinxerit †, seu etiam, † al. accingi] orig. si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit, & extingui præceperit; si eum antea ueræ pœnitudinis coram metropolitano satisfactio c non purgauerit; ignobilitati perpetuæ mancipatus iuxta superiorem sententiam Domini, loci sui dignitate se nouerit, & honore priuari: illis proculdubio personis ab hac ultionum sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, uel subuersionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem, uel obsidionem perferentes, seu etiam diuinorum iudicio

a ¶Sed in corpore.] Id est, corporeo sensu percipi, &c.

NONNVLLI. Hæc est 2. pars quæ in qua dicitur, & in seq. c. continetur. Ioan. de Fant. Et ponit hic incidentem quæstionē. CASVS. Superius prohibitæ sunt diuinationes & sortilegia. Nunc uero ostendit Gratia. quod in perniciem inimicorum altaria uestibus exui non debēt uel lugubri ueste accingi, uel luminaria ecclesijs deputata extingui, uel Missa defunctorum celebrari pro uiuis. & ad hoc probādum inducit sequens cap.

QVicumque] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod si quis sacerdos uel minister ecclesiæ, altaria uestibus exuat, vel lugubri ueste accingat, uel extinguat luminaria in perniciem alicuius, deponatur: nisi coram metropolitano pœnitentiā egerit, exceptis illis personis, quæ hoc faciunt uel propter hæreticos, vel propter hostilitatem, uel alia iusta ex causa. In secūda parte dicitur, quod sacerdos, qui cantauerit Missam defunctorum ut inimicus mortem incurrat, deponatur: tam ipse sacerdos, quàm ille qui sacerdotem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secunda pars incipit ibi, [Plerique etiam.]

Tristitiæ causa permittuntur aliqua.

b ¶Doloris.] Nisi forte ideo faciat quia ecclesia sua spoliatur, ut illud in signum mœroris faciat, sicut quidā ponunt spinas super altare: sicut etiam denudatur altare in passione Domini in signum tristitiæ.

c ¶Satisfactio.] Arg. quòd

rum sententiam metuentes talia fecisse contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur, quàm interni liuoris dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum sauciati inimicitiæ dolo Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci uoto pro uiuis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi, ut is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interuentu mortis incurrat periculum. Proinde nostræ elegit unanimitatis conuentus, ut si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipse sacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragẽda incitasse perpeuditur, exilij perpetui ergastulo relĩgẽtur†.

† al. relegẽtur

¶ Principium huius capituli vsque ad ver. Plerique, *est ex 13 concilio Toletano c.7. Reliqua vero sunt ex 17 Toletano, ca.5. quorum conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania. Et inde nõnulla hic emendata, & addita.*

2 *Ex præmissis auctoritatibus colligitur, quòd arioli, aruspices, incantatores, & sortilegi, atque cæteri huiusmodi sectatores ab ecclesia sunt eliminandi, & nisi resipuerint, perpetuo excommunicandi. Sed quod in vltimo Anquirensi† capitulo ea, quæ fiunt per incantatores, non in corpore, sed in spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de ciuitate Dei videtur asserere, ita dicens.*

ii. ead. episcopi
† al. Ancyrensi

¶ Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præstigijs, quem ipse ex varijs locis Augustini & Isidori, vt antea dictum est, confecit. Burchardus citat ex dictis Augustini.

¶ Quæ magorum pręstigijs fiunt, non uera sed phantastica esse probantur. C. XIIII.

Isidorus l.8. etymol. c.9
Burc. l.10. c.42. ex dictis Augustini.
Iuo p.11. c.67.
Pann. l.8. c.65.
Exo.7.
Aug. 18. de ciuit. Dei. c.17.

NEc mirum [a] de magorum præstigijs, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut ẽt Moysi simillimis signis resisterẽt, uertẽtes uirgas in dracone, & aquas in sanguinem. Fertur ẽt in gẽtilium libris, ꝙ quędam maga famosissima Circe, socios Vlyssis mutauerit in bestias. Legitur, & de sacrificio, quod Archades Deo suo Licæo immolabant, ex quo quicunq; sumerent, in bestiarum formas conuertebantur. Sed hæc omnia magicis præstigijs potius fingebãtur, q̃ rerum ueritate complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorãtibus manifesti fiant; de eorum proprietate, atque inuẽtoribus iuxta traditionẽ maiorum primum dicere congruum arbitramur. ¶ Magi sunt, qui uulgo malefici ob facinorum magnitudinẽ nuncupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbãt mẽtes hoium minus cõfidẽtium in Deo, ac sine ullo ueneni haustu, uiolẽtia tantum carminis interimunt. Vñ Lucanus. [Mẽs hausti nulla sanie polluta ueneni, Incãtata perit.] Dæmonib. .n. accitis audent uentilare, ut quiq; suos perimãt malis artibus inimicos. Hi ẽt sanguine utuntur, & uictimis & sæpè contingunt mortuorum corpora. ¶ Necromãtici sunt, quorum præcantationibus uiñr resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata rñdere. νεκρὸς enim Græcè, mortuus, μαντεία diuinatio nuncupatur: ad quos suscitandos cada-

Libro.6.

quòd si aliquis satisfecerit de crimine, vel inde egerit pœnitentiam: amplius nõ possit accusari: licet sit publicum crimẽ [1] ut notatur 33. q. 3. admonere Ioan. 2.

EX PRÆMISSIS. Hæc est 3 pars quæstio. in qua magister ponit casus, & originem his phantasmatibus. & quomodo accidant. Io. de Fant.

CASVS. Cõcludit G. ex supradictis, ꝙ sortilegi, & diuini nisi resipiscant, sunt excommunicandi. Postea ostendit, ꝙ ea quæ fiũt per incantatores: non in corpore, sed in spiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit seq. c.

a NEc mirum.] CASVS. Hoc cap diuiditur in tres partes. In prima parte Augu. docet tria. Primo docet non esse mirum, si magi uertebant uirgas in dracones, aquam in sanguinem, Moysi resistẽdo, quia similia fecit Circe, & Mercurius ad sacrificium Bacchi. hæc tamen magis apparebant, quam in veritate consisterent. Secundo ponit multa genera magorum, & incantatorum, & eorum etymologias. Tertio ponit quare tanta potestas diabolo datur, vt homines sic seducat, quod fit ideo vt ueritatem spernentes illudat hoc tamẽ non fit sine permissu Dei, & dicit quare illi incãtatores uirgas suas in dracones conuertebant. In secunda parte continetur, quod quidam obijciebant Aug. si pythonica diuinatio error magicę artis est deputanda: qualiter pythonissa Samuelem suscitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectioni respondet Au. dicens illum non fuisse Samuelem, sed diabolum. Quod probat tribus rationibus uel auctoritatibus, multa verba inferendo

1 Adde ad hoc quod not. gl & doct. l. q ea mẽte. ff de fur.

a De hoc no. 49. dist. §. 1. vbi videas.

do. In tertia parte obijcitur Aug. sic: Si illi, qui diuini dicuntur vel faciunt incantationes, non habent aliquid propriæ virtutis, vel potestatis: quo eueniunt quæ dicunt; Et sic soluit Aug. quod licet ea eueniant, tamen nullus eis credere debet: quia si sanitatem languidis conferre videatur: vel infirmitatem sanis inferre: totum fit permissione diuina: vt appareat qualis fidei vel deuotionis sint erga Deum, qui hæc audiunt vel uident. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Deuter. Secundo parte incipit ibi, {Præterea quidam.} Tertia ibi, {Si autem aliquis.} Quod ait, {Saul} retulit, historia. Et quia dicit August. titulus, id est, argumentis uel rationibus.

a {Si non attractus.} Quia ab angelo fuit nunciata natiuitas eius.

b {Permanet.} Vt s. 21. dist. qualis.

a {Ti-

† al. & imagines ludificationis: vel & imagines, & ludificationes

5. e. q. 2. illud.

Burch. l. 10. c. 44.

Iuo p. 11. c. 60.

Panu. l. 8. c. 67.

ueri sanguis adijcitur. Nam amare sanguinem dæmones dicuntur: ideoq; quotiescunq; necromantia fit, cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur. ¶ Hydromantici ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aquæ inspectione vmbras dæmonum euocare, & imagineas † ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, vbi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur suscitare. & infra. ¶ Ad hæc omnia supradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorum, quæ ars medicorum condemnat, seu in præcantationibus, seu in characteribus, vel in quibusque rebus suspendendis, atque ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum, & Angelorum malorum exorta. Vnde cuncta uitanda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda, atque damnanda. ¶ Auguria autem primum Phryges primi inuenerunt. ¶ Præstigium vero Mercurius primus dicitur inuenisse. Dictum est autem præstigium, quod præstringat aciem oculorum. ¶ Haruspicinæ artem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic ex horis haruspicinam dictauit, & postea non apparuit. Nam dicitur fabulosè, arante quodam rustico, subito ex glebis exiluisse, & haruspicinam dictasse, qua die, & mortuus est. Quos libros Romani ex hetrusca lingua in propriam mutauerunt. His ergo portentis per dæmonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire, quod nulla ratione eis competit inuestigare. Hæc potestas immundis spiritibus ideo datur, vt per vasa sibi apta, hoc est, prauos homines, seducant illos, qui spernunt ueritatem, & credunt mendacio, & iuxta Pauli sententiam, sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur varijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes, & Mambres restiterunt Moysi; ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Nec ideo quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, (qui omnia, quæ fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit) quòd prædicti magi leguntur similia fecisse Moysi: qui virgam suam proiecit, & conuersa est in draconem, proieceruntque ipsi singulas virgas suas, quæ versæ sunt in dracones; sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atque causalis prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus: & sic nô dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum, vel arborum, vel quorumcunque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamuis nouerint præbere quasdam visibiles opportunitates, & causas, vt illa nascantur. Quod autem isti faciunt uisibiliter, hoc illi inuisibiliter. Deus vero solus verus est creator, qui causas ipsas, & rationes seminarias rebus inseruit. ¶ Præterea quidam quærendum putant, quomodo scriptura narret Pythonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saul impijssimi regis; si pythonica diuinatio errori magicæ artis deputanda sit. Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse; si secundum verba historiæ commodetur † assensus. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir & natiuitate sanctus, & uitæ operibus iustus; aut si non attractus [a] est, consensit? Quod utrumque de iusto credere aduersum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia; si autem voluntarius amisit meritum spiritale, quod positus in carne quæsierat; quod valde absurdum est, quia qui hinc iustus recedit, permanet [b] iustus. Porro autem hoc est præstigium satanæ; quo ut plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere contingit. Quod Apostolus inter cætera ostendit, dicens: {Ipse satanas

transfi-

Ouid. metam. l. 15.

2. Tim. 4. & 3.

Aug. 3. de Trinit. c. 7.

Aug. l. q. super Exodũ, q. 21. & l. 2. ad Simplicianũ, q. 3. & ad Dulcitium q. 6.

Exod. 7.

Aug. q. 22. ex vtroq; testamento.

† al. commodetur

2. Cor. 11.

transfigurat se in angelum lucis.] Vt enim errorem faceret, in quo glorificaretur †, in habitu viri iusti, & nomine se subornauit; ut nihil proficere spem, quam prædicabant Dei cultores, mentiretur: quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, quòd de morte Saul, & filij eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo ante occasum, mortem corporis præuidere: cum signa quædam soleant apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota uidetur; quanto magis diabolo †, quem angelica potestate † sublimem prophetica oracula fuisse testantur; de cuius magnitudine Apostolus ait: [An ignoratis, altitudinem Satanæ?] Quid mirum ergo, si imminentem prope mortem potuit præuidere; cum hoc sit, unde fallit, & se in Dei potestate vult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul; ut ad Pythonissam confugeret. Deputatus enim causa peccati, ad hæc se contulit, quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, & ea, quæ uerbis expressa sunt, putet non prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit; recte faciet quidem; si tamen minime illud ad veri rapiat rationem, sed ad uisum, & intellectum Saul. Neque enim reprobus factus poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saul, & habitum Samuelis descripsit; ea quæ dicta & uisa sunt, exprimens, prætermittens, si uera, an falsa sint. Quid enim ait? [Audiens, in quo habitu esset excitatus: intellexit, inquit, hunc esse Samuelem.] Quid intellexerit, retulit: & quia non bene intellexerit, contra scripturam alium adorauit, quàm Deum: & putans Samuelem, adorauit diabolum: ut fructum fallaciæ suæ haberet Satanas. Hoc enim nititur, ut adoretur quasi Deus. Si enim illi uere Samuel apparuisset, non utique uir iustus permisset se adorari; qui prædicauerat Deum solum esse adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad uirum pestilentiæ, dignum ardore gehennæ: [Cras mecum eris?] His duobus titulis [a] subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus Satanas: quia & adorari se permisit sub habitu, & nomine Samuelis contra legem: & uirum peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest uideri; si de Samuelis nomine taceatur; quia Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim transmigrauit, quem adorauit. Semper ergo diabolus sub uelamine latens, prodit se, dum ea confingit, quæ horreant † personis, per quas fallere nititur. ¶Si autem aliquis mihi opponit, & dicit: quomodo eueniunt illa, quę illi diuini prædicunt futura; aut quomodo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem, si aliquid propriæ uirtutis, ac potestatis non habent; hoc à me recipiat responsum, quòd ideo quisque non debet eis credere, quia aliquando eueniunt quæ prædicunt, aut sanare uidentur languidos, aut lædere sanos, quia hoc permissu Dei fit; ut ipsi, qui hæc audiunt, uel uident, probentur, & appareat, qua fide sint, uel deuotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses uerbo Domini populo Dei præcepisse, ita dicens, [Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium dicat se uidisse, & prædixerit signum, atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies uerba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentat uos Dominus Deus vester; ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. In toto corde, & in tota anima uestra Dominum Deum uestrum sequimini, & ipsum timete, mandata eius custodite, & audite uocem illius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis, &c.] Vbi sane intelligi uoluit, etiam illa, quæ à diuinantibus non secundum Deum dicuntur, si acciderint: quæ dicuntur, non accipienda sic, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis; aut colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter suam potestatem Deus ostendit esse, quòd ista contingunt sed quasi quæreretur, cur ea permittat; causam tentationis exposuit, ad cognoscendam utique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum suum; cognoscendam vero ab ipsis potius, quàm ab illo, qui scit omnia antequam fiant.

Marginalia: † al. gloriaretur — 1. Reg. 28. — † al. diabolus — † al. maiestate — Apoc. 2. & 2. Corin. 2. — 1. Reg. 28. — † al. abhorreant. al. à personis] cod. Antuerp. — Deut. 13. — ꝛ. ead. q. 2. intelligi.

[a] ¶Titulis.] Id est, argumentis. Quòd

α ¶Suscitare.] *Apud Rabanum hic interponitur c. legitur supra ead. q. 3. & 4.*

β ¶Ad hæc.] *Bona pars huius versiculi habetur apud beatum Augustin. l. 2. de doctrina Christiana, cap. 20.*

γ ¶Nec ideo.] *Similia leguntur apud B. Augustinum lib. 3. de Trinit. c. 7.*

δ ¶Insunt.] *Vsque ad vers. Præterea sunt magna ex parte verba B. Augustini in libro quæstionum super Exodum c. 21.*

ε ¶Si acciderint.] *Emendatus est hic locus ex B. August. ut habetur supra ead. quæstio. cap. intelligi. Apud Rabanum uero legitur*, si acciderint, quæ dicuntur, non accipienda: uel etiam si fiant quæ præcipiuntur ab eis, uel colantur, &c.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur 6. q. qua quæritur, vtrū excōicatus ab epō possit à pbytero reconciliari, epō incōsulto. Et rñdet ꝙ ligatus à maiori, à minori absolui nō pōt, vt 21. dis. inferior. nisi in mortis articulo, vt extra de sen. exco non dubiū. G. tñ istius extendit q̄stionē, ad sacerdos posset reconciliare pœnitētes epō inconsulto. Et rñdet ꝙ sic priuata reconciliatione, s. qñ peccata sua confitentur: vel in articulo necessitatis, ut inf. ea §. ecce. sed publica non potest. Primo tamen probat, ꝙ excōicatus ab epō, ab aliō incōsulto epō recōciliari non pōt, nisi per metropolitanum, uel Apostolicum. Quod probat una ratione, & una auctoritate. Ratio autem inuenitur in §. auctoritas uero in cap. §. cum duobus sequentibus cap. patet.

a ¶ Ab epō.] Certum est ligatum à maiori non potest minor absoluere, vt 23. distin. inferior & c. denique & extra de electio. innotuit. nisi in articulo mortis, ut extra de sent. escom. non dubium. Magister tamē largius prosequitur quæstionem, an presbyter possit reconciliare pœnitentes. Dicas ergo quòd est reconciliatio quædā publica, quædam priuata: publica solus episcopus potest reconciliare, ut ī. e. c. 1. & 50. dist. in capite illa non fit nisi in crimine, quod totam urbē commouet, ut inf. ea. c. ulti. priuata autem potest sacerdos reconciliare, vt inf. e. presbyteri. & tempore necessitatis quilibet potest aliū recōciliare ecclesiæ, ut de conse. dist. 4. sanctum. Ioan.

Reconciliatio est duplex.

e ¶ A presbyteris.] Vidua tamen ab eis potest recipere sacrum uelamen, vt an. q. 1. vidua.

d ¶ Recōciliare.] Est ergo hic ar. ꝙ cum presbyter nō possit aliquē reconciliare ecclesiæ, ꝙ multo fortius nō possit, & idē not. Gof. in sum de sen. exc. §. sed non idem.

Presbyter simplex an possit aliquē recōciliare ecclesiæ.

QVESTIO I.

QVod autem ab episcopo [a] excommunicatus, eo inconsulto ab alio reconciliari non possit, nisi forte per eius metropolitanum [b], uel per summum Pontificem, ratione, & auctoritate probatur. Presbyteri namque potestatem excommunicandi, vel reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi à presbyteris: atque ideo excommunicatos à sacerdotibus reconciliare possunt; excommunicatos vero ab episcopis sacerdotes reconciliare non possunt. Reconciliatio namque pœnitentium, episcopalis officij est, non sacerdotalis.

Vnde in concilio Carthaginensi secundo, cap. 3. Fortunatus episcopus dixit.

¶ Pœnitentium reconciliatio, schismatis, & puellarum consecratio à presbyteris non fiat. C. I.

SI iubet sanctitas uestra; suggero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum, ut chrisma uel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum consecratio à presbyteris [c] non fiat. Si quis autem emerserit hoc faciens; quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit; audiuit dignatio uestra suggestionem fratris, & coepiscopi nostri Fortunati: quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est. Chrismatis confectio, & puellarum consecratio à presbyteris non fiat: uel reconciliare [d] quemquam in publica Missa presbytero non licere: hoc omnibus placet.

Sent. 4. dist. 20.

Puellarum tamen consecratio, episcopo consulto per presbyterum fieri valet.

Vnde in Carthaginensi concilio tertio, c. 36.

¶ Permissione episcopi uirgines consecrare presbyter valet. C. II.

PResbyter, inconsulto [e] episcopo, uirgines non consecret: chrisma uero nunquam conficiat.

Sent. ibidem.

Item ex concilio Agathensi c. 43. & 44.

¶ Nec diacono ministrare, nec pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero licet. C. III.

MInistrare [f] diaconis, aut consecrare altare presbyter

b ¶ Metropolitanum.] Hoc tamen est uerum, cū est appellatū ad ipsū, vt extra de sen. exc. per tuas. Si tñ metropolitanus absoluat, cum non sit appellatū ad ipsum: dicunt quidam ꝙ tenet absolutio, licet absoluere nō debeat. Sed hoc uix credo 1, cū canon uocet eum peregrinum siue extraneum iudicem, ut 6. q. 3. scitote. & 3. q. 6 peregrina, nec habet iurisdictionem nisi in certis casibus, ut extra de offic ordi. pastoralis. Ioan.

Metropolitanus an possit absoluere suffraganei sub ditū, qui ad ipsum non appellauit.

SI iubet.] CASVS. Quæsitum fuit in Carthag. concil. vtrum presbyter possit conficere schisma, uel reconciliare pœnitentes in publica Missa, uel uirgines consecrare & respōsum est ad suggestionem episcopi Fortunati, ꝙ presbyteri hoc facere non possunt. Sequens

1 Ad hoc 9. q. 3. ca nullus. ī prin. ubi d̄ hoc.

possit aliquem eijcere publice extra ecclesiam. sic uidetur ꝙ non possit excommunicare 2. intelligunt autem quidam quod hic dicitur, ꝙ tunc sacerdos non possit publice reconciliare, cum episcopus indixerit pœnitentiam alicui: secus si sacerdos indixerit pœnitentiam. Item publice reconciliare potest, vt dicunt, ex mandato episcopi. inf ea Aurelius. Ioan.

2 De hoc le. & no. ī. 2. q. 1. nemo. ibi videas. & le. & no. 24 q. 3 tam sacerdotes. Arc.

e PResbyter inconsulto.] Vel vacat hic sig. à contrario sensu: vel localé fuit, vel temporale: sicut illud 95. dist. peruenit. hodie enim solis episcopis illud competit 68. quamuis. Ioan.

f MInistrare] i. cōficere corpus Christi, uel etiā tradere sine mādato sacerdotis. ut 2. q. 5. in ecclesia.

a ¶ Bene-

t De hoc etiam not. de consec. dist. t. cum ad celebrãdas. ibi vide.

Cap. 44.

non præsumat. ¶Benedictionem [a] quoque super plebẽ in ecclesia fundere, aut pęnitentem in ecclesia benedicere pręsbytero penitus non licebit.

Ecce quòd ab episcopo excommunicatus per sacerdotem reconciliari non potest. Sed notandum est, quòd reconciliatio alia est publica, alia priuata. Publica reconciliatio est, quando pænitentes ante ecclesiæ ingressum publice repræsentantur, & per impositionem manus episcopalis, ecclesiæ publice reconciliantur. Hæc sacerdotibus uidetur esse prohibita. Vnde circa finem illius capituli non simpliciter prohibentur pænitentes reconciliare, sed in publica Missa. Priuata uero reconciliatio est, quando de occultis peccatis pænitentes, uel extremis agentes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hæc reconciliatio potest fieri per sacerdotem.

Vnde Euaristus Papa ait.

¶Iussione episcopi de occultis peccatis presbyteri pœnitentes reconcilient. C. IIII.

Burc.l.18.c.16. Iuo p.15.c.38.

PResbyteri de occultis peccatis iussione [b] episcopi pœnitentes reconcilient: &, sicut supra præmisimus, infirmantes absoluant, & communicent.

Item ex concilio Charthaginensi 2.c.4.

¶Si episcopus absens est, per presbyterum reconcilietur in periculo constitutus. C. V.

Sent. ibidem. Burc.l.18.c.13. Iuo par.15.c.2.

AVrelius episcopus dixi: si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari diuinis altaribus petierit: si episcopus [c] absens fuerit: debet utique presbyter consulere episcopum, & sic periclinantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab uniuersis episcopis dictum est; Placet, quod sanctitas uestra necessario nos instruere dignata est.

Item ex concilio Martini Bracharensis, c.82.

Ex conc. Nicæno 1.c.13.

¶Qui metu mortis reconciliatur, conualescens, sine communione pœnitentiæ impleat tempus. C. VI.

SI quis de corpore exiens nouissimum, & necessarium [d] communionis uiaticum expetit; non ei denegetur. Quòd si in desperatione [e] positus post acceptam communionem iterum sanus fuerit factus; tantum oratione particeps sit: sacramentum uero non accipiat [f], donec constitutum pœnitẽtiæ impleat [g] tẽpus. Qui ergo in exitu mor

a ¶Benedictionẽ.] Scilicet solennem, quæ fit per talia verba: Sit nomen Domini bendictum. & sic non obst. 95. dist. peruenit. Ioan. t

ECCE QVOD AB. CASVS. Concludit Gr. ex supradictis, ꝙ presbyter excommunicatum ab episcopo reconciliare nõ potest. Postea soluit distinguendo inter publicam & priuatam reconciliationem. Publica reconciliatio tãtum per impositionem manus episcopalis fieri debet ante ingressum ecclesię. Priuata vero reconciliatio per sacerdotem fieri potest. Et ad hoc inducit sequentia cap. Sequens cap. patet.

b PResbyteri. ¶Iussione.] Si intelligas hoc de excõmunicato planum est: uel intelligas de illo cui episcopus pœnitentiam iniunxerit. Nam absente episcopo sine mandato eius potest reconciliare, si necessitas fuerit, ut infr. ea. ca. ult. uel intelligas hoc iussione generali. arg. 16. q. 1. §. ecce. & c. cunctis.

AVrelius.] CASVS. Quęsitum fuit in conci. Cartha. utrum presbyter possit reconciliare hominem in periculo constitutum. Et respondet Aurelius ẽpũs, ubi ẽps est absens, pbyter eum consulere debet, & eius auctoritate periclitantem reconciliare. cuius responsio fuit à cæteris approbata.

c ¶Si episcopus.] Illud intelligas, cum quis est excommunicatus ab episcopo, vel cum ẽps indixerit ei pœnitentiam. aliàs secus videtur, ut ĩ. ea. c. ult. & de conse. dist. 4. iãdtum. Et est hic argu. ꝙ cum in sacramentis conferendis absẽs citatur, ꝙ multo potius absentes in electione sunt vocandi. de illa materia notatur 7 q. 1. factus. Io.

Absentes sunt ad electionem vocandi.

SI q̃s de corpore.] CASVS. Duo dicũtur in hoc c. Primum est, ꝙ si quis in extremis positus petat uiaticum, ei negari non dẽt, sed si postea conualescat debet à uiatico abstinere, donec adimpleatur pœnitentię tp̃s. Secũdum est, ꝙ si pœnitens in extremis laborans desiderat reconciliari, fiat hoc cum consideratione episcopi.

d ¶Necessariũ.] Necessarium est ad salutem, saltem quia tollit peccata uenialia, vt de conse. dist. 2. cũ omne, nec alicui negatur etiã si debeat suspendi in patibulo. 13. q. 2. quæsitum.

Eucharistia etiam suspendendis in patibulo non est denegãda.

e ¶In desperatione.] sanitatis.

f ¶Nõ accipiat.] Nõ tñ idem est in illo, q est absolutus ab excommunicatione, ille non recidit in excommunicationem. talis enim si fuerit absolutus, tenetur adire sedem Apostolicã cũ opportunum fuerit [2], ut extra de sent. exc. de cętero. Et sic est argu. ꝙ re aliqua restituta in pristinũ gradũ, priora iura ei uel contra ipsum restituuntur, ut infra ead. q. proxi. c. 1. extra de elect. quia diligentia. argu. ꝯ de consec. dist. 4. quæris. Sed hęc fuit ad tẽpus sopita, non omnino sublata. extra de sol. Odoardus.

2 Quòd si nõ fecerit, in eandem sententiam reincidit ipso iure, vt libro. 6. de sent. excõ. eos q. Vbi corrigitur dicta sentẽtia. Ioã. de Fan.

g ¶Impleat.] Quandoque tamen indulgetur communio corporis Domini ante finitum tempus pœnitentię, ut 22. distinctio. presbyter. 12. quæst. 2. de uiro. Ioan.

diuinatio initium sumpsit à Persis. In secūda ostendit, ꝙ diuinatio fit in quattuor rebus, scilicet in terra, aqua igne, & aere. In tertia unde nuncupantur diuini. In quarta ostendit, ꝙ duobus modis fit diuinatio, scilicet per artē, vt in quattuor elemētis: & per furorē, sicut per arreptitios. In quinta ostendit species diuinationum, earum etymologias ponendo: partes autem omnes circa principium sunt. & ideo non pono ubi incipiāt: quia per te facile deprehendes. [Coniectāt.] id est, nunciant. [Duo autem genera,] id est duo modi: cū dictum est superius quattuor esse genera.

QVÆRITVR. Hæc est 2. pars quæst. in qua quæritur de natura dæmonum: & qualiter sciant futura. Io. de Fant.

CASVS. Quia supra facta est mentio de dæmonibus: ideo Grat. quærit incidenter cuius naturæ sint dæmones: & an futura sciant: & quot modis futura prænoscāt. Et de hoc scribit August. in seq. cap.

SCiēdum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit August. quòd dæmones excedunt naturam hominum in subtilitate sensus & ingenij: in celeritate eundi: & in longitudine uitæ: & propter hoc pronunciant multa ante cognita: homines uero propter sensus tarditatem hoc dicere uel facere non possunt. In secunda parte ostēdit, quòd dæmones quattuor modis futura prædicunt. Primus est, quia ipsi sunt facturi ea, quæ prædicunt, futura mala prædicendo propter pestes, quas immittunt. Secundus est, q̃a naturalibus signis futura prænoscunt: non tñ ꝓpter hoc dicendi sunt diuini: sicut nec medicus dicendus est diuinus, qui per carnalia signa humani corporis sanitatem uel infirmitatem uel mortē sæpe prædicit futuram. Tertius modus est, quia dæmones nō solum per uoces hominum, sed etiam per cogitationes, quas per quædam signa discūt, futura denunciāt, alijs uidelicet mira: qui sita dispositia nō nouerūt, in quibus q̃n fallunt, culpā in suos coniectores refundūt. Quartus vero modus est, q̃a ipsi ꝓdicūt hoībus suę cul-

bis peragunt. Arioli uocati sunt, propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus dæmonum accipiunt responsa. Haruspices nuncupati, quasi horarum inspectores: Dies enim & horas in agendis negotijs operibusque custodiūt, & quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prędicunt. Augures sunt, qui volatus auium, & voces intendunt: aliaq; signa rerum, uel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Idem sunt & auspices: Nam auspicia sunt, quæ iter facientes obseruāt. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium spicia †, & auguria quasi auium garria, id est, auium uoces, & linguæ. Itē augurium, quasi auigerium, quod aues gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, vnum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos scilicet volatus, ad aures vox auiū. Pythones à Pythio Apolline † dicti: quòd is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti eo quòd in astris augurātur. Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum Geneses enim hominum per duodecim cęli signa describunt, sydcrumque cursu, nascentium mores, actus, & euentus prædicere conantur: id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat uitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgo Mathematici uocantur: cuius superstitionis genus constellationes Latini uocant, id est, notationes syderū, quomodo se habeāt, cum quisq; nascitur. ¶ Primum autem ijdem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in Euangelio, qui natum Christum annunciauerunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia usque ad Euangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cęlo interpretaretur. Horoscopi dicti, quòd horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso fato. Sortilegi sunt, qui sub nomine, *&c. ut supra.* ¶ Saltores † uocati sunt: quia dum eis membrorum quæcumque partes salierint; aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari prædicunt.

a ¶ Persis.] *B. Augustinus in libro sexto de ciuitate Dei, c. 35. de hydromantia loquens sic scribit,* Quod genus diuinationis idē Varro à Persis dicit allatum. *Reliqua vero huius capitis sunt in libello Rabani de Magorum prastigijs, quem ipse ex varijs Augustini, & Isidori locis collegit, & Gratianus sæpe citat sub Augustini nomine.*

2 *Quæritur autem de natura dæmonum, cuius naturæ sint, an futura præscire ualeant, uel quot modis futura prænoscant.*

De his ita scribit Augustinus in eodem libro de diuinatione dæmonum, c. 3.

S ¶ Quot modis dæmones futura prænoscant. C. II.
Cien-

† *al. Aspicia*

† Pythius dictus est Apollo à Python dracone, quem iaculis suis cōfecit, per p, enim dictionē hāc scribūt Grę ci, non per ph.

Matth. 2.

ead q. 2. vnico.
† *al Salisatores*

Rabanus & Magorū pręstigijs.
Burc. l. 11. c. 45. & 46.
Iuo p. 11. c. 70. & 71.
Pann. l. 8. c. 68.

d ¶Amentibus.] Id est, si quis fuerit amens * à natiuitate. talis potest baptizari, & corpus Christi in necessitate recipere: si uero non fuit amens à natiuitate, sed credi tur esse in mortali peccato, non est ei dãdum corpus Christi, vt extra de bap. & eius effe. maiores.

* *Amentib. à natiuitate nõ est dãdum corpus Christi: sed bene ĩ mortis articulo ijs, in quib' cũ erãt cõpotes' suæ mẽtis, apparuit deuotio huius sacramenti. Vide B. Th pa 3. q. 80 art. 9.*

IS qui. CASVS. Infirmus quidam pœnitentiam petijt; ante quam sacerdos ueniret obmutuit, vel factus est phreneticus. quæsitum fuit in Carthag. concil. quid sit super hoc faciẽdum: Et respon. quod qui eum audierunt, debent testificari de hoc, & sic infirmus pœnitentiã accipiat. & si continuo creditur moriturus, reconcilietur priuata reconciliatione, & Eucharistia ori eius infundatur. si vero conualuerit, prædicti testes dicant suæ uoluntati satisfactum fuisse, & pœniteat quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, approbauerit. Pœnitentes uero solenniter, qui communionem recipiant, si superuixerint manum reconciliatoriam solenniter per episcopum recipiant. Seq. c. idem dicit cum illo, si quis de corpore exiens.

e ¶Qui eum audierunt.] Nunquid creditur simplici verbo illorum, siue isti sint bonæ famæ, siue non. Item nũquid soli testi in hoc casu creditur, cũ pluraliter hic loquitur? Vr, quod plures requirũtur i. quod tñ uni soli credatur. vr ex hoc, quod illud non cedit in præiudiciũ alicuius ut ĩ. de conse. dist 4. cũ itaq; & c. placuit. alias volũtas defuncti non põt probari per tale testimonium, qđ dicit se audiuisse à defuncto, licet sup tali negocio alius verus testis hẽatur. ex de successi. ab intesta. cũ dilectus.

† Ad idem ĩ. ea. is qui, & pe. dist. 1. multiplex. versi. is qui. aliàs est ca. per se.

f ¶Pœnitentiam.] Id est, absolutionem. Formam absolutionis habes extra de sen excom. à nobis.

g ¶Et infundatur. Sed qualiter recipiat Eucharistiã, qui ita infirmatur? Si enim tincta in pane datur ei, hoc prohibetur de consec dist. 2 omne. nec alio modo uidetur danda, quia penitus infirmus, qui euomit Eucharistiam, ut de consec. dist. 2. si quis per ebrietatem.

Eucharistiã infirmus euomens punitur.

h DE his. ¶Recedunt.] Hic est arg. quod qui absolui desiderat, sine mora (etiam non obstante aliqua

aliqua appellatione) est absoluendus, ut extra de appel. qua fronte. L.

His, qui.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod si peccator catholicus, qui est in mortis articulo constitutus, pœnitentiam petat, & reconciliationem, non est deneganda, quia Dñs eum recepit quandocunque conuertatur, & hoc probat Leo auctoritate prophetæ. Si vero antequam veniat sacerdos obmutescat: testificentur pro eo qui ipsum audierunt, qui ei prodesse debebunt. In secunda parte dicitur, quod in hæretico supradicta omnia sunt seruanda, & præterea debet recipi cum iuramento. Secunda pars incipit ibi, Simul.]

a ¶Fide. Tales enim non sunt recipiendi sine reconciliatione solenni, aut iuramento, ut 1 quæst. 7 conuenientibus. & c. quoties.

regula obseruabitur etiam nunc: ita ut si fortè quis recedit ex corpore, necessario vitæ suæ uiatico non defraudetur. Quòd si desperatus aliquis recepta communione superuixerit, sit inter eos, qui sola oratione cõmunicant. De omnibus enim his, qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem cura, & probatio sit episcopi.

¶ *Canon hic est ex prisca uersione, quæ est in collect. Isidori. & ibi est numero duodecimus Græcè tamen, & apud Dionysiũ est 13.*

J. de pœnitẽtia di. 1. multiplex. § his autem.

Item Leo episcopus ad Theodorum, epist. 89. al. 91.

¶Non est neganda reconciliatio his, qui tempore necessitatis eam implorant. C. X.

Sent. 4. dist. 20. Burc. l. 18. c. 4. Iuo p. 15. c. 29.

HIs, qui in tempore necessitatis, & in periculi urgẽtis instantia præsidium pœnitẽtiæ, & mox recõciliationis implorare, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas patitur veniæ α moras conuersio, dicente Dei spiritu per prophetam: [Cum conuersus ingemueris; tunc saluus eris.] *& infra.* ¶ Quòd si aliqua ægritudine ita fuerint aggrauati, ut quod paulo ante poscebant β, sub præsentia sacerdotis significare non valeant; testimonia eis fidelium, & circumstantium prodesse debebunt, vt simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur: seruata tamen regula canonũm paternorum circa eorum personas, qui in Deum à fide [a] discedendo peccarunt.

Esa. 30. apud lxx.

α ¶Veniæ] *Sic in conciliorum editionibus, & apud Iuonem, & infra de pœnitentia dist. 1. c. multiplex. In codice autem epistolarum cum alijs Sancti Leonis opusculis impressarum, & apud Burchardum, & in plerisque vetustis Gratiani legitur*, uenire moras.

β ¶Poscebant.] *Quæ sequuntur emendata sunt ex aliquot manu scriptis Gratiani, & ipso originali, cum in vulgatis paulo aliter haberet.*

Item ex concilio Epaunensi.

¶Non respuatur eius oblatio, qui festinans ad pœnitentiam sacerdotem inuenire non potuit. C. XI.

Sent. 4 dist. 20. Borc. l. 11 c. 51. Iuo p. 14. c. 114. Pan. l. 5. c. 120.

SI aliquis excommunitatus γ fuerit mortuus, qui iam sit confessus [b], & testimonium habet bonum, & nõ poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo, aut in via; faciant pro eo parentes eius oblationem [c] ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

γ ¶Excommunicatus.] *Addita est vox ista ex cæteris collectoribus.*

Ecce, quòd episcopo præcipiente pœnitentes de occultis peccatis, siue in periculo constituti per presbyterum possunt reconciliari. Sed si necessitate mortis peccator urgetur, & episcopus ita remotus est, quòd presbyter eum consulere non possit: negabitur pœnitentia morienti? & beneficium re-

SI aliquis.] CASVS. Quidam post receptionem pœnitentiæ mortuus est in via, vel in aqua, ita quod ad sacerdotem uenire non potuit: quæsitum fuit in concilio Hispalensi, utrum pro eo oblationes sint faciendæ ad altare? Et respondet quod sic.

b ¶Confessus.] Se velle accipere pœnitentiam.

c ¶Oblationẽ.] Hoc intelligendum est de tali, qui deliquerat, & non satisfecerat. si enim talis fuerat excõmunicatus, licet apparuissent signa pœnitentiæ, non tamen orandum est pro eo. Et licet infirmus potest absolui à quolibet sacerdote 1. non tamen mortuus, ut extra de sent. excom. à nobis. in fi. sed à solo Papa si incidit in canonem latæ sententiæ. 17. q. 4. si quis suadente. Ioan.

Sacerdos quilibet infirmum, sed nõ mortuũ absoluit.

1 Intellige de illo infirmo, qui statim credit moriturus. ā. ea. de his q infirmitate. J. ead. c. vl. 17. q. 4. si quis suadẽte. ex de sẽten. excom. non dubiũ, & c. ea noscitur. §. si uero. & ca. q̃d de his. & c. quis. ex de sepult. parochiano. ex de raptoribus. in litteris. & J. c. §. cũ añt. Arc.

ECCE. CASVS. Cõcludit Gr. ex supradictis dicens, quod pœnitentes de occultis delictis possunt per presbyterum reconciliari, vel in periculo constituti, episcopo tamen præcipiente. Sed si episcopus absens est, nec cõsuli potest: omnes in necessitate positi poterunt per presbyterum reconciliari. q̃d probat quibusdã auctoritatibus, & rõnibus. cum etiã à laicis in articulo mortis baptisma suscipi possit, maximè cũ secundum Augustinum so-

eio

cio possit peccator tur turpitudinem criminis confiteri. In fine dicit, q nulli pœnitenti est pœnitentia deneganda. & hoc probat per sequentia.

SI presbyter. CASVS. Quidam presbyteri morientibus pœnitentiam denegabant, quare quæsitum fuit à Iulio Papa, utrũ hoc facere deant? Et respondet, quod non: & hoc probat auctoritate Euangelij exemplo latronis, quẽ Dominus recepit in hora suæ vltimæ confessionis. Si qs vero presbyter contrafecerit, erit reus animarum eorum, qui sine pœnitentia moriuntur.

a ¶Vltimo.] Tamen dicit Augu. quod sero pœnitentibus pœnitẽtiam dare possumus, securitatem dare non possumus: non dico, q cõdemnabitur, sed nec dico, quòd libera bitur, ut de pœn. dist. 7. nemo. & §. seq. Itẽ raptori nocet sera pœnitentia: quia negatur ei sepultura, licet admittatur ad pœnitẽtiam. extra de rapt. sup per eo lo.

AGgnouimus. CASVS. Quidam sacerdotes pœnitentiã denegabant quibusdã in multis, vel magnis sceleribus constitutis, de ipsorum salute desperantes. Quos Cælestinus Papa grauissimè reprehendit, cum de misericordia Dei diffidant, & mortem morientibus addant. & q hoc facere non debeant, auctoritatibus probat, & rationibus, & vno latronis exemplo. Quæ autem postea sequuntur vsque ad quæstionẽ, plana sunt, & per se videbis.

b ¶Mente.] Non. n. considerãda est mẽsura temporis, sed doloris, vt de pœ. dist. 1. mensuram.

Mẽsura doloris est cõsideranda.

a ¶Pres-

conciliationis non præstabitur pœnitenti, quem conuersum Deus recipit ad veniam, iuxta illud: [In quacunq; hora peccator conuersus fuerit, &c.] & item: [Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.] Ecclesia sibi recõciliare negliget? quem Deus intus suscitauit, ecclesia foris absoluere contemnet? damnabit absentia episcopi, quem gratia diuina præsentia illustrat per lauacrum regenerationis? Morituris succuritur etiam à Laicis, si presbyteri desunt. Cur ergo beneficio reconciliationis per presbyterum ei subueniri non poterit, si contigerit episcopum deesse? si secundum Augustinũ qui agens in extremis confitetur socio turpitudinem criminis, fit dignus venia ex desiderio sacerdotis, cur similiter nõ sit dignus reconciliatione ex desiderio episcopi, qui sacerdoti non negat maculam sui reatus? Item morientibus pœnitentiam negare presbyteri non debent. Ezech. 18. Malach. 3. I. de pœni. dist. 1. c. quem pœnitet § ista. & di stin. 6 c. 1. §. ista itaque.

Vnde Iulius Papa ait.

¶Reus est animarum presbyter, qui pœnitentiam morientibus abnegat. C. XII.

SI presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit, [Quacunque die conuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur.] Vera enim confessio † in vltimo [a] tempore esse potest; qa Dominus non solum temporis, sed etiã cordis inspector est: sicut latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso in hora vltima confessionis. Sent 4. dist. 20. Burc. l. 18. c. 21. Iuo p. 15. c. 43. Ezech ibid. † conuersio.] Burc. & Iuo, Luc. 23.

Item Cælestinus Papa ait in epist. 2. ad episcopos Galliæ. In cõcil. Tributiensi sub Arnulpho c. 31. Rabanus in lib. pœ c. 38. Burc l. 18. c. 22. Iuo p. 15. c. 44.

¶Pœnitentia morientibus non est deneganda. C. XIII.

AGnouimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desiderijs annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem inueniri, ut de Dei bonitate † desperet: quasi non possit ad se quouis tempore cõcurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere [a], quo se expediri desiderat, & liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, quàm morienti mortem addere, eiusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cum Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori, inquiens: [In quacumque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei.] & iterum: [Nolo mortem peccatoris, sed tantũ ut conuertatur, & uiuat.] Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore speratam pœnitentiam denegarit: & desperat de misericordia † Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere, uel in momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexteram pẽdens, si illũ unius horæ pœnitentia non iuuisset. Cum esset in pœna, pœnituit, & per vnius sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in ultimis positorum mente [b] potius est æstimãda, quàm tempore, propheta hoc taliter asserente. Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris.] Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti; cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari. †al. pietate In Mogontino sub Raba. c. 47. Ezech. 33. †al. clementia Luc. 23. Burc l. 18. c. 5. Iuo p. 15. c. 26. Esa. 30. apud lxx.

¶Redi-

Pœnitentia solênis tm̃ pro notorio imponi tur.

a PResbyter.] ¶Publicum.] Hoc ideo fit, vt nō tantum prosit illi ad salutem, sed alijs fit in exemplū, ut de pœn. dist. 1. in actione. in fin. & patet hic, ꝙ tm̃ pro notorio crimine est iniungēda solennis pñia.
b ¶Apsidam.] Altera producta.
De tem-

CASVS. Hic intitulatur 7. quæst. qua quæritur an morientibus sit pœnitentia imponenda. Et respondet, ꝙ non, sed eis est indicenda, uel innotescenda, ut eam facere debeant si conualescant, ut infr. c. 1.
c ¶De tempore.] In hac q. quæritur an pęnitentia sit morientibus imponenda, & dicendum ꝙ nō, ut j. ea. cap. 1. sed tamen innotescēda est eis per hęc verba propter ea quę tu commisisti, quæ tu fecisti, taliter debes pœnitere, sed expectamus quousq; cõualeseris, ut de pę. dist. 6. q vult. Secundū mēbrū huius q. est, vtrum sacerdos pro suo arbitrio posit iniungere pęnitentiam? Et dicendū ꝙ sic, i. ut j. c. tempora. c. hoc fit. cō siderabit tamen quilibet sacerdos circumstantias omnes, scilicet personæ, tēporis, loci, criminis qualitatem & causam, prout dicitur de pę. dist. 5. in princ. & dist. 1. cap. aut facta. quæ p hos versus habentur:

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Pęnitentia nō est morientibus iniungenda.

Pęnitentia est arbitrio sacerdotis iniūgenda.

1 De hoc le & nota. de pœ dist. 1. mēsuram. ibi videas.

a ¶Redimere.] *Sic etiam est in manuscriptis, & in vetustioribus conciliorum editionibus. Verum in codice canonum impresso, & uno manuscripto, inter decreta Calestini num 15. legitur,* perdere *In recentiori autem Coloniensi conciliorum editione, itemque apud Burch. & Iuonem est,* pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.

Cui autem pœnitentia non negatur; nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergò episcopo pœnitentem presbyter reconciliare non debet, nisi vltima necessitas cogat.

Et in Afri. c. 10

Vnde in Carthaginensi concilio 3. c. 32. legitur.

¶Inconsulto episcopo pęnitentem presbyter reconciliare, nisi ultima necessitas cogat, non debet. C. XIIII.

Sent. 4. dist. 20. Burc. l. 19. c. 49. & 70. Iuo p. 15. c. 4. & 14.

† al. & necessitate cogente

PResbyter inconsulto episcopo non reconciliet pęnitentem, nisi absente episcopo ultima necessitas † cogat. Cuiuscumque autem pęnitentis publicum [a], & vulgatissimum crimen est, quod uniuersam commouerit ecclesiam [β]; ante apsidam [b] manus ei imponatur.

β ¶Ecclesiam.] *Antea erat,* vrbem. *Emendatum est ex plerisque conciliorum editionibus & duobus codicibus Vaticanis, & Sorrensi regio, & Burchardo, & Iuone. In recentiore autem Coloniensi editione est,* quod vniuersa ecclesia nouerit.

QVAESTIO VII.

DE tempore [c] *vero satisfactionis, an sit imponendum morituris; Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus in pœnitentiali suo ita diffinit.*

¶In periculo constitutis, pęnitentiæ quantitas non est imponenda, sed innotescenda. C. I.

Sent. ibidem. Burc l. 18. c. 14. Iuo p. 15. c. 36.

AB infirmis.] CASVS. Quæsitum fuit à Theodoro Cantuar. archiepiscopo, vtrum pęnitentia in mortis articulo constitutis sit sub quantitate temporis indicenda? Et respondet ꝙ non, sed est notificanda. in cęteris vero sacramentis est eis subueniēdum, in quibus ecclesia morientibus consulere consueuit: ita tñ, ut cum conualuerint, pęnitentiæ modum sibi à sacerdotibus impositum diligenter obseruent.
d ¶Inquirēda.] Diligēter sacerdos inquirat circunstantias, ut de pęn. dist. 1. in princ.
e ¶Orationib.] Nam per orationem unius deletur peccatum alterius, ut 18. quæst. 2. pro obeuntibus. & ca. animæ.

AB infirmis in periculo mortis positis per presbyteros pura inquirenda [d] est confessio peccatorum: non tamen illis imponenda quantitas pęnitentiæ: sed innotescenda, & cum amicorum orationibus [e], & eleemosynarum studijs pondus pœnitentiæ subleuandum, & si forte migrauerint, ne obligati à communione, & consortio veniæ fiant alieni. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit; pœnitentiæ modum à sacerdote † sibi impositū diligenter obseruet: & ideo secundum auctoritatem canonicam, ne illis ianua pietatis clausa uideatur? orationibus, & consolationibus ecclesiasticis, sacra unctione olei inuncti †, secundum statuta sanctorum patrum, communione uiatici reficiantur.

† al. suo cōfessore

† al. animati

2 *Alijs vero pro qualitate peccati, & præsidentium arbitrio tempora pœnitentiæ decernenda sunt.*

ALIIS. Hæc est 2. pars q. in qua probat magister, ꝙ pœna est secundū canones imponenda, tamen ẽni arbitriū sacerdotis ex causa est moderanda. & hoc teneas pro regula, aliàs contra de pœ. dist. 5. falsas. Ioan. de Fant.

DE tēpore.] Hæc q. diuiditur in v. partes, in quarum prima dicitur vt hic in summa cōtinetur. Secunda ibi, [Alijs] Tertia ibi, [Quo affectu,] Quarta ibi, [Non licet.] Quinta ibi, [De temporum.] Io. de Fan.

CASVS. Supra dictum est qualiter pęnitentia sit danda infirmis. Nunc vero tractat G. de illis, quibus pro arbitr

arbitr

arbitrio sacerdotis secundum quantitatem peccati est pœnitentia imponenda.

Tempora.] CASVS. Quæsitum fuit à Leone sub quanto tempore pœnitentia sit peccatoribus imponenda? Et respondet, quod est in arbitrio sacerdotis habita consideratione & moderatione circa deuotionem conuersorum, ætatem senilem, & ægritudines, & pericula, in omnibus quibus tempora pœnitentiæ moderari debebit sacerdos prout uiderit expedire. Sequentia c. usque ad §. quo affectu. plana sunt, in quibus dicit, quod pro qualitate delicti, & deuotione pœnitentis, est pœnitentia imponenda. In illo tamen c. sacerdos aliquid plus dicitur, & hos casus per te formabis, nec est necesse, ut membranam occupent.

a ¶ Tuo iudicio.] Ex hoc patet, quod pœnitentiæ omnes sunt arbitrariæ. unde episcopus potest diminuere pœnitentiam, quam indixit Papa, ut 33. q. 2. latorem 2. sicut procurator ex causa potest mandare contrarium illius quod mandauit Dominus, ut ff. mandati, si hominem.

Pœnitentiæ omnes sunt arbitrariæ.

i Istam gl. dicit singu. Lu. Pon in suis sin. ad hoc quod minor magistratus pōt tollere legē superioris.

b Aetatis senilis.] nota, quod habetur ratio senectutis, ut 86. dist. tanta. Et inuentutis, ut 33. q. in adolescentia. & 50. dist. pœnitentes licet & nobilitatis ut 41. dist. non cogantur. Item paupertatis extra de sen. excom. c. ult. melius in cap. quod de his. Item inimicitiarum, ut extra eo. de cætero. contra 23. q. 8. pessimam. Sol. ibi incorrigibilis, hic corrigibilis. Ioan.

a Vbi d̄ hoc & 50. dist. accedens.

De his vero.] CASVS. Quidam significauit Papæ Nicolao, quod quidam milites post pœnitentiam ad militiam redierunt. Alij vero propter magnitudinem delictorum de misericordia diffidentes desperauerunt. Alij etiam propter hoc ad paganos confugerunt: qui modo nolunt ad pœnitentiam reuerti: quare quærit quantam pœnitentiam debeat eis iniungere. Et respon. Nicolaus, quod peccata non sunt æqualia, neque æqualitas religionum, nec gemitus pœnitentium, vel confessiones: & ideo tu ipse præsens quantam pœnitentiam iniungere debeas, melius inspicere poteris. Et loquitur hoc c. de pœnia solenni: postquam miles pœnitens ad militiam reuerti non potest, ut 33. quæstio. 2. admonere. 51. d. illustratio. si quis post acceptum. Sequentia c. usque ad §. quo affectu. ...

c ¶ Militiæ.] Quod licet, ut dist. 51. si quis post acceptum & 33. q. 2. admonere.

d ¶ Præsens.] Sic iudex potest melius scire quanta fides adhibenda sit testibus, ut ff. de test. l. 3. Ioan.

Vnde Leo Papa epist. 77. al. 79. & Nicetam episcopum, c. 6. — Capit. l. 5. c. 68.

¶ Præsidentium arbitrio præfigantur tempora pœnitudinis. C. II.

Tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt † tuo iudicio [a] prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos: pariter etiam habens ætatis senilis [b] intuitum, & periculorum quorumque, autem ægritudinis respiciens necessitates. In quibus si quis ita grauiter urgeatur, ut, dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur; oportet ei per sacerdotalem necessitudinem communionis gratia subueniri. — Poly. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 48. Iuo p. 1. c. 242. — † Concor. tex. in l. Artianus ff. & act. & obl. & l. respiciē dum. ff. de pœn.

¶ In epistola, & apud Burch. & Iuonem hæc antecedunt. His vero, de quibus dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum, uel metu coacti sunt, uel errore † traducti; & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse agnoscunt; ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant vnitatem temporis pœnitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout, &c. — † *sic legunt Burc. & Iuo.*

Item Nicolaus Papa.

¶ Et qualitas criminis, & contritio pœnitentium in satisfactione imponenda à sacerdote consideretur. C. III.

De his vero, qui pro criminibus pœnitentiam egerunt †, & ad cingulum militiæ [c] reuertuntur, constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non æqualia sunt, perhibesque alios horū propter nimiā hebetudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse; tibi hoc committimus decernendum, nimirum, qui loca, & tempora religionis † illiui, & modū culpæ, nec non & pœnitētiam, & gemitus hominum ad confessionē venientiū præsens [d] positus inspicere vales. — † *al. gerunt.*] aliquot manuscri. — † *al. regionis*] aliquot manuscri.

Item ex concilio Laodicensi, c. 2.

¶ De eodem. C. IIII.

His, qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, & oratione [e], confessione, ac pœnitentia malorū suorum perfectam conuersionem demonstrāt, pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus attribuēdum est propter misericordiam, & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sūt; reuocandi, & ad communionem sunt applicandi. — Burc. l. 19 c. 41. Iuo p. 15. ca. 56.

e. ¶ Oratione] καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, *quod Dionysius vertit*, & perseuerātes in oratione confessionis, & pœnitentiæ; *cuius versio propius accedit ad verba græca, etiam in cæteris huius capitis partibus, quàm prisca quamuis in hac etiam sententia constet.*

Item ex concilio Carthaginensi tertio, c. 31. — In Afric. c. 10.

Sacer-

¶Episcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentię tempora distribuantur. C. V.

Burc.l.19.c.40. Iuo p.15.c.32.

POenitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

Item ex concilio Carthaginensi quarto, c.74.

¶Sine personarum acceptione imploranti pęnitentia detur. C. VI.

† al. persona

† Tex. est in simili in l. his accusare. C. de acc. cusa. & in §. hinc nobis. in authē. de mona. col. I

Burc.l.19.c.35. & 38. Iuo p.15.c.6.7. 11. & 12. Ibid.c.75. C 80. C 82. C 81. C 64. C 79.

SAcerdos pœnitentiam imploranti absq; personarū † [a] acceptatione † pœnitentiam secundum leges iniūgat. Negligentiores vero pœnitentes tardius reconcilientur. Omni autem [b] tempore ieiunii; [c] manus pœnitentibus à sacerdotibus imponantur. Diebus autē remissionis [d] pęnitentes, genua flectant, & mortuos in ecclesiam α afferāt & sepeliant [e]. Die autē Dominico β [f] non ieiunent. Nam qui Dominico die studiosè ieiunat, non creditur esse catholicus. Pęnitentes [g] vero, qui leges pęnitentiæ attente exequuntur, si casu in itinere, vel in mari fuerint mortui, vbi eis subueniri non potest; memoria eorum & oblationibus, & orationibus commendetur.

α ¶In ecclesiam] *In recentiore Coloniensi conciliorum editione legitur,* ecclesiæ afferant *In antiquioribus vero editionibus, et duobus Vaticanis codicibus sic habet integer locus.* mortuos ecclesiæ pœnitentes efferant, & sepeliant

β ¶Die autem Dominico.] *Pro his verbis; ad uocem* catholicus, *in can.64. hæc leguntur.* Qui Dominico die studiosè ieiunat, non credatur catholicus.

Vnde in octaua [h] *synodo legitur.*

¶Tempus pęnitentiæ pro qualitate peccati impendatur. C. VII.

PRo qualitate delicti tempus pęnitentiæ impendatur.

¶*Videri potest sumptum ex regulis breuioribus B. Basilij c.106. quod tamen non alibi est inuenire in ijs capitibus, quæ ex octaua synodo citantur.*

Smaragdus in regulis b Benedicti, c 24.

Item

¶Tempus, & modus pęnitendi delinquentibus præsidentium imponatur iudicio.

HOc fit in iudicio positum eorum, qui præsunt, uel quanto [i] tempore, vel quali modo pęnitere debeant, qui delinquunt: quia ætas [k], & eruditio multam haberi facit differentiam pęnæ.

¶*Caput hoc habetur in libello B. Basilij de institutis monachorum. Ruffino interprete c.90. ibi enim ultima interrogatio est hæc.* Qualibus correptionibus uti oportet inter fratres ad emendationem eorum, qui delinquunt? *Responsio.* Hoc fit in iudicio positum eorum, qui præsunt, uel quanto, & c. *Itaq. ex interrogatione, & responsione confectum est hoc caput, sicut & duo sequentia, quæ apud eundem Ruffinum leguntur.*

3 *Quo affectu pœnitētem suscipere, & impœnitentē abijcere debeamus, ex eadem synodo euidēter ostenditur, cū dicitur.*

¶Intimo charitatis affectu pęnitentem debemus suscipere. C. IX.

Luc. 15. Burc.l.19.c.39. Iuo p.15.c.55. † al. qui Ioh.

POenitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut Dominus ostendit, cū dicit, quia † conuocauit amicos suos,

a SAcerdos.] ¶ Absque personarū.] Id est, nō fauore personæ t. sed alias personæ qualitates considerabit, ut dixi s. ea tempora.
b ¶Omni autem.] Id est, in omni anno.
c ¶Tēpore ieiunij. a] vt 50. dist. in capite.
d ¶Remissionis.] Id est, ieiunij.
e ¶Sepeliant.] Dēnt enim pœnitentes se nilioribus officijs applicare, vt de pœnit. dist. 2. in prin.
f ¶Dominico.] s 30. distinctio. si quis tanquam. & capit. si quis presbyter, 76. dist. utinam.
g ¶Pœnitentes.] Hic non erit § ut patet per sequentia. Ioan.
h ¶ Vnde in octaua.] Hic non erit vnde. sed item.
i HOc fit. ¶Quanto.] Sed nunquid po est sacerdos totum tempus remittere? Non, ut 23. quæstio. 4. si is qui præstatus 3.
K ¶Quia ætas.] Supra ead. tempnia. 33. q 2 cap. vlt. in fi. quandoque ætas non excusat, vt 21. qō. 5. si quis. cuiuslibet Ioan.
QVO AFFECTV. Hæc est 3. pars. quæst. in qua probat per 4. aucto. quod cum dilectione, & dulcedine debent sacerdotes suscipere pœnitentes, semper in mitiorem partem declinando. Ioannes de Fant. & hic ponitur quæstio incidens. Archidiacon.
CASVS. Dictum est supr, quòd pro arbitrio sacerdotis pœnitentia est iniungenda Nunc uero docet Gratian. quo affectu pœnitentes suscipere debeamus, & impœnitentes abijcere.
POenitentem.] CASVS. Probatur in hoc cap quod pœnitens debet recipi affectuose ab ecclesia: quod probatur auctoritate Domini dicentis: Congratulamini, & cæ.

1 Quia non respicit an sit amicus, uel nō. Lau

2 Id est, per singulos annos in Quadragesima. sm Ioan. de Faut.

3 Ad idē de pœn. dist. 1. mensuratā & c. si peccatum. 90. dist. alienus. s. c. 1ga arg. 11. q. 7 hi qui, sm. Lau.

Affe-

sacerdotes, q nimis graue pnīā īponebāt delīquētib. quā ad instar grauis pōderis vel fascis abijcere oportebat, sicut adolescēs portās pōdus graue reijcit illud ne sub nimio pondere cōfringat. Sed tales sacerdotes Ioānes Chry. repꝛhēdit dicēs, melius est imponere minorem

quandoque tamen potius seruatur rigor quàm misericordia, scilicet ubi non est spes correctionis, vt 23. q. 4 est iniusta.

b ¶Tenax.] Hæc est rō, quare iudex potest augere onus legis, sed illud nō pōt diminuere, ut ff. de re iu. si se non. §. si quis. similiter generalia uerba, quæ princeps ponit in suis priuilegijs, tu non debes stricte & tenaciter Iterpretari, ut extra de deci. ad audientiam. & 16. q. 1. frater. extra de do. cum dilecti.

† al. futuri

pęna peccati futura †. Sicut enim si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris, necesse habet, vt aut fascem reijciat, aut sub pondere confringatur; sic & homini, cui graue pondus pęnitentiæ imponis, necesse est, vt aut pœnitētiam tuam reijciat; aut suscipiens, dum sufferre non potest, scādalizatus amplius peccet. Deinde, etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes; nonne melius est [a] propter misericordiam rationē reddere †, quàm propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus est; dispensator non debet esse tenax [b]. Si Deus benignus est, ut quid sacerdos eius austerus? Vis apparere α sanctus? circa uitam tuam esto austerus; circa alienu[m] benignus.

† al. dare

α ¶Vis apparere] *Locupletatus est hic locus ex indicata homilia: cum antea legeretur*, ut quid sacerdos eius austerus vult apparere.

Item Martinus Bracharensis, c. 74.

¶Calendarum obseruationes agere non licet. C. III.

Poly. l. 6. tit. 21. Burc. l. 10. c. 15. Iuo p. 11. c. 42.

NOn licet [c] iniquas obseruationes agere Calendarū, & otijs uacare gentilibus; neque lauro, aut uiriditate arborum cingere domos [d]; omnis enim hæc obseruatio paganismi est.

Vnde Zacharias Papa in concilio Romano, c. 9.

¶Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarum obseruat. C. XIIII.

Polyc. ibidem Burc. l. 10. c. 16. Iuo p. 11. c. 43.

SI quis [e] Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, uel aliquid plus noui facere propter nouum annū β, aut mensas cum dapibus vel epulis in domibus præparare, & per uicos & plateas cantiones, & choros ducere præsumpserit, quod magna iniquitas est corā Deo; anathema sit.

¶*Hoc est caput nonum in concilio Romæ à Zacharia habito quod asseruatur in Vaticana bibliotheca: & inde nonnulla sunt emendata, & addita. De hac autem superstitione Bonifacius legatus Germaniæ epistola 2. quæ est in tomis conciliorum ad ipsum Zachariam multa scribit: cui Zacharias ultima epistola respondens mentionem huius concilij uidetur facere his verbis.* Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant; à die, qua nos iussit diuina clementia (quamquam immeriti existamus) Apostoli uicem gerere; illico omnia hæc amputauimus. *Idem prohibetur pluribus uerbis in canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, c. 62. Et multa in huiusmodi superstitionem scribit Tertullianus in libro de idololatria, & alij graues auctores.*

β ¶Vel aliquid plus noui facere propter nouum annum.] *Hæc non sunt in codice istius concilij Vaticano.*

NOn licet.] Hæc est 4. pars q. ī qua reuertitur ad quintam q. & probat per 4. capit. q non debemus seruare auguria, nec alia superstitiosa. Ioan. de Fant. & ista capit. nihil faciūt ad istam quæstion. Lau.

CASVS. Ab isto loco usque ad finem causæ repetit G. q̄dā ca. quæ superius prætermiserat super diuinationibus & superstitionibus quibusdam, in quibus omnibus Christiani reprehenduntur, qui ad instar paganorum dies obseruabant & annos, & alias multas superstitiones: & iō p uos legatis: quia in scholis legi nō consueuerunt. Si autem aliqui ex sua diligentia casus uoluerit formare facile poterit: quia tales si clerici sunt, deponantur, & laici anathematizentur. In illo c. nō obseruetis. & in c. seq. repetit quæ dicta fuerant ī ea. q. 5. non licet. & c. sortes. & etiā addit quædam alia: quæ facile per te uidebis [Pyctaciolas.] id est, breues in chartula scriptos. [In grādinatijs,] quæ grando possit moueri per magicas artes.

c ¶Nō licet.] Ab hoc loco usque ad finem repetit quædam cap. quæ omiserat in 5 q. in quibus omnibus reprehenduntur Christiani, qui ad instar paganorum dies obseruant & annos, & alias friuolas superstitiones.

Dies & anni non sūt obseruādi.

norem pœnitentiam q̄ maiorem: quia ubi pater familias, i. Deus, benignus est ad miserendum, sacerdos eius uicarius austerus esse non debet.

Misericordia est præferenda rigori.

a ¶Melius est.] Arg. q index potius seruabit misericordiā q̄ rigorē 50. dist. pōderet. in fi. & 86. distin. non satis. 11. q. 3. nemo peritorum. extra de sortile. cap. 2.

d ¶Domos.] Cum hoc fit ideo quia creditur aliquid salutis idem recipere.

e ¶SI quis.] Hic recepit magister ea quæ tradidit obliuioni in 5. q.

a Non obseruetis.] ¶Aegyptiaci.] Quos Aegyptij inuenerunt, ut si aliquod opus die tali inchoaretur, malum haberet exitum: tamen ex antiquitate ecclesia signat hos dies in calendarijs suis, ubi reprobantur 37 dist. in. legimus.

Item Augustinus.

¶Infirmitatibus hominum incantationes nihil remedij præstant. C. XV.

In Turonensi 3. c. 42. & in adiectis capitul. c. 94. Polyc. ibidem. Burc. l. 10. c. 40. Iuo p. 11. c. 65.

ADmoneant sacerdotes fideles populos, ut nouerint magicas artes, incantationes quę quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedij posse conferre; non animalibus languentibus, claudicantibusue, uel etiam moribundis quidquam mederi non ligaturas α ossium, uel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse: sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hæc β exercuerit; clericus degradetur, laicus anathematizetur.

¶*Caput hoc Burchardus & Ivo citant ex dictis Augustini: apud quem similia reperiuntur in locis allatis supra eadem quæstio 5. nec mirum. Sed eadem omnino verba præter ultimam clausulam leguntur in concilio Turonensi 3. ca. 42. & in adiectis capitularibus, cap 94.*

α ¶Non ligaturas]*Hinc usque ad ver.* prodesse *sunt addita ex concilio. & capitularibus.*

β ¶Et si quis hæc] *Postrema hæc tota clausula non legitur in concilio, neque in capitularibus. sed apud Burchardum & Iuonem.*

Item Augustinus.

¶*In plerisque vetustis exemplaribus est tantum* Item, *& in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.*

¶Dies Aegyptiaci, & Ianuarij Calendæ non sunt obseruandæ. C. XVI.

NOn obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci a, aut Calendas Ianuarij; in quibus cantilenæ quædam, & commessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos menses, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ, solisque cursum: quia, qui has & quascumque diuinationes, aut fata, aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruantibus inutiliter & sine causa; magis ad sui damnationem, quàm ad salutem tendit: siue qui per quosdam numeros litterarum, & Lunæ, & per Pythagoricam necromantiam ægrotantium uitam, uel mortem, uel prospera, uel aduersa futura inquirunt, siue qui attendunt somnialia scripta, & falso Danielis nomine intitulata, & sortes quæ dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciola pro quauis infirmitate scripta super homines, uel animalia ponunt, præter symbolum, & orationem Dominicam, aut magicis falsitatibus in † grandinarijs tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus introducunt, ut interrogent; sciant se fidem Christianam, & baptismum præuaricasse, & paganum, & apostatam, id est, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus: [Siue manducatis siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo uiuimus, mouemur, & sumus.]

Poly. l. 6. tit. ta.

† al. &]

1. Cor. 10. Act. 17.

De temporum quoque obseruationibus scribit Augustinus in Enchiridio γ, cap. 79.

γ ¶Enchiridio. *Expuncta sunt voces, quæ subsequebantur*, id est, manuali libro *Absunt enim à vetustioribus.*

¶Graue peccatum est dies obseruare, uel menses, & annos. C. XVII.

QVis æstimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos,

Beda Gal 4. Iuo p. 11 c. 19. Pann. l. 8. c. 60.

& annos, & tempora (sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, siue annis uolunt, & nolunt aliquid inchoare, eo quòd secundum uanas doctrinas hominum fausta, uel infausta existiment tempora;) nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus? qui talibus ait: [Timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis.] *Item super epistolam ad Galatas, ad c. 4.* [Intelligat [a] lector ad tantum periculum animæ pertinere superstitiosas temporum obseruationes, ut huic loco subiecerit Apostolus: [Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis.] Quod cum tāta celebritate, atque auctoritate per orbem terrarum in ecclesijs legatur; plena sunt tamen conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à mathematicis accipiunt. Iam uero, ne aliquid inchoetur, aut ædificiorum, aut huiusmodi quorumlibet operum diebus, quos Aegyptiacos uocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.

Gal. 4.

Beda ibidem. Iuo p. 11. c. 15.

a ¶ Intelligat] *B. Augustinus explanans ea verba Apostoli ad Gal* 4. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos: *ipsa tam ad gentiles, quàm ad Iudæos referri posse demonstrat, tuncq; subiungit:* Ergo eligat lector, vtram volet sententiam, dummodo intelligat ad tantum, &c.

Item Hieronymus.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, sed Polycarpus auctorem non nominat.*

¶ Sine incantatione herbas, vel petras licet habere. C. XVIII.

Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 10. c. 50. Iuo p. 11. c. 75.

DAemonium sustinenti licet petras, uel herbas habere sine incantatione.

CAVSA XXVII.

QVidam uotum castitatis [a] habens desponsauit sibi uxorem: illa priori conditioni renuncians, transtulit se ad alium, et nupsit illi: ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam.

1 *Hic primum quæritur, an coniugium possit esse inter uouentes.*

2 *Secundo, an liceat sponsæ à sponso recedere, & alij nubere.*

QVidam autem] CASVS. Gratianus primo tractauit de officijs clericorum. Secūdo de causis & negotijs eorū. Tertio transfert se ad sacramenta. Sed quia matrimonium cæteris sacramentis est tempore antiquius & usu communius; ideo de illo præmittit. Vnde uidendum est quid sit matrimonium: unde dicatur, quibus verbis institutatur, quæ sint eius impedimenta, quæ ut melius tibi pateant, uidebis in summa huius causæ. & tractat hic de illo impedimento, quod est uotum. Annectit etiam de interdicto ecclesiæ, & de quibusdā alijs, quæ ut omnia plenius pateant, præmittit thema, duas inde eliciens quæstiones.

a ¶ Quidam uotum castitatis.] Tractato de negotijs & ministerijs ecclesiasticis, adiungit de sacramentis primo de matrimonio, licet alia sint digniora, & magis necessaria: & hoc ideo, cum matrimonium magnū sit in Christo & ecclesia sacramētum, & tēpore antiquius est, & vsu cōius. Antiquius, quia ante peccatū institutū est: cōius quia cum sacramenta alia sint in ecclesia Dei, hoc tamē apud gentes oēs est: sanctitas aūt eius non est nisi in monte sancto eius id est, ubi ecclesia ædificata est. Et quia de matrimonio sæpe quæritur in iudicio, ideo assignando multiplicia eius impedimenta tractaturus de eo cōtinuat a causas. Ad eius ergo euidentiam prælibandum est quid sit matrimonium, & unde dicatur. & ubi, & quando, & quibus uerbis fuerit institutū, & quæ sint causæ matrimonij, uel quæ & quot sint eius bona, quæ vel quot eius impedimenta. Quid sit matrimonium, habes ĩ. e. q. 2. §. 1. ubi explicabimus singula posita in descriptione. Dicitur aūt matrimoniū quasi matris munium, i. officiū. Sed quare potius dicitur à matre, quàm à patre, qui auctor est generationis, ut diceretur patrimonium? Resp. quia plura onera matrimonij subit & tolerat mulier: est enim in conceptu grauida, in partu dolorosa, in lactādo laboriosa. extra de conuer. in fin. c. 2. Fuit aūt institutum in paradiso. 32. qō. 2. §. his ita. & ante peccatū. de pę di. 2. § Romanos. uer. Adam. causa sobolis procreandæ, ut repararetur lapsus angelorum. de consecra. distin. 1. hi duo. Et fuit institutum his uerbis, Hoc nunc os. &c. Alij dicunt ꝙ alijs uerbis scilicet his: Crescite & multiplicamini. sed credo, quod illis verbis vsus est Dñs tantum, vt præciperet carnalem cōmistionē: sicut patet ex eo ꝙ ēt post diluuiū eisdē verbis usus est dñs ad Noe, & filios eius iam pridem vxoratos. Fuit ēt matrimoniū secūdo institutū post peccatū ad remediū, ut uitaretur fornicatio, vt 32. q. 2. § his ita. Causæ aūt matrimonij quædā sunt per quas cōtrahitur matrimoniū, vt spōsalia & cōsensus. quędā ꝓpter quas: & ex his quędam sūt principales, vt vitatio fornicationis, susceptio sobolis: Aliæ secundariæ, q̄ sunt multæ, ut pulchritudo fęminæ,

Matrimoniū est antiquius & cōius alijs sacris.

Matrimonium unde dicatur.

Matrimonium vbi & per quæ verba fuit institutum.

Matrimonij cōtrahendi causæ multiplices.

fęminæ diuitiæ, amicitiæ, amicorũ copia, pacis reformatio. Bona matrimonij sunt tria, fides, proles, sacramentũ. ĩ. ea. q. 2. omne Impedimenta matrimonij sunt 16. s. uotum, ordo, habitus, dispar cultus, error personæ, error conditionis, cognatio, ligatio, publicæ honestatis iustitia, inimicitias de licti, impossibilitas coeundi, tempus feriarum, interdictum ecclesiæ, coactio, ætas, ꝑs furor. Io. Veruntamẽ q̃dã ea his impediunt ꝯhendũ, sed non contractũ dirimunt, ut ĩ. dicetur. Impedimẽta prædicta in his uersibus sunt collecta.

Matrimonij impedimenta.

Votũ, conditio, violentia spiritualis.

Propinquitas, error dissimilisque fides.

Culpa, decrevetus, honor, ordo, ligatio, sanguis.

Quæ sit & affinis, quique coire nequit,

Additur his ætas, habitum coniunge furori.

His interdictum subditur ecclesiæ.

Hæc (si canonico vis consentire rigori.)

Te de iure uetant iura subire thori.

Habitus impedit, sed non dirimit, extra qui cle. uel no. cõsuluit. B. contra. quia nec impedit secundum eum. similiter ætas impedit matrimonium & furor carens intervallo 32. q. 7. nequa.

Vod vouentes.] Hæc qõ. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat magister per 34. auctoritates sanctorum patrũ, quod uouentes solenniter non possunt contrahere, & si contraxerint, nõ tenet matrimoniũ, & dent puniri Secũda ibi, [Augustinus.] Io de Fã. CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur an teneat matrimonium à uouente contractum, & ꝙ non teneat, probat vsque ad § [his omnibus auctoritatibus.] postea probat contrarium usque ad ultimum. §. quam contrarietatem bene soluit sup. 27. dist §. ulti. & intelliga prima c. de uoto solenni, alia de simplici. Alij dicunt prima cap. intelliguntur de uoto de præsenti, alia de futuro.

a ¶Quòd vouentes.] Hic intitulatur quæstio prima, qua quæritur an teneat matrimonium à uouente contractum, & ꝙ non teneat, probatur usque ad §. his omnibus auctoritatibus, postea allegat in cõtrarium usq; ad §. ult. & hanc contrarietatem soluit satis bene ſ. 27. dist §. ult. ꝙ videlicet prima c. intelliguntur de voto solenni, alia de simplici atq. extra qui cle. vel vo. meminimus. ĩ. ea. c. 1. vbi dicitur, & ueste laicali sub testimonio episcopi. H. dicit, ꝙ non refert an sit simplex uotũ an solenne: quia utrũque dirimit matrimoniũ solẽnitates n. ipse nõ sũt de substãtia uoti. Sed hoc refert an sit de præsenti cum solennitate, siue sine illa, ut uoueo cõtinentiam, hoc impedit & dirimit. sic intelliguntur hæc ca. prima usque ad cap. nuptiarum. an sit de futuro, quod improprie dicitur uotum, id est, quædam promissio de futuro voto emittendo, ut si dico, ego ꝓmitto, ꝙ vouebo continentiã post annum mortua uxore mea. vel promitto, ꝙ intrabo religionem, vel cõsimile. hoc impedit. sed non dirimit, ut cap. nuptiarum & ca. sequentibus. alij dicũt, ꝙ nullum uotum dirimit; quia qua ratione dirimeret uotum solẽne, & simplex, cũ idẽ sit in substãtia, solennitates enim nõ sunt de substantia: sed ipsa cõstitutio ecclesiæ dirimit, si post votũ solenniter factum contrahatur. Ego dico, ꝙ nullum uotum est solenne nisi cum quis deuouet se religioni alicui, uel alijs duobus modis in sequenti cap. unde si coram tota ecclesia diceret quis hæc verba, voueo cõtinentiã, si contraheret, teneret matrimonium. Quæ est enim ratio quare constitutio ecclesiæ magis debeat spectare ad illa uota, quæ solenniter fiunt, quàm ad priuata, dummodo possit ecclesiæ constare siue per testes, siue per confessionem propriam alicuius, ꝙ uotũ fecerit? quàm cito. n constat ecclesiæ per confessionem, vel per testes dr̃ notorium: & sic deberet ecclesia dirimere matrimonium per illud uotum contractum Io. Tu breuiter dicas, ꝙ professio tacita vel expressa alicuius religionis impedit contractum & contrahendum. extra de regu uidua. & 27 dist. quod interrogasti, & extra de reg. consulti. & cap. statuimus. & præcedenti c. quæ ea expresse hoc dicunt, ꝙ cum aliquis dicit, deuoueo me huic religioni, ibi professio continentiæ tacita intelligitur, & religionis expressa. Ordo similiter impedit, si est sacer. nam ibi intelligitur tacita continentia facta cum solennitate, & ex constitutione ecclesiæ? & ita semper conditio tacita uel expressa, uel constitutio ecclesiæ, solennizat votum. Sic mihi Bar. Brix. videtur dicendum. extra qui cle. uel uouen. c. rursus.

Matrimonium à uouente contractum, utrũ teneat.

Votum an impediat & dirimat matrimoniũ. Votum solenne quod dicemus esse.

Professio religionis impedit matrimonium.

ADDITIO. De hoc etiam not. 27. distin. quidam extra qui cle. vel vo. rursus. quod per Innoc. extra de reg. porrectum. & not. de vo. per tuas. & in c. proxi. &c.

QVAESTIO PRIMA.

Vòd vouentes [a] matrimonia contrahere non possunt; multis auctoritatibus probatur.

In concilio namque Carthaginensi quarto, cap. vlti. statutum inuenitur de viduis, quæ professam † continentiam prævaricatæ sunt.

† al. professæ

¶Excommunicentur uiduæ, quæ religioso habitu abiecto nuptias elegerint. C. I.

SIcut bonum est castitatis præmium; ita & maiori obseruantia, & præceptione custodiendum est, ut si quæ viduæ [b] quantumlibet adhuc in minoribus annis [c] positæ,

Bur. l. 8 c 39. Iuo p 7 c. 38. & 147.

Sicut bonum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ uotum castitatis est magnum, & ideo magna debet obseruantia custodiri. In secunda parte pęna imponitur transgressoribus, quia & damnationem habebunt, & à communione aliorũ separabuntur. nam si vxor, quæ frangit fidem marito est punienda, multo magis quæ non seruat fidem Christo. In tertia parte dicitur, quod si aliqua Deo deuota fuerit per vim oppressa, & delectatione libidinis postea habita se cum raptore consenserit, pęna superius dicta tenebitur. Secunda pars incipit ibi, [Vt si quæ.] Tertia ibi, [Quæ etsi.]

b ¶Vt si quæ viduæ.] Licet de illis specificet, de omnibus intelligi debet.

c ¶In minoribus annis.] Videlicet xxv. anno, uel xij. uel xiij Et dñr minores annis multipliciter, quantum ad discretionem usque ad a vij. C. de iure deli. si infanti. Item quantum ad matrimonium usque ad duodecimũ in fęmina, in viro vsque ad decimũquartũ annũ. Item quantum ad factionem testamẽti usque ad xiiij. annum, in masculo, in fęmina vsque ad xij ff. qui testa. fa. poss. qua ætate. in prin. 2. q. 6. §. diffinitiua. Item quantum ad restitutioné vsque ad xxv. annum ff. de mi. l. 1. hic autem vocat minores qui sunt infra xxv. an. nam aliter pater posset eos reuocare si essent infra xij. vel xiij. an ut 20 q. 2. c. 1. & 2. Sed quare non restituitur puella infra xxv. ann. vt habitum quem suscepit, possit deponere, sicut in alijs cõtractibus? Respon. quia non est læsa, quia ei nubit quo meliorem non põt inuenire, iuxta

Minores annis dicũtur multis modis.

illud

illud Agnetis, illi sum desponsata cui angeli seruiunt &c,& minor non restituitur nisi cum læditur. ff. de mi no. verum §. sciendum.

a ¶Immatura.] Id est, non matura. nã viduæ ante annum al. non velantur, vt 20. q. 1. sanctimoniales. uel duæ di-

dicit corã episcopo uel abbate uel abbatissa, vel corã tribus vel duobus testibus, ego deuoueo me huic religioni. Hoc enim aliud est, & aliud cũ dico, ego voueo continentiam. deuotus enim religioni non posset contrahere ita ꝙ matrimonium teneret. nec mirum, cum ẽt iã contractũ matrimonium religio dissoluat. extra de conuer. coniug. ex publico. sed in uoto continẽtię secus. nõ enim votum dirimit. unde si coram tota ecclesia diceret, voueo continentiam, per hoc non solennizatur uotum: nisi uelis dicere, ꝙ tale uotum non dirimit, sed constitutio ecclesię super uoto facta. Nam si votum dirimeret, quare potius vnum q̃ aliud, si hoc haberet ex sua natura? & ita dirimeret votũ simpliciter, quod Augu. non vult. j. ea. nuptiarum. Dic ergo votum numquam solennizari, nisi tribus modis prædictis. & ita exaudi quod dicitur. Ioan. Tu dicas, ut sup. dixi in glossa illa, hic intitulatur. circa fin. versi. sui breuiter. in summa quæstio. Bart. Bria.

Vouere religionẽ, & vouere cõtinentiã differunt.

& immatura α [a] ætate à uiro relictæ se deuouerint Domino, & ueste laicali abiecta, sub testimonio [b] episcopi & ecclesiæ in religioso habitu [c] apparuerint [d], postea uero ad nuptias sæculares transierunt; secundum Apostolum damnationem habebunt: quia fidem castitatis, quam Domino uouerunt, irritam facere ausæ † sunt. Tales ergo personæ à Christianorum communione sequestrentur, neque conuiuio β cum Christianis communicent. Nam si adulteræ γ coniuges reatu sunt viris suis obnoxiæ; quanto magis uiduæ, quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte, non coactæ [e] obtulerunt, libidinosa corruperint uoluptate, & ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ etsi violentia irruente ab aliquo oppressæ † fuerint, ac postea [f] delectatione libidinis permanere in coniugio raptori, uel uiolento uiro consenserint; damnationi superius comprehensæ teneantur † obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: [Cum luxuriatæ fuerint, nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.]

1. Tim. 5. † al. nisæ † al. prærepta † al. tenebuntur 1. Tim. 5.

α ¶Immatura] *In varijs conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, & Soriensi regio legitur*, matura. *Iuo habet*, in matura.

β ¶Neque conuiuio.] *Sic est emendatum ex manuscriptis Gratiani exemplaribus expunctis verbis illis*, donec ad bonũ, quod cœperant, reuertantur: *quæ ex capite sequenti videntur huc fuisse translata. In conciliorum autem impressis, & manuscriptis codicibus, legitur* Tales ergo personæ sine Christianorum cõmunione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Christianis communicent.

γ ¶Adulteræ.] *Sic est emendatum ex memoratis conciliorum exemplaribus. Nam antea legebatur*. Nam si adulterij coniuges reæ sunt, si suis obnoxiæ uiris non fuerint, quanto, &c.

Item ex epistola Gregorij missa ad Bonifacium.

¶Sic etiam citant cæteri collectores. Habetur autem & paulo etiã copiosius, in capitularibus adiectis, c. 215.

c ¶Habitu.] Arg. ꝙ ita tenetur uoto qui publice in religionis habitu apparuerit, ac si publice habitum suscepit. extra de reg. vidua. & infra ead. vidua.

Habitus est triplex.

lem: vel spiritualẽ, scilicet idololatrando tantum, aliàs non. unde si uxor Christiana pertrahat uirum ad mortale peccatum, verberet eam, & castiget si potest; & nõ consentiat. Sed alij intelligunt hoc de pari coniugio: quia fidelis fidelem bene potest dimittere si compellitur ab eo ad mortale peccatum, nec forte resistere potest, sed expresse contradicit, extra de diuor. quæsiuit. & c. quanto. Sed pone quod dimisit. sed post pœnitet: nunquid iterum illa tenetur eum recipere? Distingue per decr. extra, de diuor. de illa t.
a ¶Societate.] Id est, matrimonio.

se, turpiterque corrumpunt, possit sine crimine & vir uxorem dimittere, & vxor virum: quia exceptam facit Dominus causam fornicationis: quam fornicationem (sicut supra commemoratum est) generalem, & uniuersalem [a] intelligere cogimur. Cum autem ait: [excepta causa fornicationis:] non dixit, cuius ipsorum, uiri an fœminæ. Non enim tantum fornicantem uxorem dimittere conceditur; sed quisquis eam quoque uxorem dimittit, à qua ipse cogitur fornicari; causa vtique [b] fornicationis dimittit: uelut si aliquem cogat uxor sacrificare [c] idolis; qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tantum illius, sed & suæ: illius, quia fornicatur; suæ, ne fornicetur.

Idem de adulterinis coniungijs, lib. 2.

¶In eo libro non extat: sed apud Hermem in libro pastoris, mandato quarto, ex quo citat Iuo hoc vnà cum palea, ego dixi. infra 34. q. 1. & 2. Et quoniam in eo mandato tam de uiro, quàm de muliere agitur, est aliqua uerborum uarietas sed eadem sententia.

¶Quæ simulachrum facit, nec resipiscit, dimittatur à viro suo. C. VI.

NOn solum mœchatio est illius, quæ carnē suam coinquinat [d]: sed etiam, quæ simulachrum facit [e], mœchatur. Quòd si in his factis perseuerat, & pœnitentiam non agit; recede [f] ab illa, & noli uiuere cum illa. Sin autem [g]; & tu particeps peccati illius eris. — Iuo p. 8. c. 248. Panu. l. 7. c. 34.

Item Ambrosius ad Hilarium.

¶Sic etiam Iuo; sed habetur apud B. Augustinum. epist. 89. Beda 1. Cor. 7. citat ex Augustino ad consulta Hilarij.

¶Amore cuiuslibet non est à fide recedendum. C. VII.

SI infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat: non est enim seruitui subiectus frater, aut soror in huiusmodi,]id est, si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem [h]: ne ita se subiectum deputet seruituti, ut ipsam dimittat fidē, ne coniugem amittat infidelem. Hoc & de filijs, atq; parentibus, hoc de fratribus, & sororibus intelligitur, propter Christum [i] omnes esse dimittendos. cū proponitur ista conditio, ut Christum æ dimittat, si illos secum habere desiderat. Hoc ergo & de domo, atq; agris, hoc & de ijs rebus, quæ iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est. — Iuo p. 8. c. 253. Panu. l. 7. c. 13. 1. Cor 7.

a ¶Vniuersalem.] Arg. quod indefinite dicitur, generaliter debere intelligi. & de tute. qui habet §. vlt. 31. q. 1. quòd si dormierit.
b ¶Vtique.] Quia ipsa cogit eū fornicari spiritualiter.
c ¶Sacrificare.] Idē est si cogat ad quodcumque mortale peccatum, ut innuitur ex litera superiore. & no. quòd propter fornicationē corporalem semel commissam potest eā dimittere t. 32. q. 1. dixit. sed propter spiritualem non, nisi perseueret inf. cap. prox. non solum.

1 De hoc no 30. q. 1. nosse. ibi uideas.

ADDITIO. Et in hoc casu loquitur extra de conuer. coniug. c. ult. nā ex eo quod dicit, quòd fuit iudicio ecclesiæ ibi matrimoniū separatū, datur intelligi, quòd ibi maritus in ipsa fornicatione spirituali perseuerauerit. & sic etiā ibi no. Goffre. & Archid.

NOn solum.] CASVS. Dicitur hic, quod vxor licite dimitti potest: non solū pp fornicationē carnalem, sed etiam propter spiritualem, scilicet idololatriam uel infidelitatē: & si uxor in his pseuerauerit, vir nisi eam dimittat, particeps ē illius peccati. & potest hoc c. intelligi secundū H. & Ber. de pari uel impari cōiugio: quia propter fornicationē carnalem vxor fidelis uel infidelis dimittitur.
d ¶Coinquinat.] Cū alio à coniuge suo.
e ¶Simulachrum facit.] Id est, idolum.
f ¶Recede.] Hoc ca. intelligit H. de duobus fidelibus, quorū alter labitur in hæresim: inter quos cum ratum fuerit matrimonium: nec soluitur altero labēte, nec contrahere potest, licet secus sit in casu conuerso, scilicet cū ulter infidelium conuertitur, tunc in tribus casibus dissoluitur, & 3here potest & hoc totum habes extra de diuor. quāto. Item nū quid est præceptum quod dicit, recede ab illa? dicit H. quia ex quo perseuerat, præceptum est. si est notorium sed hoc quantum ad reddendum debitum; sed exigere potest: & sic intelligit 32. q. 1 c. t. uidetur tamen H. quod in hoc casu ad minus cōsilium sit quod recedat illa. arg. j. ead. iam nunc. sed ibi est consilium quando alter infidelium cōuersus est: hic uero præceptum. & potest esse ea ratio, quia maior est hic contumelia creatoris, ut extra de diuor. quanto, & quod sit præceptum,

Maritus ab vxore, quæ simulachrū facit, debet recedere.

habes extra de iudeis. quemadmodum.
g ¶Sin autem.] Id est, si non reuocas eam à pposito.
SI infidelis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd licite dimittitur vxor infidelis, si cum viro fideli noluerit habitare, nam cum ista conditio apponitur, vt fidē dimittas si cum tali uxore volueris habitare. Fides enim seruanda est, & vxor penitus relinquenda. Idem intelligendū est de parentibus, & filijs, & fratribus & sororibus, & de qualibet alia re.
h ¶Libertatem.] Nam dico quòd ipso iure soluitur vinculū matrimonij, non per sniam ecclesiæ, sed ipso iure, s. tribus casibus in quibus contrahere potest: nam cōtumelia creatoris soluit ius matrimonij, si tn infidelis vult redire ad fidem priusquam eū reliqua 3xerit, cogitur recipere eam, ut extra de diuor. gaudemus. in fi.
i ¶Christum.] Ar. quòd modus facit cōditionē. nam dicit

a ¶ Christum.] *Antea legebatur*, vt propter Christum dimittat, si eum secum, &c. *Emēdatum est ex epistola B. Augusti. Reliqua vero partim ex ipsa, partim ex vetustis Gratiani codicibus.*

Item Augustinus ad Pollentium, lib. 1. de adulter. coniugijs. c. 13. & 14.

¶ Quòd etiam infideles sunt coniuges, & quòd fideli licet dimittere infidelem. C. VIII.

Pana. l. 6. c. 100. 1. Cor. 7.

3 IAm nunc [a] illud videmus, quod ait Apostolus: [Cæteris [b] autem ergo dico [c], non Dominus,] ad imparia scilicet, hoc est ubi non ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus. Quod mihi uisum est eū monendo [d] dixisse. Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem; ideo fieri hoc non Dominus, sed Apostolus prohibet [e]. Quod enim Dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apostolus [f], quo possit esse multorum occasio lucrandum, ut fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa [g] licentia non utantur. Tibi autem videtur infideles quoque dimitti à fidelibus non licere: quia hoc vetat [h] Apostolus, cum ego dicam licere, quia hoc non vetat [i] Dominus; non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamuis liceat. Quomodo † enim scis (inquit) mulier, si uirum saluum facies? aut unde scis uir, si saluam facies vxorem? cum & superius dixisset: [Sanctificatus est enim uir infidelis in muliere fideli: & sanctificata [k] est mulier infidelis in fratre,] hoc est in Christiano. [Alioquin [l] filij uestri, inquit, immundi essent: nunc autem sancti sunt. [m]] Sic ad lucrandos coniuges, & filios Christo, etiam exemplis, quæ iam prouenerant [n], uidetur hortatus. Cur ergo non expediat infideles coniuges dimitti à fidelibus, causa euidenter expressa est. Non enim propter vinculum [o] cum talibus coniugale seruandum, sed vt acquiratur Christo, recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus uetat. Multa sunt enim facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs [p] gratiora, quæ, cū liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior Dominus ipse cum tributum se nō debere mōstrasset: soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens [q] hominem † cōsulebat.

† al. Quid

Ibidem ca. 14.

† al. morem

[1] Scilicet q̃ fidelis non dimittat infidelem cohabitare volentem. vide Hug.

[2] Arg. ẓ. extra de translatio. inter corporalia vbi de hoc.

dicit, cum ponitur ista conditio, & post dicit, vt Christum, & c. si. extra de condi. ap. c. 2. & extra vt eccle. benefi. vt nostrum.

IAm nunc. [Hæc est 3. pars q̃ō. in qua dissuadetur ne fidelis non dimittat uxorem infidelem propter Deum.

Deum. Io de Fan.

CASVS. Super his uerbis Apostoli: Ego dico, non Dn̄s, vt fidelis nō dimittat infidelē volētē habitare cū illo, dissenserunt Pollentius & Augustinus. Nā Pollētius exposuit hoc verbum, dico, i. p̃cepio. Aug. vero exposuit hoc uerbum, dico, de consilio, & non de præcepto. unde dixit, dico. id est consulo, & suadeo. Est ergo casus secundum H talis in hoc c. Ostendit Aug. illud verbū Apostoli esse intelligendum de consilio: & quare Apostolus hoc consulat, ut l. fidelis non dimittat infidelē: subdit rationem, s. ex cohabitatione tali infidelis conuertatur. quod potest contingere: quia sæpe iam talia contigerunt. Postea ostendit ea, quæ sunt consilij & non præcepti, potius esse facienda, cum sint gratiora: exemplo Domini soluentis tributum, ad quod nulla lege arctabatur: & exēplo Apostoli à sumptibus, quos de iure poterat exigere & recipere, abstinentis. Item ostendit ea, quæ sunt consilij esse facienda. Litterā si continuat H. Hactenus tractauimus de pari coniugio, id est fidelium: sed amodo videamus de impari.

a ¶ Iam nunc.] Sic cōtinua. hactenus tractauimus de paribus coniugijs fidelium, scilicet de quibus dixit Apostolus in epistola ad Corinthios. His q̃ matrimonio iuncti sunt, dico non ego sed Dominus, uxorem à uiro non recedere: & uir uxorem non dimittat. nam cæteris dispatibus, &c.

b ¶ Cęteris.] Id est. disparibus coniugijs: quia, prius de paribus ait Apostolus.

c ¶ Dico.] Id est, consulo & suadeo; ex Dei tamen auctoritate, non mea. t.

d ¶ Monendo.] Id est: non præcipiendo.

e ¶ Prohibet.] Ponitur improprie, id est, sub forma prohibitionis dissuadet, & monet ne fiat.

f ¶ Apostolus.] Ideo scilicet.

g ¶ Permissa.] à Domino, id est, non prohibita.

h ¶ Vetat.] Id est, dissuadet.

i ¶ Vetat.] Arg. aliquid esse hoc ipso licitum, quòd non est à Domino vetitum. arg. 32. quæ. 1. quòd si dormierit. ff. de procura. mutus. 2.

K ¶ Sanctificata.] i. ad fidem conuersa.

l ¶ Alioquin.] Id est, si alijs adhæserint uiuentibus relictis, & cohabitare uolentibus, filij, quos ex alijs genuerint, non erunt legitimi. Vel loquitur de filijs prius natis, qui remanent immundi, id est, infideles: quia non conuertuntur.

m ¶ Sancti sunt.] Id est, esse possunt.

n ¶ Prouenerant.] Id est, frequenter acciderant. argu. ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. si. 38 dist. de Syracusanæ.

o ¶ Vinculum.] Tantum: sed ut eos lucrentur.

p ¶ Officijs.] Id est, operibus.

q ¶ Gerens.] Id est, dirigens.

Iam uero Apostolus, quemadmodum ista cōmendet, eius uerba testantur [a], vbi dicit: [Cum enim sim liber [b] ex omnibus, omnium [c] me seruum feci, ut plures lucrifacerē.] cum paulo superius dixisset: [Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? nunquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? An ego solus, & Barnaba, non habemus potestatem [d] hoc operandi? Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non comedit?] *Et paulo post* [¶ Si alij [e], inquit, potestatis [f] uestræ participāt; quare non magis nos [g]? sed non usi sumus hac potestate: sed omnia [h] toleramus, ne quod impedimentum demus [i] Euangelio Christi.

1. *Cor.* 9.

Ibidem.

Idem ibidem, c. 18. & sequentibus.

¶ Ab infidelibus coniugibus licet recedere, sed non expedit. C. IX.

SIc enim [k] recedere ab infidelibus uxoribus, uel maritis fideles uiri, uel fœminæ non prohibentur [l] à Domino, ut neque iubeantur. Nam [m] si dimittere tales coniuges iuberentur; nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod Dominus iubet, seruus [n] bonus fieri prohiberet. *Item paulo post.* ¶ Cum ergo [o] cœpisset gentibus Euangelium prædicare, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniuges. Ex quibus si non ambo crederent, sed unus, aut una infidelis cū fideli cōsentiret habitare; nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimitere, nec iuberi: ideo scilicet non

Beda 1. Cor 7. Pan. l. 6. c. 101.

a ¶ Testantur.] Arg. ꝙ per sequentia determinari possunt præcedentia, hoc generale habes 43. dis. si rector. in fi.

b ¶ Cū. n. sim liber.] Id ē, nullius beneficijs obnoxius.

c ¶ Omnium.] Id est, talem me exhibui, vt commodū facerem: & hoc fecit, vt plures, &c.

d ¶ Potestatem.] Sed ne diceretur, cur ideo hoc faceret, quia non egeret: subdit, q d egemus quidem, sed non usi sumus, ne ꝙ impedimentum, &c.

e ¶ Si alij.] Hypocritæ.

f ¶ Potestatis.] .i. potestatiuè participent rebus vestris.

g ¶ Nō magis nos.] qui amplius diligimus vos q̄ tres vras.

h ¶ Sed oīa.] .i. famē, sitim, & similia.

Paulus ꝓdicans nihil accipiebat.

i ¶ Demus.] Nā Corinthij erant auari & se retrahebant à prædicatione. Vel ideo, quia si ipse acciperet, multi essent pseudo Apostoli, qui statim prædicarent vt acciperēt, & ita impedirent Euangelium. sed cum iste nō acciperet, nec illi auderent accipere, & ita non prædicarent.

SIc enim.] CASVS. In hoc c. disputat adhuc Aug super eisdem verbis Apostoli: Ego dico, non Dñs. & suum c. distinguit in tres partes. In prima ponitur expositio Augu. & probatio vel ratio expositionis. & hoc facit vsq; ad locum illum, [Quoniam ergo.] In secunda parte ponuntur tres rñsiones Aug. ad tres tacitas qōnes Pollentij: & hoc facit vsq; ad locum illum. [Tu vero cui.] In tertia continetur superficialis expositio Pollentij, & expositionis probatio: & tandem sequitur Augustini victoriosa sub epilogo conclusio. & hæc particula extenditur vsq; ad fi. §. Licet autem iste casus ita breuiter cōsueuit poni, H. tñ & Ben. in qualibet particula singularem casum ponunt. In prima ergo parte sic procedit Augu. dicens. Si Dñs iussisset, hic non esset locus consilij monentis Apostoli. Si enim Dominus hoc præciperet. Apostolus contrarium non consuluisset. Dominus autem non iussit fidelem dimittere infidelem: quia iustitia. i. Deus iustus permittit retinere, nec uetuit: vnde Apostolus retinere commonuit. In secunda parte respondet tribus obiectionibus Pollentij, quæ non sunt in littera, sed ex responsionibus eliciuntur. quarum obiectionum prima est: Si Dominus non iubet, nec vetat uxorem infidelem à fideli dimitti, ergo vacuum, & superuacuum est Apostoli consilium, quo monet non dimitti. Respondet Aug. immo sibi utile est quando animæ expedit: & quia per inspirationem spiritus sancti hoc dixit.

k ¶ Sic enim.] In prima parte ponitur vsq; ad §. Quoniā ergo, intellectus Aug. super illa auctoritate Apostoli: Ego dico, non Dominus, quod si vir fidelis habet uxorem infidelem, non dimittat eam. & ostendit rōnē quare Dominus non prohibuerit nec iussit. In secunda parte vsq; ad §. Tu vero ponuntur tres solutiones Aug. ad totidem obiectiones Pollentij. In tertia parte vsque ad §. Intelligis. ponitur expositio & intellectus Pollentij super auctoritate prædicta, quam Aug. reprobat. Vltimo ponitur epilogatio, quam Augu. facit inferens victoriosissimam conclusionem. Et construe sic. Fideles uiri sic non prohibentur recedere ab infidelibus uxoribus: vel fideles fœminæ sic non prohibentur recedere ab infidelibus maritis, id est, sicut neque iubentur recedere, secundum hoc primum, neq; abundat, vel si vit, ꝙ nō superabundet, dic neque recedere: i. retinere, &c. id est sicut fideles uiri, & fœminæ nō prohibentur non recedere, sic nec iubentur non recedere. q. d. ꝙ nec illud nec istud fiat. hoc continuatur ad præmissam partem c.

l ¶ Non prohibentur.] Non repetitur hic, neq; supra positum ut facias vnam affirmationem: sed propter interpretationem suprapositam. potest tamen legi utrūque, & idem erit sensus.

m ¶ Nam.] Prima ratio quare Dominus non præcipit dimitti tales, s. vt Apostolo esset locus monēdi, ut non fieret hoc. sed non dico esse verum: immo ideo dixit Apostolus, dico ego, non Dominus: nam si, &c. vt ostēderet, quod Dominus non iubet recedere: nam si, &c.

n ¶ Seruus.] Nam Apostolus nullo modo faceret contra Dñm: sicut dicit prætor, ꝙ contra legem, non tuebitur aliquē ff. de pub. ac. cū sponsus. § si res. & non reuocant a filio q̄ à pr̄e geruntur. C. de testi m i. q̄ à pr̄e.

Prætor ꝯ legem neminem tuetur

o ¶ Cum ergo.] Ratio quare non prohibuit tales dimitti, s. ut nihil prohiberet quod iustitia exigit fieri. iustum enim est uxorem dimitti ob fornicationē præsertim spiritualem.

a ¶ Eius

a ¶Elus.] i. virtutis vel ducens ad virtutē 32. q. 1. dixit.
b ¶Pudicitiam.] s. prox. q. 1. nuptiarum. contra. sed ibi pudicitiam continentiam uel uirginitatem nominat: hic vero virtutem & castitatē, quæ etiam inter nuptiarum opera non amittitur.
c ¶ideo.]

nec consiliū Apostoli tanquā à spiritu sancto infusum acceptandū est: & quod habebat à spiritu sancto, probat per duo similia. Et nota quod obiectiones Pollentij nō ponuntur hic. sed colliguntur ex responsionibus Aug. sicut dicit lex: quod si in instrumento cautū est mihi pecuniam dari, præsumitur stipulationem esse interpositā, ut C. de con stip. l. 1.

S. ea. in princ. prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nec uera eius [a] pudicitia cum coniuge dici potest: quia omne,
Rom. 14. quod non est ex fide, peccatum est: quamuis ueram habeat fidelis pudicitiam [b], etiam cum infideli coniuge, quæ non habet ueram. Ideo [c] autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari quia non contra iussionem [d] Domini gentiles fuerant ambo coniuncti. ¶ Quoniam ergo [e] ab infideli fidelem discedere nec prohibet, nec iubet Dominus; ideo, ut non discedat, Apostolus dicit [f], non
1. Corinth. 7. Dominus, habens utique spiritum sanctum, in quo dare possit utile, & fidele consilium. Vnde cum dixisset [g] de muliere, cuius uir mortuus fuerit: [Beatior autem erit si sic permanserit, secundum consilium meum, (ne quis hoc consilium tanquam humanum, non diuinum contemnendum putaret, adiecit: [Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam.] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quæ non à Domino iubentur, sed à sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam catholicus dixerit, quod † suadet spiritus sanctus, non Dominum suadere, & cum ipse
† al. quando Dominus sit, & inseparabilia [h] sint opera Trinitatis. Dicit tamen: [De virginibus autem præceptum Domini non
Ibid. habeo: consilium autem do:] non vt hoc consilium alienū existimemus à Domino; cum continuo sequatur, & dicat, [tamquam misericordiam cōsecutus à Domino, ut fidelis essem.] Secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spirito, de quo ait: [puto autem, quòd et ego spiritum Dei habeam.] Verumtamen aliud est Domini iubentis imperium: aliud cōserui secundum misericordiam charitatis, quæ illi à Domino est inspirata, atq; donata fidele cōsiliū. Aliud ibi facere non licet; hic autem licet: ita sane [i], ut ipsum licitum partim quidem expediat, partim uero non expediat. Expedit tunc, quando non solum per iustitiam [k], quæ coram Domino est, permittitur; sed etiā hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur: uelut cum dat consilium nō nubēdi Apostolus virginibus,] vnde præceptum Domini se non habere testatur) licet aliud facere, id est, nubere, & minus, quàm continentiæ, bonum tamē tenere nuptiarum: ipsumque licitum etiam expedit [l]; quoniam in uetita, & illicita ruituram carnis infirmita-

f ¶Dicit.] Id est, monet: non Dominus dicit, id est, præcipit. ita reperitur uerbum in alia significatione. nā si in eadem, falsum esset: quia quidquid monet Apostolus, monet Dominus, prout sequitur: & expositio varia huius uerbi, dico, bene probatur per intellectum illius auctoritatis: De uirginibus autem præceptū Domini non hēo, &c.
g ¶Dixisset.] Ad ostendendum quod habebat spiritum sanctū. & eius consilio standum esset.
h ¶Inseparabilia.] Pro maiori parte. nā quædam attribuuntur patri, quæ non filio, & econtra. H Sed tu dic opera operantia. operata enim opera non sunt inseparabilia, de consecra. dist. 3. c. ult. — Opera trinitatis sunt separabilia.
i ¶Ita sane.] Hic respondet, Augu. secundæ obiectioni Pollentij dicētis: quare Apostolus non plus dicit consulendo, bonum est dimittere uxorem infidelem: melius est autem cum ea manere: sicut alibi consulendo dixit: Qui dat nuptiui, bene facit: qui nō dat, melius facit. Et respōdeo quod quædam licita sunt, quorum utrumque expedit, ut dare nuptui: & non dare nuptui. Alia quorum unum expedit, aliud non, ut dimittere, nō dimittere. cum primia recte ponuntur hæc adiectiua, bonum, melius: cum secundia non; quia utrumque nō est bonum, quia non meritorium: & ideo non dicit Apostolus qui dimittit, bene facit, &c.

e ¶Ideo.] Secunda ratio quare nō præcipitur: sed male dicit: quia prima non præcessit quo ad istū articulū.
d ¶Iussionem.] Arg. quod si gentilis cum gentili contrahat, non facit contra præceptum Domini, cum matrimonium sit inter eos, unde si ueniunt ad fidem, non debent separari.
ADDITIO. Vt s. q. 2. ca. 1. extra de diuor. c. gaudemus.
1 Ar. ad hoc de cōs. dis. 3. l. Christo patri. in prin. e ¶Quoniam ergo.] Responsio Augustini ad Pollentium dicentem, quod ex quo Apostolus consuluit, & non Dominus, eius consilium tanquam humanū, non diuinū contemnendū est. Rndit ergo Aug. quāuis id quod cōsuluit Apostolus, nō præcipiat Dominus: nihilo mi-

k ¶Per iustitiam.] Id est, propter ipsum nubere, quod est iustum. 27. q. 1. nuptiarum.
l ¶Expedit.] Infra 33. quæstio. 5. qui sisit. contra. Et expedit quidem, & non expedit. Expedit causa fornicationis uitandæ, non expedit, quoniam uxorati cum sint diuisi, & cogitare eos oporteat quomodo placere possint & seruire uxoribus. diuinis obsequijs & orationibus intendere adeo expeditā — Nubere expedit & nō expedit.

tem sic excipit honestatē nubendi, ut neminem impediat ad salutem: quamuis magis expediret, magisque honestum esset, si uirgo consilium, quo præceptum [a] eam non compellit, arriperet. Tunc autem non expedit id, quod licitum est; quando permittitur quidem, sed vsus ipsius potestatis alijs affert impedimentum salutis: sicut est (unde iamdiu loquimur) discessio fidelis coniugis ab infideli: quam non prohibet Dominus præcepto legis: quia coram illo iniusta non est: sed prohibet [b] Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, quia perniciosissime scandalizantur offensi; uerum etiam, quia cum in alia coniugia ceciderint uiuentibus eis, à quibus dimittuntur; adulterinis [c] nexibus colligati difficillime resoluuntur. Ideo hic, ubi id, quod licet, non expedit; non potest [d] dici, si dimiserit infidelem, bene faciet: si non dimiserit, melius facit; sicut dictum est: [Qui dat nuptum, bene facit: & qui non dat nuptum, melius facit:] quoniam illud non solum utrumque pariter [e] licet (unde ad nihil horum præcepto Domini quisquam compellitur) sed etiam utrumque expedit, aliud minus, aliud amplius. Vnde ad id, quod amplius expedit, consilio Apostoli, quicumque potest capere, prouocatur. Hic autem, ubi de dimittendo, uel non dimittendo infidelis coniugio quæritur; utrumque quidem pariter licitum est per iustitiam, quæ coram Domino est; & ideo nihil horum Dominus prohibet: sed non utrumque expedit propter infirmitates hominum: & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante sibi Domino liberum prohibendi locum: quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus; neque id, quod prohibet Apostolus, iubet Dominus. Quod nisi ita [f] esset; neque contra prohibitionem Domini Apostolus aliquid moneret, neque cōtra iussionem [g] eius aliquid prohiberet. Proinde [h] in his duabus causis, una de nubendo, uel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo, uel non dimittendo, aliquid simile inuenitur in uerbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem, quod ibi dicit: [præceptum Domini habeo, consilium autem do.] & hic dicit: [ego dico, non Dominus.] Quale est enim, [præceptum Domini non habeo,] tale est, non dicit Dominus; & quale est, [consilium [i] do,] tale est, [ego dico.] Illud autem dissimile est; quia de nubendo, & non nubendo dici potest, hoc bene fieri, illud melius; quoniam vtrumque expedit, minus unum †, magis aliud: at uero de coniuge infideli dimittendo, uel non dimittendo, quoniam unum horum non expedit, aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit [k], melius facit: sed dici oportet, non dimittat: quia etsi licet, non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugē non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodum recte dicimus melius esse quod & licet, & expedit, quàm id, quod licet, & non expedit. ¶His de causa factum est, ut exponens [l] Domini sermonem, quem prolixū in monte habuit, vbi ventū est ad q̄onem de cōiugibus dimittendis, uel non dimittendis, adhibitis etiam Aposto-

Ibid c.19.

1. Corinth. 7.

1. Corinth 7.

† al. aliud

Ibid. c. 20.
Lib. 1. de serm. Domini, c. 14.

non ualent. ut extra de cler. coniug. quod à re, expedit ergo nubere quo ad fornicationem uitādam: sed non expedit uolenti tendere ad regnum cœlorum. & sic soluūtur contraria 31. quæstio. 5. tunc saluabitur.

a ¶Præceptum.] Infra 32. quæst. 1. integritas.

b ¶Sed prohibet.] Id est, sub forma prohibitionis dissuadet.

c ¶Adulterinis.] Arg. quod fidelis, qui dimittit uxorem infidelem cohabitare nolentem, non potest aliam ducere in matrimonium, nec illa alium: quia remanet matrimonium, ut inf. q. 2 §. quod uero cap. si quis.

d. ¶Non potest.] Hic elice secundam obiectionem Pollentij.

e ¶Pariter.] Alterū quidem propter idololatriæ fornicationem 2., alterum propter lucrandi occasionem.

a Scilicet dimittere.

a Vt s. ea. idololatria.

ADDITIO. Idem H. cuius fuit hæc expositio, dicens non: ergo peccat fidelis si dimittat infidelē, licet non velit uti consilio Apostoli. Archidia.

f ¶Nisi ita.] Id est, nisi Dominus daret Apostolo liberum locum prohibendi, id est, dissuadendi: Apostolus dissuadere nō deberet, si contrariū Dominus prohibuisset, uel præcepisset: quod non fecit.

g ¶Iussionem.] Si Dominus prohibuisset.

h ¶Proinde.] Hic incipit assignare similitudines & dissimilitudines.

i ¶Consilium.] Supra 27. quæst. 1. nuptiarum.

k ¶Dimittit.] Sicut qui dat nuptum, bene facit. sed qui non dat, melius facit: quia utrumque licitum est, sed non expediens.

l ¶Ego exponens.] scilicet super Euangelium Matthæi.

a ¶Eo-

1.Cor. 7. licitis testimonijs dicerem, consilium esse Apostoli, non, præceptum Domini, vbi ait: [Cęteris autem ego dico, nō Dominus; monens eos, qui haberent coniuges infideles, vt consentientes habitare secum non dimitterent. Quod vtique ideo monendum, non iubendum fuit: quia non tā-to pondere prohibendi [a] sunt homines facere licita, quā-uis non expediant [b], quanto pondere prohibenda illicita. Si autem [c] alicubi Apostolus etiam illa, quæ iubenda sunt, monere dignatus est; hoc fecit parcendo infirmitati, non præiudicando [d] iussioni. Vnde ipse † dixit:

† al. sic

1. Cor. 4. Non vt confundam uos, hæc scribo; sed ut filios meos charissimos moneo:] qd habet quæstionis, vbi ait [e]. [Ego

Gal. 5. dico, non Dominus.] item, vbi ait: [Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil prode rit?] Nunquid [f] etiam hic dixit [g], Ego dico, non Dominus? Non sunt itaque ista similia: quia etiam illa, quæ iubet Dominus, non est indignum, neque contrarium; si ea dem monet Apostolus. Monemus enim quos charos habemus, ut faciant Domini præcepta, uel iussa. Cum uero †

† al. ergo

ait, [Ego dico, non Dominus.] satis ostendit Dominum non prohibere quod ipse prohibebat. Prohibuisset autem Dominus, si esset illicitum [h]. ergo secundum ea, quæ supra diu diximus [i], multumque uersauimus, licitum erat per iustitiam sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam. ¶ Tu uero [k], cui placet ita

Ibid. ca. 21. non licere, quod non uetat Dominus, sed Apostolus, quēadmodum non licet, quod uetat Dominus; cum exponere noluisses, quid sibi uellet, quod ait: [Ego dico, non Dominus.] cum alloqueretur fideles, quibus essent coniuges infideles; dixisti, quia Dominus iussit, ne coniugia sibimet

Deuter. 7. diuersæ religionis copularentur: & ipsum adhibuisti testi

a ¶Prohibendi.] Id est. dissuadendi.

b ¶Non expediant.] Supra 14. quæst. 1. quod pręcipitur.

SI AVTEM. CASVS Hic est responsio ad tertiā obiectionem Pollentij, quę talis erat: Cum dixit Apostolus, ne diuersæ religionis coniugia contrahantur, prohibet autem Apostolus, ne talia coniugia iam contr. & dissoluantur: & sic Apostolus non est contrarius Domino. Sed replicat Aug dicens sibi placet, q dicit Apostolum non esse 3trū Domino, nec ueteri testamento. & ita concludit q illa non est bona ratio quare Dominus non pręcipit: quia esset contrarius ei qd diserat in ueteri testamento: quod falsum est: cum ibi intelligitur de coniungendis, hic uero de iā coniunctis, & ita si aliud pcepisset ibi, & aliud hic, non esset sibi contrarius. & quia nō est bona ratio, nec aliam ualca inuenire: patet q tua expositio nullius est momenti. & sic in Pollentium uictoriose concludit. [Ibi agitur] i. in Apostolo.

c ¶Si autem.] Hic respondet tertiæ obiectioni Pollentij dicentis: cum hoc uerbum dico, pręceptiue ponatur in epistola ad Galatas: ecce ego Paulus dico vobis, qa si circū cidamini, &c. quare nō similiter pceptiue cū dicit: Ego dico, non Dominus. vel concesso etiam q admonitiue ponatur ibi verbū, dico uobis, quia si circumcidamini, &c. nullum inconueniens inde sequitur. nō enim indignum est si quę iubet Dominus, monet Apostolus. Ecce ego dico quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit: ibi ponitur hoc uerbum, dico, præceptiuè. quare ergo non similiter & hic? Sed August respondet dupliciter. Primo sic, dicit enim, non est absurdum si etiam ibi commonitorie & de consilio loquatur Apostolus: licet de præcepto quilibet ad illud cogatur. Sæpe enim monemus humiliter charos nostros ut faciant ea, quæ sunt præcepti: & hoc facit Apostolus parcens eorum infirmitati. Secundo dicit quod non est mirandum si ibi ponatur pceptiue. hic uero commonitorie: quia ibi dicit, Ego dico, simpliciter. hic uero: Ego dico, non Dominus.

Dico, pręceptiue & admonitiue ponitur.

TV VERO. Hic incipit tertia pars, in qua ponitur expositio Pollentij, & ratio suæ expositionis. Dicebat enim, dico, id est præcipio: & non Dns dicit, i. pcipit. Nam si Dominus pręciperet ut fidelis non dimitteret infidelem, esset sibi contrarius, quia in ueteri testamento coniugia fidelium & infidelium prohibuit dicens: Non accipiet, &c. Sed opponit Aug. Ergo secundum hoc Apostolus est contrarius ueteri testa. & Domino magistro suo. Sed huic oppositioni respondit Pollentius dicens q in alio casu loquitur prohibitio Domini in ueteri testamento, & in alio Apostoli præceptum. Illa. n. loquitur in matrimonijs contrahēdis. ista de iam contractis. Prohibet etiam Dominus

d ¶Non præiudicando.] Sicut dicit lex, q uoluntarię tutelæ munera priuilegijs non præiudicant. C. de excu. tut. uoluntaria.

e ¶Vbi ait.] Ratio ad tertiam.

f ¶Nunquid.] Arg. quòd nullum uerbum in oratione uacat mysterio: & arg. ff. de usur. si stipulatus nam ibi dicitur, q si stipulatus sum à te rem mihi dari, uacuamque possessionem tradi, fructus ueniunt in stipulatione: si autem rem tantum mihi dari: non ueniunt in stipulatione argu. contra. ff. pro soc. sed & si adijciatur. Item est hic argu. quòd non est argumentandum de consimilibus illis, inter quæ dissimilitudo attenditur. ff. de rei uen. si nauis. & ff. de condi. inde plane & ita intellige. ff. eo. ti. si reus. & hinc bene dicitur. ff. de inofficio & inp. test. l. 4.

Fructus in stipulatione rei quãq; veniunt, si que non.

g ¶Dixit.] si. ff de iu. om. iudicium, si familia.

h ¶Illicitum.] Argu. omne illicitum esse prohibitum saltem ibi, declina a malo, & fac bonum. dicit ibi expositor, a malo omni. & exaudi hoc de mortali: uenialia enim non sunt prohibita. argu. 13. dist. nerui. 14. q. 1. quod pręcipitur.

Peccatum mortale & non ueniale est prohibitum.

i ¶Supra diu diximus.] Supple quòd Dominus non prohibuit id quod Apostolus, &c.

k Tu uero.] Augustinus, qui dictum Apostoli intelligit de consilio, ego dico, non Dominus, intellectū suū & rationem suam posuit in prin. quare Dominus non

¶Puellæ desponsatæ prioribus reddendæ sunt, si eis raptę fuerint. C. XLVI.

DEsponsatas puellas, & post ab alijs raptas placuit erui [a], & eis reddi, quibus ante fuerant desponsatæ [b]; etiam si eis à raptoribus vis illata constiterit. Ans.l.10.c.8. Burc.l.9.c.38. Iuo p.8.c.176. Pann.l.6.c.c.19.

Item Ioannes octauus a Rostanno archiepiscopo.

a ¶Octauus.] *Sic est restitutum ex plerisq; vetustis, & Iuone. In vulgatis erat*, Chrysostomus.

¶Communione priuetur sponsa, nisi raptorem deserere, & ad sponsum suum redire voluerit. C.XLVII.

ATho præsentium lator, dum in nostro seruitio fideliter excubaret, quendam virum fœminam sibi desponsatam conqueritur rapuisse. Et ideo fraternitas tua nostra auctoritate suffulta suffraganeos suos episcopos præsentialiter conuocet: & sic vnanimi sententia, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, si ad pristinum sponsum remeare [c] noluerint, omni communione priuentur. Ino p.14.c.6.

4 *Sed aliud est priori conditioni renunciare, & de nuptijs cum alio agere: aliud est rapi, hoc est, illicite constuprari.*

Vnde Isidorus Etymolog. lib.5.c.26.ait.

¶Quid sit raptus. C. XLVIII.

RAptus [d] est illicitus coitus, à corrumpendo dictus: qui rapta potitur, stupro fruitur. 36.q.1.raptus. Ino p.8.c.86. Pann.l.6.c.53. infr.36.q.1.lex illa.

Hac autem non ab alio rapta, sed alij desponsata monstratur. Raptam vero talem dici prohibet Gelasius Papa dicens.

¶Ibi raptus admittitur, ubi puella abducitur, de cuius ante nuptijs nihil actum probatur. C. XLIX.

LEx illa [e] præteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, vbi puella, de cuius ante nuptijs nihil actum fuerit, uideatur abducta. In codice Theodos.lib.9.ti.24. de raptu uirg. vel uiduarum, le.1.

5 *Quod autem in fine capituli subiungitur; [etiam, si eis à raptoribus uis illata constiterit [f]:] ideo additum est: quia raptarum aliæ se rapiendas exponunt: aliæ uiolenter* Polyc.l.6.tit.4. Ans.l.10.c.14. s.c.desponsatas.

duobus modis, &c. licet præter solitum. Sed in hoc dissentiũt doctores, an sponsa de futuro cogatur stare cũ spõso suo: quod videtur, vt extra de spon. ex litteris. & de conuers. coniuga. sane. Itẽ quia pro quolibet mortali peccato possumus cogi ad pœnitentiam. 26.q.6.c. vlt.[1] Sed contra extra de spons. requisiuit. & su.e.q.1. de viduis. Dicũt quidam, quod cogi debeat à principio: si tamen perseuerauerit contumax non est amplius cogenda. Tu dicas semper esse cogendam, nisi euidentissima subsit causa. Sunt tamẽ casus 7. in quibus sponsa de futuro licite potest recedere à sponso. Vnus, si alter uult intrare religionem, & illud etiam tenet in sponsa de præsenti. extra de conuer. coniuga. ex publico. Secundus casus si alter recedit ad remotam regionẽ, nec potest inueniri. extra de sponsa. de illis. Tertius casus, si alter incurrit lepram, uel aliquam deformitatẽ corporis. extra de cõiug. lepros. litteras. extra de iureiuran. quẽadmodum. Quartus si superuenit affinitas, vel si fornicetur spontanee uel coactus. extra de iureiuran. quẽadmodum. supr ead. quidam desponsauit. Quintus secundum quosdam est, si mutuo se absoluerint. extra de sponsa. præterea. Sextus, si contraxit cum alio per verba de præsenti. extra de spon. duorũ. c.1. & 2. sed in hoc casu est peccatum. Septimus. si id quod minor fecit: non vult seruare in adulta ætate, ut extra de despon. impu. de illis. Hi casus & aliqui alij possunt his versibus haberi.

1 Ar. Adhoc 33.q.2. quicũque. dicitur ibi no. & hoc legi. & no 6.q.1. illi qui.

Spõsalia soluunt multis causis.

Lepra superueniẽs, furor, ordo: sanguis, & absens,
Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæreseos lapsus, fideique remissio prorsus.
Sponsos dissociant, & vota futura retractant.

a DEsponsatas.] ¶ Erui.] Id est auferri à raptore.

b ¶Desponsatæ.] Infra. 34.q.2. non satis. contra vbi præcipitur non reddi priori viro. sed ibi consentit raptori. & hic loquitur de spon. de præsenti. Item contra C. de sponsa. l.1. ibi dicitur, quod uni desponsata potest alij nubere. sed illud est abrogatum.

ATho.] CASVS. Quidam nomine Atho conquestus est Papæ mulierem sibi desponsatã raptam fuisse, quare Papa rescribit Rostanno archiepiscopo vt compellat raptorem eam sibi restituere: alioquin conuocatis suis suffraganeis excommunicet eum & ipsam raptam si ad suũ sponsum noluerit remeare. Quæ autẽ sequuntur, plana sunt usque ad capit. de coniugali. in fi. ca. scilicet desponsatas, hæc autem, de qua agitur in themate.

c ¶ Remeare.] Si intelligas hoc de spõsa de præsenti, planum est, si de sponsa de futuro, dic ut in summa.

SED ALIVD. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæritur quid iuris sit de raptu: & quis dicatur raptor, vel rapta, vel raptus. Io. de Fant.

d RAptus.] Hoc c. inducit G. ut probet illicitũ esse coitum in rapta: vnde per consequens vult probare, quòd debeat à secundo separari, si eam rapuerit, cum illicite ei adiungatur: ita tamen, quod ille qui secundo rapuerit, non tractasset primo de sponsalibus. & ad hoc inducit c. sequens.

e LEx illa.] Sed vbi sit lex illa, ignoro. forte in Codice Theodosiano potius contrarium inuenio, ut C. de rapto, uir. l.1. §. quibus. sed illud non tenetur, ut extra de rapto. cum causam.

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars. quæ. in qua dicitur. quòd si per uerba de præsenti fuerit: sponsa, & rapta, omnibus modis uiro reddenda est. Ioan. de Fant.

f ¶Constiterit.] Sup. c. desponsatas.

abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, priori reddendæ sunt. Hæc autem [a] *, ut supra dictum est, nō inter raptas, sed inter alias desponsatas connumeratur, & ideo non est huic auferenda, & priori reddēda. Sequuntur aliæ auctoritates, quibus ista prohibetur nubere secundo, & iubetur redire ad priora vota.*

Ait enim Syricius Papa Hymerio episcopo Tarraconensi, epist. 1. c. 4.

¶Puellam alij desponsatam alter accipere non ualet.
C. L.

Poly. ibidem. Ans. l. 10 c. 9. Burch l. 6. c. 31. Iuo p. 8. c. 169. Pan. l. 6. c. 18.

DE coniugali violatione requisisti, si puellam alteri desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale ergo [a] connubium anathematizamus, & modis omnibus, ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles, cuiusdam sacrilegij instar est, si ulla transgressione violetur.

a ¶Tale ergo.] *In epistolarum Syricij codicibus, & in codice canonum. & apud cæteros collectores (præter Pannormiam,) & in capitular. Caroli Basileæ impressis lib. 1. c. ultimo legitur:* Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus. *Sed quoniam in casu sit mentio anathematis, non est mutatum.*

Sed auctoritate hac Syricij illa prohibetur ad secunda vota transire, quæ in propriam domum est ducta [b], *& cum sponso suo est velata, & benedicta. Talium discessione uiolatur benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit. Verum hanc necdum sponsus in suam duxerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Non ergo hac auctoritate huiusmodi copula prohibetur. ¶Item illud Eusebij Papæ, [Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere.] similiter & de huiusmodi desponsata intelligitur, quæ videlicet cum sponso est velata & benedicta. ¶Item obijcitur illud Gregorij* [c], *[Quæ propter frigiditatem à uiro suo separata est, & alij nupta, si uir eius aliam cognouerit; illa est detrahenda secundo, & reddenda primo.] Sed eodē modo soluitur, quia ista uidelicet cum illo benedictionem acceperat.*

Ī, ca. desp̄ōsatā.

Ī. 13. q. 1. requisisti.

[Augustinus de fide pactionis, & consensus.]

¶Etiam in Decretalibus tit. de sponsa. duor. c. 1. citatur ex Augustino: apud quem non est inuentum

¶Si quis alicui mulieri consensus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere. PALEA. C. LI.

DVobus modis dicitur fides, pactionis, & consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis; non debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita; maneat tamē cum illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam, & adhærebit priori.

Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui, quòd eā ducet, si permiserit ei rem secum habere, uel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando etiā si non stringit manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alij, & mutuo se suscipiunt.

a ¶Hæc autem.] De qua agitur in themate.

DE coniugali.] CASVS. Aliqua fuit desponsata alij per verba de præsenti, quærebatur utrum alter possit eam accipere in uxorem? Et respondetur quòd non: & sic contrahentes debent anathematizari. nam si quis violat benedictionem, quam nupturæ sacerdos imponit, sacrilegium facit: nupturæ, non quo ad matrimoniū, sed quo ad copulam carnalē. Vel nupturæ, i. carnaliter cognoscendæ.

SED AVCTORITATE. CASVS. Soluit Gratian. & malè, dicens, quod si spōsa velata sit & benedicta cum sponso, & in domum ducta, debet reddi priori: alioquin non. hoc autem facit G. respondendo quibusdam c. contra hoc allegatis. Illud Greg. 33 q. 1. requisisti.

b ¶Ducta.] Hoc malè soluit. nam huiusmodi solennitates nō faciunt ad essentiam matrimonij 30. q. 5. nostrates.

c ¶Illud Gregorij.] 33. q. 1. c. 1. &c.

DVobus.] CASVS. Casum huius Paleæ sic pone. Dicitur enim hic, quòd si quis desponsauerit aliquē fide pactionis, non debet aliam ducere. si tamen duxerit, maneat cum secunda: agat tamen pœnitentiam de fide mentita. Si autē contraxerit per fidem consensus, erit tantum matrimonium cum prima: & hoc in prima parte. In secunda dicitur, quòd fides pactionis est quando aliquis promittit alicui mulieri, quòd accipiet eam in uxorem, si permiserit rem secum habere. Fides consensus est cum inter se consentiunt per verba de præsenti. Secunda pars incipit ibi, [Est autem.]

Qui-

Q Vidam infidelis.] CASVS. In ſuperiori cauſa tractatum eſt de quibuſdam impedimentis matrimonij, & ꝙ matrimonium non eſt inter religioſas perſonas, ſi de nouo contrahant: ſed ne idem putetur eſſe inter infideles, ideo magiſter, ſupponit hanc 28. cauſam, in qua oſtendit matrimonium eſſe inter eos. Oſtendit etiam quid iuris ſit, ſi alter infidelium conuertatur, & addit utrum debeat dici bigamus q ante baptiſma habuit unam, & poſtea alteram. vt autem hæc omnia competentius agat, proponit thema, de quo tres elicit quæſtiones.

a ¶Quidam infidelis.] Superiori cauſa quinque notãtur cauſæ, quæ prohibent matrimonium contrahere, & contractum iubent dirimere: v.g. votum, ordo, religionis habitus, ligatio, & publicæ honeſtatis iuſtitia. in hac uero cauſa ponuntur quæ impediunt matrimonium: verbi gratia diſpar cultus; vel diſſimilitudo fidei, ut inter fideles, & infideles, & primo tractat an matrimonium ſit inter infideles, & oſtendit etiam quid iuris ſit, ſi alter de duobus coniugibus infidelibus ad fidem 1. conuertatur.

Q Vòd autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes. In prima quarum probat multis auctoritatibus quòd matrimonium non eſt inter infideles. Secunda ibi, [Si quis.] Tertia ibi. [Iam nunc.] Quarta ibi, [Contra.] Quinta ibi, [Ex his.] Ioannes de Fant.

CASVS Hic intitulatur prima q. quæ quæritur, an ſit matrimonium inter infideles. Et certum eſt quòd ſic, vt infra ead. §. 1. & c. 1. Grat. tamen pro utraque parte allegat. & bene ſoluit infra ead. §. ex his. Ponit etiam quædam c. in hac quæſtione, quæ ad ſecundam pertinent quæſtionem, quæ eſt, an altero remanente infideli poſſit conuerſus ad fidem ſe alij copulare. & de hoc quid iuris ſit, in 2. q. tractatur. Eſt ergo caſus huius §. talis. Probat hic Gra. ſuperficialiter inter infideles non eſſe matrimonium. & hoc facit quatuor auctoritatibus, ſ. una Pauli, duabus Auguſtini, & una Ambroſij.

b ¶Quòd autem.] Hic intitulatur 1. q. an ſcilicet matrimonium ſit inter infideles: & certum eſt ꝙ ſic, licet non ſit ratum. infra ea. § 1 & c. 1. Grat. tamen ad utrãque partem allegat, & bene ſoluit. j. ea §. ex his. ſed q a in hac q. quædam c. ponuntur pertinentia ad ſecundã quæſtionem, quæ eſt, an altero remanente in infidelitate poſſit conuerſus ad fidem alij ſe copulare, de ea uideamus. Notandum ergo, quòd cũ unus côiugũ ad fidem conuertitur, ſi remanẽs in infidelitate eſt Iudæus, nullo mõ fidelis debet cohabitare cum eo, niſi velit ad fidem conuerti, & ſi non uult conuerti, poteſt aliam ducere. j. eo. Iudæi. ſed cõtrarium eſt hodie vetum; & extra de diuor. quanto. & c gaudemus, ſi autem eſt paganus, & non vult cohabitare, vel uult, ſed cum blaſphemia Chriſti: uel ut eam pertrahat ad mortale peccatũ, fidelis poteſt cum alio contrahere. j. ea. ſi infidelis & hos tres caſus, in quibus licet ei contrahere cum ſecũda, habes extra de diuor. quanto. & c ſeq. Si autem vult infidelis cohabitare fideli, & in pace: in electione fidelis eſt an velit ei cohabitare, uel non: ſed tunc cum altero non poteſt eo uiuente contrahere. infra ea. q. iã nunc. & c. ſic enim.

Cõiug. item infidelũ ſi alter cõuertatur ad fidem, an poſſit cum infideli habitare.

CAVSA XXVIII.

Q Vidam infidelis [a] in coniugio poſitus ad fidem conuerſus eſt: uxor vero odio fidei Chriſtianæ ab eo diſceſſit. Ille quandam fidelem in uxorẽ accepit: qua mortua clericus efficitur. Tandem vitæ, & ſcientiæ merito in epiſcopum eligitur.

1 Hic primum quæritur, an coniugium ſit inter infideles.

2 Secundo, an liceat huic aliam ducere priore viuente.

3 Tertio, an ſit reputandus bigamus, qui ante baptiſmum habuit vnam, & poſt baptiſmum alteram.

QVAESTIO PRIMA.

Q Vòd autem [b] inter infideles coniugium non ſit; multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Paulus, [Omne, quod non eſt ex fide [c], peccatum eſt.] Coniunctio autem infidelium non eſt ex fide: & ideo peccatum eſt. Non eſt ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum [d] eſt. ¶ Item Auguſtinus a, [Non eſt vera [e] pudicitia hominis infidelis cum coniuge ſua.] Vbi autem uera pudicitia eſſe non poteſt, ibi nec uerum coniugium eſt. ¶ Item Ambroſius b, [Iuſſu [f] Eſdras dimitti [g] vxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non eſt enim putandum matrimonium, quod extra [h] Dei decretum eſt factũ, ſed cũ cognoſcitur, eſt emendandum [i].]

Rom. 14.

lib. 1. de adult. coniug. c. 18.

Sent 4. diſt. 39. Ad c. 7. 1. ad Corinth. & ibi gl. ordin.

c ¶Omne quod non eſt ex fide.] Id eſt, quod fit ex certa ſcientia ꝯ fidẽ, eſt peccatũ, de pœ. diſt. 3. § itẽ illud.

d ¶Peccatum.] Vt 36 diſt. deinde.

e ¶Non eſt uera.] Id eſt, ad ueritatem ducens.

IVSSIT HESDRAS. Hiſtoria. Legit in Eſdra, quòd filij Iſrael tempore Babylonicæ captiuitatis, & poſt reuerſionem de illa duxerunt in matrimonium alienigenas contra præceptum Domini: ſed poſtea ad præceptum, & admonitionem Eſdræ dimiſerunt eas.

f ¶Iuſſit.] Hoc ca. non facit ad propoſitum, quia non erat inter eos matrimonium, niſi de ſolo facto. ſed ꝙ Dominus permiſerit eſſe fidelem cum uxore infideli, intelligitur cum matrimonium præceſſerat inter eos.

g ¶Dimitti.] à Iudæis.

h ¶Extra.] Id eſt, contra.

i ¶Emendãdum.] Arg. quòd nõ currit præſcriptio in man-

a Subaudi: altero remanẽte in infidelitate: vel ſi alter de duobus cõiugibus fidelibus diſcedat à fide, altero remanente in fide, ſm H. vel alit ereria ꝗt magiſter de duobus impedimẽtis, ſ. de voto, & de côiugijs, & ſpõſalibus: mõ intẽdit tractare de diſpari coniugio, & bigamis, ut ãt hæc &c. Io. de Fant.

Matrimoniũ eſt inter infideles.

matrimonio:quod uerum est hodie,ut extra de consa. & affi.non debet.

a ¶Ratum.] Id est, separabile.

EX HIS.CASVS. Infert Grat.ex supradictis. auctoritatibus matrimonium non esse inter infideles. Postea probat contrarium:& hoc facit iiij. auctoritatibus Euangelij, & duabus Pauli: & una exemplo Sisinnij, ubi autem hæc incipiant, per te uidebis.

b ¶Quinq;.] i. pater, filius: mater, filia: nurus, vel gener.

c ¶Duo.] Id est, duo separabuntur a tribus, qui conuertuntur.

d ¶In tres.] Id est, contra tres: contrarij enim sunt quando conuertuntur ad fidem.

e ¶In duos.] Id est, tres conuertuntur ad fidem, & separabuntur a duobus.

f ¶Qui non odit.] Id est, qui non postponit amorem patris amori Dei.

g ¶Centuplum.] Non dicit centũ vxores, sed id quod excedit, centuplum, scilicet uitam æternam accipiet.

h ¶Consenserit.] Si uero nollet habitare cum eo, posset eam dimittere, & aliam ducere uiuente illa. inf. ea. quæst. a. si infidelis.

i ¶Non dimittat.] J. ea. Iudæi. contra. Sed hic de Gentili, ibi de Iudæo: circa quē specialiter illud obseruatur: habent enim Iudæi legem & prophetas, quibus muniti & parati sunt animas simplicium fallere. 11. q. 3. ad mensam. sed gentiles hoc non habent. hodie tamen hoc idem uidetur de utrisque. extra de diuor. quanto. — Iudæi facilius falluntur animas q̃ pagani.

K ¶Sanctificatus.] frequenter enim unus sanctificatus per alterum. inf. ead. iam nunc. Et est arg. ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. 3. q. 5. accusatores, uel testes & 25. distin. de Syracusanæ.

SIC IN PASSIONE. Historia. Legitur in passione beati Clemētis, quod Theodora uxor Sisinnij infidelis fuit ad fidem conuersa, cumque monasterium ingrederetur, zelo ductus, secutus est eam, sed post orationem Clementis, idem cæcus & surdus factus est: & cū dixisset seruis suis ut eum reducerent, ipsi non poterant ecclesiam egredi: precibus tandem Theodoræ egressi sūt. Deinde beato Clemēte pro ipso in domo sua orante uisum & auditū recepit: qui statim ut Clemētem uidit, eum iussit ligari: sed cum serui eum ligare crederent, columnas, & saxa trahebant, & tandem orationibus & prædicatione beati Clementis est conuersus ad fidem. [Erūt quinque,] s. pater, mater, filius, filia, uxor filij, vel maritus filiæ. [In tres.] Id est, contra tres; separando se ab eis contra fidem.

l ¶De Theodora.] Vxore Sisinnij: quia ambo erant infideles: sed postea illa conuersa est ad fidem, & per eam postea uir conuersus est.

¶Item Augustinus γ: [Non est ratum [a] coniugium, quod sine Deo est.] ¶ Ex his omnibus auctoritatibus probatur, coniugium non esse inter infideles. Sed contra aliæ inueniūtur auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud Euangelij, quod Christus ait: [Erunt quinque [b] in una domo: duo [c] in tres [d], & tres diuidentur in duos [e].] Deinde cum personas illas enumerasset, uxorem in uirum esse diuidendam dixit, & econuerso.

Luc. 12.

¶ Item, [Qui non odit [f] patrem, aut matrem, aut uxorem, aut sororem propter me, non est me dignus.] Vxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam.

Luc. 14.

¶ Item, [Omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut sororem, vel uxorem propter me; centuplum [g] accipiet, &c.] Vxorem in hoc loco infidelem significat, quæ propter Christum dimittitur, dum potius ipsa, quam Christi fides deseritur.

Matth. 19.

¶ Item Apostolus, [Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consenserit [h] habitare cum illo; non dimittat [i] illam, &, si qua mulier habet uirum infidelem, & hic cōsentit habitare cum illa non dimittat uirum. Sanctificatus [k] est enim uir infidelis per uirum fidelem.]

1. Corinth. 7.

¶ Item ad Titū, [Hortare adolescentulas, ut diligant uiros suos.] [Hoc tam de fidelibus, quam de infidelibus intelligendum est. Infidelibus namque uiris mulieres propensius propter Deum debent obsequi, ut sic utros suos Christo lucrari ualeant.] ¶ Sicut in passione beati Clementis de Theodora [l], & Sisinnio legitur mirabiliter contigisse.

ad Titum 2.

n Abdiæ historia, & uita S. Clementis antiqua.

α ¶Augustinus.] *Verba ipsa B. Augustini referuntur infra ead. sic enim. ver. nec uera.*

β ¶Ambrosius.] *Hæc sunt potius accepta ex glossa ordinaria ad locum indicatum.*

γ ¶Augustinus.] *Hoc non est inuentum apud B. Augustinum Verum apud B. Ambrosium in idem c. 7. prima ad Corinthios hæc leguntur.* Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei deuotione est *& similia in glossa ord. ibidem ex B. Ambrosii.*

¶ Item Innocentius Papa Ruso, & Eusebio episcopis Macedonibus, epist. 22. cap. 2.

¶Bigami probantur, qui ante baptismum habuerunt vnam, & post baptismum alteram. C. I.

2 dist. 26. deinde. § nunquid. Burc. l. 4. c. 98. Iuo p. 8. c. 303. Pann. l. 6. c. 96.

NVn-

NVnquid.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima Innocentius Papa reprehendit quosdam episcopos Macedoniæ dicentes matrimonium non esse inter infideles, & q matrimonium sit inter eos, probat ex responsione Dñi: qui à Iudæis interrogatus rńdit

eis

Matrimoniū fideliū ob duplicē fornicationē separat.

fidelis cum non vult cohabitare: vel vult, sed ea conditione vt uit committat aliquid mortale peccatum. De pari autem coniugio H. non intellexit, quia si uterque coniugum est fidelis: fidelis fidelem nunquam potest dimittere, secundum H. nisi ob fornicationem carnalem

b ¶Coniuncta.] Olim in infidelitate.
c ¶Relinquitur.] à viro facto Christiano: & tunc licite potest alij copulari vir.
d ¶Non attenditur.] Alius casus est, & ponitur interrogatiue, quasi dicat. nō solum in præmisso casu licite dimittitur uxor: sed nō attenditur, id est, non ne attenditur, &c.
e ¶Illam.] s. infidelē.
f ¶Transigebas.] Id est, pascebas.
g ¶Et membrum.] Id est, uxorem. 32. q. 1. admonere.
h ¶Amputabit.] Remouendo à se corporaliter.

tate [a] coniuncta [b], sine vlla culpa relinquitur [c], si cum viro Christiano permanere noluerit. Non attenditur [d] eo modo illam [e] rectissime dimittit, si viro suo dicat: non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas [f], etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud vel facinorosum, uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidinem explebat, uel facilem uictum habebat, uel etiā ornatior incedebat. Tunc enim ille, cui uxor hæc dicit, si ueraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quādo ad baptismum accessit, habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur; proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quàm carnis luxuriæ: & membrum [g], quod eum scandalizat, fortiter amputabit [h].

Heb. 9.
Gal. 5.

a ¶Vxor.] *Locus Augustini sic habet.* Quamobrem & illud quod dicunt, ueluti probare cupientes, quantum valeat sola fides, vbi Apostolus dicit, quòd si infidelis discedit, discedat, non est enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi, id est, vt propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate coniuncta sine vlla culpa relinquatur, si cum viro Christiano propter hoc quod Christianus est, permanere noluerit; non attendunt eo modo, &c. *Verū ob glossas, potissimū in ver.* non attenditur, *quoniam Ivo. & Pannormia habent ut Gratianus, nihil est mutatum.*

Item in sermone Domini in monte, lib. 1. c. 27. & 28.

Gloss. ordin. 1. Cor. 7. & Beda.

¶Licite dimittitur uxor, quæ uirum suum cogere quærit ad malum. C. V.

Iuo p. 8. c. 248. & 249.
Pano. l. 7. c. 29. & 30.
32. q. 7. Apostolus, in fine.

Matt. 19.

IDololatria [i], quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, nō iussit; dedit locum Apostolo monendi, ut qui uoluerit, nō dimittat uxorem infidelem, quo sic fortassis possit fidelis fieri. *Item c. 28.* ¶Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia [k] idololatria; non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest rectè à fornicationis genere separare; si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias non tantum, quæ in stupris cum alienis uiris, aut fœminis committuntur, sed omnino quaslibet, quę animam corpore male utentem à lege Dei aberrare faciunt, & pernicio

i ¶Idololatria.] CASUS Hoc ca. secundū H. intelligitur de dispari coniugio, sicut & præcedēs: & intelligitur in eodē casu cū illo. Est ergo casus secundū eū sic ponendus. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod vxor potest dimitti causa infidelitatis Domino permittēte: sed quia non iussit Dominus, pōt quis uxorem suam infidelem retinere si uoluerit, ut sic fortasse possit per eum fidelis fieri. In secunda parte extendit fornicationē ad quodlibet mortale peccatum siue delictum. unde uxor infidelis dimittitur si uelit uirum fidelem trahere ad aliquod mortale peccatum. cum quodlibet mortale peccatū large fornicatio dicat. [Quò.] i. ut. Secunda pars incipit ibi, [Item si.] Quod autem de dispari coniugio intelligatur, ut dicit H. innuūt uerba c. & hæc uerba Augu. ponuntur super locū illum Apostoli, vbi tractatur de impari côiugio. Ben. uero & quidā alij intelligūt hoc c. de pari côiugio. Vō de Ben. sic casum breuiter posit dicē. Primo ostendit Aug. quod omne peccatū mortale potest dici fornicatio. Secundo, quod pro quolibet mortali peccato, potest uxor dimitti: cum Dominus indeterminate permiserit uxorem causa fornicationis dimitti passa &c. hoc rōne duplici, q in detestationē eius, q fornicat: & ad cautelam sui, ne fornicetur & corrumpatur ab ea. i ¶Idololatria.] Hoc ca. secundum H. de dispari coniugio intelligitur sicut præcedens.

? Hæc fuit sola. L. sed Be. indistincte dicit, quod tenet eā recipere nisi cū iudicio ecclesiæ facta est separatio, & uult ingredi monasterium. & ita no. in dicta decre. de illa, & eo. tit. quāto. in fi.

lem: vel spirituale, scilicet idololatrando tantum, aliàs non. unde si uxor Christiana pertrahat uirum ad mortale peccatum, verberet eam, & castiget si potest; & nō consentiat. Sed alij intelligunt hoc de pari coniugio: quia fidelis fidelem bene potest dimittere si compellitur ab eo ad mortale peccatum, nec forte resistere potest, sed expresse contradicit, extra de diuor. quæsiuit. & c. quanto. Sed pone quod dimisit. sed post pœnitet: nunquid iterum illa tenetur eum recipere? Distingue per decr. extra, de diuor. de illa ?.

a ¶Societate.] Id est, matrimonio.

k ¶Auaritia.] Auaritia est idololatria: & idololatria infidelitas. & infidelitas est fornicatio: ergo auaritia est fornicatio.

Auaritia est fornicatio.

ſe, turpiterque corrumpunt, poſſit ſine crimine & vir uxorem dimittere, & vxor virum: quia exceptam facit Dominus cauſam fornicationis: quam fornicationem (ſicut ſupra commemoratum eſt) generalem, & uniuerſalem [a] intelligere cogimur. Cum autem ait: [excepta cauſa fornicationis:] non dixit, cuius ipſorum, uiri an fœminæ. Non enim tantum fornicantem uxorem dimittere conceditur; ſed quiſquis eam quoque uxorem dimittit, à qua ipſe cogitur fornicari; cauſa vtique [b] fornicationis dimittit: uelut ſi aliquem cogat uxor ſacrificare [c] idolis; qui talem dimittit, cauſa fornicationis dimittit, non tantum illius, ſed & ſuæ: illius, quia fornicatur, ſuæ, ne fornicetur.

1 De hoc no. 30. q. 1. omnes. ibi uideas.

Idem de adulterinis coniungijs, lib. 2.

¶In eo libro non extat: ſed apud Hermem in libro paſtoris, mandato quarto, ex quo citat Iuo hoc vnà cum palea, ego dixi. infra 34. q. 1. & 2. Et quamuis in eo mandato tam de uiro, quàm de muliere agatur, eſt aliqua uerborum uarietas: ſed eadem ſententia.

¶Quæ ſimulachrum facit, nec reſipiſcit, dimittatur à viro ſuo. C. VI.

NOn ſolum mœchatio eſt illius, quæ carnē ſuam coinquinat [d]: ſed etiam, quæ ſimulachrum facit [e], mœchatur. Quòd ſi in his factis perſeuerat, & pœnitentiam non agit; recede [f] ab illa, & noli uiuere cum illa. Sin autem [g]; & tu particeps peccati illius eris. — Iuo p. 8. c. 248. Pano. l. 7. c. 34.

Item Ambroſius ad Hilarium.

¶Sic etiam Iuo; ſed habetur apud B. Auguſtinum, epiſt. 89. Beda 1. Cor. 7. citat ex Auguſtino ad conſulta Hilarij.

¶Amore cuiuslibet non eſt à fide recedendum. C. VII.

SI infidelis (dicit Apoſtolus) diſcedit, diſcedat: non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater, aut ſoror in huiuſmodi,] id eſt, ſi infidelis noluerit eſſe cum coniuge fideli, hic agnoſcat fidelis ſuam libertatem [h]: ne ita ſe ſubiectum deputet ſeruituti, ut ipſam dimittat fidē, ne coniugem amittat infidelem. Hoc & de filijs, atq; parentibus, hoc de fratribus, & ſororibus intelligitur, propter Chriſtum [i] omnes eſſe dimittendos, cū proponitur iſta conditio, ut Chriſtum a dimittat, ſi illos ſecum habere deſiderat. Hoc ergo & de domo, atq; agris, hoc & de ijs rebus, quæ iure pecuniario poſſidentur, hoc loco accipiendum eſt. — Iuo p. 8. c. 253. Paun. l. 7. c. 33. 1. Cor. 7.

Maritus ab vxore, quæ ſimulachrū facit, debet recedere.

a ¶Vniuerſalem.] Arg. quod indefinite dicitur, generaliter debere intelligi. & de iure. qui habet §. vlt. 32. q. 1. quòd ſi dormierit.

b ¶Vtique.] Quia ipſa cogit eū fornicari ſpiritualiter.

c ¶Sacrificare.] Idē eſt ſi cogat ad quodcumque mortale peccatum, ut innuitur ex litera ſuperiore. & no. q; propter fornicationē corporalem ſemel commiſſam poteſt eā dimittere 1. 32. q. 1. dixit. ſed propter ſpiritualem non, niſi perſeueret inf. cap. prox. non ſolum.

ADDITIO. Et in hoc caſu loquitur extra de conuer. coniug. c. ult. nā ex eo quod dicit, quòd fuit iudicio eccleſiæ ibi matrimoniū ſeparatū, datur intelligi, q; ibi mariti uel ipſa fornicatione ſpirituali perſeuerauerit. & ſic etiā ibi no. Goffre. & Archid.

NOn ſolum.] CASVS. Dicitur hic, quod vxor licite dimitti poteſt: non ſolū pp fornicationē carnalem, ſed etiam propter ſpiritualem, ſcilicet idololatriam uel infidelitatē: & ſi uxor in his pſeuerauerit, vir niſi eam dimittat, particeps ē illius peccati. & poteſt hoc c. intelligi ſecundū H. & Ben. de pari uel impari cōiugio: quia propter fornicationē carnalem vxor fidelis uel infidelis dimittitur.

d ¶Coinquinat.] Cū alio à coniuge ſuo.

e ¶Simulachrum facit.] Id eſt, idolum.

f ¶Recede.] Hoc ca. intelligit H. de duobus fidelibus, quorū alter labitur in hæreſim: inter quos cum ratum fuerit matrimonium: nec ſoluitur altero labēte, nec contrahere poteſt, licet ſecus ſit in caſu conuerſo, ſcilicet cū alter infidelium conuertitur, tunc in tribus caſibus diſſoluitur, & cōtrahere poteſt & hoc totum habes extra de diuor. quāto. Item nū quid eſt præceptum quod dicit, recede ab illa? dicit H. quia ex quo perſeuerat, præceptum eſt, ſi eſt notorium ſed hoc quantum ad reddendum debitum; ſed exigere poteſt: & ſic intelligit 32. q. 1. c. 1. uidetur tamen H. quod in hoc caſo ad minus cōſilium ſit quod recedat illa. arg. j. ead. iam nunc. ſed ibi eſt conſilium quando alter infidelium conuerſus eſt: hic uero præceptum. & poteſt eſſe ea ratio, quia maior eſt hic contumelia creatoris, ut extra de diuor. quanto, & quod ſit præceptum, habes extra de iureiur. quemadmodum.

g ¶Sin autem.] Id eſt, ſi non reuocas eam à propoſito.

SI infidelis.] CASVS. Dicitur in hoc c. q; licite dimittitur vxor infidelis, ſi cum viro fideli noluerit habitare, nam cum iſta conditio apponitur, vt fidē dimittas ſi cum tali uxore volueris habitare. Fides enim ſeruanda eſt, & vxor penitus relinquenda. Idem intelligendū eſt de parentibus, & filijs, & fratribus & ſororibus, & de qualibet alia re.

h ¶Libertatem.] Nam dico quòd ipſo iure ſoluitur vinculū matrimonij, non per ſniam eccleſiæ, ſed ipſo iure, ſ. tribus caſibus in quibus contrahere poteſt: nam cōtumelia creatoris ſoluit ius matrimonij, ſi tū infidelis vult redire ad fidem priuſquam eū reliqua cōtraxerit, cogitur recipere eam, ut extra de diuor. gaudemus. in fi.

i ¶Chriſtum.] Ar. quòd modus facit cōditionē. nam

dicit

dicit, cum ponitur ista conditio, & post dicit, vt Christum, & c. si. extra de condi. ap. c. 2. & extra vt. eccle. benefi. vt nostrum.

IAm nunc. [Hæc est 3. pars qō. in qua dissuadetur ut fidelis non dimittat uxorem infidelem propter Deum. Io de Fan.

CASVS. Super his uerbis Apostoli: Ego dico, non Dñs, vt fidelis nō dimittat infidelē volētē habitare cū illo, dissenserunt Pollentius & Augustinus. Nā Pollētius exposuit hoe verbum, dico, i. p̄cipio. Aug. vero exposuit hoc uerbum, dico, de consilio, & non de præcepto. unde dixit, dico. id est consulo, & suadeo. Est ergo casus secundum H talis in hoc c. Ostendit Aug. illud verbū Apostoli esse intelligendum de consilio: & quare Apostolus hoc consulat, ut s. fidelis non dimittat infidelē: subdit rationem, s. ex cohabitatione tali infidelis conuertatur. quod potest contingere: quia sæpe iam talia contigerunt. Postea ostendit ea, quæ sunt consilij & non præcepti, potius esse facienda, cum sint gratiora: exemplo Domini soluentis tributum, ad quod nulla lege arctabatur: & exēplo Apostoli à sumptibus, quos de iure poterat exigere & recipere, abstinentis. Item ostendit ea, quæ sunt consilij esse facienda. Litterā si continuat H. Hactenus tractauimus de pari coniugio, id est fidelium: sed amodo videamus de impari.

a ¶Christum.] *Antea legebatur*, vt propter Christum dimittat, si eum secum, & c. *Emēdatum est ex epistola B. August. Reliqua vero partim ex ipsa, partim ex vetustis Gratiani codicibus.*

Item Augustinus ad Pollentium, lib. 1. de adulter. coniugijs. c. 13. & 14.

¶Quòd etiam infideles sunt coniuges, & quòd fideli licet dimittere infidelem. C. VIII.

Pann. l. 6. c. 100. 1. Cor. 7. IAm nunc [a] illud videmus, quod ait Apostolus: [Cæteris [b] autem ergo dico [c], non Dominus,] ad imparia scilicet, hoc est ubi non ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus. Quod mihi uisum est cū monendo [d] dixisse. Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem; ideo fieri hoc non Dominus, sed Apostolus prohibet [e]. Quod enim Dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apostolus [f], quo possit esse multorum occasio lucrandum, ut fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa [g] licentia non utantur. Tibi autem uidetur infideles quoque dimitti à fidelibus non licere: quia hoc vetat [h] Apostolus, cum ego dicam licere, quia hoc non vetat [i] Dominus; non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamuis liceat. † al. Quid Quomodo † enim scis (inquit) mulier, si uirum saluum facies? aut unde scis uir, si saluam facies vxorem? cum & superius dixisset: [Sanctificatus est enim uir infidelis in muliere fideli: & sanctificata [k] est mulier infidelis in fratre,] hoc est in Christiano. [Alioqnin [l] filij uestri, inquit, immundi essent: nunc autem sancti sunt. [m]] Sic ad lucrandos coniuges, & filios Christo, etiam exemplis, quæ iam prouenerant [n], uidetur hortatus. Cur ergo non expediat infideles coniuges dimitti à fidelibus, causa euidenter expressa est. Non enim propter vinculum [o] cum talibus coniugale seruandum, sed vt acquirātur Christo, Ibidem ca. 14. recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus uetat. Multa sunt enim facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs [p] gratiora, quæ, cū liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior Dominus ipse cum tributum se nō debere mōstrasset: soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens [q] hominem † cōsulebat. † al. morem

a ¶Iam nunc.] Sic cōtinua. hactenus tractauimus de paribus coniugijs fidelium, scilicet de quibus dixit Apostolus in epistola ad Corinthios. His q̄ matrimonio iuncti sunt, dico non ego sed Dominus, uxorem à uiro non recedere: & uir uxorem non dimittat. nam cæteris disparibus. &c.

b ¶Cæteris.] Id est, disparibus coniugijs: quia, prius de paribus ait Apostolus.

c ¶Dico.] Id est, consulo & suadeo; ex Dei tamen auctoritate, non mea. 1. — 1 Scilicet q̄ fidelis non dimittat infidelem cohabitare volentem. oi. de Hug.

d ¶Monendo.] Id est: non præcipiendo.

e ¶Prohibet.] Ponitur improprie, id est, sub forma prohibitionis dissuadet, & monet ne fiat.

f ¶Apostolus.] Ideo scilicet.

g ¶Permissa.] à Domino, id est, non prohibita.

h ¶Vetat.] Id est, dissuadet.

i ¶Vetat.] Arg. aliquid esse hoc ipso licitum, quòd non est à Domino vetitum. arg. 32. quæ. 1. quòd si dormierit. ff. de procura. mutus. 2. — 2 Arg. 5. extra de transl. latio. inter corporalia vbi de hoc.

K ¶Sanctificata.] i. ad fidem conuersa.

l ¶Alioquin.] Id est, si alij adhæserint uiuentibus relictis, & cohabitare nolentibus, filij, quos ex alijs genuerint, non erunt legitimi. Vel loquitur de filijs prius natis, qui remanent immundi, id est, infideles: quia non conuertuntur.

m ¶Sancti sunt.] Id est, esse possunt.

n ¶Prouenerant.] Id est, frequenter acciderant. argu. ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. & i. 35 dist. de Syracusanæ.

o ¶Vinculum.] Tantum sed ut eos lucrentur.

p ¶Officijs.] Id est, operibus.

q ¶Gerens.] Id est, dirigens.

Iam uero Apoſtolus, quemadmodum iſta cōmendet, eius uerba teſtantur [a], vbi dicit: [Cum enim ſim liber [b] ex omnibus, omnium [c] me ſeruum feci, ut plures lucrifacerē.] cum paulo ſuperius dixiſſet: [Nunquid non habemus poteſtatem manducandi, & bibendi? nunquid non habemus licenriam ſororem mulierem circumducendi, ſicut cæteri Apoſtoli, & frarres Domini, & Cephas? An ego ſolus, & Barnaba non habemus poteſtatem [d] hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius non comedit?] *Et paulo poſt* [¶Si alij [e], inquit, poteſtatis [f] ueſtræ participāt; quare non magis nos [g]? ſed non uſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia [h] toleramus, ne quod impedimentum demus [i] Euangelio Chriſti. — 1.*Cor*.9. — Ibidem.

Idem ibidem, c.18. & ſequentibus.

¶Ab infidelibus coniugibus licet recedere, ſed non expedit. C. IX.

SIc enim [k] recedere ab infidelibus uxoribus, uel maritis fideles uiri, uel fœminæ non prohibentur [l] à Domino, ut neque iubeantur. Nam [m] ſi dimittere tales coniuges iuberentur; nullus locus eſſet conſilio monentis Apoſtoli, ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod Dominus iubet, ſeruus [n] bonus fieri prohiberet. *Item paulo poſt*. ¶Cum ergo [o] cœpiſſet gentibus Euangelium prædicare, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniuges. Ex quibus ſi non ambo crederent, ſed unus, aut una infidelis cū fideli cōſentiret habitare; nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimitere, nec iuberi: ideo ſcilicet non — Beda 1. Cor 7. Pan.l.6. c.101.

a ¶Teſtantur.] Arg. ꝙ per ſequentia determinari poſſunt præcedentia, hoc generale habes 43. diſ. ſit rector. in fi.
b ¶Cū.n. ſim liber.] Id ē, nullius beneficijs obnoxius.
c ¶Omnium.] Id eſt, talem me exhibui, vt commodū facerem: & hoc fecit, vt plures, &c.
d ¶Poteſtatem.] Sed ne diceretur, cur ideo hoc faceret, quia non egeret: ſubdit, q d egemus quidem, ſed non uſi ſumus, ne ꝙ impedimentum, &c.
e ¶Si alij.] Hypocritæ.
f ¶Poteſtatis.] .i. poteſtatiuè participent rebus veſtris.
g ¶Nō magis nos.] qui amplius diligimus vos q̄ res vſas.
h ¶Sed oīa.] .i. famē, ſitim, & ſimilia.
i ¶Demus.] Nā Corinthij erant auari. & ſe retrahebant à prædicatione. Vel ideo, quia ſi ipſe acciperet, multi eſſent pſeudo Apoſtoli, qui ſtatim prædicarent vt acciperēt, & ita impedirent Euangelium. ſed cum iſte nō acciperet, nec illi auderent accipere, & ita non prædicarent. — Paulus p̄dicans nihil accipiebat.

k SIc enim.] CASVS. In hoc c. diſputat adhuc Aug. ſuper eiſdem verbis Apoſtoli: Ego dico, non Dñs. & ſuum c. diſtinguit in tres partes. In prima ponitur expoſitio Augu. & probatio vel ratio expoſitionis. & hoc facit vſq; ad locum illum, [Quoniam ergo.] In ſecunda parte ponuntur tres ſolutiones Aug. ad tres tacitas q̄ōnes Pollentij: & hoc facit vſq; ad locum illum. [Tu vero cui.] In tertia continetur ſuperficialis expoſitio Pollentij, & expoſitionis probatio: & tandem ſequitur Auguſtini victorioſa ſub epilogo concluſio. & hæc particula extenditur vſq; ad fi. §. Licet autem iſte caſus ita breuiter cōſueuit poni, H. tū & Beu. in qualibet particula ſingularem caſum ponunt. In prima ergo parte ſic procedit Augu. dicens. Si Dñs iuſſiſſet, hic non eſſet locus conſilij mouentis Apoſtoli. Si enim Dominus hoc præciperet, Apoſtolus contrarium non conſuluiſſet. Dominus autem non iuſſit fidelem dimittere infidelem: quia iuſtitia .i. Deus iuſtus permittit retinere, nec uetuit: vnde Apoſtolus retinere commonuit. In ſecunda parte reſpondet tribus obiectionibus Pollentij, quæ non ſunt in littera, ſed ex reſponſionibus eliciuntur. quarum obiectionum prima eſt: Si Dominus non iubet, nec vetat uxorem infidelem à fideli dimitti, ergo vacuum, & ſuperuacuum eſt Apoſtoli conſilium, quo monet non dimitti. Reſpondet Aug. immo ſibi utile eſt quando animæ expedit: & quia per inſpirationem ſpiritus ſancti hoc dixit.
X ¶Sic enim.] In prima parte ponitur vſq; ad §. Quoniā ergo, intellectus Aug. ſuper illa auctoritate Apoſtoli: Ego dico, non Dominus, quod ſi uir fidelis habet uxorem infidelem, non dimittat eam. & oſtendit tōnē quare Dominus non prohibuerit nec iuſſit. In ſecunda parte vſq; ad §. Tu vero ponuntur tres ſolutiones Aug. ad tondem obiectiones Pollentij. In tertia parte vſq; ad §. Intelligis ponitur expoſitio & intellectus Pollentij ſuper auctoritate prædicta, quam Aug. reprobat. Vltimo ponitur epilogatio, quam Augu. facit inferens victorioſiſſimam concluſionem. Et conſtrue ſic. Fideles uiri ſic non prohibentur recedere ab infidelibus uxoribus: vel fideles fœminæ ſic non prohibentur recedere ab infidelibus maritis, id eſt, ſicut neque iubentur recedere, ſecundum hoc primum, neq; abundat, vel ſi vis, ꝙ nō ſuperabundet, dic neque recedere: i. retinere, &c. id eſt ſicut fideles uiri, & fœminæ nō prohibentur non recedere, ſic nec iubentur non recedere q d. ꝙ nec illud nec iſtud fiat. hoc continuatur ad præmiſſam partem c.
l ¶Non prohibentur.] Non repetitur hic, neq; ſupra poſitum ut faciat vnam affirmationem: ſed propter interpretationem ſupra poſitam. poteſt tamen legi utrūque, & idem erit ſenſus.
m ¶Nam.] Prima ratio quare Dominus non præcipit dimitti tales, ſ. vt Apoſtolo eſſet locus monēdi, ut non fieret hoc. ſed non dico eſſe verum: immo ideo dixit Apoſtolus, dico ego, non Dominus: nam ſi, &c. vt oſtēderet, quod Dominus non iubet recedere: nam ſi, &c.
n ¶Seruus.] Nam Apoſtolus nullo modo faceret contra Dñm: ſicut dixit prætor, ꝙ contra legem. non tuebitur aliquē ff. de pub. ac. cū ſponſus. § ſi res. & non reuocant a filio q̄ à p̄re geruntur. C. de teſti m 1. q̄ à p̄re. — Prætor ꝯ legem neminem tuetur
o ¶Cum ergo.] Ratio quare non prohibuit tales dimitti, ſ. ut nihil prohiberet quod iuſtitia exigit fieri. iuſtum enim eſt uxorem dimitti ob fornicationē præſertim ſpiritualem.

a ¶Eius

a ¶ Eius.] i. virtutis vel ducens ad virtutē 32. q. 1. dixit.
b ¶ Pudicitiam.] s. prox. q. 1. nuptiarum. con. ta. sed ibi pudicitiam continentiam uel uirginitatem nominat: hic vero virtutem & castitatē, quæ etiam inter nuptiarum opera non amittitur.
c ¶ Ideo.]

S. ea. in princ. prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nec uera eius [a] pudicitia cum coniuge dici potest; quia omne, quod non est ex fide, peccatum est; quamuis ueram habeat fidelis pudicitiam [b], etiam cum infideli coniuge, quę non habet ueram. Ideo [c] autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari: quia non contra iussionem [d] Domini gentiles fuerant ambo coniuncti. ¶ Quoniam ergo [e] ab infideli fidelem discedere nec prohibet, nec iubet Dominus; ideo, ut non discedat, Apostolus dicit [f], non Dominus, habens utique spiritum sanctum, in quo dare possit utile, & fidele consilium. Vnde cum dixisset [g] de muliere, cuius uir mortuus fuerit: [Beatior autem erit si sic permanserit, secundum consilium meum, (ne quis hoc consilium tanquam humanum, non diuinum contemnendum putaret, adiecit: [Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam.] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quæ non à Domino iubentur, sed à sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam catholicus dixerit, quod † suadet spiritus sanctus, non Dominum suadere, & cum ipse Dominus sit, & inseparabilia [h] sint opera Trinitatis. Dicit tamen: [De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do:] non vt hoc consilium alienū existimemus à Domino; cum continuo sequatur, & dicat, [tamquam misericordiam cōsecutus à Domino, ut fidelis essem.] Secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spirito, de quo ait: [puto autem, quòd et ego spiritum Dei habeam.] Verumtamen aliud est Domini iubentis imperium: aliud cōserui secundum misericordiam charitatis, quæ illi à Domino est inspirata, atq; donata fidele cōsiliū. Aliud ibi facere non licet; hic autem licet: ita sane [i], ut ipsum licitum partim quidem expediat, partim uero non expediat. Expedit tunc, quando non solum per iustitiam [k], quæ coram Domino est, permittitur; sed etiā hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur: uelut cum dat consilium nō nubēdi Apostolus virginibus,] vnde pceptum Domini se non habere testatur) licet aliud facere, id est, nubere, & minus, quàm continentiæ, bonum tamē tenere nuptiarum; ipsumque licitum etiam expedit [l]; quoniam in uetita, & illicita ruituram carnis infirmita-

Rom. 14.

1. Corinth. 7.

† al. quando

Ibid.

nus consiliū Apostoli tanquā à spiritu sancto infusum acceptandū est: & quod habebat à spiritu sancto, pbat per duo similia. Et nota q obiectiones Follentij nō ponuntur hic, sed colliguntur ex responsionibus Aug sicut dicit lex: q si in instrumento cautū est mihi pecuniam dari, præsumitur stipulationem esse interpositā, ut C. de con stip. l. 1.

f ¶ Dicit.] Id est, monet: non Dominus dicit, id est, præcipit. iterepetitur uerbum in alia significatione. nā si in eadem, falsum esset: quia quidquid monet Apostolus, monet Dominus, prout sequitur: & expositio varia huius uerbi, dico, bene probatur per intellectum illius auctoritatis: De uirginibus autem præceptū Domini non hēo, &c.

g ¶ Dixisset.] Ad ostendendum q habebat spiritum sanctū. & eius consilio standum esset.

h ¶ Inseparabilia.] Pro maiori parte. nā quædam attribuuntur patri, quæ non filio, & econtra. H Sed tu dic opera operantia. operata enim opera non sunt inseparabalia, de consecra. dist. 3. c. ult.

Opera trinitatis an sint separabilia.

i ¶ Ita sane.] Hic respondet, Augu. secundæ obiectioni Follentij dicētis: quare Apostolus non plus dicit consulendo, bonum est dimittere uxorem infidelem: melius est autem cum ea manere: sicut alibi consulendo dixit: Qui dat nuptui, bene facit: qui nō dat, melius facit. Et respōdeo quod quædam licita sunt, quorum utrumque expedit, ut dare nuptui: & non dare nuptui. Alia quorum unum expedit, aliud non, ut dimittere, nō dimittere. cum primis recte ponuntur hæc adiectiua, bonum, melius: cum secundis non; quia uitum qua nō est bonum, quia non meliorium: & ideo non dicit Apostolus: qui dimittit, bene facit, &c.

k ¶ Per iustitiam.] Id est, propter ipsum nubere, quod est iustum. 27. q. 1. nuptiarum.

l ¶ Expedit.] Infra 33. quæstio. 5. qui sitit. contra. Et expedit quidem, & non expedit. Expedit causa fornicationis uitandæ, non expedit, quoniam uxorati cum sint diuisi, & cogitare eos oporteat quomodo placere possint & seruire uxoribus. diuinis obsequijs & orationibus intendere adeo expeditā

Nubere expedit & nō expedit.

e ¶ Ideo.] Secunda ratio quare nō præcipitur: sed male dicit; quia prima non præcessit quo ad istū articulū.

d ¶ Iussionem.] Arg. q si gentilia cum gentili contrahat, non facit contra præceptum Domini, cum matrimonium sit inter eos, vnde si ueniunt ad fidem, non debent separari.

ADDITIO. Vt J. q. 2. ca. 1. extra de diuor e gaudemus.

e ¶ Quoniam ergo.] Responsio Augustini ad Pollentium dicentem, q ex quo Apostolus consuluit, & non Dominus, eius consilium tanquam humanū, non diuinū contemnendū est. Rndit ergo Aug quāuis id qd cōsuluit Apostolus, nō præcipiat Dominus: nihilo mi-

Ar. ad hoc de cōs. dis. 1. Christo Patri. in prin.

tem sic excipit honestatē nubendi, ut neminem impediat ad salutem: quamuis magis expediret, magisque honestum esset, si uirgo consilium, quo præceptum [a] eam non compellit, arriperet. Tunc autem non expedit id, quod licitum est; quando permittitur quidem, sed vsus ipsius potestatis alijs affert impedimentum salutis: sicut est (unde iamdiu loquimur) discessio fidelis coniugis ab infideli: quām non prohibet Dominus præcepto legis: quia coram illo iniusta non est: sed prohibet [b] Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, quia perniciosissime scandalizantur offensi; uerum etiam, quia cum in alia coniugia ceciderint uiuentibus eis, à quibus dimittuntur; adulterinis [c] nexibus colligati difficillime resoluuntur. Ideo hic, ubi id, quod licet, non expedit; non potest [d] dici, si dimiserit infidelem, bene faciet: si non dimiserit, melius facit; sicut dictum est: [Qui dat nuptum, bene facit: & qui non dat nuptum, melius facit:] quoniam illud non solum utrumque pariter [e] licet (unde ad nihil horum præcepto Domini quisquam compellitur) sed etiam utrumque expedit, aliud minus, aliud amplius. Vnde ad id, quod amplius expedit, consilio Apostoli, quicumque potest capere, prouocatur. Hic autem, ubi de dimittendo, uel non dimittendo infidelis coniugio quæritur; utrumque quidem pariter licitum est per iustitiam, quæ coram Domino est; & ideo nihil horum Dominus prohibet: sed non utrumque expedit propter infirmitates hominum: & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante sibi Domino liberum prohibendi locum: quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus; neque id, quod prohibet Apostolus, iubet Dominus. Quod nisi ita [f] esset; neque contra prohibitionem Domini Apostolus aliquid moneret, neque cōtra iussionem [g] eius aliquid prohiberet. Proinde [h] in his duabus causis, una de nubendo, uel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo, uel non dimittendo, aliquid simile inuenitur in uerbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem, quod ibi dicit: [præceptum Domini habeo, consilium autem do.] & hic dicit: [ego dico, non Dominus.] Quale est enim, [præceptum Domini non habeo,] tale est, non dicit Dominus; & quale est, [consilium [i] do,] tale est, [ego dico.] Illud autem dissimile est; quia de nubendo, & non nubendo dici potest, hoc bene fieri, illud melius; quoniam vtrumque expedit, minus unum †, magis aliud: at uero de coniuge infideli dimittendo, quoniam unum horum non expedit; aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit [k], melius facit: sed dici oportet, non dimittat: quia etsi licet, non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugē non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodum rectè dicimus melius esse quod & licet, & expedit, quàm id, quod licet, & non expedit. ¶His de causis factum est, ut exponens [l] Domini sermonem, quem prolixū in monte habuit, vbi ventū est ad qōnem de cōiugibus dimittendis, uel non dimittendis, adhibitis etiam Aposto-

Ibid c.19.

1. Corinth. 7.

1. Corinth. 7.

† al. aliud

Ibid. c 20.
Lib. 1. de serm. Domini, c. 14.

non ualent. ut extra de cler. coniug. quod à te, expedit ergo nubere quo ad fornicationem uitādam: sed non expedit uolenti tendere ad regnum cœlorum. & sic soluūtur contraria 11. quæstio. 5. tunc saluabitur.

a ¶Præceptum.] Infra. 32. quæst. 1. integritas.

b ¶Sed prohibet.] Id est, sub forma prohibitionis dissuadet.

c ¶Adulterinis.] Argu. quod fidelis, qui dimittit uxorem infidelem cohabitare nolentem, non potest aliam ducere in matrimonium, nec illa alium: quia remanet matrimonium, ut inf. q. 2. §. quod uero cap. si quis.

d ¶Non potest.] Hic elide secundam obiectionem Pollentij.

e ¶Pariter.] Alterū [1] quidem propter idololatriā fornicationem [2], alterum propter lucrandi occasionem.

1 Scilicet dimittere.

2 Vt s. ea. idololatria.

ADDITIO. Idem H. cuius fuit hæc expositio, dicens non: ergo peccat fidelis si dimittat infidelē, licet non velit uti consilio Apostoli. Archidia.

f ¶Nisi ita.] Id est, nisi Dominus daret Apostolo liberum locum prohibendi, id est, dissuadendi: Apostolus dissuadere nō deberet, si contrarium Dominus prohibuisset, uel præcepisset: quod non fecit.

g ¶Iussionem.] Si Dominus prohibuisset.

h ¶Proinde.] Hic incipit assignare similitudines & dissimilitudines.

i ¶Consilium.] Supra 27. quæst. 2. nuptiarum.

k ¶Dimittit.] Sicut qui dat nuptum, benè facit. sed qui non dat, melius facit: quia utrumque licitum est, sed non expediens.

l ¶Ego exponens.] scilicet super Euangelium Matthæi.

a ¶Prohibendi.] Id est, dissuadendi.
b ¶Non expediant.] Supra 14. quæst. 1. quod præcipitur.
SI AVTEM. CASVS Hic est responsio ad tertiã obiectionem Pollentij, quę talis erat: Cum dixit Apostolus,

ne diuersæ religionis coniugia contrahantur, prohibet autem Apostolus, ne talia coniugia iam contr. & dissoluantur: & sic Apostolus non est contrarius Domino. Sed replicat Aug. dicens sibi placet, q dicit Apostolum non esse cõtrã Domino, nec ueteri testamento.

licitis testimonijs dicerem, consilium esse Apostoli, non præceptum Domini, vbi ait: [Cęteris autem ego dico, nõ Dominus; monens eos, qui haberent coniuges infideles, vt consentientes habitare secum non dimitterent. Quod vtique ideo monendum, non iubendum fuit: quia non tãto pondere prohibendi [a] sunt homines facere licita, quãuis non expediant [b], quanto pondere prohibenda illicita. Si autem [c] alicubi Apostolus etiam illa, quæ iubenda sunt, monere dignitatis est; hoc fecit parcendo infirmitati, non præiudicando [d] iussioni. Vnde ipse † dixit:

1. Cor. 7.

† al. sic

Non vt confundam uos, hæc scribo; sed ut filios meos charissimos moneo:] qd habet quæstionis, vbi ait [e]. [Ego dico, non Dominus.] item, vbi ait: [Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil prodest?] Nunquid [f] etiam hic dixit [g], Ego dico, non Dominus? Non sunt itaque ista similia: quia etiam illa, quæ iubet Dominus, non est indignum, neque contrarium; si eadem monet Apostolus. Monemus enim quos charos habemus, ut faciant Domini præcepta, uel iussa. Cum uero † ait, [Ego dico, non Dominus.] satis ostendit Dominum non prohibere quod ipse prohibebat. Prohibuisset autem Dominus, si esset illicitum [h]. ergo secundum ea, quæ supra diu diximus [i], multumque uersauimus, licitum erat per iustitiam sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam. ¶ Tu uero [k], cui placet ita non licere, quod non uetat Dominus, sed Apostolus, quémadmodum non licet, quod uetat Dominus; cum exponere uoluisses, quid sibi uellet, quod ait: [Ego dico, non Dominus.] cum alloqueretur fideles, quibus essent coniuges infideles; dixisti, quia Dominus iussit, ne coniugia sibimet diuersæ religionis copularentur: & ipsum adhibuisti testi

1. Cor. 4.

Gal. 5.

† al. ergo

Ibid. cat.

Deuter. 7.

& ita concludit q illa non est bona ratio quare Dominus non pręcipit: quia esset contrarius ei qđ dixerat in ueteri testamento: quod falsum est: cum ibi intelligitur de coniungendis, hic uero de iã coniunctis, & ita si aliud pcepisset ibi, & aliud hic, non esset sibi contrarius. & quia nõ est bona ratio, nec aliam ualea inuenire: patet q sua expositio nullius est momenti. & sic in Pollentium uictoriose concludit. [ibi agitur] i. in Apostolo.

e ¶Si autem.] Hic respondet tertiæ obiectioni Pollentij dicentis: cum hoc uerbum dico, pręceptiue ponatur in epistola ad Galatas: ecce ego Paulus dico vobis, qa si circũcidamini, &c. quare ñ similiter pceptiue cũ dicit: Ego dico, non Dominus. vel concesso etiam q admonitiue ponatur ibi verbũ, dico uobis, quia si circumcidamini, &c. nullum inconueniens inde sequitur. nõ enim indignum est si quę iubet Dominus, monet Apostolus.

Dico, pręceptiue & admonitiue ponitur.

stolus, Ecce ego dico quia si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest: ibi ponitur hoc uerbum, dico, præceptiuè. quare ergo non similiter & hic? Sed Augus. respondet dupliciter. Primo sic, dicit enim, non est absurdum si etiam ibi commonitorie & de consilio loquatus Apostolus: licet de præcepto quilibet ad illud cogatur. Sæpe enim monemus humiliter charos nostros ut faciant ea, quæ sunt præcepti: & hoc facit Apostolus parcens eorum infirmitati. Secundo dicit quod non est mirandum si ibi ponitur pceptiue. hic uero commonitorie: quia ibi dicit, Ego dico, simpliciter. hic vero: Ego dico, non Dominus.

TV VERO. Hic incipit tertia pars, in qua ponitur expositio Pollentij, & ratio suæ expositionis. Dicebat enim, dico, id est præcipio: & non Dñs dicit, i. pcipit. Nam si Dominus pręciperet ut fidelis non dimitteret infidelem, esset sibi contrarius, quia in ueteri testamento coniugia fidelium & infidelium prohibuit dicens: Non accipies, &c. Sed opponit Aug. Ergo secundum hoc Apostolus est contrarius ueteri testã. & Domino magistro suo. Sed huic oppositioni respondit Pollentius dicens q in alio casu loquitur prohibitio Domini in ueteri testamento, & in alio Apostoli præceptum. Illa n. loquitur in matrimonijs contrahẽdis. ista de iam contractis. Prohibit etiam Dominus

d ¶Non præiudicando.] Sicut dicit lex, q uoluntarię tutelæ munera priuilegijs non præiudicant. C. de excu. tut. voluntaria.
e ¶Vbi ait.] Ratio ad tertiam.
f ¶Nunquid.] Arg. quòd nullum uerbum in oratione uacat mysterio, & arg. ff. de usur. si stipulatus nam ibi dicitur, q si stipulatus sum à te rem mihi dari, uacuamque possessionem tradi, fructus ueniunt in stipulatione: si autem rem tantum mihi dari: non ueniunt in stipulatione argu. contra. ff. pro soc. sed & si adijcitur. Item est hic argu. quòd non est argumentandum de consimilibus illis, inter quæ dissimilitudo attenditur. ff. de rei uen. si nauis. & ff. de condi. inde plane & ita intellige. ff. eo. ti. si reus. & hinc bene dicitur. ff. de inofficio. & sup. test. l. 4.

Fructus in stipulatione rei quãq ueniunt, & que non.

g ¶Dixit.] si. ff. de iu. om. iudicium, si familia.
h ¶Illicitum.] Argu. omne illicitum esse prohibitum saltem ibi, declina a malo, & fac bonum. dicit ibi expositor: a malo omni: & exaudi hoc de mortali: uenialia enim non sunt prohibita. argu. 13. dist. nerui. 14. q. 1. quod pręcipitur.

Peccatum mortale & non ueniale est prohibitum.

i ¶Supra diu diximus.] Supple quòd Dominus non prohibuit id quod Apostolus, &c.
K Tu uero.] Augustinus, qui dictum Apostoli intelligit de consilio, ego dico, non Dominus, intellectũ suũ & rationem suam posuit in prin. quare Dominus non

debuit præcipere ut non discederet uir fidelis ab infideli; Pollentius autem, qui de præcepto intelligit, aliā rationem ponit, dicens quòd ideo præcipit Apostolus & non Dominus infidelem non dimitti, quia Dominus videretur ɔ̄trius sibi, cum præceperit in vet. test. ne quia alienigenā . duceret: concludis ergò Augus. ex hoc quod dicit Pollentius, Apostolum in præcipiendo fuisse etiam contrarium Domino: ad quod respondet Poll. quòd in diuersis casibus loquuntur Apostolus, & Dominus: & ideo non est contrarius ei: infert ex hac responsione Augustin. ergo nec Dominus erat sibi ipsi contrarius, si idem præciperet quod Apostolus: cum Dominus de coniugendo, Apostolus de iam cōiuncto loquatur matrimonio. quid ergo respondes, Pollenti, quare præcipiat Apostolus, & non Dominus, assigna caussam.

in 4. lib. Topicorum, quòd disputatio dialecticorum est ad alterutrum, causidicorum siue rhetorum ad tertium 2. Vnde in dialectica disputatione est necesse, ꝙ qui objicit, exponat obiectiones ipsi respondenti. in rhetorica vero sufficit quòd faciat ipsi iudici fidem, si objiciatur

a Scilicet alium, id est, iudicē.

monium Domini dicentis: [Non accipies uxorem filio tuo de filiabus alienigenarum, ne traducat eum post Deos suos, & pereat anima eius.] Addidisti [a] etiam verba Apostoli, vbi ait: [Mulier alligata est, quamdiu vir eius uiuit: quòd si mortuus fuerit vir eius, liberata est: cui vult, nubat: tantum in Domino.] Quod ita exposuisti, ut adiungeres, id est, Christiano. Deinde secutus es, & addidisti †, Hoc est ergo Domini præceptū tam in ueteri, quàm in nouo testamento, ut non nisi unius religionis & fidei coniugia sibi maneant copulatā. Si hoc ergo est Domini præceptum tam in ueteri teri testamento, quàm in nouo, & hoc iubet Dominus, hoc docet [b] Apostolus, ut non nisi unius religionis, & fidei maneant copulata coniugia; quare cōtra hoc Domini iussum, contra doctrinam suam, contra præceptum ueteris, & noui testamenti iubet [a] Apostolus, ut diuersæ fidei cōiugia maneant copulata? Quia Paulus, inquis, gentium prædicator, & Apostolus iam in coniugio positos non solum monet, sed etiā iubet, ut si unus, aut una e coniugibus credidisset, alterum, vel alteram nō credentem, secum tamen habitare consentientem non dimitteret. His verbis tuis aliud hoc esse [c], aliud illud, satis euidenter ostendis. Illud enim de his coniugijs agit, quæ sibi primitus copulantur, ne nubat fœmina non † suæ religionis uiro, uel ne uir talem [d] ducat uxorem: id enim (vt dicis) iubet Dominus, docet Apostolus, utrunque præcipit testamentum. Hoc autem diuersum esse quis abnuat, ubi agitur [e] non de coniungendis, sed de cōiunctis? Ambo [f] quippe unius ejusdem infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: sed Euangelium cum uenisset; alter sine altera, vel altera sine altero credidit. Si ergo aliud est hoc (quod sine scrupulo ullius dubitationis apparet) cur fidelem [g] cum infideli in coniugio permanere non & Dominus, sicut Apostolus iubet? Nisi fortè loco [h] isto vacat, quod tam fidenter ipse Apostolus ait: [An uultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus?] Et utique Dominus est Christus. Intelligis ne [i], quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius [k] immorabor? Attende, ut rem ipsam tanquam in conspectu considerandam planiore sermone ponamus. Ecce [l] coniuges duo unius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt. Nulla de his quæstio est, quæ pertineat ad illam Domini iussionem, doctrinamque Apostolicam, & præceptum ueteris & noui testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli coniugium copulare. Iam sunt coniūges, & ambo adhuc sunt infideles: adhuc tales sunt, quales fuerunt, antequam iungerentur, qualesque coniūcti sunt. Venit Euangelij prædicator, credidit eorum

1.Cor.7.

† al. aisti

1.Cor 7.

Sent.4. dist.39.

† al. nisi

2.Cor.13.

a ¶ Addidisti.] Ad hoc idem probandū. & addidisti concludendo.

b ¶ Hoc docet.] Respondet 2. & ostendit conclusionem illam non procedere: quia in alio & in alio casu loquitur apostolus, & Dominus.

a Scilicet Pollentius Hug.

c ¶ Esse.] De coniunctis.

d ¶ Talem.] i. nō suæ religionis.

e ¶ Vbi agitur.] In Apostolo.

f ¶ Ambo.] Pone exemplum, ut melius appareat quod dicis: C. de transact. ut responsum.

g ¶ Cur fidelem.] Intrat quæstionem, ut Pollentius aliter respondeat, cum prima eius responsio nulla fuerit.

h ¶ Loco.] Id est, locum non habet: non est verum. q. d. nisi uelis dicere, quòd Apostolus hoc non dixit auctoritate spiritus sancti.

i ¶ Intelligis ne.] Vnde philosophus. Sentis ne inquit hæc atque animo illabuntur tuo?

Aduersarius an dēat aduersario aperire quæ dicit.

K ¶ Diligentius.] Arg. quòd aduersarius tenetur aperire quæ dicit suo aduersario, vt arg. 5. qō. 2. relatum. 11. q. 3. eorum: sed hoc cap. nihil facit: quia dicit Boetius objiciatur 30. q. 5. iudicantem. dicimus quòd de mandato iudicis debet ei respōdere uel exponere si pōt, aliter non tenetur. C. de non num. pec. generaliter. ff. de prob. quinquaginta.

l ¶ Ecce.] Ponit thema, vt apertius dicat.

a ¶ Di-

a ¶ Dimittat.] Hæc littera sine, non exorta est: potest tamen ita intelligi: Iubet fideli Dominus ut infidelem dimittat, an nõ iubet ut dimittat, i. an iubet ut nõ dimittat?& assumit Aug. rñ alternam partẽ disiũctiue, hanc.s. iubet ut non dimittat:& ex ista procedit, si di xeris,

qua loquitur de Iudæis, à quibus uxores & filij baptizati sunt separandi: & aliàs eorum consortium vitandũ & hoc probat per quinque auctoritates. Io. de Fan. CASVS. Dictum est supra, quòd fidelis potest retinere infidelem volentem habitare cum illo, sed Toletan. cõcilium dicit contra. Sed hoc specialiter est de Iudæis statutũ. & quæ sit causa, in sequenti capitu. subnectit.

vnus, aut una, sed ita ut infidelis cum fideli habitare consentiat; Iubet fideli Dominus, ne infidelem dimittat [a], an non iubet? si dixeris, iubet; reclamat [b] Apostolus; [Ego dico, non Dominus.] Si dixeris, non iubet, causam requiro [c]. Neque illam mihi responsurus es, quam tuis litteris indidisti, quia Dominus prohibet fideles infidelibus iungi. Hic enim nullo modo est ista causa, de iam iunctis loquimur, non de iungendis. Si ergo tu causam non inuenisti, cur non vetet Dominus, quod vetat Apostolus (cernis enim iam, ut existimo, non esse ipsam, quam esse putaueras) vide, ne fortè illa sit, quæ mihi uisa est & tunc proferẽda, & nunc defendenda, ut scilicet illud intelligamus dicere Dominum, quòd habet coram illo nullo modo trãsgredienda iustitia, id est, quod ita iubet, aut uetat, ut aliud facere omnino non liceat.

a ¶ Iubet Apostolus. *Quæ sequuntur vsq; ad ver.* iam in coniugio, *addita sunt ex B. Augustino: quemadmodum & in extremo à ver.* vide ne fortè *vsq; ad finem, vt sit perfecta sententia. Multa autem sunt emendata ex eodem originali cum manuscriptis etiam exemplaribus, & Beda collato.*

2 *Contra inuenitur in concilio Toletano quarto, c. 62.*

¶ Nisi ad fidem Iudæus accesserit, separetur ab uxore fideli. C. X.

IVdæi [d], qui Christianas mulieres in coniugio habẽt, ad moneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, ut si cum eis pmanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quòd si admoniti noluerint; separentur: quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Christianam translata est fidem. Filij autem, qui ex talibus nati existunt, fidem, atque conditionem matris sequantur [e]. Similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus uiris, Christianam sequantur religionem, non Iudaicam superstitionem.

4 *Verum hoc ideo statutum est, ne dum fidelis salutem quærit infidelis; potius ipse cum ea infidelitatis [f] perditionem inueniat.*

Vnde in eodem concilio, c. 59. tam de filijs Iudæorũ, quàm de cæteris ad fidem venientibus statutum est, ut infidelium consortia euitent.

IVdæi qui.] CASVS. Dicitur in hoc cap. si Iudæi uxor conuertatur ad fidem, admoneri debet uir ut ipse similiter conuertatur: quod si noluerit, ipsa debet ab eo separari: filij uero communes apud eum parentem, qui fidelis est, debẽt nutriri. Sequẽs §. patet, in quo redditur ratio quare aliud sit in Iudæo, quàm in Gentili.

d ¶ Iudæi.] Quod hic dicitur, corrigitur extra de diuor. quãto, 1. Vel quod dicitur hic separandos esse, intelligas in illis casibus quando in contumeliam creatoris uult habitare cum eo, vel vt trahat eum ad aliquod mortale peccatum, & secundũ hoc idem iuris est in Iudæo, & Gentili. Vel loquitur in eo casu quãdo primo fuerũt Christiani, & postea alter factus est Iudæus, ut tunc teneatur recedere ab ipso si noluerit conuerti, ut s. ead. nõ solũ. Vel dic, quod aliud est 2. si uir conuertitur ad fidem, & aliud si mulier. Nam si mulier conuertitur, ipsa debet recedere a uiro, ne uir eam reuocet ad priorem errorem. Secus est si uir conuertitur: quia facilius possunt uiri reuocare mulieres, quàm econuerso: nam uir caput eius est. 33. q. 5 cum caput. Sed qualiter potest ecclesia filios illorum quorum alter est conuersus, cogere ad baptismum? Respon. ex quo alter parens eorum conuersus est, iam est factus de foro ecclesiæ: ergo & filij eius per consequens, ut 15. q. ult. cum mulier. Ioan. sed melius credo, quod intelligatur quando Iudæus existens Iudæus contrahit cum Christiana. B.

1 Tu dic, quod hæc decre. nõ corrigit hoc cap. sed declarat in pdi. decret. patet uersi. si .n. aliter, &c. & qd' sequitur, verius est.

2 Hoc est tenendũ sm Io. de Fan.

Mulier ad fidẽ cõuersa dẽt uirũ infidelẽ relinqre sed non econuerso.

xeris iubet, &c. Secundum aũt, quod in littera est, non vt fidelem non dimittat, &c. plana est littera: & bene congruunt quæ sequuntur. nam si dicat, iubet ut dimittat: Apostolus est contrarius Domino, ubi dicit, dico ego, non Dominus. si autem dicat, non iubet ut dimittat, assignet aliam causam.

b ¶ Reclamat.] Nec reclamat Apostolus contrarium suadendo: nec reclamat per hanc literam, non Dominus. & hoc enim non est ibi, nun. sed credo litteram falsam esse sine non. M.

c ¶ Causam requiro.] Quare non iubet Dominus, vt non dimittat Ioan.

CONTRA INVENITVR. Hæc est 4. pars quæst. in

e ¶ Conditionem matris sequantur.] j. 32. q 4. liberi. contra. hic de conditione religionis: ibi de conditione seruitutis.

α ¶Vtroque.] *In originali est*, nouo quoque. *cuius uera lectionis sunt uestigia in aliquot Gratiani exemplaribus Habent enim*, uno quoque. *Ac certe de uetere testamento nulla erat dubitatio Sed non est mutatum, quoniam auctor glossa uidetur legisse*, utroque.

Glossa ordinaria ad c 7. eius epistolæ.

Idem super primam epistolam ad Corinthios.

¶De eodem. C. XIII.

1. Cor. 7. — Sent. ibid. Iuo p. 8. c. 268. Poly l 6 tit 4. Pann. l. 6. c. 59.

QVòd si dormierit [c] vir eius.] Non dicit, primus, uel secundus, uel quotus: nec nobis definiendum est [d], quod non definit Apostolus. Vnde nec ullas debeo damnare nuptias, nec eis uerecundiam numerositatis auferre β. Dominus autem septemuiram non damnauit † [e], nec dicit in resurrectione [f] non posse esse, sed tantum: [Neque nubent, neque nubentur.] Vnde nec contra humanæ uerecundiæ sensum audeo dicere, ut quoties uoluerint, nubant; nec ex corde meo [g] quotaslibet nuptias condemnare. Quod dicitur vniuiræ, hoc & omni uiduæ: [Beatior autem erit, si sic permanserit.

† al. damnat

Matt. 22.

1. Cor. 7.

¶*Gratianus retulit verba glossæ ordinariæ ad cap. 7. primæ ad Corinthios ex Augustino in libro de bono uiduitatis c 12.*

β ¶Auferre] *Antea erat*, inferre *Emendatum est ex glossa, & B Augustino, cuius verba referunt cæteri collectores.*

QVAESTIO SECVNDA.

C. 39 ad. c. 7. Iuo p. 8. c. 19.

QVòd autem [h] aliqua non sit cogenda nubere alicui, Ambrosius testatur super epistolam primam ad Corinthios: [Nubat cui vult: tãtum in Domino.] id est, quem sibi aptum putauerit, illi nubat: quia inuitæ nuptiæ solet malos prouentus habere. [Tantum autẽ in Domino.] hoc est, ut sine suspicione turpitudinis, nubat, & viro suæ religionis nubat.

Item iudicium Vrbani Papæ.

e ¶Non damnauit.] Cũ quæreretur ab eo cui deberet cõiũgi. Et est arg. ꝙ interrogando aliquis quid ponat, ut ff. de uerb. obl. l. 1. § si quis ita sup e. quomodo, ibi, [dicẽs, &c.] sed excipiendo non, ut ff de exce nõ vr. Arg. ȝ. 22 q. 2. quid. — Interrogãs ponit.

f ¶In resurrectione.] Saducæi negantes resurrectionẽ futurã ꝯ opinionem Pharisæorum, qui eam credebant, id est homines futuros in eodem statu, dicebant scilicet, ꝙ debebant commisceri sicut nunc faciunt, & quemlibet recepturum uxorem, quam hic habuerat, ut Pharisæos confunderent, talem eis quæstionem fecerũt. Ecce aliqua habuit hic octo uiros; cuius illorum erit uxor in iudicio? quã quõnẽ soluere non potuerunt: quam cum postea Saducæi proponerent Iesu, respõdit: erratis nescientes scripturas: quia in resurrectione neque nubẽt. neque nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei. — Resurrectio negabatur à Saducæis.

g ¶Nec ex corde meo.] Id est præter diuinæ scripturę auctoritatem. quilibet enim debet probare quod dicit, non ex suo sensu moueri 37. dist. relatum.

γ Similiter no. ȝ. prox. causa q 2. in princ.

QVòd si dormierit] CASVS. In hoc ca. primo ponuntur verba Apostoli. Secundo uerba Augusti. exponentis uerba Apostoli. Vnde cum Apostolus non definiat de primo matrimonio, secundo, uel tertio; Augusti. nullas vult nuptias condemnare, exemplo Domini, qui septemuiram non damnauit. sed licet secundo contrahentes non damnentur...

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulatur 2. qõ. qua quæritur, an aliqua nubere sit cogenda: & præcise dicendum est ꝙ nõ, ut in sequentibus c probatur: nisi forte fecerit sibi præiudicium per sponsalia de futuro sponte contracta: tunc enim prius est admouenda & postea aliquantulum cogenda, ut dicit Hug.

h ¶Quod autem.] Hic quæritur an aliqua sit cogenda nubere, & respondendum est ꝙ non: quia in matrimonio — Nubere nõ est aliqua cogenda.

monio

mondo animus debet gaudere plana libertate, ut ex de spon cum locum immo etiam licet culpa alicuius præcesserit metum, tamen ille metus excusat eum à matrimonio, ut extra c. veniens. si autem quis desponsauit aliquam, bene est cogendus, ut ducat eam, ut ex de spon ex litteris in caso tamen sub alternatione cogetur: scilicet ut uel ducat eam uel intret religionē, ut extra de cōuer. coniug. ex publico. non obstat quod legitur extra de spon requisiuit. ubi dicitur potius est monenda, quàm cogenda, expone, potius, id est prius. De hoc plene not. 27. q. 2 §. sed concedatur.

cipiuntur. sed hoc fit in matrimonio. 35. q 6 uidetur. palea est.

f ¶ Ab ipso.] Id est, ex parte eius a debet enim per se stes probare exceptionem suam super coactione, vt ff. quod met. cau. non est uerisimile, nō autem staretur eius

a Arg. cōtra extra de re iu. in litteris. qđ dic vt nota. 14. q. 2. sta su. in fi.

¶ Iuramento patris non cogitur puella nubere, cui nunquam assensum adhibuit. C. I.

SI verum esse constiterit, quod nobis legati Iordanis † principis retulerunt; scilicet, quòd ipse coactus [a] & dolens filiam suam infantulam [b] nolentem, flentem, & pro viribus renitentem, non assentientibus, sed ualde dolentibus matre, & parentela, Rainaldo Rodeli † filio desponsauerit, quoniam canonum, & legum auctoritas talia spōsalia (ut infra ostenditur) non approbat, ne ignorantibus leges, & canones nimis durum, quod dicimus, uideatur; ita sententiam temperamus [c], ut si princeps cum filiæ, matris, & parentelæ assensu id, quod cœptum est, perficere uoluerit [d], concedamus. Sin autem, legatus noster vtrasque partes audiat: & si nihil fuerit ex parte supradicti Rainaldi amplius, quod impediat [e]; ab ipso [f] Iordane [g] sacramentum, quòd ita constent hæc, ut dicta sunt, accipiat: & nos canonum, ac legum scita sequentes, deinceps non prohibemus, quin alij ultro, si uoluerit, prædicta [h] filia eius nubat, tantum in Domino:

Sent 4. di. 29. Ino p 8. c. 23. Pa. l. 6. c. 108.

† al. Iordanus

† al. Rodeli

[*Econtra Hormisda Papa scribit Eusebio episcopo.*]

PALEA. C. II.

TVa sanctitas nos requisiuit, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, si sine uoluntate filij adulti facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, uoluntas cuius nōdum discerni potest, patet eum, cui vult, in matrimonium tradere: & postquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino obseruate, & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus sanctitum à nobis tenendum mandamus.

Extra de despō impub. c. 1.

¶ *Palea hæc in Decretalibus est c. primum, tit. de despons. impub & in vulgatis quidem citatur ex Honorio. sed in prima Decretalium collectione, ex Hormisda, vt hic*

Item Vrbanus secundus Sanctio 2 Regi Arragonum.

a ¶ Sanctio] *Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, Pannormia & historijs regum Arragonum. Nā antea erat, Sacratio.*

¶ Quorum vnum futurum est corpus, unus debet esse & animus: atque ideo nulla est inuita copulanda alicui. C. III.

DE neptis tuæ coniugio, quam te cuidam militi da-

Ino p. 8. c. 109. Pann. l. 6. c. 109

SI verum.] CASVS. Hu. sic ponit hunc casum. Rainaldus petebat filiā Iordani tanquam sibi desponsatam. Iordanus uero denegabat illam ei, allegans coactionem, & dicens se coactum desponsasse illam ei inuitam, & renitentem. Mandat ergo Vrbanus, quod si Iordanus & filia uolunt consentire, saltē nunc perficiatur matrimonium. Si nolūt, legatus suus audiat causam inter eos: & si Iordanus probauerit exceptionem probationis, & Rainaldus nihil replicauerit unde eliditur exceptio Iordani, absoluatur filia Iordani, & habeant licentiam nubendi cui vult. Plenius & melius ponit casū Hug. quàm Beneuen. Sed tū Ben. in fi. casus sui addidit, delato iuramento ipsi Iordano, qđ H. prætermisit.

a ¶ Coactus.] Hoc nō releuat eum, si filia consensisset.

b ¶ Infantulā.] Hoc sufficeret vt nihil actum uideretur, si illa esset infantula, i. infra septennium. sed hac de causa Papa nō procedit immo credo ꝙ ponatur infantula, pro puella.

c ¶ Temperamus.] Hoc ideo dicit, quia ille raptor erat, & ideo de iure eam habere non poterat r. argum. 35. q. 1 §. 3. placuit. hunc rigorem temperat hic Papa

d ¶ Voluerit.] Arg. ꝙ de iure factum non est, p sequētē consensum posse legitimari & confirmari. Et est ar. quod ratihabitio retrotrahitur, & confirmat qđ prius illegitime factum erat. arg. 16 q. 1. cap. vlt.

e ¶ Quod impediat.] Intentionem Iordanis, ut si probaret eos postea consensisse, patrem scilicet, & filiam.

f ¶ Ab ipso.] Argu. ꝙ testes de domo producentes recipiuntur.

s Subaudi. poterat ergo Papa præcipere ut amplius in hoc facto non procederet. sed hunc rigorem, &c. ut sequit H.

eius sacramento tantum, nisi ei esset delatum ab aduersario.

g ¶ Iordane.] Argu. ei qui coactionem est passus, probationem competere.

h ¶ Prædicta.] Rainaldus licet confessus fuerit in iure eam suam esse vxorem: nec probare potuit. non. n. solus potest matrimonium ex una parte, ut extra de de spon. impube. attestationes. de hoc 30. quæst. 1 § sed obijcitur.

DE neptis.] CASVS. Quidam significauit domino Papæ, quod necessitate coactus neptem suam cuidam

cuidam desponsauit. unde dominus Papa scribit dicens, quod si necessitate coactus hoc fecit, nec ipsa uult ullo modo consentire, inuita sibi copulari non debet. Nam eorum unus debet esse consensus, quorum unú corpus efficitur: & qui eam inuitã copulauerit, tenetur ex fornicatione, si qua postea sequeretur: uel ex dissidio uel adulterio, quod inde postea fuerit subsecutum.

debeant, scilicet ut adiudicent ei Gualdradam, si potest probare exceptionem suam cõtra Thiebergam, scilicet quod primo acceperit Gualdradam. si autem hoc non probauerit, adiudicent ei Thiebergam: quam etiã per confessionem Lotharij constat illius coniugem esse. In secunda parte instruit eos, quod Thieberga significauerat Papæ quod Lotharius eam cogebat ut cõfiteret se adulterium cõmisisse, vel aliquid aliud, unde possit dimitti, uel alias puniri. & propter hoc ad sedem Apostolicã appellauit. Dicit ergo quod si fuerit Thiebergæ obiectum quod cõtra se aliquid sit confessa in iure, & illa allegat uiolẽtiam & coactionem, & probauerit, uel protestata fuerit primos iudices fuisse suspectos & inimicos sibi, ex integro & de toto negotio cognoscant. [Filia Bosonis,] i. Thieberga. Secunda pars ibi, [Præterea nos.] Seq. §. patet.

turum necessitatis[a] instante articulo sub fidei pollicitatione firmasti, hoc æquitate dictante decernimus, ut si illa uirum illum omnino, ut dicitur, renuit, & in eodem uoluntatis auctoritate persistit[b], ut uiro illi prorsus se denegat nupturam; nequaquam eam inuitam, & renitentem eiusdem uiri cogas coniugio sociari. Quorum enim unum corpus est, unus debet esse & animus: ne forte uirgo, cũ fuerit alicui inuita copulata, contra Domini, Apostolique præceptum, aut reatum dissidij[c], aut crimen fornicationis incurrat. Cuius uidelicet peccati malum in eum redundare[d] constat, qui eam coniunxit inuitam. Quòd pari tenore de uiro etiam est sentiendum.

Item Nicolaus Radoaldo Portuensi, & Ioanni Ficolensi episcopis.

¶Non licet deserere uiro, quam præmissis dotibus, & publica attestatione duxit uxorem.

C. IIII.

Iuo p. 8. c. 334. Lotharius rex (in commonitorio α[e]) profitetur, Gualdradam se à patre accepisse, & sororem postmodum admisisse Huberti. Ubi primum diligenti inuestigatione inquirite: & si eundem gloriosum regem prædictã Gualdradam præmissis dotibus, coram testibus secundum legem[f], & ritum, quo nuptiæ celebrari solent, per omnia inueneritis accepisse, & publica manifestatione eadem Gualdradã in matrimonium ipsius admissa est; restat, ut perscrutemini[g], cur illa repudiata sit, uel filia[h] Bosonis admissa. Sed quia idem gloriosus rex metu Thiebergam admisisse se dicit; metu unius hominis tantus rex non debuit contra diuinum præceptum in immane præcipitiũ mergi. In hoc certe se magis reprehensibilẽ[i] ostendit, in quo amorem Dei, amori mundi postposuit: cum nec etiam occisores corporis sint timendi[k], contra iustitiam hominẽ impellẽtes. Nihil itaq; vobis aliud præcipimus, manifestatione sua eodẽ rege cõuicto[l], nisi ut secundum canonicã auctoritatẽ nostra uice freti, causam illius

a ¶Necessitatis.] Quia forte necessarium erat ei militis auxilium, uel forte intulit ei metum.

b ¶Persistit.] Quod præsumitur, nisi quis alleget de mutata uoluntate, & probet. ff. de iu. fis. Statius florus. & ff. de proba. eum qui.

Dſai dans causam, dãnum dedisse uidetur. Et eod. ti. presbyterũ & plene extra de testi. sicut.

c ¶Dissidij.] Id est odij.

d ¶Redundare.] Nota regulam: qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, vt extra de homic. de cætero 1. & 7. q. 2. si tu. & 23. q. 4. est iniusta.

Lotharius rex.] CASUS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod Lotharius Thiebergã uxorem legitimam expulit, & Gualdradã superduxit: & eã loco vxoris habebat. Postea cum ex hoc redargueretur à Papa, misit excusatoriam epistolam, asserens mẽdaciter se prius legitime & solẽniter accepisse Gualdradã, sed postea metu Huberti duxit Thiebergam. Papa ergo delegat causam istam, & instruit eos qualiter procedere

e ¶In commonitorio.] Id est, in epistola uel scriptura, qua nos commonuit de facto suo.

Solennitas actus quãdo probãda est.

f ¶Secundum legẽ.] tenetur ergo probare ẽc solennitates contra regulam communẽ, quia dicitur, semper præsumitur omnia solenniter acta, ut insti. de fideius. §. ulti. extra de sen. & re iu. dt. sicut. sic cũ aliquis dicit se emisse à pupillo, probabit quod tutore auctore emerit, ut ff. de pub. ac quinque. § ult. nam a quo allegabat se primo duxisse Gualdradam, quomodo hoc probaret nisi publice eam duxisset: cum clandestina matrimonia non possint probari. 30. q. 5. §. sed obijcitur. Credo quòd ideo grauabatur, quia iuliniæ præsumptiones erant contra ipsum: quod sufficit.

g ¶Perscrutemini.] Hic in notorio admittitur probatio in contrarium. arg. extra de ele. bonæ.

Turpitudinẽ allegans audiri non debet.

h ¶Filia.] Thieberga, quæ filia erat Bosonis, & priuigna Engeltrudæ, ut 3. q. 4. c. vlt. & 11. q. 4. Teugualdum.

i ¶Reprehensibilem.] Arg. quod qui turpitudinem suam allegat, nõ est audiendus, C. de reuo. do. cum proficea. Et extra de testi. ex iis. & C. de transac. transactione finita, extra de do. in te. pe. & de presbyter 2. Item est hic arg. quod propter grauitatem personæ superioris non præsumitur metus illatus. sic alias propter publicum locum non præsumitur quia metum passus sit. vr. be, ut ff. quod metus cau. non est. & de cõces. præbend. ex tenore.

k ¶Timendi.] Quia potius omnia mala debemus tolerare, quàm malo consentire, ut 11. q. 3. ita ne.

Cõfessio facta in instrumento an præiudicet.

l ¶Conuicto.] Videtur ergo quod confessio, quã fecit in instrumento, præiudicet ei, vt extra de præsum. illud,

illud. & extra de transla. quanto, arg. cõtra. C. de prob. non epistolis. Item argumen. quòd confessio extra ius facta præiudicet, ut de exces. præla. quàm sit grane sed dic quòd perstitit in hac confessione etiam cum uentum fuit ad iudicium: & ideo sibi præiudicauit. cum alijs contrahere. Et dicendum est, quòd si filij sponsalibus consensissent post septennium, ualẽt & tenẽt: nec ab eis recedere dẽt, ut 27. q. 2. despõsatã. si tñ cõtraxerint per verba de præsenti cum alijs, matrimonium tenebit cum illis, ut 27. q. 2. §. sed aliud.

a ¶Quòd

a ¶Per benedictionem.] At quod si qs publice aliquã duxerit, & dicat se prius duxisse aliã: tenetur probare, quòd cũ oĩ solẽnitatis dotis & bñdictionis eam duxerit. b ¶Innocens.] Maxime: nam si ipsa fornicata fuisset, hoc tñ nõ posset ei obijcere Lotharius: cũ & ipse eẽt notorius adulter. 1. 2. q. 1. scelus extra de diuor. gaudemus. & c. significasti. Vel dic cũ H. quod hic parcitur regis uerecundiæ. c ¶Appellauit.] Arg. quod ter potest appellari in eodẽ negotio. sic extra de ap. directe. 2. q. 6 omnis oppressus. licet arg. ꝯ 2. q. 6 si quis in quacũque. Sed pt dici, quod pluries appellauit, i. plures uocem appellationis emisit, ut extra de testi. cũ tn ilia. d ¶Innotuit.] No q per præcedentem protestationem probatur sequens metus, ut extra quod metus cau. perlatũ. sed nõ per se quẽrem, ut C. eo. l. metum. tamen etsi non fuisset præstata, nihilominus admittetur ad probandũ metum, ut 15. q. 6. c. 1. e ¶Violentiam.] Ar. quod confessio facta metu vel vi, nulli p̃iudicat. 22. q. 4. inter cætera. ĩ. 15. qõ. 6. c. 1. ĩ. dist. 50. presbyteros. 2. q. 1 consilat. 20. q. 3. præsens. ĩ. 7. q. 1. omnes qui. argu. 12. q 3. quisquis. f ¶Renouetis.] Arg. quòd idẽ est iudiciũ appellationis, & causæ principalis. arg. 2. q 6. omnis oppressus. contra 2. qõ. 6. si quis episcopus. arg. 6. qõ 4. Osius, contra.

Quòd autẽ.] CASVS. Hic ponitur tertia quæst. qua quæritur, an filij post sponsionem parẽtũ possint

1 Immo uidetur quod potuisset l. si qua illustris. C de offic. & in auth. quomodo oportet episco §. oportet. coll. 1.

Appellare tertio licet.

Metus probatur per protestationem præcedentem.

definiatis. Si uero minime probatum fuerit Gualdradam fuisse uxorem legitimam; neque nuptijs secundum morẽ celebraris, per benedictionem [a] scilicet sacerdotis, filio nostro Lothario extitisse coniunctam; suggerite illi, ut nõ moleste ferat legitimam sibi (si ipsa innocens [b] apparuerit) recõciliari uxorẽ. *& infra.* ¶Præterea uos scire uolo: quia præfata Thieberga Apostolicam sedem bis, & ter appellauit [c]: & se a præfato glorioso rege questa est iniuste fuisse deiectam, & ui coactam falsum cõtra se composuisse piaculum. Nam eo tempore ad Apostolicam sedem libellum appellationis suę misit: in quo non quidem adhuc confessam, sed ut contra se falsum diceret crimen, cogi se innotuit [d]. insuper subiungens: [Quòd si amplius compulsa fuero, scitote non ueritate, sed timore mortis, & euadendi studio (quia aliter non possum) quod uoluerint, dicam. Vos tamen memores estote mei hæc uobis insinuantis.] Vnde uobis præcipimus, ut cum eadem Thieberga ad condictam synodum, sicut statuimus, aduenerit, causam eius diligenti examinatione tractetis: & si ei obijcitur, quòd illa se crimen aliquod admisisse confessa fuisset, & econtra illa uiolentiam [e] se pertulisse proclamauerit, uel si inimicos iudices illos sibi fuisse testata fuerit; tunc illud renouetis [f] iudicium secundum æquitatis normam, ut iniustitiæ mole non opprimatur.

α ¶In cõmonitorio] *Hæc verba videtur accipienda quasi pro titulo, & seiuncta à cæteris: ut indicetur caput hoc sumptum esse ex commonitorio, quod Nicolaus legatis suis Rodoaldo Portuensi et Ioanni Ficolensi episcopis dederit. Nam totius capituli uerba sunt ipsius Nicolai, legatos monentis, quomodo se in ea causa gerere debeant Datum vero ab eo fuisse commonitorium his ipsis legatis, Nicolaus in epistola ad episcopos in Connicinum congregatos in appendice bibliothecæ SS. patrum testatur his verbis.* Porro, quid de Lotharij uxoribus censuerimus (quoniam & de hoc, nostro scripsistis præsulatui) in epistolarum nostrarum, quas per fratres, & coepiscopos nostros Rodoaldum, & Ioãnem in Galliam misimus, poteritis exemplaribus reperire. Quæ uidelicet exemplaria vnà cum commonitorio, quod præfatis fratribus nostris pro hac eadem causa ad Lotharium regem missis dedimus, per fratrem, & coepiscopum nostrum Odonem uestræ sanctitati transmisimus

β ¶Cum nec etiam.] *Hæc verba non sunt hoc loco apud Iuonem: sed paulo superius post illa verba,* admisisse se dicit, *multa interijciuntur, in quibus & hæc continentur, licet alio ordine. Sed ob glossam non est mutatum.*

His auctoritatibus euidenter ostenditur, quòd nisi libera uoluntate, nulla est copulanda alicui.

QVAESTIO TERTIA.

Q Vòd au-

Filij utrum post parentum sponsionē possint cum alijs contrahere.

a ¶Quòd autem.] Hic intulatur tertia quæstio, an sci licet filij potest sponsionem paternā possint cū alijs cō trahere. & quidem si spōsalibus cōsensissent filij post septennium nō licet alijs nubere. 27 q. 2. per totum. si tamen nupserunt, tenet matrimonium. extra de spon. duo.

e ¶Deprehensi.] Vt hic, ꝙ si ambo parentes nellent se absoluere, non possent: quod concedit H. sed ob extra de spon. præterea. H. dicit Alexandrum ibi non Papaliter, sed magistraliter respondisse. Tu potea resulue te plurale in singulare. Illic enim puniuntur per quē fiat quòd non consumatur matrimonium, ut extra de spons. duo. duobus.

tem a post parentū sponsionem alijs nubere non valeant; auctoritate Elibertani concilij, c. 54. monstratur, qua dicitur.

2 ¶De parentibus, qui fidem frangunt sponsaliorum. C. I.

Iuo pā. 8. c. 46. SI qui parentes b fidem fregerint c sponsaliorum; triennij tempore abstineant se à communione. Si tamen ijdem sponsus, uel sponsa in illo graui crimine non fuerint α d deprehensi e; excusati f erunt parentes. Si uero in eodem fuerint uitio, & polluerint se consentiendo g, superior sententia seruetur.

α ¶Non fuerint.] *In originali legitur sine negatione, itemque apud Iuonem, à quo præterea abest dictio,* illo, *sicque habet,* in graui crimine fuerint deprehensi.

Ecce h quòd non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere. Verum hoc de illis intelligendum est, quæ illorum consensu contrahuntur.

f ¶Excusati.] Quoad pœnam ecclesiæ, non quo ad reatū, ex quo enim operam dederunt ne filij copularentur, peccauerunt mortaliter. argu. de pœn. dist. 1. si cui. & uere excusati debent esse quo ad pœnam, ex quo factum eorum ꝑ alios repræsentatur: quia si teneor aliqd facere. & alter id faciat, etiam sine mandato meo, hoc mihi prodest, ut ff. de uerb. obli. l. cum seruus. Nā si mihi dat pecuniam ut seruum manumittam, & alius eum manumittat; hoc sufficit mihi, ut ibi 2.

2 Si sic solutio creditori meo, incunctanter me liberaa ff. de nego. gest. l. soluēdi.

g ¶Consentiendo.] dicunt autem quidā, quòd parētes possunt soluere sponsalia filiorum: sicut possunt etiam sacramentum. supra 22. quæst. pueri. quod nego: quia ætas præfixa est, intra quā non potest puer iurare.

h ¶Ecce.] Immo & si sine eorū cōsensu cōtrahūt dare debēt operā parētes. extra de despon. impu. cap. 2.

CAVSA XXXII.

QVidam vir i, cum non haberet uxorem, quandam meretricem sibi coniugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui, filia originarij k: quam cum pater alij vellet tradere, huic autus eam copulauit, causa solius incontinentiæ. Deinde hic pœnitentia ductus ex ancilla propria filios sibi quærere cœpit. Postea de adulterio conictus, & punitus quendam rogauit, ut vi uxorem opprimeret suam, ut sic eam dimittere posset: quo facto quandam infidelem sibi copulauit: ea tamen conditione, ut ad Christianam religionem transiret.

1 *Hic primum quæritur, an meretrix licite ducatur in uxorem.*

i ¶Quidam vir.] CASVS. In præcedēti causa tractatum est qualiter sibi aliquis copulare illam in matrimonium possit, uel non possit, quàm prius polluit per adulterium. sed quia meretrix parum distat ab adultera: ideo Gra. subnectit hanc causam 32. incontinenti, in qua ostendit, utrum meretrix possit duci uel non duci in matrimonium, & qualiter adultera post pœnitentiam uiro ualeat reconciliari. Adiungit etiam de duplici institutione matrimonij: & de his qui, uel quæ aborsum procurant. Vt autem hoc & alia faciat competentius præmittit thema, de quo octo elicit quæstiones. Casus autem thematis patet.

3 Vel sic expediuit se de impedimentis. s. adulterij & uiolentiæ: supponit de impedimento sterilitatis, ut autem, &c. secundum Io. de Fant.

i ¶Quidam uir.] Ostensum est quando & quis ducere possit eam, quam per adulterium polluit. in hac cā uult ostendere utrum meretricem quis debeat ducere: & si ducta fuerit, an sit uxor appellanda. adiungit etiam de publici institutione matrimonij, & de his ꝗ aborsum procurant. Vt autem hæc & alia, &c.

K ¶Originarij.] Id est, serui, ut patebit in sequētibus: tamen originarios non dico seruos, nec adscriptitios. Ioann.

Originarij qui dicantur.

duo. duobus. Si uero filij nō consenserint, uel sunt intra septennium, non habent necessario spōsalibus stare: nec illa sponsalia tenent. 30 q 3. cap. unico. consulitur tamen filijs, ut stent illis sponsalibus, extra de desponsa. impu. tua. alias non obligat filium sponsio paterna. ff. de uerb oblig. stipulatio ista.

SI qui parentes.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod si parentes cōtraxerint sponsalia filiorum iuramento interpositio, & fidem falliant: per triennium à communione priuentur. si uero filij non uolunt cōtrahere. excusati erunt parentes, licet filijs contradicant. si autē parentibus consentiāt in crimine, pœna superiori puniuntur. [Excusati.] quo ad ecclesiam, & non quo ad Deum. Seq §. patet. [filiorum,] scilicet filiorū parētū.

b ¶Si qui parentes.] Pro nuptijs filiorum fidem præstantes, & de consensu filiorum.

c ¶Fregerint.] Non copulando eos sicut iurauerant de consensu filiorum.

1 Licet parentes noluerint, qui intrauerūt, Hug.

d ¶Non fuerint.] Quia copulari uolunt inter se 1, & non obstante uoluntate parentum.

6 Vòd autem.] Hæc q. diuiditur in quatuor partes. In prima probat per quatnor auctoritates sanctorū patrum, ꝙ nullus debet ducere meretricem antequam pœniteat: quia etiam uxorem adulteram tenere non debet: quia patronus esset turpitudinis. Secūda ibi,] Subauditur.] Tertia ibi, [Ecōtra vero.] Quinta ibi, [Cum ergo.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quęstio, qua quæritur an aliquis possit ducere meretricem. Et dicendū est ꝙ sic, si spes est de correctione: tamen si ne spes sit de correctione, siue non, tenet matrimonium, vt infr ead. si quis. G. tñ pro utraque parte allegat. Casus §. cum seq. c. patet.

2 *Secundo, an ea, quæ causa incontinentiæ ducitur, sit coniunx appellanda.*

3 *Tertio, cuius arbitrium aliqua sequatur, an liberi ani, an originarij patris.*

4 *Quarto, si viuente uxore liceat alicui filios ex ancilla quærere.*

5 *Quinto, si ea, quæ vim patitur, pudicitiam amittere comprobetur.*

6 *Sexto, si adulter adulteram possit dimittere.*

7 *Septimo, si viuente dimissa, aliam possit accipere.*

8 *Octauo, si infidelem sub præmissa conditione liceat alicui fidelium in coniugem ducere.*

QVAESTIO PRIMA.

Meretrix pōt duci.

Vòd autem [a] *meretrix in coniugem duci non debeat, multis auctoritatibus, & rationibus probatur. Illa enim, quæ adulterij rea conuincitur, nisi post peractam pœnitentiam, in coniugij consortio retineri non debet.*

Vnde Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti homilia 32. ait super Matthæum, c. 19.]

¶Patronus turpitudinis est, qui uxorem suam adulteram dimittere noluerit. C. I.

SIcut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit: sic fatuus est, & iniustus, qui retinet meretricem. Nam patronus [b] turpitudinis eius est, qui crimen celat [c] uxoris. Sent 4. dist. 35. Iuo p. 8. c. 233. Pann. l. 7. c. 8.

Item Hieronymus in comm. ad c. 19. Matthæi.

¶Causa fornicationis uir dimittat uxorem, non tamen alteram ducat. C. II.

Isidorus de ecclesiastici. off. l. 2. c. 19. Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 43. Pann. l. 7. c. 7. *Matt.* 19.

DIxit Dominus in Euangelio: [Quicumq; dimiserit [d] vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.] Sola

a ¶Quod autem.] Hic depingitur prima q. an scilicet quis ducere possit meretricem: & est dicendum ꝙ sic, si spes habetur de eius correctione, vt ī c. ult. & extra de eo, qui dux. in matr. significasti. immo meretur qui eam ducit. extra de spon. inter opera, sed si non habetur spes de ea, forte non licite ducitur: tenet tamen matrimonium cum ea. inf. ead. q. si quis vxorem. allegat tamen prius magister ꝙ duci non possit: quia ea quo iā ducta est, dimittenda est si fornicetur, ut ī. ea. c. 1. 2. & 3. ergo à maiori non est de nouo ducenda. hoc arg. habes extra de iureiur. quemadmodum. potius est arg à destructione cōsequentis.

b Sicut.] ¶Patronus.] Hoc intelligo cum ipsa nō vult agere pœnitētiam, ut extra de adulte. si uir. Item hoc intellige cum notorium est uxoris adulteriū: nec iā ad ignorantiā suam obūbrare potest maritus. C. de adul. sine metu. arg. ff. de adulte. mariti. ī. 34. q. 2. ego. palea est. tūc enim leno præsumitur, & de lenocinio accusatur. ī. ea. crimen. nō tñ tenet huc casu dimittere eā, sed denunciare debet eius crimen ad pœnitentiam: si ue occultū sit, siue notorium eius crimen, dū tñ probare possit. Et no. ꝙ in omnibus istis c. non dicitur ꝙ eā debeat expellere, vel debitum denegare: sed sicut dixi, denunciabit ecclesię crimē eius, & aget ad hoc ut illa pœniteat: uel agat si vult ad separationē thori. Nūquid ergo ante iuiam ecclesiæ, tenet ei reddere debitu? H. dicit ꝙ sic: quia nūquā factum ipsum (vt dixit) sed snia priuat aliquē iure petendi debitum. Et est ar. pro eo extra ut li. pe. laudabilē 8 q. 4. nonne. 15. q. vlt. c. vlt. 33. q. 2. sęculares. 35. q. 6. multorū. & satis hoc probabile uidetur: quia non debet facere præiudiciū marito, si requisitus cognoscat talem uxorem, ut postea non possit ipsam accusare: quia tunc potius cognoscitur ab uxore, quàm cognoscat uxorem. Alij contrarium dicunt. Ego consulo quòd nō reddat nisi ad mādatum ecclesię; ne uideat approbare mores eius, ut ff. de adul.

Maritus an possit vxorem criminosā relinquere uel an debeat eam accusare.

de adul. si uxor. in fi. Hoc autē certum est, ꝙ expellere eam nō debet à se, etiā si notoriū sit eius crimē, ut extra de diuor. porro. nisi publice moraretur cū adultero, vel nisi ipsa cōuicta sit per sētam: uel confessa sit crimen in iudicio, ut ī ea. de Benedicto & extra de adul. intelleximus & eā de diuor. significasti. quod autem in hoc c. dicit, uidet esse correctū, ut C. de adul. authen. sed hodie. ubi dr, ꝙ dānatā de adulterio possumus resumere intra biennium, ut inf. e. quod autem. & e. sed illud cum spes est de correctione aius. infr. ea. c. ult.

c ¶Qui crimen celat.] Hoc uerbū vitiū notat, aliud est celare: aliud nō indicare. ff de furt. qui uas. §. primo. 1 Vt inf di. c. proa & c. si quis

d ¶Dimiserit.] Quod supple non licet.

Dixit Dominus.] CASVS. Probat Hieronymus in hoc cap. auctoritate Euāgelica, ꝙ vir non debet dimittere uxorem suam nisi causa fornicationis. sed probata fornicatione per testes, uel uiolenta præsumptione, eam dimittere pōt: ne uitum maledicto supponat. sed quia vir falsam causam prætendere posset: ideo statutum fuit ut si pro uera causa dimittatur, tamen uiua ea, alia non superducatur.

a ¶Vin-

a ¶Vincat.] Id est, liget & impediat affectũ, ut uxor et si uelit de iure non possit exigere debitum à uiro. idẽ est de viro. Vel uincit affectum uxoris, id est, superat & remouet affectum, qui debetur vxori: & sunt hæc uerba sumpta ex l. C. de repu. l. 1.

b ¶Suspi-

c ¶Iubetur.] Hoc uerbum, iubetur: non respicit quod præcedit: sed quod sequitur.

IN coniugio.] CASVS Dicitur hic, ꝙ quæcumq; peccata vir fecerit præter fornicationem, uxor propter hoc nõ coinquinatur, sed ex fornicatione uiri coinquinatur uxor, ut uiro suo reddatur adultera. Idẽ de uxore adulterante intelligas, ut uir per ipsius fornicationem reddatur immundus.] Adultera.] id est, immunda sibi, id est, ut iã nõ sit uiro licitum ab ea debitum exigere. nã ut ait Apostolus, cum cętera peccata extra corpus sint, in fornicatione corpus & anima polluuntur.

Fornicationis suspicio, an sufficiat ad vxorem dimittendã.

fornicatio est, quæ uxoris vincat [a] affectum: immo, cum illa unam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito; non debet teneri, ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: [Qui adulteram tenet, stultus, & impius est.] Vbicumque est igitur fornicatio, uel † fornicationis suspicio [b]; libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum ueteri crimen impingeret; sic priorem dimittere iubetur [c] uxorem, ut secundam prima uiuente non habeat.

Prou. 18.

† al &

Glossa ordin. ad eundem locum Mart. In cõc. Foroiuliensi, c. 10.

Idem in epistola Pauli ad Corinthios 1. c. 6. [in glossa ordinaria.]

¶Sola uiri fornicatio uxorem maculat. C. III.

Gno p. 1. c. 42.

IN coniugio quis positus quæcumque peccata fecerit, non propriam infuscant coniugem: sed fornicatio uxorem coinquinat: ut iam non sit uiro suo licita [d], sed quasi adultera.

Item Ioannes Chrysostomus.

¶Qui uxorem suam dimittere adulteram noluerit, duobus annis pœniteat, si ei debitum reddiderit. C. IIII.

*Adde quæ sit pęna mulieris committentis adulterium no. in l. quã Alexandrũ. & in auth. sed hodie. C. de adul.

† al. adulteratam

j SI quis [e] vxorem suam inuenerit adulteram † [f] *, & postea deinceps placuerit habere eã in matrimonio; duobus annis pœniteat, ideo quia cum adultera commistus sit, quæ adhuc crimine suo non est purgata: aut abstineat [g] se à matrimonio eius, donec expleatur [h] satisfactio criminis pœnitentiæ suæ: ideo, quia post satisfactionem pœnitentiæ non meretur uocari adultera. Similiter, si uirum

d ¶Licita.] Donec vir egerit pęnitentiã. Et sic patet, ꝙ si alter coniugum adulteratur, reliquus perdit ius exigendi, sed secũdum H. delinquẽs tenetur alteri reddere debitum, vt no. ĩ. ea. c. 1. Sed obijcio tibi, qui dicis ꝙ fornicanti non tenetur alter reddere debitum, mulier quæ fornicatur, perdit ius petendi debitum. similiter uir non habet ius petendi debitum in tali muliere. delinquit ergo cognoscẽdo eam, vt hic dicitur, & inf. c. proxi. si ergo mulier petat debitum à uiro, & uir excipit contra eam, quia perdidit debitum: ipsa potest replicare, ꝙ & ipse similiter perdidit debitum. extra de diuor. significasti, vnde uidetur, ꝙ cum effectu possit mulier petere debitum: sed non est ita: quia si mulier triplicauit, vir põt quadruplicare, & dicere, egõ ex tua culpa perdidit.

Vxore adulterante an perdat uir ius exigẽdi debitum.

b ¶Suspicio.] Hic uidentur excipi duæ causæ dimittẽdi uxorem: in Euangelio tantũ excipitur vna: sed quod hic dicit, uel suspicio forni. &c. non est causa dimittendi: sed est modus probandi causam dimittendi: quia per suspicionẽ ꝓbatur fornicatio, adeo ꝙ vxor dimittit propter suspicionẽ fornicationis, vt hic, & in auth. vt li. ma. & auię. § pe. coll. 8. vnde ꝓ eodẽ reputatur fornicatio, & fornicationis suspicio. nã probata suspicione, probata est fornicatio. quid enim si tumeat uenter incogniti à uiro suo, nõne certa erit fornicationis suspicio? 2. q. 1. si peccauerit [1]. Vel si uir aliquot annis ꝑmanserit in expeditione, & rediens inueniat puerũ anniculum ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. filiũ? Gan. dixit Hierony. male excepisse hic duas causas dimissionis. Sed huic c. obstat 2. q. 1. multi. & q. 2. in scripturis & 6. q. 1. oues. in q̃bus dr̃, quod omnis suspicio potius est repellenda quam probanda. Sed distingue triplicẽ suspicionem, probabilem, temerariam, & violẽtam, ut dixi 2. q. 1. c. 1. hic ergo de violẽta suspicione loquitur. Sed quæro si contra mulierem probata sit uiolenta suspicio: an ipsa admittatur ꝙ probet in contrariũ? Arg. sic 35. q. 5. extraordinaria. ubi contra uiolentissimam probationem admittitur probatio, immo etiam simplex iuramentum. Respon. ꝙ bene admittitur probatio per testes, sed non per simplex iuramentum, vt sup. 27. q. 1. nec aliqua. arg. 22. q. 5. hoc uidetur.

1 Adde de modo probandi adulterium per gl. & Bar. in l. 2. § si. & l. l. q̃d ait. & l. capite q̃nto. § 1. ff. ad adul.

Suspicio triplex.

SI quis vxorem.] CASVS. Dicitur hic ꝙ si q̃s deprehendit vxorem suam in adulterio, & eã statim antequã pęniteat retinet ad vsum carnalẽ: quia se adulteræ nondum purgatæ immiscuit, duobus annis continuis pęnitere debet: & ab ea abstineat, donec pęnitentia criminis expleatur. vltra aũt non debet abstinere: q̃a post peractam pęnitentiam non est adultera dicenda. uir autem & vxor in talibus non ad impatia iudicantur.

e ¶Si quis.] Hoc cap intelligit H. cum adulteriũ uxoris est notorium, uel etiam publicum [a] per sententiã, uel quia in iure cõfessa est, & ita condemnata, nec tñ desistit adulterari. & vir ei commiscetur incorrigibili. Recte igitur intelligatur cum crimen est ita manifestum quòd prætextu ignorantiæ, &c. vt dixi sup. cap. 1.

a Vt q̃a publice moratur cũ adultero. Hug.

f ¶Adulteram.] Nec ab adulterio desistentem.

g ¶Aut abstineat.] In sequenti cap. si quis vxorem, est, &, sed legas, aut pro &. & erit vna pœna. vel ibi lege &, pro aut, & erunt duæ pœnæ sub alternatione, ut aut pęniteat duobus annis, aut non exigat debitum ab eo donec peregerit pęnitentiam.

h ¶Expleatur.] Vel saltem inchoetur. nam si uoluerit eam sibi reconciliare etiam intra tempus pęnitentiæ ab

ab ea potest exigere debitum, vt extra de diuor. significasti. & de fur. ex litteris. in fi. extra de eo qui cog. consang. cap. veniens.

1 Vt 33. q. 5. § ex præmissis. ubi uideas.

a ¶ Ad imparia.] Hoc quo ad debitum 1 non exigendum donec alter pœniteat. similiter non ad imparia iudicantur quo ad debitū reddēdum, quo ad diuortium: quo ad accusationē. infra ea. q. 1. præcepit. & c. Christiana.

iuramentum, si forte illud magis timet vir, ut 27. q. 4. metuentes. si vero tanta sit sæuitia viri, vt nulla cautio videatur sufficere: tunc non est ei reddenda, sed alicui honestæ matronæ cōmittenda, vt extra de restitu. spo. ex transmissa, 2. extra eo. titu. litteras. in fi. quia satisdatio

se positum nudam promissionem designat.

2 Vbi de hoc. & extra de pig. cap. ult. in glo. 2. & extra vt lit. nō cont. qm̄ §. in aliis 1 gl. ex eo, &c.

suum uxor inuenerit adulterum; non ad imparia [a] iudicatur.

¶ Caput hoc non est inuentum apud B. Ioannem Chrysostomum & uidetur canon alicuius concilij, aut pœnitentialis. Simile quoddam habetur in concilio Nannetensi c. 12.

2 *Subauditur* [b], *nisi ab adulterio mulier recedere noluerit: quo casu uxorem uir recipere potest, nullum periculum ei illaturus.*

Vnde Pelagius Papa Melleo † subdiacono. *† al. Mileta*

¶ Post pœnitentiam adulterij uxorem uir potest recipere. C. V.

De Benedicto quoque, quem uxorem alienam indicasti facinoroso suillulisse spiritu, & in suum hactenus præsumere detinere consortium: si hoc rerum ueritas habet, iubemus experientiæ tuæ, ut eum cum ipsa quoque adultera districte mactare [c] non differas, & caluatos [d] ab inuicem separare, & illum quidem ad Lucium defensorē in Apuliæ prouinciæ patrimonium sine dilatione fac migrare: illam uero, si quidem maritus suus sine dolo aliquo forte accipere uoluerit, tua ordinatione sub cautela [e] recipiat, nullum ei nihil duntaxat de cætero simile committē ti periculum illaturus. Si uero omnino eam recipere [f] noluerit, in alium [g] quendam locum, in quo ei non liceat male uiuere, prouida eam dispensatione † constitue. Ans. l. 11. c. 94. *† al. dispositione*

Item ex pœnitentiali Theodori.

¶ Qui adulteræ debitum reddit, tribus annis pœniteat. C. VI.

ij Si quis uxorem suam scit adulteram, & non uult dimittere eam, sed in matrimonio habere; tribus annis pœniteat: & quamdiu pœnitet, [a] abstineat se ab illa. Ans. ibidem. al. c. 83.

a ¶ Et quamdiu pœnitet] *In plerisque uetustis est,* & quamdiu illa pœnitet.

Item Augustinus ad Pollentium de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 6.

¶ Adulterio purgato per pœnitentiam potest fieri reconciliatio coniugij. C. VII.

Qvod autem tibi durum uidetur, ut post adulterium Sent. 4. dist. 35. Poly. l. 6. ut 4.

SVBAVDITVR. Hæc est 2 pars q̄o. in qua probat per 2. ca. quod meritorium est uiro eam, scilicet me retinere, post pœnitētiam retinere. Io. de Fan.

CASVS. Iste §. respicit illud quod dictū est sup. in c. dixit. vbi dicit, quod non debet tenere & iubetur dimittere. Dicit nunc G. intelligendum esse nisi illa velit ab adulterio recedere: quo casu vir potest eam retinere nullum periculum ei illaturus. ad quod inducit sequentia capitula.

b ¶ Subauditur.] Respicit hoc quod dicit in capitul. sicut. ubi dixit, qui retinet.

De Benedicto.] CASVS. Significatum fuit Pelagio, quod Benedictus vxorē alienam illicite detinebat. quare præcipit subdiacono suo, ut illos punire non differat, caluatos ab inuicem separando, & illum migrare, id est, mittere debeat ad Apuliæ defensorem. illam uero, si maritus, eā recipere voluerit, sub cautela eam recipiat, scilicet præstita cautione, quod eam non lædat, etiam crimen simile non committentem. si uero maritus eam recipere noluerit, mandat Papa, vt in monasterium detrudatur. [Caluatos,] Id est, tonsuratos & dehonestos. Sequens c. patet.

c ¶ Mactare.] Id est, punire.

d ¶ Et caluatos.] Pānis abscissis, id est, dehonestatos, & tonsuratos: sicut moris est in quibusdam locis: quia uestes & capilli incidunt eis in ignorantiā ante & retro.

Vxor à uiro separata sub qua cautione est ei restituenda.

e ¶ Sub cautela.] Cum non dicatur hic quæ cautio præstari debeat à viro, videtur quod nuda sufficiat: cum talis cautio firmissima dicatur, vt ī. de conse. dist. 4 primum. ar. ad idem ā. 17. q. 2. si quis Incognitus. nomen enim cautionis per se positum, nudam promissionem designat C. de ver. sig. sancimus Sol. si mulier nihil alleget de suscipione viri, dico sufficere nudā promissionē. si autem dixit eum esse suspectum, oportet vt idonea cautio ei prædetur, l fideiussores vel pignora, vel etiā

Cautionis nomen per

tio maleuolum propositum non mutat, vt Instit. de suspec. tut. §. vlt.

f ¶ Recipere] Non enim erit compellendus eam recipere cum alij adhæserit. extra de diuor. significasti. & pōt monasteriū ingredi ea vinēte, vt 27 q. 2. Agathosa.

g ¶ In alium.] Pœna adulterij etiam secundum leges commutata est in intrusionem monasterij. C. de adulterijs, authen. sed hodie.

Si, quia oxorem, &c.]

Qvod autem.] CASVS. Pollentius dicebat durum sibi uideri, si post baptisma uel pœnitentiam adulter uel adultera reconcilietur. Aug. tamen probat quod non debet durum sibi videri. nā quāuis in ueteri testamento adulterium nullo sacrificio purgaretur, tñ Dauid noui testamenti præfigurator uxorem suam alij male traditam, sibi recōciliauit benigne. Christus etiam

etiam adulteram pœnitentem non cōdemnauit sine mundatione, id est, sine exteriori sacrificio legali, sed sola pœnitentia.
a ¶Si fides.] Id est, credulitas, s. vt credatur peccata p pęnitentiam deleri: uel fides, i. certitudo & spes correctionis continentiæ.
b ¶Mundabantur.] Quo ad pęnam temporalem: immo sola uenialia dimittebantur per cæremonialia. de pęni dist. 6. c. 1.
c ¶Sine mundatione legali.] Sed sola pœnitentia.
d ¶Quamuis Dauid.] Historia: Legitur in libro Regū, q Saul dixit ad Dauid: Quicumque mihi centum præputia Philisthinorum portabit, habebit filiam meam. Dauid autem ducentos Philisthæos occidit, & eorū præputia pręsentauit Sauli: & sic filiam suam Michol accepit in uxorem. processu aūt tēporis fugit Dauid à facie Saulis: & tūc uxorē Dauid dedit Phalti filio Lais. Deinde mortuo Saule cum filius suus Hisboseth redargueret Abner principem militiæ de concubina patris sui, indignatus est cum eo. unde Abner reconciliatus est cum Dauid, & Michol uxorem suam sibi reduxit: & secutus est eam Phalti uir suus plorans usque Bahurim. non enim cognouerat illam, eo quod illa diligens Dauid semper tristis extiterat.
e ¶Saulis filiam.] s. Michol.
f ¶Præfigurator.] Præfigurauit q̄ mulier post pęnitentiā debeat uiro recōciliari. 31. q. 1. §. sed obijcitur.
g ¶Pœnitentis.] Videt ergo q non possit mulier de adulterio accusari post pęnitentiam, quod falsum est 32. q. 1. admonere. sed post baptismum nō, vt uidet: quia ibi plenior fit remissio quo ad omnem pœnam etiam temporalem ar. de conse. dist. 4. sine pęnitentia. Arg. cōtra extra de diuor. gaudemus. Sed dic, q licet excipi possit de adulterio primo commisso post baptismū, non tamē accusari: quia exceptio est fauorabilis: accusatio est odiosa, 2. q. 7. accusatio.

Iuo p. 8. c. 242. Pann l. 7. c. 35.
reconcilietur coniugi coniunx; si fides [a] adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptismate ablutos, uel pœnitentia credimus esse sanatos? Hæc crimina in veteri Dei lege nullis sacrificijs mundabātur [b], quæ in lege [α] noui testamenti sine mundatione legali [c] mundantur: & ideo tunc omnino prohibitum erat ab alio contaminatam uiro recipere uxorem: quamuis Dauid [d] Saulis filiam [e], quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tamquam noui testamenti præfigurator [f] sine cunctatione † receperit. Nunc autem, postquam Christus ait adulteræ: [Nec ego te condemnabo: vade, deinceps noli peccare.] quis non intelligat debere maritum ignoscere, quod videt ignouisse Dominum amborum? nec iam se debere adulteram dicere, cuius pœnitentis [g] crimen diuina credit miseratione deletum?

1. Reg. 18. † al. contaminatione.] Ioh. 8.

α ¶Quæ in lege.] *Apud B. Augustinum legitur*, quæ noui testamenti, in sanguine Christi sine dubitatione mundantur. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Idem eodem libro, c. 9.

¶De eodem. C. VIII.

Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 7. c. 37.
NOn erit turpis, neque difficilis etiam post perpetrata, atque purgata adulteria recōciliatio coniugū; vbi per claues regni cœlorū non dubitatur fieri remissio peccatorum: non ut post uiri diuortium adultera reuocetur; sed ut post Christi consortium adultera [h] non uocetur.

NOn erit.] CASVS. Dicitur in hoc c. q non est turpis reconciliatio adulteri uel adulterę, cum adulterium est per pęnitentiam purgatum: quia iam per Christū facta est remissio peccatorum: nec dicitur ut adultera in malitia perseuerans reuocetur: sed quod post pęnitentiam nō debeat adultera reputari.
h ¶Adultera.] Manens.

Item Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, c. 4.

¶Cum fornicationis uitium excluditur, castitatis uirtus adsciscitur. C. IX.

CVm renūciat [i] improbitati, statim adsciscitur uirtus. Egressus. n. malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.

CVm renūciator.] CASVS. Quæsitū fuit ab Amb. quando dicatur fieri bonus q à peccato recedit. Et respōde quod statim & sine aliquo interuallo. quia ex quo peccatum excluditur, virtus statim ingreditor.
i ¶Cum renunciatur.] si enim per ianuam peccati intrat diabolus, statim Christus recedit de pœ. di. 2. si enim inquit. Et argue q infusionem gratiæ præcedit remissio peccatorum naturaliter i. intellectu. sed tñ tempore simul sunt. sic ergo prius desinit quis esse vitiosus, q̄ incipiat esse uirtuosus. 23 q 4. qd̄ fariet. bonus. n. & malus simul aliquis esse non potest. de pęniten. dist. 2. § si autem. arg. ff. de hęre. insti. quoties. § si quis ita dixerit. Item nec potest quis esse in medio statu: quia omnis, qui non diligit, odit, ut de pœn. dist. 2. § quicumque ab illa originali. in fi. Sed obijcitur, nonne peccatum dimittitur pęnitenti? quod si est ita, cū habenti peccatum dimittatur peccatum: ergo pęnitēs est peccator. & ita uidet q virtus & uitium simul sint, uel aliquo tempore intermedio sit quis sine adulterio. quod stare non potest Lau. Ego dico omnes quæstiones tales esse duplices: isti infunditur gratia, isti dimittuntur peccata. est. n. infusio composita & simplex: sicut hæc est duplex: lupus egreditur siluam. si em intelligat de composita egressione, utraq; istarū est vera lopus egreditur siluā: lupus est in silua. secus si de sim-

Adultera etiam post pęnitentiā accusari potest.

Bonus & malus quia simul esse non potest

Item Gregorius homil. 19 in Euangel.

plici egressione similiter utraq; istarum est uera: isti in-funditus gratia, isti remittitur peccatũ. similiter hic distinguendum est: hæc res præscribitur ante xxx. an. hæc res non præscribitur ante xxx an.

lx. dies utiles mulierem de adulterio accusat, ut 4. q. 4. §. aliquando. quod nõ facit mulier aliàs uir, & mulier ad paria iudicantur, ut j. ead. q. 5. præcipit, & c. Christiana & j̃ ea. q. c. si quis uxorẽ. sed post lx. dies nõ põt eã nisi iure cõi accusare: nisi absens sit pp rẽ publicã, quia

mulier ad effectũ pœnæ imponẽdæ uiro ad separationẽ thori p̃t maritũ accusare. no. Cy. in l. 1. de adul. Spe. in eo. ti tu. uers. sed nunquid.

Apud misericordem.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ apud Deum bonus habetur, & non fallax qui peccatum pœnitendo dimittit. ipse enim post pœnitentiam peccata quæ commisimus, abscondit, & dimittit, nostrã pœnitentiam suscipiẽdo libenter. Sequens §. patet.

¶ Non habetur fallax apud Deum, qui ad ueritatem pœnitendo reuertitur. C. X.

Apud misericordem namq; iudicem nec ille fallax habetur, qui ad ueritatem reuertitur [a]; etiam postquam mentitur: quia omnipotens Deus dum libenter nostram pœnitentiam suscipit; ipse suo iudicio, hoc quod errauimus, abscondit.

Quòd si in adulterio perseuerare elegerit; patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere voluerit. Vnde in nono libro Cod. de adult. & stupro Impp. Seuerus, & Antoninus. [¶ *Crimen lenocinij contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem* [b] *in matrimonio retinuerunt; non qui suspectam habuerint adulteram.*] ¶ *Hoc in mulieribus non obtinet. Non enim eis permittitur maritos suos adulterij reos facere. Vnde in libro eodem, & tit. eodem ijdem Imperatores.* [*Publico iudicio non habere mulieres adulterij accusationem* [c], *quamuis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat: quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idẽ* [d] *fœminis priuilegiũ* [e] *detulit.*]

Sent. ibidem.

tit. 9. ad leg. m Iuliã. de adult. & stup le. 2.

Ibidem. le. 1.

Mutans soluere certo tpe, si post soluat, non est piurus.

a ¶ Reuertitur.] Si ergo iuraui me ad diẽ certum soluturum pecuniam: licet post soluam. nõ peiero: quia iam ad ueritatem redeo: sicut si sub pœna promisi aliquid, nec solui, pœna commissa est: si tamen post soluo, liberor a pœna. ff. de arbi l. ul. Quando pœna cõmittatur, uel quando purgetur. no. in distin. Domini mei t. H. Item est hic argu. ꝙ aliquis potest mutare confessionem suam, maximè incontinenti: [1] ut extra de testi. cogen. præterea. uel antequam sit scripta. extra de censi. olim. dummodo non fiat calumniosè, ut ff de inter actio. de ætate. §. ulti. Argumen. contra. extra de concess. præben. & eccle. non ua. post electionem. & extra ut eccle. bene ut nostram. & 4. q. 3. item qui falso.

1 De hoc not. ff si qs can. l. & si post. in gl. ipso iure.

CRIMEN LENOCINII. CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ leno est qui uxorem publicè in adulterio deprehensam detinet: secus autem est, si suspectam de adulterio detinet.

b ¶ Vxorem.] Non tamen pœnam adulterij sustinet, qui matrimonium suum contemnit, & uxorem delinquere patitur, & contaminatione non indignatur, ut ff. de adul. l. 2. §. lenocinij. Crimen autem lenocinij pluribus modis committitur: committit lenocinium, qui quæstuaria mancipia habet: quia non est hoc minus q̃ proprio corpore quæstum facere, ut ff de rit. nu. l. palã. §. lenocinium. Item est etiam leno, qui scienter ducit damnatam adulteram, uel qui reconciliat sibi adulteram, ut C. de adult. leg. castitati. uel scienter tenet adulteram. ut hic, uel qui recipit pecuniam pro adulterio uxoris suæ, ut ff de adulte. l. 2. §. lenocinij.

Lenociniũ multipliciter committitur.

HOC IN MVLIERIBVS CASVS. Per quædam c. supradicta permissum est uiris accusare uxores de adulterio. Nunc dicit Gra. ꝙ mulieribus hoc non permittitur ut uiros suos de adulterio accusent: quod probat per legem sequentem. Vel expone hoc, s. propter quod non dicantur lenæ, si uiros adulteros detinent.

PVBLICO. CASVS. Dicitur in hac lege, quod si mulier ad pœnam capitalem uirum suum uoluerit accusare de adulterio, ꝙ non admittitur: licet de thoro uiolato conqueri uelit: quamuis uir iure mariti contra eam admittatur.

c ¶ Accusationem.] Sed non usquequaque negatur mulierẽ posse uirum accusare [2]. sed dicitur non æquo modo cum uiro accusationem de adulterio posse proponere, unde rectè subdit. Nõ idẽ priuilegiũ, &c. uir. n. iure mariti, s. sine inscriptione, sine metu calumniæ, intra quia tunc admittitur, & restituitur ad illos lx. dies. Et est iste casus specialis, in quo maiores restituuntur, & non minores ff. ex qui cau. ma. si quis militi. & ff. de adul. miles §. quidam. & ff de mino. auxilium. Sed qđ hic dr, nõ ur tenere hodie iura nostra: nam sicut maritus uxorem sic uxor maritum licite accusat, & inscribit [3] eum, & obligat se ad pœnam talionis. & hoc qñ corã seculari iudice agit. sed si agit coram ecclesiastico, nõ inscribit, ut extra de procu. tux. & lex idem uidetur dicere in auth. ut li. ma. & auia. §. quia uero. & §. causas. coll. 8. Miror tamen quare dicat Inno. ꝙ coram seculari iudice sit inscribendũ: cú hodie pœna secularis cõmutata sit in ecclesiasticam pœnam, ut C. de adul. authen. sed hodie. unde & sm leges dico, ꝙ uxor possit accusare uirum, cum tantum ecclesiastica sit pœna adulterij sed dic, ꝙ ideo & hodie tenetur uir inscribere, q̃a ingressus in monasterium morti æquiparatur [2]. Vel dic, ꝙ licet commutata sit pœna adulterij quantum ad mulierem, non tñ quantũ ad uirũ. Sed esto ꝙ uir accuset mulierẽ, & succumbat, [3]. ex quo uir obligauit se ad pœnam talionis, & nõ pbat: ergo & uir cõdemnabitur sicut mulier condemnaretur si esset cõuicta: sed mulier cõuicta detruderetur in monasteriũ, ergo & uir, & sic alius quia cogitur recedere ab uxore sua absq; causa fornicationis sm hoc quicũque uult separari ab uxore sua, accusabit eã; ut cũ succubuerit, possit recedere ab ea: & sic alia uia est consecutus quod desiderauit: quod est cõ id 33 q. 5. hæc imago. extra de procu. tux. Respon. bñ concedo, ꝙ eodem modo condemnatur vir quo mulier. Mulier enim non cogitur intrare religionem nisi uiro placuerit: sic nec vir condemnatus cogitur intrare religionem nisi mulieri placuerit. Vel tu elige quod dicit decret. quod debet inscribere, uerum est quantum ad hoc ut lucretur donationem propter nuptias, vel dotem.

d ¶ Non idem.] Id est, iura mariti. Vel non idẽ, i. nullũ. priuilegium apud secularem iudicem.

e ¶ Priuilegiũ.] Quidam domini dicunt, quòd etiam uxor

Accusare se pñt mutuo uir & uxor de adulterio

1 Adde ꝙ

a Vt no. 16. q. 2. placuit. 2 C. de epi. & cle. Deo nobis. A re. 3 Adde quatenus puniatur succumbẽs in accusatiõe adulterij no. gl. & Bar in le. quamuis in ven. gladio. C. de adult.

1 Dic, ꝙ sic ad effectū pœnæ imponendæ uiro ad separatiōē thori: nō pœnæ legalis cōcor. uo. per Cy. in l. 1. C. de adulte.

vxor uirū accusare potest de adulterio 1. sed non cum priuilegio: quia tenebitur ad talionem: & hoc innuit hic. Alij dicunt, ꝙ non potest, ut Io. & intelligunt auth. illas per quas dicunt veteres leges esse abrogatas in authen. ut fratrum filij §. ult. coll. 9. & in authen. ut lima,

xtione carnali. in qua opinione vr fuisse Gratianus, & quidam alij: contra quos loquitur Augustinus dicens, ꝙ ueritas matrimonij potius consistit in fide, & prole, & sacramento q̄ in carnis commixtione. Sic vr mihi B. iste casus ponendus. De sacramento tangit ibi obscurè vbi dicit: [Bonus vsus mali.] Hug. etiam sic ponit hunc casum. Sequens §. patet.

¶Si ergo, ut ex his colligitur auctoritatibus, adulterā retinere nulli permititur; multo minus in coniugium duci licebit, cuius pudicitiæ nulla spes habetur. Debent enim inter coniuges seruari fides, & sacramētum, quæ cum defuerint; non coniuges, sed adulteri appellantur.

Vnde Augustinus scribit contra Iulianum lib. 1.

¶Veritas nuptiarum non consistit in commixtione maris & fœminæ. C. XI.

Iuo p. 8. c. 77. Pann. l 6. c. 29.

NOn enim in sola, ut deliras, commixtione maris, & fœminæ nuptiarum veritas est: quamuis sine illa commixtione nuptiæ filios procreare nō possint. Sed alia sunt ad nuptias propriè pertinentia, quibus ab adulterijs nuptiæ discernūtur: sicuti est thori coniugalis fides, & cura ordinare filios procreandi, & (quę maxima est differētia) bonus usus mali [a], hoc est bonus usus concupiscentiæ carnis, quo bono † adulteri malè utuntur.

† al. malo] Iuo

¶In Pannormia citatur eodem modo: itemque apud Iuonem, nisi quod habet, libro secundo *Sententia quidem sæpè habetur apud B. Augustinum, & contra Iulianum nuptias diffitentem corporum commixtionem disputat potissimum lib. 5 c. ult.*

Hæc sunt bona, quibus commendantur nuptiæ, & ab illicito vsu discernuntur †.

† al decernūtur

3 *Econtra vero Ambrosius a improbare nuptias videtur; dicens.*

a ¶Ambrosius] *Sic etiam in manuscriptis Sed apud ipsum non est inuentum: Habetur apud B. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum.*

¶Primæ uel secundæ nuptiæ hac auctoritate improbari uidentur. C. XII.

NVptiæ terram replent, uirginitas [b] paradisum. Sed & hoc intuendum est duntaxat iuxta hæbraicam ueritatem, quòd cum scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto die expletis operibus singulorum dixerit. [& uidit Deus, quia bonum est.] in secundo die hoc omnino subtraxit: nobis intelligentiam derelinquens non esse bonum duplicem numerum, qui ab unione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde [c] & in arca Noe omnia animalia quæcunque bina ingrediuntur, immunda sunt, [d] impar numerus est mundus [e].

Gen. 1.

Eccl. 39.

a ¶Vsus mali.] Id est, prurītus concupiscentiæ. Et nota, ꝙ sunt quatuor species usus. Est bonus vsus boni, vt integritas quę Deo vouetur. Est & malus vsus boni: cum quis cōtinent propter inanem gloriā: & bonus usus mali, cum concupiscentiis utatur circa matrimonium. Est & malus usus mali, cū quis vagatur ad meretrices, ut ca. q. 4. meretrices.

Vsus quatuor species.

ECONTRA VERO. Hæc est tertia pars q. in qua laudat, & præfert uirginitatē matrimonio: non in improbantur nuptiæ. ita intelligas. seq. c. Ioan. de Fau.

NVptiæ terram implent.] CASVS. Ambrosius tria: hoc. c. inducit ad dissuasionem bigamiæ. Primū, quia hoc facit uirginitas in cœlis, quod matrimonium in terris. Secundum, quia sicut opus secundæ diei nō meruit benedictionē: ita nec secundæ nuptiæ. Tertium, quia nec in bestijs approbata est bigamia: cum tantum immunda animalia sub binario ingressa sint in arcā. Sic Benen. posuit hūc casum. Et quod dicitur ibi, [Aliud sacramentum,] id est, alia significatio. [Hoc,] scilicet, quia nec, &c.

b ¶Virginitas.] Non ideo hoc dicit, ut solæ uirgines habeant paradisum: sed quia facilius. arg. infra proxi. caus. q. 5. qui sitit, Vel quia uirginitas est forma Angelorum, ubi omnes erunt uirgines uel continentes: neque nubent, neque nubentur, ut 32. quæst. 1. quod si.

Virginitas soror est angelorum.

c ¶Vnde.] Scilicet ad ostendēdum, quod binarius numerus non bonum habet significationem: sed signum diuisionis, & reprobationis.

d ¶Immūda sunt.] Immūda uocauit Moyses in lege aīalia, q̄ nō ruminabant, ut porci: & q̄ nō hēbant ungulas fissas, ut equi: & in natantibus, quæ nō habebant squamas: & generaliter quæ lex comedi prohibuit.

Animalia immunda, quæ dicabātur esse.

e ¶Impar numerus est mundus.] i. sub impari numero in-

ma, & auiæ. §. quia uero, & §. causas. coll. 8. in quibus vr, ꝙ æquè uxor uirum sicut vir uxorem potest accusare per illā legē C. de repu. consensu. ut cū agit ad separationē thori, ut lucretur donationē propter nuptias. non tamen vt uir in corpore puniatur: & ad hoc tantum agitur secundum canones.

SI ERGO. CASVS. Infert Gra. ex supradictis, ꝙ si nullus debet adulteram retinere: multo minus in coniugem debet duci. si spes correctionis nō habetur de ipsa, cum inter coniuges fides, & sacramentum dēant obseruari. & ad hoc inducit sequens capitulum.

NOn enim.] CASVS. Iulianus dicebat, ꝙ non erat verum, & perfectum matrimonium sine commi-

ro ingrediuntur munda in arcam.
a ¶Et aliud sacramentum.) Ab illo scilicet, quod, &c.
b. ¶Comprobata.) Sensus est; Adeo reprobatur bigamia, quod nec etiam in bestijs immundis inueniebatur eũ quo bigamia ẽhi posset, si alter cõpatrũ moreretur.

OSEÆ. Historia. Legitur in Oseæ, quod dixit Dominus ad eum: Vade, & sume tibi uxorem fornicariam & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. & abijt, & accepit Gomar filiã de Balaim: quæ concepit, & peperit filium. Et iterum dixit Dominus

Munda animalia cur ingressa sunt arcam impari numero.

e ¶Vt haberet.) Reddit rationem, quare munda sunt ingressa sub impari numero, ut ex illis posset aliquid offerre. vbi enim paritas esset; ibi non poterat diuidere masculum à fœmina.

Quanquam in duplici numero ostendatur, & aliud sacramentum [a]: quòd ne in bestijs quidẽ, & in immundis auibus bigamia comprobata [b] sit, bina enim ingrediũtur immunda, & septena, quæ mũda sunt: ut haberet [c] Noe post diluuium, quod de impari numero statim Deo posset offerre. *Gen. 7.*

Verum hoc ad exhortationem, non ad necessitatem obseruanda virginitatis refertur.

VERVM HOC. CASVS. Quia Ambr. videbãtur dicere quædam, quæ videntur improbare nuptias: ideo Grat. dicit quo casu intelligantur, s. de consilio; ad quod inducit sequens c. cuius casus patet.

Vnde Ambrosius ait in libro exhortationis ad Virgines.

¶Virginitas ex consilio suadetur, non ex imperio præcipitur. C. XIII.

INtegritas corporis expetenda à vobis est: quam ego Pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola est [d] enim uirginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis uoti [e], quàm præcepti. *Iuo p. 7. c. 120.*

Continẽtia rõne delicti quandoque imperatur.
Monachi an possint ad vitam strictiorem cõpelli.

d INtegritas.) ¶Sola est.) Hæc dictio, sola, determinat hoc uerbum, suaderi, i. solummodo suaderi potest: (imperatur enim fides, spes, charitas, humilitas) nisi aliqui fecissent sibi præiudicium uel vouendo, vel sumendo sacrũ ordinem. 27. quæs. 1. ut lex. quandoque etiam imperatur continentia ratione delicti, ut in pœnitentibus, vxoricidis, & incestuosis, ut dixi supra causa proxi. q. 2. in prin. & c. sicut.
e ¶Voti.) Arg. quod monachi, vel canonici nõ possunt inuiti compelli ad districtiorem uitam: quia ea res est magis uoti quàm præcepti, & magis liberæ uoluntatis, quàm coactionis. arg. distin. 74. cap. 2. & 20. q. 3. præsens.

4 *Cum ergo in meretrice, vt diximus, nulla spes fidei, nulla sit certitudo pudicitiæ; patet, quòd non est in coniugium ducenda. sed obijcitur Rhaab Hiericuntina, quamuis esset meretrix, tamen principis de tribu Iuda est copulata coniugio, de qua Christus postea nasci dignatus est. Osea quoque duodecim prophetarum primus [f], ex præcepto Domini, coro hordei [g] meretricẽ emit, quam sibi in coniugio sociauit. Sed aliud est, meretricem ducere, vel adulteram retinere, quã tua consuetudine castitate, & pudicitia exornes. atque aliud, aliquam earum habere, quam nullo pacto à luxu carnis suæ reuocare valeas. Hoc enim penitus prohibetur: illud laudabiliter factum legitur †.* *Iosue 2. & 6.* *Osea 1. & 3.* *† al. intelligitur*

Vnde Hieronymus super Osea lib. 1. ad c. 1.

¶Non est peccatum, meretricem ducere uxorem. C. XIIII.

NOn est culpandus Oseæ propheta (interim ut sequamur historiam;) si meretricem, quam duxit, ad pudicitiam conuerterit: sed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipse polluitur, si societur [h] malo; sed qui malus est, in bonũ verti- *Iuo p. 8. c. 38.* *Pan. l. 6. c. 37.*

CVM ERGO. Hæc est quarta pars q. in qua soluit magister, & dicit, quod si desinit meretricari, potest duci uxor, alias non. Ioan. de Fan.
CASVS. Infert Grat. ex supradictis, quod meretrix non est in coniugium ducenda. cum nulla spes correctionis sit in ipsa. Sed statim obijcit de Rhaab meretrice, quæ fuit coniugio copulata: de qua etiam per successione Christus nasci dignatus est. & de Oseæ, qui meretricẽ emit, quam sibi matrimonio copulauit. Sed Gratianus soluit dicens aliud esse meretricem ducere, vel adulterã retinere, aliud est aliquam earum habere, quæ non põt à luxuria refrænari. Primum licet: secundum autem non. & ad hoc inducit sequens capitulum.
RHAAB. Historia. Vt legitur in libro Iosue, Rhaab recepit exploratores Israel in domum suam: & cum quærerentur ad mortem, abscondit eos: & deinde dimisit per funẽ de fenestra domus suæ, quæ muro ciuitatis inhærebat. postea cum ciuitas capta esset, saluata est domus Rhaab, & Salomõ dux ex tribu Iuda duxit eã in uxorẽ.

Dominus ad eum: Vade, dilige mulierem dilectam amico, & adulteram, sicut diligit Dominus filios Israel, & diligunt vinacia uuarum, & ipsi respiciunt ad deos alienos. & dixit Oseæ. Eam emi mihi quindecim argẽteis, & coro ordei, & dimidio coro tritici † & dixit ad eam, in diebus multis expectabis me: non fornicaberis, & non eris cum viro. † al. hordei
f ¶Primus.) Non ratione temporis, sed ordinis liber enim primus ponitur inter 12. prophetas.
g ¶Coro hordei.) Et 15. argenteis, & dimidio coro tritici. Ioan.
NOn est culpandus.) CASVS. Excusat Hier. in hoc c. Oseæ contrahentem cum meretrice, dicens eũ propter hoc non esse culpandum, sed potius laudandum: quia malam conuertit in bonam: nec corruptus est ex societate fornicariæ, sed fornicaria pudicitiam assumpsit.
h ¶Societur.) Societas enim inter bonum, & malum contrahi potest, ut ex societate boni malus ædificetur: sicut

Societas inter bonũ & malum cõtrahi põt.

ficut emptio ueneni valet si tale sit, quod adiectione alterius materiæ usui esse potest. ff. de contrahẽ. emp. quod sæpe §. ueneni.
a ¶Sectetur.] Arg. quod malũ additum bono nõ corrumpit illud, sed potius sumit naturam boni. argum. infr. ead. tionẽ factã post peccatũ, vitãdę fornicationis causa. & utraq; institutio facta est in paradiso. Prima ante peccatũ: scdã post. Attribuit in secũda Apostolo, nõ quia ipsam fecit: sed qa ipsam esse factã ostendit: & ne in posterũ ab hæreticis in dubiũ reuocetur, in scriptis redegit 1: sicut Hieron. secundas nuptias concessit. sup 31. q. 1. aperiant.

tur, si boni exempla sectetur [a]. Ex quo intelligimus, non prophetam perdidisse pudicitiam fornicariæ copulatum, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam antea non habebat.

QVAESTIO II.

Gen. 1.

QVod autem non sit vxor, quæ sola causa incontinentiæ ducitur; hinc videtur probari posse: quia coniugium propagationis, non explendæ libidinis causa à Deo institutum est. Hac namque fuit benedictio [b] coniugij, [Crescite & multiplicamini.]

Vnde Ambrosius super Lucam, lib. 1. ad c. 1.

¶Partus fœminarum est eis sola causa nubendi. C. I.

Iuo p. 8 c. 75. & 76. Pann. l. 6. c. 24. & 25.

PVdor [c] est fęminis nuptiarum præmia non habere, quibus hęc sola [d] causa est nubendi. *Idem lib. 2. in prin.* ¶Dum † coniugij præmium, & gratia [e] nuptiarum, partus sit fœminarum; non mediocris quoque causa est, ut uirginitas Mariæ falleret [f] principem mundi [g].

† al. Cum

Qui ergo non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi inuicem copulantur; non tam coniuges, quàm fornicarij uidentur.

Hinc etiam Hieronymus ad c. 5. epistolæ ad Ephesios.

¶Non coniuges, sed adulteri uocantur, qui non secundum præcepta Christi coniunguntur. C. II.

Iuo p 8. c. 277.

SIcut non omnis [h] congregatio hæreticorum, Christi ecclesia dici potest, nec caput eorum Christus: sic non

1 De hac materia nn. sup. px. causa q. 1. Deus malculum.

b ¶Benedictio.] Et fuit facta in paradiso. 26 distin. deinde. tũc fuit præceptum, ut ibi dicitur. eodem modo pręceptum fuit cum dicebatur; Maledictus, qui non reliquerit semen super terram: hodie tamen est consilium, nisi quo ad reddendum debitum 33. quæst. 2. Apostolus.

Matrimonium qñq; fuit de præcepto.

PVdor est fœminis.] CASVS. Beneuen. sic ponit hunc casum. Cum prima institutio nuptiarũ fuerit causa prolis habendę, quodammodo pudor coniugatę reputatur filios non habere. unde non fuit mirũ si diabolus credebat Mariam esse corruptam. cum uideret eam prolem habentem, quæ est præmium nuptiarum. [Sola.] Id est, pręcipua. [Est,] id est, esse debet.
c ¶Pudor.] Si tamen per eas nõ staret quo minus habeant, non est cur debeant pudere ff. de reg. iur. in omnibus.
d ¶Sola.] Id est, pręcipua 8. dist. si solus.
e ¶Et gratia,] Vnde dicit lex, quia magnum præmium est mulieribus concipere, & conceptum tueri, ff. de ędil. edic. quęritur §. si mulier.
f ¶Falleret.] Et hoc autẽ fuit deceptus diabolus, q cũ videret Mariam habere filium, credebat eam mulierẽ esse. Alia ratio redditur 27. q. 2. iuramenta. Hic patet q multa latent diabolum, & quotidie discit per temporum incrementa, ut 26 q 3 sciendum.

Diabolum multa latẽt & quotidie discit.

g ¶Principem mundi,] Id est, mundorum, id est, malorum. nec per hoc attribuitur ei super homines aliqua principatus, sed dicitur princeps eorum, id est, primo peccans, uel maior peccans. Vel ad derisionẽ dicitur princeps talium: sicut dicitur rex scbacorum, uel cardinalis Rauennas. non tamen simpliciter est rex, uel cardinalis. arg ff. de uerb sig. Paulus. quidam tamen hęretici garriunt eum principem mundi, quia fecit omnia infra lunarem globum. Ioan.

Diabolus dicit mundi princeps

QVI ERGO CASVS. Hic infert Gratianus ex supra dicto c. quod qui causa explendę libidinis, & non causa sobolis copulantur, potius dicẽdi sunt fornicarij q coniuges. Et ad hoc inducit sequ. c.
h ¶Non omnis.] Id est, omnia non. simile est, Non erit impossibile apud Deum omne uerbum.

infr. ead. q. 2. quidquid. & extra de consec. eccle. quod in dubijs.

QVod autẽ.] Hæc q. diuiditur in vij. partes: in prima quarum vf probare superficialiter, q cã incontinentiæ inducta non est vxor: quia honor est mulierum filios procreare. Secunda ibi, [Hic ita.] Tertia ibi, [Non autem.] Quarta ibi, [Sic contrarię.] Quinta ibi, [De his.] Sexta ibi, [Cum ergo qui aliquam.] Septima ibi, [Cum ergo dicitur.] Ioannes de Fant.
CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio, qua quærit an sit coniunx dicenda, q causa incõtinentiæ ducitur. Et certum est, q non, secundum primam institutionẽ matrimonij: quæ fuit facta causa multiplicandi generis humani. Sed secundum institutionem secundam matrimonij, factã causa fornicationis uitandę, est matrimonium, ut J. c. § his ita. Iste autem. §. per se patet.

Coniunx ne est quæ causa incõtinentię ducitur?

QVOD AVTEM. Hic depingitur secunda quæstio, an sit illa cõiunx, quæ causa incontinentiæ ducitur: Et quidem est, non secundum primam institutionẽ matrimonij factã causa prolis tantum, & gratia multiplicandi generis humani, sed secundum secundã institu-

a ¶Ma-

Quid-

omne matrimonium [a] quo † non uiro suo secundum præcepta Christi uxor iungitur, rite coniugium appellari potest, sed magis adulterium [b].

† *al quod non viro suo secundum præcepta Christi coniungitur* iori.

2 *His ita respondetur. Prima institutio coniugij in paradiso facta* [c] *est; ut esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ: ex quibus sine ardore* [d] *conciperent, sine dolore parerent. Secunda propter illicitum motum eliminandum* [e] *extra paradisum facta est* [f]*: ut infirmitas prona in ruinam turpitudinis, honestate exciperetur coniugij* [g]*. Vnde Apostolus scribens ad Corinthios ait:* [*Propter fornicationem vnusquisque* [h] *suam uxorem, & vnaquæque virum suum habeat.*] *Ex hac itaque causa fit, ut coniugati se sibi inuicem debeant, nec se sibi negare possint. Vnde Apostolus:* [*Nolite* [i] *fraudare inuicem, nisi forte ex consensu, & ad tempus, ut expeditius vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne forte tentet vos Satanas. Hoc autem dico propter incontinentiam vestram.*] *Qui ergo propter incontinentiam in naturalem redire vsum* [k] *mouentur; patet, quòd non propter filiorum procreationem tantum misceri iubentur. Non tamen ideo nuptiæ malæ iudicantur. Quod enim præter intentionem generandi fit, non est nuptiarum malum: sed est veniale* [l] *propter nuptiarum bonum, quod* [m] *est tripertitum* [n]*; fides videlicet, proles, & sacramentum.*

Gen. 2.
Heb 13.
Sent.4. dist.26.
1.Cor 7.
Ibidem.

Vnde Augustinus de bono coniugali, c.6.

¶Immoderatus vsus coniugatorum non est nuptiarum malum; sed est ueniale propter nuptiarum bonum. C. III.

QVidquid inter se coniugati immodestum, inuerecundum, sordidumve gerunt; uitium est hominum, non culpa nuptiarum. Iam in ipsa quoque immoderatiore exactione [o] debiti carnalis, quam eis non secundum imperium præcipit, sed secundum ueniam concedit Apostolus, ut etiam præter causam procreandi sibi misceantur; etsi eos praui mores ad talem concubitum impel-

Ivo p.8. c.234.
1.Cor.7.

a ¶Matrimonium.] Id est, coniunctio.
b ¶Adulterium.] Id est, fornicaria coniunctio.

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc est secunda pars quæstionis. in qua dicitur, quòd matrimonium bis fuit institutum siue permissum. Primo in paradiso propter sobolem tantum. Secundo extra paradisum propter sobolem, & propter infirmitatem carnis uitandam: quia bonum matrimonij tripertitum est, scilicet fides, proles, & sacramentum. Io. de Fant.

CASVS. In hoc §. G. duas distinguit institutiones matrimonij. Vnam quæ fuit ante peccatum, & causa sobolis procreandæ. Et aliam, quæ data fuit post peccatum: & facta fuit causa fornicationis uitandæ. quod probatur auctoritate Apostoli dicentis: Propter fornicationem, &c. Vnde qui sic coniuncti sunt, continere non possunt, nisi de communi consensu. quod probat similiter auctoritate Apostoli. Vnde qui propter fornicationem uitandam coniuncti sunt, debent coniuges appellari. Et ad hoc probandum inducit sequens capitu. [Excipitur.] id est, excluditur à fornicatione.

c ¶Facta.] Solo consensu, ut & nunc. & instituit Dominus matrimonium ex eo quod mulierem fecit, dicendo illi, quod uxor Adæ esset futura.

d ¶Sine ardore.] Nisi enim homo peccasset; ita sine ardore & pruritu esset genitalium coniunctio, sicut est aliorum membrorum: uelut si applices digitum digito uel manum cum manu: vel si esset pruritus, non tamen esset peccatum: sicut non esset peccatum manum scabiosam mittere ad ignem.

Adam si non peccasset nulla in coitu voluptas esset.

e ¶Eliminandum.] Id est, coercendum.
f ¶Facta est.] Id est, ostensa facta est: aliàs in paradiso etiam secundo facta est. sed quæro per quæ uerba, uel quando?
g ¶Coniugij.] Sed hodie sacerdos diaconus magis ponitur si contrahat quàm si fornicetur, ut distin. 28. presbyterum.
h ¶Vnusquisque,] Qui per uotum sibi non præiudicabit. 28. q. 1. ut lex.
i ¶Nolite.] Sup. 30. q. 2. nosse.
k ¶Vsum.] Id est, carnalem usum.
l ¶Veniale.] Id est, dignum uenia, id est, ad mortem non imputabile. supra dist. 13. nerui. infra eadem quæstione quarta, In eo. contra supra dist. 25 §. aliàs. Argu. contra. infra 33 q. 4. uir. dic ut not. infr. c. proxi.
m ¶Quod.] Simplex est relatio.
n ¶Tripertitum.] Id est, bonum nuptiale est triplex: id est, coniunctorum nuptijs bonum est triplex.

QVidquid.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicit Aug. quòd quidquid inter se causa explendæ libidinis faciunt coniugati, non est culpa nuptiarum, sed hominum. In secunda parte dicit, quòd si quis vxorem suam cognouerit etiam nimis frequenter causa fornicationis, uel forte causa libidinis saturandæ, defenditur tamen à fornicatione per bonum nuptiarum. In tertia parte dicitur, quòd coniugati debent ad inuicem sibi reddere debitum non tantum causa prolis habendæ: sed etiam causa fornicationis uitandæ. Secunda pars incipit ibi, [Iam in ipsa.] Tertia ibi, [Debent ergo.] quod autem dicit ibi, [neque illud.] scilicet, coitus incontinentiæ, uel forte libidinis saturandæ. Sequens. §. patet.
o ¶Exactione.] Causa incontinentiæ, non causa libidinis explendæ.

a ¶Ab

a ¶Ab adulterio.] inf. ea. q. 4. origo. & infr. ead. q. 4 liberorum. contra. Vt hoc cap. & eius contraria melius intelligas, nota, ꝙ quatuor de causis commiscetur quis vxori, Causa prolis. Item causa reddendi debitum his casibus nō peccat, immo meretur. 13. dist. nerui. & 33. q. 5. si dicat. Item causa incontinentiæ, cum scilicet est præuentus à uoluptate: tunc est ueniale peccatum, ut hic & 33. q. 4. uir cum propria. Quidam tamen dicūt hoc casu nullum esse peccatum ꝓꝑ auctoritatem Apostoli: Vnusquisq; habeat suam, &c. ut sup §. prox. Cognoscitur etiam uxor eā explendæ uoluptatis, scilicet. cū quis præuenit uoluptatem uel cogitatione, uel utendo calidis, ut pluries eam cognoscere possit, tunc secundum Hu. peccat mortaliter, ut in contrario cap origo. minus tamen punitur propter bonum matrimonij, ut infr q. 7. adulterij. Alij dicunt, ꝙ etiam in hoc casu tantum ueniale peccatum est, arg. hic, & infr. q. 7. adulterij. & sic ubi reperitur ꝙ mortaliter peccet: dic, id est, ad modum adulteri agit. Vel dicitur ad exhortationē continentiæ si. 35. q. 1. §. uerum. Vel intelligitur quando eam cognoscit contra naturam: quia tunc secundū omnes mortaliter peccat, & grauius cum uxore quàm cum alia infr q. 7. adulterij. Io.

Vir cur misceat uxori causæ quatuor.

NON AVTEM. Hęc est 3. pars quęstio. in qua dicitur quòd uirtus sancti spiritus non est ibi, quando cōiugalis actus agitur. & dicas ꝙ duobus modis datur spiritus sanctus. s. ad bene uiuendum. tunc nō recedit in coniugali actu: quia meritorius est. 33. q. 1. ca. 1. datur etiam ad uirtutes faciendas. tunc recedit. hoc habes de pœnite. dist. 2. c. 1. & 4 & 5. Ioan. de Fan.

Pann. l. 6. c. 26.

lunt nuptiæ tamen ab adulterio[a], seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur: sed propter nuptias ignoscitur. Debent ergo sibi coniugati, non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem, liberorum procreandorum causa (quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas) uerumetiam infirmitatis inuicē excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos mutuā quodammodo seruitutem; ut, etsi alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit.

3 *Non autem datur præsentia [b] sancti spiritus tempore, quo coniugales actus geruntur.*

Vnde Hieronymus super Matthæum.

¶Caput hoc habetur apud Originalem homilia 6. in Numeros: & ex ipso citatur in glossa ordinaria, Numer. 11.

¶Non datur præsentia sancti spiritus tempore, quo coniugales actus geruntur. C. IIII.

Sent 4. dist. 32.

CONnubia legitima carent quidem peccato: non tamē tempore illo, quo coniugales actus geruntur, præsentia sancti spiritus dabitur; etiam si propheta esse uideatur, qui officio generationis obsequitur. Sed & alia plura[c] sunt, in quibus sufficit sola[d] uis humana: & neque res indiget, neque decet adesse præsentiam sancti spiritus.

Sicut ergo talis concubitus non est fornicationis, sed propter bonum coniugij licitus: sic etiam coniunctio illa, de qua quæritur[e], non est fornicaria, sed propter bonum coniugij licita.

Item, sicut Augustinus ait in libro de bono coniugali, cap. 14.

C. V.

Polyc. l. 6. tit. 4. Iuo pa. 8. c. 10. Pann. l. 6. c. 45.

COncubinæ ad tempus adhibitæ, nec etiam si causa filiorū concumbant, iustum faciunt cōcubinatū suum.

4 *Sic econtrario datur intelligi de ijs, qui coniugali affe-*

b ¶Præsentia.] Adest tamen gratia spiritus sancti quoad, illa; sine quibus gratia spiritus sancti haberi non potest: cum etiam quis mereatur quandoque in tali actu. If. 33. q. 5. si dicat. Sed abest cum quis cognoscit uxorē quo ad operationem, scilicet quo ad miracula facienda, & uim prophetandi. manet enim in bonis gratia spiritus sancti quo ad quædam, & recedit quo ad quædam; ut legitur de pœ. dist. 2. quęrendum & c. potest discutsus. Vel dic non dari præsentiam spiritus sancti quo ad omnia: quia ibi est quidam stupor, & homo totus carneus efficitur. Vel ideo illi præsentia non datur, quia est ueniale peccatum. Dicit tamē P. māducator coitū coniugalem nō exerceri posse sine peccato 3, qđ concedo q̄nq; Io.

COnnubia,] CASVS. Dicitur hic ꝙ licet connubia peccato careant, tamen tempore carnalis cōmistionis non adest spiritus sancti gratia. Sunt etiam plura huiusmodi opera, in quibus non adest præsentia spiritus sancti, nec etiam indigent.

Coitus carnalis sine peccato exerceri pōt. 35. contra 27. q. 2. omne.

c ¶Sed & alia plura.] Vt sunt actus indifferentes. ut commedere, mouere digitum, & huiusmodi.

d ¶Sola.] Non excludit Deū quin adsit: sed ultrates quantum ad operationem: quia illa hora totus carneus efficitur.

SICVT ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex illo c. quidquid & dicit quod sicut coitus, qui fit causa incontinentiæ, nō est fornicarius: sic coniunctio uxoris, quæ fit causa filiorum, non est fornicatio. Postea dicit, quod concubinatus, qui fit etiam causa filiorum, non est licitus. quod probat auctoritate Augustini, de qua dicitur in themate,

e ¶De qua quæritur.] In themate.

COncubinę.] SIC ECONTRARIO. Hęc est 4. pars quęstio. in qua quęritur an sit uxor quę dicitur ad tempus, uel sub conditione ut prolem euitet. & dicitur quòd non Io. de Fant.

CASVS. Infert Gratian. ex auctoritate Augustini, dicens, ergo si contagium fiat causa incontinentię, & non

non concubinatus, licitum erit: quod patet per sequētia cap.

SOlet quæri.] CASVS. Quæsitum fuit ab Augustino utrum debeat dici matrimonium inter eos, qui causa incontinentiæ contrahunt. Et respondet Augustin. ꝙ sic, dummodo sic conueniant ut perpetuo debeant simul esse: & non uitent prolem. Sed si conueniant ut ad tempus sint simul, uel ut uitent prolem, non est coniugium inter eos. Nam non debet uxor dici, cum qua aliquis ita contrahit donec inueniat magis dignam. & hūc casum: approbat H. in summa sua, excepto eo, quod non dixit de quæstione facta ab August [Vtramque,] id est, ad mortem velle persistere, & velle non euitare prolem.

a ¶ Sed ꝓ incontinētia.] id est, propter incontinentiam uitandam.

b ¶ Ea fide.] Dum tamen hoc agant ut matrimonium contrahant.

c ¶ Si usque ad mortem.] matrimonium enim non potest ad tempus contrahi: sicut nec lex nouit filium temporalem, ut ff de adop. si quis. nec hęres quis ad tempus instituitur. insti. de hęre. institu. §. hęres. Quid si aliqui aliàs contracturi credunt hoc licere, ut ad tempus contrahant, cum ius ignorent, & contrahunt? Dicit H. tenere matrimonium.

d ¶ Vitauerint.] Modi uitandi notantur. ff. de usu & ha. sed neque & l. si forte.

e ¶ Noluit.] id est, uelint non nasci. Habes ergo hic ꝙ vitatio prolis, uel propositū necādi filios, impedit matrimonium. & in c. proxi. Si autem alia conditio inhonesta poneretur in matrimonio, ut contraho tecum si tu interfeceris patrem, uel aliquid iniquum feceris: an talis impediat matrimoniū, dubitari consueuit. De hoc notabis ꝙ conditio quædā est honesta: quædā inhonesta siue impossibilis. Est autem honesta duplex: & est duplex inhonesta. quædam. n. conditio est de natura matrimonij: quædam non. Si ergo cōditio honesta, quæ non est de natura matrimonij, apponatur matrimonio, tenet matrimoniū: ut si dicat, ꝯtraho tecum si dederis mihi centū: hæc conditio honesta est, & nō est de substantia matrimonij: & tenet matrimonium cū illa conditione, & sine ea, ut extra de cōdi. app. de illis. Est alia honesta conditio, q̄ adhæret naturæ matrimonij: ut cum Christianus dicit Iudææ: cōtraho tecum si volueris Christiana fieri. talis conditio est de natura matrimonij: & si illa non apponeretur, nō teneret matrimonium, ut 28. q. 1. nō oportet. Similiter inhonesta duplex est, si. n. apponitur inhonesta conditio, quæ est contra naturam matrimonij, matrimonium nō tenet ut si hoc modo dicatur, contraho tecum vsque ad tres annos. uel sic, cōtraho tecum si procuraueris uenena sterilitatis. matrimonia. n. vel sponsalia sic contracta non tenent. ut hic, & c. sequenti. Est & alia inhonesta conditio, quæ non est contra naturam matrimonij, ut si dicatur hoc modo, tecum contraho si furtū uel homicidium feceris; hæc conditio non repugnat naturę matrimonij: & conditio talis si apponatur, frangenda est, & tenet matrimonium, ut extra, de condit. ap. c. 1. Sed contra hanc distinctionem est quod legitur 28. q. 1. idololatria. ibi enim vr̄ ꝙ omnes turpes cōditiones etiam soluant matrimonium. sed qualiter hoc sit intelligendum, ibi notauimus. Item contra est 10. q. 1. c. 1. & 2. vbi tenet contractus, licet apponatur conditio, quæ est contra naturam contractus. Similiter obstat 28. dist. diaconi. vbi tenet ordinatio, licet dicat se vel. e habere uxorem. Similiter tenet cōuersio, si sub hac forma fiat ut possit retinere proprium, ut extra, qui ele. vel vo. intiuuante. In contractibus autem impossibiles cōditiones appositæ vitiant contractum, ut insti. de inuti. stipulatio. §. impossibilis. ff de act. & oblig. nō solū In ultimis uoluntatibus pro non adiectis habetur, ut C. de insti. & sub. reprehendenda. De cond. ap. in matrimonio plene habes extra de cond. ap. c. ult.

f ¶ Vtrumque.] Scilicet qui uolunt usque ad mortem commanere, & qui uolunt euitare prolem.

g ¶ Sed cum ista.] Supple est adulter.

ALiquādo.] CASVS. Coniugati quidam operantur

Filius temporalis est à lege incognitus.

Conditiones in matrimonijs appositæ sūt in multiplici differentia.

a Extra de cond. ap. c. vlt. & intellige impossibiles de iure, vel ſm naturā. ff. de cond. inst. l. 1. & l. filius. secus si impossibilis sit propter difficultatem præstandi. ut si mihi domum auream dederis. ff de dota. libe. cum heres. §. 1. quia tunc nullet matrimonium, ut int. idem si ꝓpter perplexitatem est impossibilis, quia ex tunc nitiat contractum, ff de cond. inst. si Titius sed ſm Vincen. ibi ꝯ naturam & substantiā est. Arc.

Eu sibi copulantur: quòd etiam si non causa procreandorum filiorum, sed explendæ libidinis conueniunt, non ideo fornicarij, sed coniuges appellantur.

Probatur hoc idem auctoritate Augustini in libro de bono coniugali. c. 5.

¶ Coniuges sunt qui causa solius incontinentiæ sibimet inuicem copulantur. C. VI.

SOlet quæri, cum masculus & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro † incontinentia [a], solius concubitus causa copulantur, ea fide [b] media, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat; utrum nuptiæ sint uocandæ. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem [c] alicuius eorum id inter eos placuerit: & prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sint, non tamen uitauerint [d], uel nolint [e] sibi nasci filios, uel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Cęterum, si uel utrumque, [f] uel unum horum desit; nō inuenio, quemadmodum has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi uir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam uel honoribus, uel facultatibus suis inueniat, quam comparem ducat; animo ipso adulter est: nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista [g], cum qua sic cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium.

Polyc. Ibidem. Iuo par. 8. c. 65. Pann. l. 6. c. 47. † *al. propter incōtinentiā*] orig.

Pann. l. 6. c. 44.

Idem de nuptijs, & concupiscentia, lib. 1. c. 15.

¶ Fornicarij sunt, non coniuges, qui sterilitatis uenena procurant. C. VII.

ALiquādo eousq; peruenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiā sterilitatis uenena procu-

Seut 4. dist. 31. Iuo p. 10. c. 55.

tut ne fœtus concipiatur, aut vt fœtus conceptus fundatur, aut formatus extinguatur. dicitur hic ꝙ si ab initio in contrahendo matrimonio talem intentionē habuerunt, non est matrimonium inter eos. si autem ex postfacto tales facti sunt: licet sint coniuges, tamē sunt adul-

sit homicida, qui percutit mulierem, & facit abortum. & dic quod non, nisi esset viuificatus. & hoc probat per istea canones. Ioan. de Faot.

QVòd vero.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. an cōmittat homicidium, qui puerperium nondū formatum effundit. & respondet Augu. dicens, quòd homicidium non committit: quia non potest exanimatum dici vel exanimari quod nunquam animam habuit. nec est in hoc præcipitanda sententia, ut hæretici faciūt. Sed ideo lex noluit esse homicidium: quia anima non potest esse uiua in eo corpore quod sensu caret.

h ¶Agitari.] Ab hæreticis præsertim, scilicet utrum quidquid, &c.

i ¶Nec animatum.] Et hoc quidem uerū est: quia antequam lineamēta corporis [z] habeat, non infunditur anima, ut J. ca. prox. Quidam tñ hæretici dicūt animam creari ex traduce, id est, ex præiacenti materia, id est, ex anima generantis, & nasci cum corpore; sicut & creatur corpus ex corpore. Alij mentiunt animas creatas esse in principio mundi in comparibus stellis, & infundi corporibus: & post resolutionem uero redire ad proprias stellas, si bene uixerint. Fides nostra est, quòd quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus: & infundendo creat, & creando infundit.

z Hic uide qđ legitur & not. ī. 1. distin. §. 1. Aīa nostra vñ ꝓcedit.

† al. quando] orig.

† Adde ad istud c. & sequēs qualiter tales puniantur, no Bart. in l. diuus. ff. d uar & extraord. cri. in gl. in l. necarc. in glo. 1. ff. de li. agn.

ret: &, si nihil ualuerit [a]; conceptos fœtus aliquo † modo intra uiscera extinguat, ac fundat †, uolendo suam prolem prius interire [b], quàm uiuere: aut, si in utero iam uiuebat, occidi antequam pascatur. Prorsus, si ambo [c] tales sunt; coniuges [d] non sunt: & si ab initio [e] tales fuerunt; non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si autem non ambo sunt tales; audeo dicere, aut illa est quodammodo meretrix [f] mariti, aut ille adulter [g] uxoris.

5 *De his, qui abortum procurant, quæritur, an iudicentur homicidæ, uel non.*

Augustinus in libro quæstionum Exodi, quæst. 80. ait.

¶Non est homicida, qui abortum procurat, antequam anima corpori sit infusa. C. VIII.

Sent. ibidem. Iuo p. 10. c. 56. Pann. l. 8. c. 12.

QVòd vero non formatum puerperium [α] noluit ad homicidium pertinere; profectò nec hominem deputauit, quod tale in utero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari [h], utrum, quod formatum non est; nec animatum [i] quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium: quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animā [k] non habebat. *Item.* ¶Si ergo illud informe puerperium iā quidem fuerit, sed adhuc quodammodo informiter animatum (quoniam magna de anima quæstio non est præcipitanda indiscussa temeritate sententiæ;) ideo lex noluit ad homicidium [l] pertinere †; quia nondum dici potest anima uiua in eo corpore, quod sensu caret.

ibidem

† Adde no. in l. Cicero ff. de pœ. & in l. sacrilegij. ff. de uar. & extraor. crimin.

α ¶Puerperium.] *In vulgatis sequebatur,* Moyses, uel lex. *quæ absunt à plerisque vetustis, & originali. Alia etiam nonnulla ex ijsdem sunt emendata.*

Item in libro quæstionū ueteris & noui testamenti, c. 33.

adulteri reputandi: quia more adulterorum se habent. ubi alter ex postfacto est in hac culpa, aut ipse se habet ad modum adulteri: aut ipsa ad modum meretricis: & tamen matrimonium est inter eos. Seq §. patet.

a ¶Si nihil ualuerit.] Procuratio sterilitatis.

b ¶Interire.] Interit ergo quod nondum est, arg. ff. vsu fru. quemadmodum ca. l. omnes §. 1.

c ¶Si ambo.] Id est ab initio legitime contraxerunt: sed ad hoc post deuenerunt.

Matrimonium quandoque ex una parte tantum tenet.

d ¶Coniuges non sunt.] i. iura coniugij nō obseruāt.

e ¶Et si ab initio.] Nota, ꝙ non sunt coniuges, qui eo animo coniuncti sunt vt prolis generationem impediant: & ꝙ in vno opere vnus peccat, alter non: & quod matrimonium aliquando ex vna parte tantum tenet. arg. inf. ea. q. 1 proposito. & extra de eo, qui dux. in matri. cap. 1 sed hoc falsum est.

f ¶Meretrix.] Id est, digna pœna, qua aliqua meretrix est digna.

g ¶Adulter.] Id est, dignus pœna, qua aliquis adulter est dignus.

DE HIS. Hæc est quinta pars qō. in qua quæritur an

ADDITIO. Aliter uidetur notari ī. 2. q. 3. si quis obiecerit. in gl exercendo, &c.

k ¶Si adhuc animam.] Similiter non dicitur deseri charitas: quæ nunquam fuit, vt J. de pę. dist. 2. in fin. & rei quæ non est, priuilegium dari non pōt, ut extra de eccle. ædifi. ad audientiam. & matrimoniū quod est, accusari nō pōt, ut extra de despon. impu. ad dissoluēdū. & id quod non est, rumpi non pōt. ff. de iniu. rupt. & ir. testa. nam & si. Sed contra, id quod non est, pōt desinere esse, ut ff. vsufruc. quemadmodum ca. l. 2. §. 1. res, quæ non est, potest habere priuilegium. extra de cōsue. cum olim. & mittitur in possessionem quæ non est, is q non est natus, ut ff. de inoffi. testa. posthumus. & ædificio quod nondum est, potest imponi seruitus, ut ff. de ser. urba præ. si seruitus §. vlt. Ioan. Tu dicas quod rei, quæ non est, potest imponi seruitus: non quod statim sit seruitus, sed erit re existente in rerum natura. 27. q. 2. § ex his omnibus. Idē potest dici de priuilegio: quia tunc uere competit, cum res extabit. H.

Priuilegiū dari nō potest rei quæ non est.

l ¶Ad homicidium.] Dic ut sup. 2. q. 5. consuluisti.

Moy-

Moyses.] CASVS. Hoc c. vt dicût Beneuen. & H. debet præmitti c. præcedenti: quia sic est in legibus humanis: & Hugo hunc casum sic ponit, dicens. Hic similiter loquitur Aug. contra eosdem hæreticos dicentes ꝙ anima nascitur ex semine, & infunditur corpori statim cum corpus terminatur. Probat ergo Augu. auctoritate Moysi, & exemplo Domini in factura Adæ, ꝙ corpus ante recipit formam & distinctionam membrorum, quàm anima infundatur.
CASVS. H. breuis est, & bonus, Beneu. vero hunc casum sic ponit dicens. Erant quidã hæretici dicentes, oẽs animas ab initio creatas simul, & compositas in comparibus stellis: & quotidie infundi nouis corporibus, deinde ad compares stellas reuersuras. Alij autem dixerunt animas creari ex traduce, & simul infundi corpori cum semine. Contra quos innchitur hic Augu. quia primo formatur corpus ex traduce carnis, & deinde anima infunditur. Sed hoc primo probat ꝑ Moysem: secũdo per facturam Adæ: tertio per similitudinem ædificij [Ex traduce,] id est, ex semine. [Simul cum corpore,] id est, simul cum ipso semine corporis anima creatur, & infunditur antequam corpus humanũ sit formatum. Hæc dicebãt ibi hæretici. Sequens cap. patet.

h Sicuti.] Per hoc cap. dicit Bar. peccata sola voluntate commissa sola voluntate debere deleri. nam omnia rea &c. extra de regu. iur. omnia. Alij dicunt esse necessariam exteriorem pœnitentiam, ex quo voluntas egressa est suos fines. — Peccata solius volũtatis volũtate sola deleri nõ possunt

a ¶Sen-

¶De eodem. C. IX.

Iuo p. 10 c. 57. Pann l. 8 c. 13. — *Exo. 21.*

MOyses tradidi: [Si quis percusserit mulierem in utero habentem, & abortiuerit; si formatum fuerit, det animam [a] pro anima; si autem informatum fuerit; mulctetur pecunia,] ut probaret non esse animam ante formam. Itaque si iam formato corpori datur; non in conceptu corporis nascitur [b] cum semine deriuata. Nam si cum semine & anima existit ex † anima; multæ animæ quotidie pereunt [c], cum semen fluxu quodam non proficit natiuitati [d]: sed si propius † respiciamus, quid videbimus quid scqui debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum est; ut ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animã limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur † [e]: quia primum oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci. Anima certe, quia spiritus est, in sicco [f] habitare non potest, ideo in sanguine fertur [habitare † [g]. Cum ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima?

Sent. ibidem † *al. de.* † *al. priora* † *infirmabatur*] uera lectio † abest ab originali

Item Hieronymus ad Algasiam, quæst. 4.

¶De eodem. C. X.

Sent. ibidem Ino p. 10 c. 58. Pann. l. 8. c. 14. † *al. homicidiũ* † *al. confusa*] orig.

SIcuti [h] semina paulatim formantur in vteris, & tamdiu non reputatur homo †, donec elementa confecta † suas imagines, membraque suscipiant; ita sensus [i] ratione conceptus [k], nisi in opera proruperit, adhuc in uentre retinetur, & cito perit ab hoste a [l].

a ¶Ab hoste] *Originale & Iuo*, & cito abortio perit: *quo abortij uocabulo & alibi, & in eadem quæstione usus est B. Hieronymus*, aduersarij inquit, ea, quæ concepta sunt, facit perire abortio *sed ad glossam non est mutatum.*

6 *Cum ergo* [m], *qui aliquam sibi ad tempus adhibet, cũ ea adulter esse dicitur; nec ab ea discedens, nec filiam suam illi* [n] *tradens peccat.*

Animatum & non animatum interficiens qualiter punitur.

a ¶Det animam.] similiter dicit lex, ꝙ si aliquis interficit animatum, capite puniri debet. si uero nõ animatum, distinguitur: quia si est nobilis, parte bonorum amissa relegatur. si est ignobilis, damnatur in metallum ff. de pœn. si quis aliquid §. qui abortionis.
b ¶Nascitur.] Vt illi dicunt, qui dicunt animam nasci ex traduce r.
c ¶Pereunt.] Quod est inconueniens.
d ¶Natiuitati.] Forte uitio matricis.
e ¶Ratione infirmabatur.] id est, destituebatur, vñ nõ uideretur rationabile quo ad opinionem hominum.
f ¶In sicco.] Id est, in corpore rudi & informi. Et est arg. pro Normannis, & Anglicis, & Germanis, Polonia, qui possint fortiter bibere, ne anima habitet in sicco.
g ¶Habitare] Scilicet ꝙ ex eis vnum efficiatur uel ꝑ vegetationem: alias tam boni quam mali Angeli habitant in siccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus, & in auibus, in quibus ipsi dæmones dant responsum, ut 26. quæst. 5. nec mirum vt dicitur de Saule, qui adorauit diabolum.

r Id est, ex semine simul cũ corpore. l. simul cũ ipso semine corporis anima creatur & infunditur ante quã corpus humanum sit formatum. B.

Normanni biberi fortiter ne eorũ anima in sicco habitet.

i ¶Sensus.] Id est, uoluntas vel cogitatio.
k ¶Ratione conceptus.] Id est, cogitatio bona mente concepta cito perit, &c. Vel intelligitur de mala cogitatione cõcepta in ratione vel intentione, id est, in anima, quæ perit.
l ¶Ab hoste.] Id est, à suggestione diaboli: quia suggestio eius non habet effectum circa hominem, cum nesciat mentem hominis, ut 26 q. 1. sciendum.

CVM ERGO. Hæc est 6 pars q. in qua quæritur, vtrum peccat concubinarius dimittendo concubinam, & adhærendo uxori, siue in habẽdo vxorem, uel qui ei dat filiam suam. dicitur quòd non. Io. de Fant.
CASVS. Iste §. respicit finem illius c. solet quæri. & ex eo infert, ꝙ si quis separat se à tali, cum qua contraxit ad tempus. non peccat, nec alius tradens filiam suam illi adultero peccat. & ad hoc inducit seq. cap.
m ¶Cum ergo.] Respicit finem ca. solet quæri, &c.
n ¶Illi] Cum ei nõ est carnaliter commistus, nec ibi summatur. Argu. contra extra de spon. ad audientiam.

Ancil-

ANcillam.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ si quis uult dimittere concubinam, & aliam ducere in uxorē, propter hoc non est bigamus, nec peccat: immo admonendus est ut hoc faciat, quia eius negligentia: non est desperanda, cū de nemine desperādum sit, donec est in hoc

f ¶Nemo.] De pę.dist.7.nemo. C. de fideico.ll.debent. ĵ.c.q.4.recurrat.in fi. ĭ.24.q.3.illud.& corripiantur:

g ¶Aetatis.] ĵ.prox q.2.antiqui.& c in adolescentia. sup.50.dist.ponderet & cap.de eo.sup 30.q.3.illud.

h ¶Differtur.] Sicut pęnitentia qñque differtur ad tēpus, donec deferuescat culpa luxuriæ. de pęn.distin. 1.sunt quī arbitrantur. & dū est in peccato, non debet agere pœnitentiam: de pęn.dis. 3 In falsicibus. sed illud intelligitur tantum de solēni pœnitentia: aliās aperte contradiceret. de pęn. dist. 5. falsas. quia peccator bene agit ꝓ crimine pœnitentiam, vt notavi 14. q.6. in summa. & extra de pęn & re. quod quidam ĵ.de pę.dist. 3 nihil prodest.

Pœna an possit agi ĭ peccato.

Vnde Leo Papa ad Rusticum Narbonensem episcopum, epist.90 al.92.cap.5.& 6.

¶Profectus est honestatis fornicariam abijcere, & uxorem legitimam accipere. C. XI.

ANcillam à thoro abijcere [a], & vxorem [b] certę ingenuitatis accipere; non duplicatio coniugij, sed profectus est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non penitus desperanda, ut crebris cohortationibus [c] incitati, quod necessario [d] expetierunt, fideliter [e] exequantur. Nemo [f] enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis [g] differtur [h], consilio maturiore perficitur.

de pœnit.dist.7. c.nemo.

NOn omnis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ non omnis mulier uiro coniuncta, est uxor: sicut nec omnis filius est hæres, sed illa est uxor, q̄ est uiro legitime copulata: nā aliud est cōcubina, & aliud vxor. In secunda parte dicitur, quòd bene potest exemplò Abrahæ concubina dimitti, & legitima superduci. In tertia dicitur quod mulieres iunctæ matrimonialiter viris de consensu parentum, carent culpa si mulieres, quas illi viri prius habebant, non erant uxores. Secunda pars ibi, [Propter qđ.] Tertia ibi, [Paterno arbitrio.]

i ¶Filius.] ĵ.ea.q.4. dicat. contra. sed hic filius secundum generalem, ibi secundū specialem significationem accipitur.

K ¶Patris.] Pater est quem nuptiæ demonstrant, ff. de in ius uocan. quia semper.

In Triburiensi cōc.c.38. & 39.

Item ibidem, c.4.

¶Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur. C. XII.

Poly.l.6.tit.4.
Burc.l.9.c.1.
Iuo p.8 c. 139.
Pann l.6.c.35.

NOn omnis mulier iuncta viro, vxor est uiri: quia nec omnis filius [i] est hæres patris [k]. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos [l] sunt legitima, & inter coæquales [m] †, multo prius hoc ipsum Domino constituente [n], quàm initium Romani iuris existeret. Itaq; aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera.

† al. æquales] orig.

Gal.4.
Gen.21.

ILlæ autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia sua; si se incontaminatis [g] non audeant comparare [h] virginibus [i]. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui, minus tamen eisdem oberit si quod potuerunt animo non amittere, doleant [k] se vel corpore [l] perdidisse. *Poly. l. 4. tit. 14.*

Cum ergo hæc, quæ violentiam passa est pudicitiã amisisse probari non potest, nullo modo conuincitur fornicationis, vel adulterij crimen incurrisse. Vt enim ait Aug. in libro de bono coniugali, c. 4. [Adulterium† committitur, cũ vel pro- *† Huius autẽ fidei violatio dicitur adulterium cũ] oti.*

a ¶Ad concupiscendum.] Hoc scilicet animo, & dat operam quam potest, de pœn. dist. 1. si cui.

b ¶Iam mœchatus est eam.] Hoc verum est in coniugata: nam cum soluta non committitur. Sed nunquid imponemus ei tantã pœnitentiam ac si factum interuenisset? Sic, sed non tam grauem.

c ¶Adulterium.] Id est fornicatio.

d ¶Vel ordine.] Nota secundum varietatem loci, vel ordinis aliquem plus minusue peccare. argu. dist. 40. homo Christianus 23. q. 8 occidit, supra 27. q. 4. quisquis ff. de pœnis, aut facta. § locus. 25. q. 1. nulli, supr. 31. q. 1. de his, qui frequenter vxores. de pę. dist. 1. aut facta.

e ¶Studiosa.] Non videtur hoc verum quod tantum peccet clericus studiosa concupiscentia, quantum laicus ipso facto. videtur enim, quod magis peccet clericus studiosa concupiscentia: nam tñ peccat quilibet studiosa voluntate committendi adulterium quã ipso facto, infra de pę. di. 1. si cui. & ita vel æqualiter peccat clericus, vel magis pp gradum altiorem 1 quã laicus. Quod ergo hic dr, referas ad ecclesię opinionem, non ad veri essentiam. Sic ergo secundum canones committitur adulteriũ solo animo, similiter periurium, vt 22. q 5. qui pietate. Idem in furto, & alijs criminibus, vt de pę. dis 1. ca. propterea 14 q. 5. si quid. sed secundum leges solo animo non committitur furtum, vt ff. de acqu pos possidere. §. si rem. nec adulterium. ff. de adulte. l. penul.

1 Argu. ad hoc 40. dist. homo Christianus. Adulteriũ & periuriũ solo animo committuntur.

f ¶Distinguitur.] Per contemptum.

QVAMVIS. Hæc est 4. pars q. in qua dr, quod si femina inuita perdidit virginitatem, non tamen debet se adæquare incontaminatis virginibus. Io. de Fant.

ILlæ autem famulæ.] CASVS. Dicitur hic, quod si

plum, sup 27. q 2. §. cum ergo ibi venerat.

h ¶Comparare.] Ex toto, vt velint cõsecrari inter virgines. arg. dist. 26 acutius, supra ea. q. cap. singe. vel vt habeant aureolam. 27. q. 1. nuptiarum.

i ¶Virginibus.] C. de nup Imperialis. ver. nam omnis.

k ¶Doleant.] Quia forte propter peccatum præcedẽs hoc eis accidit. arg. 22. q. 2. si quælibet alias quare dolebunt, cum non peccauerint?

l ¶Vel corpore.] Scilicet per peccatum originale, quod est in eis, propter quod possunt corrumpi.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex præallegatis, quod hæc de qua mentio fit in themate, non amisit pudicitiam animi: & ideo adulterium vel fornicationem non commisit. quod probat auctoritate Augustini & Hieronymi. [Ei,] Id est fideli. Sequentia duo capit. patent.

a ¶In-

a ¶Instinctu.] Vt cum appetit, & instigat aliquem ad coitum.
b ¶Vel alienæ.] Vt cum appetitur, & consensit alienæ libidini. De hoc no. sup. ead. q. 2. quidquid.
c ¶Fides.] Coniugalis, quam alter coniugum alteri debet

e ¶Corporalem.] Arg. pro leprosis, vt extra de coniug. lepr. quoniam. quia potius periculum corporis quàm animæ incurrendum est. 30 q. 1. §. 1. cum alterum euitari non potest. arg. 11. q. 3. non solum. §. cum ergo 22. quæst. 5. c. 1.

Iuo p. 8. c. 102. Pann. l. 7. c. 32. *pria libidinis instinctu* [a] *, vel aliena* [b] *consensu cum altero vel altera contra pactum coniugale concumbitur; atq; ita frangitur fides* [c]*: quæ in rebus etiam corporeis & abiectis* [d] *magnum animi bonum est: & ideo ei salutem quoque corporalem* [e]*, qua etiam vita ista continetur, certum est debere postponi.*

a ¶Et ideo ei.] *Apud B. Augustinum legitur:* & ideo eam saluti quoque corporali, qua etiam vita ista continetur, certũ est debere præponi. *Sed ob glossam, & quoniam idem est sensus, nihil mutatum est.*

Et Rabanus, & Beda in quæst. in Exodum.

Item Isidorus super Exodum, c. 29.

¶Mœchatur, qui alicui præter matrimonij fœdus miscetur. C. XV.

Ioo p. 8. c. 107. Pann. l. 7. c. 23. NOn mœchaberis.] id est, ne quisquam præter matrimonij sui fœdera alijs feminis misceatur ad explendam [f] libidinem. Nam specialiter adulterium facit, qui præter suam [g] ad alteram accedit.

Item Augustinus de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 13.

¶Qui viuente vxore sua, alteram cognoscit, adulterium committit. C. XVI.

Iuo p. 8. c. 242. PVto Christianum neminem reluctari, illum adulterum esse, qui vel diu languente [h], vel diu absente [i], vel continenter viuere cupiente sua vxore, alteri commistus est fœminæ.

5 *Cum ergo nihil istorum in ista deprehendatur fuisse, quia nec propria libidinis instinctu, nec aliena consensu, nec viro suo languente, vel absente, vel continenter viuere cupiente adhæsit alij, sed violenter aliena libidine oppressa, vim pertulit; apparet, quòd nec adultera, nec fornicaria dici potest.* Matt. 19. *Vnde nec aliqua occasione valet dimitti. Cum enim Iudæi quærerent à Christo, vtrum liceret homini vxorem suam dimittere quacumq; ex causa, respondit eis:* Gen 2. *[Non legistis, quia, qui fecit eos, ab initio masculum, & fœminam creauit eos; Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.] Deinde sermonem suum ita conclusit; vt diceret neminem posse dimittere vxorem suam, excepta causa fornicationis.* 1. Cor. 7. *Hinc Apostolus ait in epistola ad Corinthios: [His, qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Vnde datur intelligi, quòd qualescumque fuerint vir, & uxor, ex quo coniugali affectu sibi adhæserint, vlterius ab inuicem discedere non valent.*

Lib. 5. c. 7. *Vnde Ambrosius in Hexameron, tit. diei quartæ, scribit.*

¶Qualiscumque sit vir, ex quo semel placuit, non est dimittendus. C. XVII.

Iuo p. 8. c. 237. Pann. l. 6. c. 103. HOrrendus [a], & incultus est vir: semel [k] placuit: nun

f NOn mœchaberis.] ¶Explendam.] Nec etiam ob aliam causam.
g ¶Qui præter suã.] Et ita ille tantum cõmittit adulteriũ, qui habet vxorẽ: vel quæ est coniugata. quandoq; tamen large sumitur adulterium supra ea. q. 4. nemo.
h PVto.] ¶Languẽte.] Infr. ea. q. 7. qđ proposuisti. cõtra. Solu. illud à falsarijs dictum; istud authenticũ esse videtur. Vel illud de despõsata tãtum, istud de cognita. Vel illud reprobatum est, hoc diuina auctoritate [t] firmatum. Vel verius dic q illud de arcta loquitur.

t Quia dicitur q nemo excepta cã fornicationis, &c. sup. e. q. 1. dixit.

i ¶Absente.] 34. q. 1. cum per bellicam cõtra. sed ibi de illo qui nescit viuere: hic de illo qui certe scitur viuere.
CVM ERGO NIHIL. Hæc est 5. pars q. in qua dr, q postquã semel placuit q, eo viuẽte alter superduci nõ pōt. Io. de Fant. CASVS. Infert G. ex supradictis, q hęc mulier, de qua dr in themate, non est fornicaria, nec debet dimitti. Et quòd dimitti non debet, probat auctoritate Domini, & auctoritate Apostoli. & ad hoc inducit sequentia capitula.
HOrrendus.] CASVS. In hoc c. reprehendit Ambr. mulieres, quæ viros suos mutabant frequenter, cum eis displicebant. vnde ostẽdit quòd virum semel dilectũ amplius dimittere non potest. cũ semel sibi placuit; nam & hoc facit equus de suo compari. non est ergo mutandus vir, nec alius superducendus. Sequẽ. duo c. plana sunt.
k ¶Semel.] Ar. quòd sufficit semel consentire, vt supra dist. 4. in istis. & 8. q. 2. dilectissimi. & arg. ff. de mu. & ho. vt gradatim. §. 1. arg. contra, supra 12. q. 1. certe. argum. C. de rep. hære. l. vlt. C. de non num. pecun. generaliter ff. de nego. gest.

bet seruare, scilicet ne cum altero vel cum altera coeat. 27. q. 2. omne.
d ¶Et abiectis.] Id est, in quantumcunque vilibus valet fides coniugalis.

quid vir frequenter est eligendus? Comparem suú & bos requirit, & equus diligit: & si mutetur alius, trahere iugũ nescit compar alterius, & se non totum putat [a]. Tu iugalem tuum repudias, & putas sæpe mutandum? & si vno de fecerit die, superducis riualem [b]: & statim incognita [c] causa, quasi cognitam † pudoris exequeris iniuriam? † *al. cognita*

a ¶Horrendus.] *Apud B Ambrosium legitur*, sed horridus & incultus est: semel placuit, & c. *Ante hoc autem capitulum est c. Adam per Euam. infra.* 33. q 5.

Item Augustinus de sermone Domini in monte, libr. 1. *cap.* 32.

¶Similiter de vxore intelligatur. C. XVIII.

Sent 4. dist. 34. Iuo p. 8. c. 238. Pann. l. 6. c. 104.

SI vxorem quis habeat sterilem, vel deformem corpore, siue debilem membris, uel cęcam, uel surdam, uel claudam, uel si quid aliud, siue morbis, & doloribus languoribusque confectam, & quidquid (excepta fornicatione) cogitari potest vehementer horribile [d]; pro fide, & societate sustineat.

Item Hieronymus ad Oceanum de morte Fabiolæ. Epithaphiũ Fabiolæ.

¶Non licet viro vxorem dimittere, nisi causa fornicationis. C. XIX.

Sent. 4 disti. 35. Iuo p. 8. c. 240. Pann. l. 7. c. 3.

PRæcipit Dominus uxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis; & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quidquid uiris iubetur, hoc consequenter redũdat [e] in fęminas. Neque enim adultera uxor dimittenda est, & vir mœchus retinendus.

Idem ibidem.

¶De eodem. C. XX. Iuo ibidem.

APud nos, quod non licet fœminis, æque non licet uiris, & eadem [f] seruitus pari [g] conditione [h] censetur.

Item ex concilio Toletano 12. *c.* 8.

¶Communione priuetur, qui extra causam fornicationis vxorem suam dimittit. C. XXI.

Iuo p. 8. c. 329. Pann. l. 7. c. 1. *Matth.* 19.

6 PRæceptum Domini est, ut excepta causa fornicationis vxor à viro dimitti non debeat: & ideo quicumque citra culpã criminis supradicti, uxorẽ suam quacunq; occasione dimiserit, quia quod Deus cõiũxit, ille separare disposuit: tamdiu ab ecclesiastica communione priuatus, & à cętu omnium Christianorum maneat alienus; quam-

---

Pomponius arg. supr. 3. q 3. §. spatiũ, sup. di. 72. placuit.
a ¶Putat.] Arg. ff. ad legem Aquil. proinde. arg. ff. de ædi. edil. cum eiusdem l. plerumque.

Riuales q dicuntur.

b ¶Riualem.] Riuales proprie dicunt, qui per eũdem riuum aquam ducunt, vt ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. similiter hi exquisita similitudine riuales dicuntur, qui cum eadem muliere habent consuetudinem, cum qua accedunt quasi ad eundem riuum.
c ¶Incognita.] An sit iusta vel non, id est, nõ probata causa, &c.

Maritum leprosum an tene ẽ mulier sequi.

d SI vxorẽ.] ¶Horribile.] Arg. pro leprosis quód non debent dimitti, vt extra de conin. leg. c. 2. vnde & Hug dicit, quòd debet maritum sequi mulier. & pro Hugo. est argum. 13. q. 2. vnaquæque. & extra eo. quoniam. Quod autem dicitur extra eo. cap. 1. quod non cogitur sequi, potest intelligi in eo casũ quãdo reliquus hoc non petit. nam si peteret, bene teneretur sequi, vt extra ead. tit. quoniam. Vel dic quòd illud non tenet quod ibi dicitur: quia est cõtra præceptum Domini. Sed pone quòd vir uult retinere apud se vxorem leprosam, nunquid potest? Videtur quòd sic, quia vxor tenetur virum sequi, sed non econuerso, vt 13 q. 2. vnaquæq;. Econtra videtur quòd vicini nõ tenetur pati illam esse inter eos: quia de iure debet remoueri ab alijs, vt supra distin. 6. testamentum. & 33. q. 2. hoc ipsum. & extra de eccles. edific. c. 2. & etiam de consuetudine, vt extra eo. quoniam. Ego credo ꝙ alter reliquum debeat taliter sequi, vt quandoque veniat ad ipsum, & quam cito soluerit debitum, recedat. argum. 54. disti. si seruus. in si sed. sponsa de futuro etiam propter alias deformitates non tenentur sequi sponsum, vt extra de iureiur. quemadmodum.

1 Argu. ad hoc infr. ca. prox 21. di. inferior, supra ea. q. 1. si quis vxorem. & q. 4. meretrices secũdũ Hu. & facit ad hoc qd leg. & no. 31. di. si laicus. & extra de cõstit. trãslato.

e PRæcepit.] ¶Redundat.] Nam vbi par est ratio, par debet esse iudicium. 1. ff. ad leg. Aquil. illud. & infra q. proxi. nihil.
f APud.] ¶Eadem.] Id est, eiusdem generis: nam in veritate duæ sunt seruitutes, vt extra de conue. coniu. quidam.
g ¶Pari.] Argu. de quibus par ratio attenditur, simile debet esse iudicium, infr. ea. q. 7. Apostolus.
h ¶Conditione.] Quo ad debitũ reddendum, & fidẽ. seruandã, nõ aũt in alijs, vt potes ponere per exempla ff de his qui no. infa. vxores 33. q. 5. manifestũ. & c. noluit. & c hæc imago. 35. q 1. si quis acceperit. nã in uoto abstinẽtiæ vir ẽ maior: similiter in accusatione secũdũ leges: sed secundum canones non ad imparia iudicantur, vt sup. ea. q. 1. si quis. & vir potest statim contrahere post mortem vxoris: sed mulier non potest statim post mortem viri secundum leges. C. de secun. nup. l. 1.

Vir & mulier nõ debet iudicari ad imparia.

PRæceptum.] Hæc est 6. pars q. in qua punitur qui vxore dimissa adhæret concubinæ. Io. de Fan.
CASVS. Statutum fuit in hoc c. vt vir non dimittat vxorem suam nisi causa fornicationis: quod si fecerit, & admonitus se nõ correxerit, cõe priuetur, & suę dignitatis cingulo spolietur: & quod dr [Testimonium.] Id est famã, vel [Testimonium.] Id est, inter alios generosos, &

Feudum potest auferri excõicato.

di societatem relictæ coniugis sinceriter amplectatur, & foueat. Itaque qui iam admoniti à sacerdote semel, bis, ter que, ut corrigerentur, ad totum suæ coniugis noluerint re dire: ipsi se suis meritis, & à palatinæ dignitatis [a] officio separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium quamdiu [b] in culpa fuerint, amissuri sunt, quia carnem suam dissidij iugulo tradiderunt.

Iuo p.8.c.228.

Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c.96.

¶De eodem. C. XXII.

Eph 5.

QVidquid mulier tua contra te cogitauerit [e], aut fecerit, uel si te accusauerit; non est, excepta causa fornicationis, reijcienda, uel odio prorsus habenda, quæ est a Apostolo præcipiente, sicut ecclesia à Christo diligenda.

a ¶Quæ est.] Hæc vsque ad finem addita sunt ex ipsis responsionibus.

7 Sed; quæritur cum sit par utrusque, conditio cur communicantes [d] uiri cum adulteris uxoribus non conueniant [e]; cum econtra uxores consortio adulterorum virorum manere uideantur.

De his ita scribit Innocentius Papa, epistol. 3. ad Exuperium episcopum, c. 4.

Sent 4. dist. 35. Iuo p.8 c.214.

¶In utroque sexu adulterium pari ratione punitur. C. XXIII.

CHristiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed uiros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam †. Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes [f] deferre consueuerunt: & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur, uirorum autem latenter commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur: qui utique submouebitur, si eius flagitium detegatur [g]. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, uindictæ [h] ratio conquiescit [i].

† Cōcot. l. cū fratrem & ibi Bal. C. de his qui. vt indig.

QVAESTIO VI.

ECce, ꝙ ista dimitti non ualet cum à fornicatione innocēs inueniatur. Sed ponatur [k], ꝙ ipsa sit adultera: quæritur, si adulter possit dimittere.

†De hoc habetur. 7.q.1 si quis presbyter.

Criminos' post pœnitentiam an possit admitti in testem.

a De hoc satis disputat ipse B. Brix i quæstione sua venerial. quæ incipit. Itē quæritur vtrū. ibi videas.

---

fos, & nobiles non potest ferre testimonium.

a ¶Dignitatis.] Arg. ꝙ si aliquis contemnit excommunicationem, ꝙ iudex sæcularis uel dominus illius pōt eū priuare feudo suo. Itē arg. ꝙ si unus eps ꝑꝑ excommunicationē, alicui aufert præbendā: similiter & alius eps potest ei auferre id, quod ab ipso habet, 1. ut 7. q. 1. si quis presbyter. & 11. q. 3. si quis à proprio. Itē argu. ꝙ qdqd platus vel alius fecit tpe excōicationis, nō ualet, vt 7 q 1. factus. & 25. q. 1. omne & de conse. dist. 1. hic ergo. 12. q 2. alienationes. Item est arg. hic. ꝙ postquam quis pœnituit de crimine, ꝙ possit recipi in testem: licet manifestum fuerit eius crimen. quod uerum est in ciuili: secus in criminali, ut 6. q. 1. qui crimen &c. illi q. & 4. q. 1 c. 1. & 3. q 4. beatus. H tū subandit hic, maximè Io. hoc hodie expressum est extra de testibus, testimonium a. B.

b ¶Quamdiu.] Supra 6. q. 1. illi.

e QVidquid.] ¶Cogitauerit.] Arg. contra extra de diuor. c. 1. C. de repu. l. 1. sed illud non tenet.

SED QVÆRITVR. Hæc est 7. pars q. in qua quæritur (vt dicit hic) quare dimittunt hoīes uxores ꝑꝑ adulterium, & mulieres non viros. Et respondetur, ꝙ mulieres probare non possunt. Io. de Fan.

CASVS. Quærit Grat. hic incidenter, quare viri non cohabitent uxoribus adulteris: sicut econuerso: sed quare hoc contingat, in sequen. capitul. dicitur.

d ¶ Communicantes.] Id est, similē adulterium perpetrantes, sicut, & mulieris.

e ¶Non conueniāt.] Vt possint accusari de adulterio, sicut vxores.

CHristiana.] CASVS. Probatur in hoc capitu. quòd uxor potest æquè accusare uirum suum, sicut ecōuerso 3. sed non solet hoc ita frequenter accidere, triplici de causa, scilicet pro uerecūdia, item pro timore, item quia uir cautius peccat. nec sic de facili deprehenditur. Qd' postea sequitur, planum est.

3 Adde gl. & Cyr. Flo. in c. tuę de procu. Cy. & doc. in l. 1. C. de adulterijs.

f ¶ Apud sacerdotes.] Arg. adulteros tātum ab ecclesia iudicandos 31. q. 2. sæculares, infra 35. q. 6. multorum.

g ¶Detegatur.] Hic manifestè habes, ꝙ vxor potest accusare uirum de adulterio: licet secus uideatur secundum legem. De hoc not. supra e q. 1. §. hoc in mulieribus.

Vxor pōt accusare virum de adulterio.

h ¶Vindictæ.] Q d. non deficit ius, sed ꝓbatio. ut ff. de test. tut. dno sunt Titij.

i ¶Cōqoiescit.] Quo ad ecclesiam. Ecclesia enim non iudicat de occultis. 32. dist. erubescant. potius enim opinionem sequimur quàm veritatem. arg. 3. q. 7. §. tria.

ECce.] CASVS. Hic ponitur 6 q. qua quęritur an adulter possit adulteram dimittere? Et dicendum est, quòd non, ut probatur in sequentibus. Dicitur ergo in hoc §. quòd adulter non potest uxorem adulteram dimittere: cum sit eodem crimine infectus. & hoc probatur duabus auctoritatibus Domini.

K ¶Sed ponatur.] Hæc q. nihil habet qōnis quin alter possit reliquum repellere per exceptionē, ut inf e. c. 1. extra de diuor. significasti. denūciare tū potest uir adul ter

Vir & mulier non debent iudicari ad imparia.

tere eā causa fornicationis. Non enim videtur, ꝙ pari crīe infectus aliū de eodē punire possit. Vnde cum Iudæi adulteram accusarent, æquitatis sententiam à Domino acceperunt. [Quicunque vestrum sine peccato est, primus lapidem in illam [a] *mittat.] Hinc etiam in Euangelio præcipitur:] Hipocrita primum eijce trabem de oculo tuo, & postea educes festucam de oculo fratris tui.]* *Ioan. 8.* *Luc. 6.*

Hinc etiam Augustinus scribit in libro primo de sermone Domini in monte, c. 28.

¶Qui fornicatur, fornicationis causa vxorem suam dimittere non potest. C. I.

NIhil iniquius [b] quàm fornicationis causa dimittere vxorem, si & ipse conuincitur [c] fornicari. Occurrit enim illud: [In quo enim alterum iudicas, temetipsum cōdemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.] Quapropter quisquis fornicationis causa vult abijcere vxorem; prior debet esse à fornicatione purgatus [d]. Quod similiter etiam de fœmina dixerim. Sent. 4. dist. 35. Iuo p. 8. c. 250. Pann. l. 7. c. 31. *Rom. 2.*

Idem de verbis Domini tractatu, siue sermone 46.

¶Qualem quisque vult inuenire vxorem, talem se seruet eidem. C. II.

SI ducturi estis vxores, seruate vos vxoribus vestris: Quales vultis eas [a] inuenire, tales & ipsæ inueniant vos †. Quis iuuenis est, qui nō castā velit ducere vxorē? & si accepturus est virginem, quis non intactatā desideret? Intactam [e] quæris? intactus esto: purā quæris, noli esse impurus. Non enim illa potest, & tu non potes. Iuo p. 8. c. 45.

† Adde ad hoc tex. in l. 1. & ibi not. per Cynum, & Doc. C. de adulte.

a ¶Eas inuenire.] *In originali, & apud Iuonem est*, Quales eas vultis ad vos venire, tales & vos debent ipsæ inuenire.

tec crimen vxoris adulteræ, & maxime secundū opi. H. Aliter enim non posset ei consuli, cum accusare non possit: quod nō concedo, quod aliquis criminosus possit denunciare crimen alterius, nisi pœniteat de crimine. Sunt autem 7. casus, in quibus maritus repellitur ab accusatione adulterij. Vnus est, si ipse fuerit fornicatus, vt hic. c. 1. Secundus, si vxor ui fuerit oppressa, vt sup. ea. q. 5. ita ne. Tertius, si credebat maritum mortuum, vt 34. q. 2. cum per bellicā. Quartus, si alter sub specie mariti cognouit eam, vt 34. q. 2. in lectū. Quintus si dedit ei occasionem fornicādi, vt extra de eo qui cog. consan. vxo. suæ discretionem 1. Sextus, si maritus post adulterū tolerauit eam a. arg. su. ead. q. 1. si quis vxorem. & c. sicut. ff. solu. ma. cū mulier. Septimus est, si adulterata est ante baptismū, vt extra de diuor. gaudemus.

1 Concor. tex. l. 2. § si publico, cū ibi not. ff. de adul. & in l. cum mulier, solu. matri.

2 Subau. nisi ex nouo adulterio, vt dicam inf. ea. c. 1. in gl. vlt.

a ¶In illam.] Nam si aliquod peccatum habebat, mortale erat: qa cæremonialia delebat venialia tñ. de pœ. di. 6. ea. ver. venialia. ff. de do. si duo.

NIhil.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ vir adulter vxorem prætextu fornicanonis dimittere nō pōt: similiter nec vxor. q enim vult vxorē prætextu fornicationis abijcere, prius debet se de fornicatione purgare: quod & de fœmina dicit.

b ¶Nihil iniquius.] Id est, iniquū est hyperbolice loquit. sim. infra. quæ. 7. quid in omnibus. 7. q. 1. omnis.

c ¶Conuincitur.] Sed qualiter pōt maritus conuinci de adulterio, qui primo cœpit vxorē suā accusare de adulterio? nā accusatori nunquam pōt par vel minus crimen obijci, vt 3. q. vlt. negāda, ergo simplex adulterium non pōt obijcere viro, nisi ei velit obijcere adulterium incestuosū, vel adulterium cum aliqua coniugata? Respō. si directe vult vnº agere cōtra reliquū tūc proferendus est primus accusator vel actor. ff. de iud. qui prior. Si autem vxor vult agere in modum exceptionis, prius audit, & probata exceptione repellit maritū, vt extra de eod. cog. cū dilectus. Sed adhuc obijcit: ex quo vir propriam iniuriam persequitur, nō potest mulier eum repetere per aliquam exceptionem, vt 4. quæst. 6. omnibus. nam ibi dicitur, ꝙ in causa sua quilibet infamis admittitur Sed dicimº hoc speciale esse in adulterio & lenocinio. Hæc em̄ exceptio adulterij vel lenocinij repellit agētē, vt extra de diuor. significasti. & extra de eo q cog. cōs. vxo. suæ, discretionē. ff. sol. ma. cū mulier, a. C de adul. quoniam Alexandrū. Sed huic contradicit, ff. de adul. l. 2. §. si publico. vbi dr, ꝙ exceptio lenocinij vel adulterij nō repellit maritū. Ad hoc solet dici, ꝙ illa lex loquitur qñ post litē cōtestatā obijcit lenocinij crimen vel adulterij. Et dicūt quidā, ꝙ est speciale in adulterio, ꝙ post litē contestatam nulla replicatio vel exceptio admittatur: & ad solutionē suam confirmandam inducunt illud. ff. de adul. si maritus. §. præscriptiones. nam ibi dicit, ꝙ postquā nomē accusati fuit receptum inter reos, nullæ præscriptiones admittuntur. H. tñ dicit, ꝙ si ante litem contestatam non credebat adulterium accusatorem commisisse, & si postea sciuit, bene potest excipere cōtra eum: sed tñ huic prædictus. §. si publico, contradicit, nam ibi dicit ꝙ exceptio fuit admissa: sed intellige ꝙ admissa post litem contestatam fuit de facto.

Accusans vxorem adulteram qualiter cōuincetur de adulterio.

d ¶Purgatus.] Id est, immunis. non enim sufficit ꝙ sit purgatus. nā licet vxor pœniteat de adulterio, si tamē viri adulterium velit accusare, repellitur exceptione. nam cū post pniam vir possit eā accusare, vt multo fortius, ꝙ eā possit exceptione repellere argumē. inf. pro xi. causa. q. 2. admonere. arg. ff. de reg. iur. inuitus. §. cui damus. Sed quid sentis, si vir eam sibi reconciliauit, & postea vir adulterat? si em̄ vxor eū velit accusare, poterit eā repellere exceptione adulterij, quod vxor cōmisit, & ipse remisit reconciliando eam: & etiam Deus sibi remisit, cum iam ipsa pœnituit. su. ea. q. 1. apud misericordē. Respon. sic: quia quædam possumus consequi excipiendo, quæ nō possumus consequi agendo: quia qui crimen intendit, videndum est si ipse prius fuerit criminosus, vt 6. q. 1. qui crimē. arg. cōtra. 23. q. 4. si illic H. Ego dico ꝙ viro non competit exceptio, cū iā sit ab eo remissa, vt ff. de ædi. edi. quæritur. §. si venditor.

Excipiendo consequimur quæ non consequimur agendo.

SI ducturi.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ tales debent esse viri vxoribus, quales volūt sibi esse vxores. Nā cum ipsi velint vxores intactas esse, & ipsi intacti debent esse. Sequentia duo cap. plana sunt

e ¶Intactam.] Iniquum enim est vt pudicitiam vir ab vxo-

vxore exigat quam ipse non exhibet arg ff. ad leg. Iul. de adulte. l. si vxor. § iudex, supr. dist. 95. esto subiect⁹. Item frustra petit debitum, qui quod debet non impendit: quod enim quisque iuris, &c. 1 argumen. dist. 9. neque. arg. supra ead. q. 4. nemo.

Debitũ petens impendat qđ đet. 1 Extra de cõstit. cum omnes. & de præben. pro illorũ. Arch.

NOn mœchaberis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod vir mœchari non debet, nec debet petere ab vxore quod ipse seruare non uelit. nam cum vir sit caput vxoris, præcedere debet eam in castitate, sicut in domo, ne domus sua capite deorsum pendeat.

Idem in epistola ad Pascentium comitem Arrianum, epist. 184.

¶Iudicium de alio expetere non debet, qui de se iudicari contemnit. C. III.

Ioo p. 6. c. 392.

INiquum est, vt quisque de alio iudicare velit, & iudicari [a] de se nolit.

Idem de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 8.

¶Viri grauius sunt puniendi de adulterio, quàm mulieres. C. IIII.

Sent. 4. dist. 35. Iuo p. 8. c. 242. Pann. l. 7. c. 36.

INdignantur mariti, si audiant adulteros viros pędere [b] similes adulteris fœminis pœnas: cum tanto grauius [c] eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.

Idem de decem chordis, c. 13.

¶Sicut vir caput est mulieris, sic adulterando grauius delinquit, quàm mulier. C. V.

Ino p. 8. c. 263. Exo. 20. Deu. 5.

NOn mœchaberis, id est, non ibis ad aliquam aliã præter vxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab vxore †; & non vis reddere hoc vxori? & cum debeas in virtute præcedere [d] vxorem (quoniam castitas [c] virtus est;) tu sub vno impetu libidinis cadis? & vis vxorem tuã victricem esse, tu victus iaces †? & cum tu caput sis vxoris tuæ, præcedet te ad Deum, cuius caput es? vis domum tuam capite deorsum pendere? Caput enim mulieris est vir. Vbi autem melius viuit mulier, quàm vir; capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debet viuere vir, & pręcedere in omnibus bonis factis vxorem suam; vt illa imitetur virum, & sequatur caput suum.

† Adde tex. quasi in terminis in l. si vxore. §. iudex. ff. de adulte.

† al. iacens

Ephe. 5.

His auctoritatibus monstratur, quòd adulter adulteram dimittere non valet.

d ¶Pręcedere.] Quod dicitur hic de viro respectu uxoris, intelligẽdum est de prælato respectu clericorũ, & de clerico respectu laicorum. ar. 1. q. 1. vilissimus. & 8. q. 1. ca. vlt. & de magistro respectu discipulorũ, quos præcedere debet. C. de profess. & me. magistros. 8. quæstio. 1. qualis.

e ¶Castitas.] Coniugalis 31. q. 1. Deus. Ipse etiam concubitus coniugalis castitas dicitur. 31. dist. Nicæna. Hug.

NVnc aũt.] Hæc quæstio diuiditur in septem partes. In prima quarum probat 9. auctoritatibus, quòd si aliquis dimittit vxorem causa fornicationis, manebit in castitate ea viuente, vel reconciliabitur illi. Secunda ibi, [Sunt enim.] Tertia ibi. [Non solum.] Quarta ibi, [His ita.] Quinta ibi, [Sed illud] Sexta ibi, [Hi qui.] Septima ibi, [Vt ergo.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur septima quæstio. qua quæritur an vxore sua dimissa viuẽte illa possit aliam ducere quis? & indistincte dico, quod non, & hoc probatur per 56. c. quorum primum per se patet.

QVAESTIO VII.

NVnc autem [f] quæritur, si ille, qui dimiserit vxorem suam causa fornicationis, illa viuente aliam ducere possit. Quòd autem hoc fieri non possit, testatur Augustinus in libro de bono coniugali, c. 7. dicens.

¶Vinculum coniugij fornicatione non potest dissolui. C. I.

Iuo p. 8. c. 9 & 235. Pann. l. 7. c. 6.

INteruueniente diuortio [g] non aboletur illa confœderatio nuptialis: ita vt sibi coniuges sint, etiam separati, cũ illis autem adulterium committant, quibus etiam fuerint

f ¶Nunc autẽ.] Hæc quęstio nõ habet quæstionem, quia non potest dimissa vna aliã ducere, nisi cum matrimonium rumpitur, & prior desinit esse vxor, vel cum sponsa ingreditur monasterium, vel cum infidelis dimittitur nolens cohabitare viro. 35. q. 2. de incestis. & quæst. 6. si dno. extra de conuer. coniug. ex publico. & extra de diuor. quanto.

Marit⁹ qui vxorẽ propter fornicationẽ dimisit: an aliam ducere possit.

Diuortium vnde dicat.

a INiquum est.] ¶Iudicari.] 3 quæstio. 8. cuius in agendo.

b INdignantur.] ¶Pendere.] Id est, sustinere, à pendo, dis.

c ¶Grauius] Arg. maiorem esse reatum, ex persona delinquentis. arg. 11. q. 3. præcipue. 25. q. 1. nulli.

g INteruueniente diuortio.] Diuortium aũt non est verum, nisi cũ fit animo cõstituendi discessionẽ, infra de pęn. dist. 1. diuortium. Diuortium aũt dictum est à diuersitate mentis, vel quia in diuersas partes 2 eunt

2 Vt ff. de verb. signi. inter diuortium.

post suum repudi um [a] copulati.

Idem de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 4. & 5.

¶Nulla ratione dissoluitur coniugium, quod semel initum probatur. C. II.

LIcite dimittitur coniunx ob causam fornicationis; sed manet vinculum prioris. Propter quod fit reus adulterij, qui dimissam duxerit etiam ob causam fornicationis. Sicut enim manente [b] in se sacraméto regenerationis excommunicatus quis [a] reus criminis, nec illo sacramento caret, etiam si nunquam reconcilietur Deo; ita manente in se vinculo fœderis coniugalis, vxor dimittitur ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiam si nunquam [c] reconcilietur viro. Carebit autem, si mortuus fuerit vir eius. Reus vero excommunicatus ideo nunquam carebit regenerationis sacramento, etiam non reconciliatus, quia nunquam moritur Deus.

Iuo p. 8. c. a35. Pann. l. 7. c. 5.

a ¶Excommunicatus quis.] *Totus hic locus est restitutus ex originali, & multa alia cum ex eodem, tum ex vetustis exemplaribus emendata.*

Idem super epistolam Pauli ad Corinthios.

¶*Est apud Bedam 1. Cor. 7. ex lib. 1. B. Augustini de sermone Domini in monte, c. 26.*

¶Siue vir ab vxore, siue vxor à viro causa fornicationis discesserit alteram habere prohibetur. C. III. 1. Cor. 7.

APostolus [d] dicit: [His, qui sunt in coniugio, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere [e]: quòd si discesserit, manere innuptam, aut reconciliari viro [f] suo.] Potest. n. fieri, vt discedat ea causa, qua Dominus permisit. Aut, si fœminæ licet virum dimittere, etiã præter causam fornicationis, & non licet viro: quid respondebimus de hoc, quod dixit posterius, [Et vir vxorem ne dimittat?] quare non addit, [excepta causa fornicationis,] quod Dominus permittit? nisi quia simi-

Sent. 4. dist. 35. Poly. l. 6. tit. 4. Iuo p. 8. c. 208. Pann. l. 7. c. 2.

eunt qui matrimonium distrahunt. ff. de repu. l. a. nec fit diuortium quo ad matrimonij essentiam, sed quo ad vsum carnis, & dupliciter fit. vel perpetuo, inf. proxi. q. 5. quod Deo. Vel ad tempus. 30. q. 1. nosse.

a ¶Repudium.] Id est, diuortium. nam repudium proprie est inter sponsos. ff. de ver. si. inter stuprum. §. diuortium.

LIcite,] CASVS. Dicit August. in hoc capit. quòd licite quis dimittat vxorem causa fornicationis: sed tamen durat vinculũ coniugale: vnde facit comparationẽ fœderis nuptialis ad fidẽ baptismalẽ. Nam & si diuortium fiat, tñ matrimonium perseuerat. Similiter etsi baptizatus cõione ecclesiæ priuetur, tñ baptisma perseuerat. postea facit dissimilitudinẽ inter ea: nã matrimonium morte finitur, secus in baptismate.

b ¶Manẽte.] Arg. ꝙ nec sacramento ordinis careat depositus: cum hæc duo sibi æquiparet canon, s. sacramẽtum ordinis, & sacramẽtũ baptismi, vt infr. de cons. dist. 4. ostenditur. Arg. contra. 50. dist. accedens.

c ¶Nunquam.] Hic habes ꝙ verum sacramentum baptismi nunquam in aliquo aboletur: vnde videtur, ꝙ anima semel baptizata nunquam debeat iterum baptizari, & si millies quis resuscitaretur ad vitam. Sed quid de ordinibus? quid de possessionibus? quid denique de vxore Lazari? nũquid sunt ei omnia restituenda? Item nunquid anima contrahit originale peccatum cum denuo applicatur carni? de originali dicit Hug. non esse illud in suscitato: quia morte extinguitur. sed dignitates, & vxorem petere non põt de iure, de æquitate tñ si vacat ei est subueniendum. Gã. dicit nõ esse mortem vbi resuscitatio sit secuta, sed potius diuinam quandam vocationem: ideoq; nec matrimoniũ dissoluit, nec cætera amittuntur [1] qđ aũt dicit Augu. non de naturali morte, sed de miraculosa intelligitur. Tu dic matrimonium morte dissolui, vt hic dr, cũ sit quædã societas, quæ dissoluit morte. ff. pro so. cum duobus. §. idem respondit. mors aũt oĩa delet. in auth. de nu. §. deinceps. coll. 4. idẽ dicẽdum de prælatura. Sed baptisma non deletur morte, vel aliquid aliud, in quo confertur gratia, vt ordo. vnde resuscitatus non est denuo ordinãdus: & est ratio, quia per baptismũ copulatur immortale immortali, s. anima Deo: per matrimonium mortale mortali, scilicet corpus corpori: & ita dissoluitur morte sola. vnde dicit Baz. ꝙ matrimonium non soluitur ingressu monasterij [2]: quia dicitur hic, ꝙ sola morte soluitur matrimonij sacramentum. Io. quid iuris sit de hoc, in quæstionibus notaui. B. [3]

Mortuus si suscitet an debeat iterum baptizari, & vxorẽ & bona recipere.

1 Subd. sed ad oĩa restituũtur quasi iure postliminij, ar. 16. q. 2. prima. Arch.

2 Alij contra, vt not. 27. q. 2. desponsa am, & c. seq.

3 Quæstio dominicalis est, & incipit, Esto ꝙ aliqs sit resuscitatus, &c. vbi ponit sentẽtiam Gã. & Hu. Arch.

APostolus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima ostendit, Augus. ꝙ vir vxorem dimittere nõ debet nisi causa fornicationis; qua dimissa aut eam sibi reconcilier, aut contineat. In secunda parte quærit, quare hæc adiectio nõ est apposita. s. causa fornicationis, cum dixit apostolus: Et vir non dimittat vxorem suam: sicut dictum est ibi: Vxor non dimittat virum suum, nisi causa fornicationis. Et rñdet, ideo quia intelligitur repetita. In tertia parte ostendit ꝙ fornicatrix non iubetur dimitti: sed permittitur. In quarta parte ostendit, ꝙ si non põt aliam ducere, multo minus fornicari. Secunda pars incipit ibi, [Potest enim.] Tertia ibi, [Dominus autem. [Quarta ibi. [Idem de sermone.] Sequentia duo cap. plana sunt.

d ¶Apostolus dicit.] In epistola 1. ad Corinth. cap. 7.

e ¶Non discedere.] Nisi propter fornicationem.

f ¶Viro.] Etiam inuito: maxime si non sunt separati iudicio ecclesiæ: immo & post pnĩam vsq; ad bienniũ põt eam sibi reconciliare inuitam, vt C. de adult. auth. sed hodie. Sed quid si postea maritus adulteret, postq̃ sententia esset lata contra vxorem de adulterio? Dicut omnes ꝙ maritus tenetur eam recipere, vt extra de diuor. ex litteris. & extra de iurein. tua. & extra de adul. tua.

Marit' per snĩam ab vxore separatus: si postea adulteretur an sit ei restituenda.

tua, quod vix credo, eo q nulla facta sit iniuria mulieri, vt inst. ea. quẽadmodũ. est. n. liberatus à mutua serui tute. nã cum illa mulier non possit induci testis super aliquo, cum sit damnata de adulterio, ergo nec ad accusandum admittitur 1. non. n. potest dici, q suam iniu-

1 Ad hoc 35 q. 3. §. 1.

sententiauerit, pnuncio te adulteratã; an sic, pnuncio virũ esse separandũ à te. sic 2. q. 3. §. notandũ. Vel ibi iudex ex officio suo restituit virũ mulieri 2. aliàs inconueniẽs esset, q snia à qua nõ esset appellatũ, & quę trãsiuit in rẽ iudicatam, pp delictum superueniens retractaretur. hoc aũt bene concedo, q pp delictum superueniens restituit seruitus prior, dũmodo sententia nõ præcesserit super adulterio. si tñ factum fuerit publicũ, vt extra de diuor. significasti. Io. contrarium dixi in quæstionibus 3 per decre. illam ex litteris. & decre. significasti. nã illa decre. ex litteris expresse ponit hunc casum. B.

2 Hanc sententiã tenet Inn. tãquã veriorẽ, extra de diuo. c. de illa. Archid.

3 Incipit q. Coniugata quædã, &c. & est quæstio dñicalis. Arch.

lem[a] formam vult intelligi; vt si dimiserit, (quod causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori? *& post pauca.* ¶Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non iussit.

a ¶Apostolus dicit.] *Apud B. Augustinum in 1 lib. de sermone Domini in monte, c. 26. legitur* sed consulamus Apostolum: ne quid temere dicamus: [his, qui sunt in coniugio, inquit, præcipio, &c.] *Apud Bedam vero. 1. Cor. 7.* His, qui sunt in coniugio, præcipit per Apostolum Dominus vxorem, &c. *Multa vero & in hoc, & in sequentibus capitibus.* Fieri, & Dominus, *emendata sunt ex ijsdem B. August. & Beda in locis indicatis.*

Beda 1. Cor. 7. Iuo p. 8. c. 237.

Idem de sermone Domini in monte, lib. 1. c. 25.

C. IIII.

Fieri potest, vt vir dimittat vxorem causa fornicationis: quam Dominus exceptam esse voluit. Iam vero si nec illi nubere conceditur, viuo viro, à quo recessit; neq; huic alteram ducere viua vxore, quam dimisit; multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere.

Concilium Africanum c. 69. & Græcum c. 105.

Item ex concilio Mileuitano, c. 17.

¶Ab vxore dimissus, vel dimissa à viro ad pœnitentiam redigantur; nisi aut continenter viuere, aut sibi reconciliari voluerint. C. V.

Math. 19. 1. Cor. 7. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 15. Burc. l. 9. c. 64. Iuo p. 8. c. 200.

Placuit, vt secundum Euangelicam[b], & Apostolicam[c] disciplinam neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri coniungantur: sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur.

Beda 1. Cor. 7.

Item Augustinus libro 1. de sermone Domini in monte, cap. 25.

¶Mœchatur, qui à viro dimissam ducere præsumit. C. VI.

Sent. 4 dist. 35. Iuo p. 8. c. 237. Pann. l. 7. c. 4.

Dominus ad illud confirmandum, vt non facile dimittatur vxor, solam causam fornicationis[d] *excepit: ceteras* vero vniuersas molestias, si quæ forte extiterint, iubet pro fide coniugali, pro castitate fortiter sustineri[e]. Et mœchum dixit etiam virum, qui eam duxerit, quæ soluta est à viro.

Item Hieronymus ad Amandum[f] presbyterum.

f ¶Amandum.] *Sic in plerisque vetustis, nam in vulgatis erat,* Damasum *Sunt autem aliqua in hoc capite emendata ex ipso originali, vbi glossa non obstitit.*

¶Adultera probatur, quæ viuente viro alteri nubit. C. VII.

Poly. l. 6. tit. 4. Iuo p. 8. c. 239.

Omnes causa-

a ¶Similem.] Arg. q ea, quæ præmittuntur in contractibus, intelliguntur repetita in sequentibus, & quòd præcedentia determinant sequẽtia, vt hic, & ff. de ver. obl. Titia. & ff. de condit. & demon. auia. & ff. de vi. & triti. le. l. vlt. per sequentia similiter præcedentia, vt 27. q. 2. egressus. & per mediũ tam pręcedens, quàm sequens. extra de app. secũdo requiris. Item huic videtur contrarium extra de ap. inquisitioni. & ibi quære solutionem illius brochardi.

Præcedẽtia determinãt sequentia.

b Placuit.] ¶Euangelicã.] Mat. 19.

c ¶Apostolicam.] 1. ad Corint. 7. & supra cap. proxi.

d Dominus.] ¶Causam fornicationis.] Sed quare Dominus constituit tãtum propter hoc crimen eam dimitti, cum alia quædam sunt maiora, ideo quia cum ipsa in hoc non seruet fidem, non est ei seruanda: & ita punitur in quo deliquit. 1. q. 4. §. item peccato. Item quia fornicatio etiam vxoris, maculat corpus 4 viri, vt sup. ead. q. 1. in coniugio. Item est hic arg. q qui vnã causam excipit, intelligitur omnes alias inclusisse. ff. de euic. qui libertatis.

Fornicatio vxoris maculat corpus viri.

4 De hoc no. 21. disti. deinde, in gl. videtur.

e ¶Sustineri.] Argu. pro leprosis, & supr. ea. q. 5. si vxorem.

iuriam prosequatur, cum omne ius sine & seruitutem quam habuit in viro, perdiderit. & præmissas decretales intelligo cum nõ sunt snia lata super adulterio, sed tantum de diuortio. multum enim refert an iudex ita

Omnes.] CASVS. Beneue. sic ponit hũc casum. Apostolus vsus auctoritate Domini in Euangelio expresse pbat, q mulier nullã hẽt excusationem, q̃ viro, di-

dimisso & viua ali] nubat, neq; propter crimẽ primi viri, nec per violentiã secundi, nec per metũ parentũ. vnde Dñs grauẽ matrimonij sarcinã ꝓfitet. Deinde tria gña eunuchorũ subiũgit, {Causatiões,} i. excusatiões.
a Omnes causationes.] s. actiones vel allegationes.

m ¶Tenetur.] Lex carnis est reddere petenti debitum hac lege non tenetur virginitas. Vel non tenetur lege carnis, sed tantum de dono spiritus sancti.

no. de pen. dis. 2. si cũ. versi. necessitas. Arch.

FIdelis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si vxor virum relinquat propter fornicationem, & alium ducat, nõ debet admitti ad cõmunionem donec primus viuit: nisi forsitan in articulo mortis fuerit constituta. Vel aliter donec secũdus viuit, quẽ reliquit. & qđ dicit ibi, {exierit,} Hoc est in eius actione, & vtrũq; ꝓbabiliter dici põt. Seq. capitulũ patet. & quod ibi dicitur, [multis,] intellige eodem tempore, [Cõprehendat,] attẽto quãto tempore pœnitentiam agat vel fecerit.]

b ¶Nolo.] Id est, nolo quòd excusationem mulieris alleges.
c ¶Matris.] Id est, eã traditam à matre iniustam.
d ¶Patris.] Quia paterna scilicet voluntate sit factum.
e ¶Propinquorum] id est, ꝙ propinquorum caterua ad eam venisset.

tiones[a] Apostolus amputans apertissime definiuit, viuente uiro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo[b] mihi proferas raptoris violẽtiam, matris[c] præstationẽ †, patris[d] auctoritatem, propinquorum[e] cateruam, seruorum insidias, atque contemptum †, damna rei familiaris. Quamdiu viuit uir; licet adulter sit, licet sodomita[f], licet flagitijs omnibus coopertus, & ab uxore propter hæc scelera derelictus[g]; maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propria auctoritate decernit; sed Christo in se loquente Christi verba secutus est, qui ait in Euangelio; [Qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit, adulter est.] Vnde & Apostoli grauem coniugij sarcinam[h] intelligentes: [Si ita est, inquiunt, non expedit homini uxorem accipere.] Ad quos Dominus, [qui potest, inquit, capere[i], capiat.] statimque sub exemplo trium eunuchorum[k] uirginitatis infert beatitudinem, quæ nulla carnis[l] lege tenetur[m].

† al. persuasionem Orig.
† al. & parentum contumelias
Matt. 19.

Maritus an possit dimitti propter opus sodomiticum.

¶Post hæc verba apud B. Hieronymum sequitur c. non satis. 34 q. 1. & 2.

Item ex concilio Eliberitano, c. 9.

¶Mulieri fideli, quæ virum adulterum dimittit, alij nubere non licet. C. VIII.

FIdelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem[n], & alterum duxit †, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quàm is, quem reliquit, de sęculo exierit[o], nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

Burch. l. 9 c. 63. Iuo p. 8. c. 199.
† duxerit] or.

Item ex concilio Martini Papæ, [id est, ex cap. Martini Bracharensis, c. 80.]

¶Ad pœnitentiam est cogendus, qui multis nuptijs copulatur. C. IX.

SI quis fuerit multis nuptijs copulatus[p], pœnitentiam agat. Conuersatio autem & fides pęnitentis tempus comprehendat[q].

Burc. l. 9. c. 20. Iuo p. 8. c. 158. & 332.

f ¶Sodomita.] Videtur ergo ꝙ maritus posset dimitti propter opus sodomiticum, vt sf. ea. adulterij. vbi dicitur, quòd illud crimen sit malus adulterio. Item quid dices si propriã vxorẽ polluit extra claustra pudoris, vel seipsum polluit proprijs manibus, nunquid ob hoc potest dimitti? Videtur ꝙ sic: quia nomine mœchiæ oĩs illicitus concubitus & illicitus membrorum vsus continetur, vt su. ea q 4 meretrices, & c. seq. quod La. concedit. Vix credo quòd propter aliquid istorum vir possit dimitti, vt 35. q. 3. extraordinaria. Sed quid dices de voluntate fornicandi, cũ & ipsa sit fornicatio, vt se. q. 5. qui viderit? Nã corpore aliqua est corrupta antequam veniat ad suum corruptorem, vt sup ea. q. 5. proposito 1? Non dico, quòd ob hanc causam possit dimitti, quia de occultis non iudicat ecclesia, vt 32. dist. erubescant. & 6. q. 1. si omnia.

1 Ibi est fictio canonis. Hug.

g ¶Propter hæc scelera derelictus.] Ad hoc ꝙ dixit adulter & sodomita retulit 2 se, non. n. ꝓpter aliã causam põt dimitti. Vel derelictus de facto, vel dic, id est ꝓpter duplex genus fornicationis. 28. q. 1. idololatria.

2 Hec est vera sola secũdum. Io. de Fan.

h ¶Sarcinam.] Nã dicit lex ꝙ matrimoniũ multis calamitatibus opprimitur. C. de impo. lucra, descrip. l. vlt. lib 10.
i ¶Capere.] Virginitatem scilicet. nam licet matrimonium graue, hoc grauius est.

Eunuchi sunt triplices.

k ¶Trium eunuchorum.] Id est, trium generũ eunuchorum. nam quidam sunt eunuchi propter naturalẽ frigiditatem, alij propter sectionem 3. alij volũtate, & isti præferuntur. horum enim virginitas vitã redolet angelicam, vt in Exodo legitur.

3 Isti & præcedẽtes nõ videntur mereri cõtinendo, & hoc per id qđ legit, &

l ¶Carnis.] Præter carnem viuere angelicũ est. de his dictum est: Beati qui castrauerũt se, &c. 33. q. 5. q̃ litit. & virginitas replet paradisum. su. ea. q. 1. nuptiæ.

n ¶Fidelem.] nam secus si infidelem propter fornicationem spiritualem dimittere volentem, &c. 28. q 2. si infidelis.
o ¶Exierit.] Hæc pœna statuitur in detestationẽ illius criminis: vt etiam post pœnitentiam nõ possit adulter cũ adultera cõmunicari, scilicet corpore Christi quãdiu primus vir viuat 4, nisi sit articulus mortis, vt & hoc notant su. 27. q. 1. deuotam. & c. quæ Christo.

4 Hæc etiã fuit sententia Hug.

p SI quis.] ¶Copulatus.] Eodẽ tempore 5. de talibus enim loquitur hoc c. & 31. q. 1. de his.

5 Sic enim intelligit H. & L.

q ¶Comprehendat.] Id est, abbreuiet. 25. q. ul. hi qui. 82. dist. presbyter.

Quemad-

QVemadmodum.] CASVS. Dicitur ꝙ sicut recte dici potest, ignoranter quis peccat, licet minus ꝙ scienter: ita recte quis dicitur peccare, qui pro fornicatione sua dimissa, aliam superduxit, licet minus peccet, quàm ille qui sine culpa sua dimissa aliam superduxit.

b ¶Ignorantium.] Nam ꝙ per ignorantiam peccet quis expressum est. 24. q. 1. si quis dedit. Arg. cõtra. 15. q. 1. illa cauenda. sed ideo dicit illa cauenda, quę ex voluntate, &c. quia grauiora sunt. Vel dic ignorantiũ iua vel quantitatem, vel qualitatem delicti, scientium tamen factum: aliàs si nullo modo scirent, vt infans vel furios⁹, non peccant sic soluitur contrarium 15. q. 1. aliquos. & c. illa.

e ¶Minor.] Quia facto diuortio non tenetur ei ad mutuam seruitutem, & ideo non videtur venire contra fidem coniugalem: & ideo non facit alteri iniuriam. si enim post adulterium statim restituta esset prior seruitus, ergo tantum deliquit vt prius.

Diuortio facto non debet mutua seruitus.

a ¶Comprehendat] *In originali, & apud Iuonem est,* compendiat tempus *Apud Burchardum corrupte,* compendit. *Et in concilio Neocæsariensi, c. 3. supra 31. q. 1. de his, vnde hoc sumptum est, legitur,* abbreuiat. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus de adulterinis coniugijs, lib. 1. c. 9.

¶Qui ob fornicationem vxorem dimittit, & aliam ducit, mœchari probatur. C. X.

Iuo p. 8. c. 215. QVemadmodum non recte [a] dici potest, si ergo nescit homo, non peccat (sunt enim etiam peccata ignorantium [b], quamuis minora, quàm scientium) ita non recte dici potest, ergo si causa fornicationis dimiserit vir vxorem, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorum, qui aliàs ducunt relictis propter fornicationem prioribus; sed vtique minor [c], quam eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt.

SVNT ENIM. Hæc est secunda pars quæst. in qua dicitur, quòd maius peccatum in fornicatione est sodomiticum. Io. de Fant.

a *Sunt enim in fornicatione gradus: ut sicut grauius peccat adulter, quàm fornicator: sic grauius delinquit, qui nec sua dimissa aliam ducit, eo, qui suam dimittens, aliam cognoscit: grauius quoque, qui vxorem habens ad coniugem proximi sui accedit, quàm qui non habẽs vxorem, thorum alterius violat, vel vxoratus ad solutam accedens. Sed hos omnes incestuosi transcendunt, quos vincunt contra naturam delinquentes.*

Vnde Augustinus de adulterinis coniugijs.

C. XI.

Sent. 4. dist. 38. Iuo p. 9. c. 110. ADulterij malum vincit fornicationem: vincitur autẽ ab incestu [d]. Peius est enim cum matre, quàm cum aliena vxore concumbere. Sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam [e] fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Vsus enim naturalis, si vltra modum prolabitur, in vxore quidem veniale [f] est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius [g] in vxore [h]. Tantum valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tolerabilius, quàm in eis, quæ concessa non sunt, vel vnus, vel rarus excessus.

ADulterij.] CASVS. In hoc c. distinguit August. diuersos gradus in fornicatione. vnde dicit ꝙ adulterium vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, quia magis peccat incestuosus, quàm adulter. sed fornicatio contra naturam excellit omne genus adulterij: quę execrabilis est in meretrice, execrabilior autem in vxore, tolerabilior autem sit vsus in rebus concessis ad vtendum (etsi modus excedat) quàm in non concessis, etiam si raro fuit vsus.

d ¶Ab incestu.] Et sic videtur ꝙ quilibet incestus sit maior adulterio, vt ff. de adult. si adulterium, § primo.

e ¶Cõtra naturam.] Quo casu malo vinci quam vincere, supra 32 q. 2. in ipsarum.

f ¶Veniale.] Arg. cõtra H. qui dixit mortaliter peccari cum propria vxore cum exceditur modus, vt supra ea. q. 4. origo.

g ¶Execrabilius.] Argum. hic, quòd plus peccat qui iurat per Deum mendacium, quàm qui iurat per creaturam mendacium, vt 22. q. 1. mouet.

h ¶In vxore.] Sup. ea. q 2. quidquid. contra. ibi de naturali, hic de extraordinaria commistione agitur, de qua dicitur 35. q. 3. extraordinaria.

DE POENITENTIBVS. Hæc est 6. pars quæstio. in qua quæritur, vtrum pœnitentes solēniter possint contrahere? Et dico ꝙ non debent, nisi essent iuuenes: si tamen contrahunt, tenet matrimonium. Io. de Fant.

Pęnitens solenniter an possit postea matrimoniũ contrahere.

b ¶De pœnitētibus.] Hic mouet magister quandā incidentem quæstionem, an post solennem pęnitētiam possit contrahi matrimonium? Et tres sunt opiniones de solenniter pęnitentibus. Quidam dicunt, ꝙ nullus solenniter pœnitens potest contrahere, nisi ex dispensatione, infra ead. antiqui. quia intelligitur vouisse: & sic intelligunt c. infra ea de his. pęnitens .n. semper viuit sub regula ecclesiastica, vt de pę distin. 5. contrarium. H. vero dicit, ꝙ quilibet pœnitens potest contrahere, nisi tantum in tribus casibus, puta pro vxoricidio, vel nisi iniūctum hoc sit ei nomine pœnitentiæ, vel pro raptu sponsæ alterius, vel pro incestu. Adhuc tamen excipit adolescētes, qui (vt dictū de iure communi possunt contrahere. Ideo autem in tribus his casibus prohibetur, quia in his contaminatur matrimonium. Alij tū ponunt quinque casus, in quibus post solennem pęnitentiam non licet contrahere. vnus est pro incestu, vt 32. q. 7. si quis viduam. Item pro vxoricidio, supr. ea. interfectores. Item pro raptu sponsæ alterius. 27. q. 2. statutum. nec cōtradicit 36. q. 2. tria. nam ibi illa non erat sponsa. Item pro concubitu cum monial. 27. q. 1. vt lex Item pro homicidio presbyteri, vt extra de pę & re. qui presbyterū. Item pro eo ꝙ dolose suscepit filium de sacro fonte. 30. q. 1. de eo. Et dicunt quidam, ꝙ si isti contrahant, non tenet matrimonium. arg. supra ead interfectores. Si tamen tales sint, qui non possunt continere, de licētia episcopi possunt contrahere, & consensus episcopi facit matrimonium talium tenere, vt infra ead. c. vlt. Alij dicunt matrimonium talium tenere, licet prohibeantur contrahere: nisi apponatur in constitutione, ꝙ si contraxerint separētur 1. quod credo verum. ad hoc facit extra de præben. capit. dilecto.

1 Ad hoc facit expresse quod le. & no. extra de despon. impu. ad dissolnēdam, in si. Arch.

DE his.] CASVS. Quidam post acceptam solennem pœnitentiam ad militiā redeunt sæcularem, Alij vero viuunt incontinenter, vt per filios male genitos apparet; de quibus ita statuitur, vt quamuis non pos-

DE HIS. Hoc c. potest intelligi de pœnitente solēniter pro aliquo prædictorū criminū, & tunc dic [improfessam,] id est, cōtinentiā male professam. i. nō seruatā. Et qđ postea dicit, [non habent suffugiũ pęnitendi.] Verum est ꝙ solennis pnīa non iterat. 50. di §. pōt. licet G. innuat contrarium, inf. de pę. dist. 3 §. ex persona. Potest ēt hoc c. intelligi de his, qui votũ emiserunt, & post contraxerunt nec tenuit matrimonium: & tunc dicit, improfessam, i. male professam. Et dic ꝙ non habent suffugium pœnitendi, id est, contra professionem suam veniendi. omnia alia plana sunt.

c ¶Et militiæ. [Sed nunquid generaliter verum est, ꝙ solenniter pœnitens non debeat redire ad cingulum militiæ? dicunt quidam hoc esse consilij, non aũt præcepti. & ita intelligunt de pę. dist. 5. falsas. Hoc alij intelligunt in eo casu tm̄, cum eis hoc iniungitur in pœnitentia. Alij dicunt istud tantum esse intelligendum quando agit pœnitentiam solennem pro crimine in militia commisso, & hoc innuit illud ea. falsas 1.

Pœnitēs solenniter an possit ad honorem redire.

d ¶Prodiderunt.] Simile 82. dist. proposuisti, supr. dist. 28 prius quam. C. de epis. audi. nemo

e ¶Iungantur.] De pę dist. 5. si qui vero.

1 Hic adde quod not. 50. distin. si quis post.

a ¶Et

a ¶Et circa mulieres.] Arg. ꝙ solennis pœnitentia ita iniungitur fœminis sicut, & viris. arg. 50 di. pęnitentes. infr. ead q. antiqui. & q. 5. pœnitentiam, sup 27. q. 1. virginibus, & c. si quis sacro, infr. ea. c. 1.
SED QVIA. CASVS. Iste §. respicit superiorem §. vel

rem duxerit; nec ipsum condemnamus, nec regulam sic faciendi in alijs constituimus.
d ¶In adolescentia.] Hoc ca. dupliciter potest intelligi. Primo de eo soluto, qui egit solennem pœnitentiã pro aliquo dictorum criminum, post contrahit. & secundum hoc facit Grat. mentionem de hoc sup. ea. interfectores nec fit mentio de hoc infra ea. antiqui. sed de alia constitutione Leonis, quam non habemus, cum illud antiqui de coniuncto in matrimonio intelligatur, qui tale quid cõmisit propter quod egit solennem pœnitentiam pro aliquo prædictorum criminum, de quo ibi dicitur, quòd debet vti vxore sua quousq; possit seruare continentiam Vel potest intelligi de iam coniuncto, & secundum hoc fit de hoc mentio infra ea antiqui. sed de qua fit mentio supra ead. interfectores. iterum nesciemus. Secundus casus repugnat illi literæ, copulã vxoris elegit: sed expone ibi, id est exegerit carnale debitum: posset tamen intelligi illud c. antiqui. & illud, interfectores. quod facerent ambo mentionẽ de hoc c. in adolescentia. ita scilicet quod illud, antiqui. intelligatur de coniungenda: & secundum hoc litera posita in c. antiqui. ita det exponi, coniugatus, i. coniungẽdus, redeat ad pristinũ cõiugiũ. i. contrahat [illegible] iugium, quod antea contrahere potuisset iure, si non peccasset, sed nunc ex dispensatione. Ioan. de Fant.

res [a], quæ se post pęnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

Sed quia timore soluendi coniugij, nonnulli ad pœnitentiam accedere differunt, vel propter lapsum adolescentiæ, quem formidant, pœnitentiæ remedium suscipere negligũt; ideo auctoritate canonica permittitur eis, vel contracta matrimonia retinere, uel alia contrahere [b].

Vnde Leo Papa Galerio episcopo Tripolitano scribit.

¶Ex indulgentia coniugia post pœnitentiam legitimam non negentur. C. XIII.

AVdiuimus [c] à quibusdam, quòd in vestris dięcesibus, ac finibus Christianorum cętus leui occasione se subtrahunt pęnitentiæ iugo; dicentes, quia si pęnitentiam agimus, coniugij debemus relinquere copulam: in quo errant, & de veritatis calle discedunt: quia pro omnibus illicitis pęnitentiam vnusquisq; Christi nominis cultor sustinere, ac peragere summoperę debet, dicente Domino:
Matth. 3. [Pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum.] Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum pœnitentiam sustinenti soluere licet. *& infra.* ¶Sacris eos vos expedit eloquijs edocere, vt ab erroris eripiantur caligine †, & licitis copulationibus iuncti, de omnibus illicitis pęnitentiam agere procurent.

† Caligo dicitur vmbra, nebulę de spissitudine aeris facta, dicta ꝙ maxime aeris calore gignatur. in decaligare, i. obscurare, & caliginosus. Pan.

Item Leo Papa ad Rusticum, epistola 90. al. 92. c. 11.

¶Propter lapsum iuuenilis incontinentiæ non negentur pęnitentibus licita coniugia. C. XIIII.

IN adolescentia [d] constitutus, si vrgente aut metu mortis [e], aut captiuitatis periculo pęnitentiam [f] gessit, & postea timens lapsum incontinentiæ iuuenilis, copulam vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret; rem videtur fecisse uenialem, si præter coniugem, nullam omnino cognouerit In quo tamen non regulam [g] constituimus, sed quid sit tolerabilius æstimamus [h].

Item Nicolaus Papa Rhatoldo † episcopo sanctæ ecclesiæ Argentoratensis.

† al. Rodulpho

vel c. proximum sequens. Dicitur ergo hic, ꝙ quidam timebant ne si solenniter pœniterent, dissolueretur cõiugium, vel ne amplius possent contrahere cum essent adolescentes, & sic non pęnitebant: & ideo statutum fuit vt possint vti matrimonio contracto, & cum alijs de nouo contrahere. & ad hoc inducit seq. c.
b ¶Contrahere.] Quantum ad hoc vt vtatur matrimonio iam contracto, non est permissio, licet forte ita intellexerit Gra. Io.
AVdiuimus.] CASVS. Quidam stulti erant in falsa opinione, vt si pęnitentiam agerent, oporteret eos vxores habitas relinquere. Præcipit ergo Leo, vt pœnitentiam agant, & vxores relinquere non teneantur.
c ¶Audiuimus.] Si hoc c. intelligas de priuata pęnitẽtia, planum est. si de publica, tunc loquitur de matrimonio iam contracto.
IN adolescentia.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis adolescens pro aliquo periculo imminente solẽnem egerit pœnitentiã, & postea propter lapsum carnis vxo-

d ¶In adolescentia.] Arg. ꝙ ratione ætatis facilius dispensatur. 50. dist. pœnitentes. 35. q. 6 si duo.
e ¶Metu mortis.] Cum volebat esse in bello, non intellige pro infirmitate. ar 26. q. 7. c. 1.
f ¶Pęnitentiam.] Id est, non expleantur septem anni, computato primo ex quo pœnitens cœpit agere pœnitentiam.
f ¶Pęnitentiam.] Arg. contra, supr 50. dist. pęnitentes. Ibi enim dicitur, ꝙ solennis pœnitentia non de facili iuuenibus imponenda est. non est contra, quia illud bene concedo. Iuan.
g ¶Regulam.] Finis huius cap. facit pro his qui dicũt ꝙ nec ẽt iuuenis contrahere potest. arg. supr. ead. interfectores. H. vero Laur. & Mar. qui dicunt ꝙ iuuenis de iure cõi potest contrahere, exponunt litteram, non regulã constituimus, i. nõ dicimus aliquid quod erat ius cõe ante hoc, immo contra ius commune: quia de iure communi nec adolescẽs poterat cõtrahere ante hoc t.
h ¶Aestimamus.] Constituendo, s. quod modo tolera-

Pœnitentia solẽnis non de facili iuuenibus imponitur.

r Et hoc ẽt dicit Hu. & Io. de Fant.

lerabilius est, quàm eius contrarium, constituendo cō-tra ius commune.

LAtorem præsentium.] Hæc est 7. pars quæstionis, in qua dicitur qualiter puniatur matricida. Io. de Fan. CASVS. Iste matrem interfecerat: nunc Papa in hoc c. imponit ei pœnitentiam, vel ostendit quā pœnitentiam episcopus suus debeat ei imponere. Sequētia duo capit. plana sunt, quæ dicunt, quòd post pœnitentiam de fornicatione, potest aliquis contrahere, vel uti matrimonio iam contracto. Sequens §. patet, ad quem inducit sequens cap.

a ¶Nisi prius.] Argu. concesso maiori inhiberi minus argu. 50. distinct. capit. placuit argum. 17. quæst. 4. maior. & extra de torneа. cap. 1. Arg. contra 95. distin. illud. & qui indignus est minore, & maiori. ff. de senat. qui indignus est. & cui interdicitur pomerium ciuitatis, & ipsa ciuitas. ff. de seruis exportan. cui.

Pomerio interdicto interdicitur ciuitas.

b ¶Arma.] Amittit ergo feudum, cum dominum iuuare non possit, & sibi hoc imputet: quia ex culpa sua hoc damnum incurrit. 15. q. 1. sane. argum. 17. q. 4. vxor. ff. de reg. iur. quod quis ex culpa. & hoc est verum, nisi tale sit feudum, in quo per aliū seruire possit. tunc enim seruiat per substitutum. C. de epis. & cle. quisquis. & 94 dist. valde.

Vasall' potest seruire quandoque per substitutum.

c ¶Ad vesperam.] Infra de consec. dist. 1. solent. Ioannes.

d ¶Conuersionem.] Potest ergo episcopus causa cognita relaxare de pœnitentia quā Papa imposuit: eadē ratione & clericus de ea, quā episcopus imposuit, sed dic quod Papa licentiam dedit de hoc. Item nunquid ille cui Papa pœnitentiam imposuit, potest ingredi monasteriū? sic. argum. sup. ea. admonere. & de pę. dist. 5. si quis.

Pœnitentiā à Papa impositam pōt epŝ ex causa relaxare. 1 Sic 50. di. accedēs. vbi de hoc. & 36. q. 7. tēpora. ibi videas. Arch.

nium. 34. q. 2. cap. pe. Potest tamen episcopus dare licētiam incestuoso vt contrahat dispensatiue. aliàs cōtrahendo nihil agit; veruntamen videat episcopus cum quo dispenset: quia cum eo tātum debet dispēsare, qui continere non potest. Sed qualiter hoc constabit episcopo?

¶Hæc pœnitentia est imponenda ei, qui matrem occiderit. C. XV.

7 LAtorem præsentium matricidam esse cognouimus. Cui præcipimus, vt sub pęnitentiæ iugo pmaneat: ita vt per annum integrum ecclesiam non ingrediatur; sed ante fores basilicæ orans, & deprecans Deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo introeundi in ecclesiam licentiam habeat: tamen inter audientes stet; sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis sacræ communionis ei gratia concedatur: oblationes vero non offerat, nisi prius[a] aliorum septem annorum curricula expleantur. ¶His autem omnibus annis, atque temporibus carnem non manducet nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus, atque Dominicis, & à Pascha vsque ad Pentecostem. Et quocumque ire voluerit; nullo vehiculo deducatur; sed pedibus proficiscatur; arma[b] non sumat, nisi contra paganos: ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vsque ad vesperam[c]. Apropria quidem, ac legitima coniuge nō separetur, ne in fornicationis voraginem corruat; quod ne fiat, optamus. Si autem ante annorum trium cursum finis vitæ illius appropinquauerit; corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat: sin autem, vt supra statuimus, efficiatur: tamen, si illius conuersionem[d] † & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, & optimis operibus pullulare; humanius circa eū vestra solicitudo peruigil appareat, mitisque omnibus demonstretur.

Poly. l. 6. tit. 10. Ans. l. 11. c. 52. Burc. l. 6. c. 46. Iuo p. 10. c. 171.

Vide Rhenanū ad finē Tertulliani operum.

† al. conuersationem

¶ *Pœnitentia parricidarum, quæ hic præcipitur, habetur in concilio Vuormaciensi. c. 30.*

Item †.

† *al. Idem*

¶Post dignam pœnitentiam adolescentibus permittuntur licita coniugia. C. XVI.

8 SI quis cum duabus fuerit sororibus fornicatus, aut cum his personis, de quibus sancta scriptura prohibet; si dignam egerit pœnitentiam[e] & castitatis non valuerit continentiam sustinere; liceat ei legitimam in coniugio vxorem[f] accipere: similiter, & mulieri, quæ tali fuerit scelere lapsa; vt fornicationis non perducatur ad chaos †; sed hoc de laicis viris, ac mulieribus solummodo statuimus.

In cōcilio Vuormaciensi, c. 33. idem habetur.

† Chaos est confusio rerum. chaos Græci dicūt materiā cęli & terræ cōfusam, secundū Pap.

¶ *Ius citat hoc, quemadmodum & sequens, ex Nicolao ad Carolum archiepiscopum, & eius suffraganeos. Idem vero habetur in concilio Vuormaciensi, c. 33. nisi, quod pro illis uerbis,* lapsa fornicationis, liceat.

Item †.

† *al. Idem* In eodē concilio, c. 34.

SI quis cum duabus.] Hæc est 8. pars quæstionis, in qua probat, quòd omnes incestuosi, & homicidæ si contrahant, tenet. Io. de Fan.

Incestuos' an possit matrimonium contrahere.

e ¶Pœnitentiam.] Hæc est opinio quorundam, quod quilibet incestus (nisi in adolescentiæ) impedit matrimonium. 34. q. 2. cap. pe. [...] scopo? per famam vicinorum. extra qui cleri. vel vouen significauit.

f ¶Vxorem.] Supra 27. q. 2. qui dormierit. cōtra, supra proxi. q. 7. concubuisti contra. solue. hic ignorans, ibi sciens fuit. vel hic loquitur de illis, quarū neutra fuit vxor

vxor vel ſponſa. Hu ſed hæc ſol. reprobatur per illud infra. 35. q. 3. ſi quis cum matre. quia illud de ſimplici fornicatione intelligitur: quod patet 34. q. 2. §. de ſimpliciter. Vel hic de diſpenſatione eccleſiæ, vel lenitate miſericordiæ, ibi de rigore.
a ¶Si

¶Puniatur, qui hæc crimina committit, non tamen legitimam dimittat vxorem. C. XVII.

Iuo p. 1. c. 138. & p. 9. c. 36. Pann. l. 7. c. 64.

SI quis cum matre α fornicatus fuerit ſpirituali: anathematis, vt ſcitis, percutitur [a] ictibus. Similiter [b] autem & illum percutere promulgamus; qui cum ea, quam de ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperit, aut cum illa, quam ante epiſcopum tenuerit, cum ſacro chriſmate fuerit vncta, fornicationis perpetrauerit ſcelus. legitimam tamen, ſi habuit, non dimittat vxorem, Quos β enim [c] Deus coniunxit, iudex ſua auctoritate ſeparare non debet.

α ¶Cum matre.] *Sic in Pannormia, & apud Iuonem p. 9. c. 36. ſed apud eundem par. 1 c 138. legitur.* Si quis cum commatre *etiam in concilio Vuormacienſi.*
β ¶Quos enim]. *Hac non ſunt in Vuormacienſi, neque apud Iuonem, ſed fere eadem in Pannormia.*

Quamquam Iſidorus hoc aliter [d] intelligat dicens.

¶Non homo ſeparat, quos pœna condemnat. C. XVIII.

Matt 19.

QVos Deus [d] coniunxit, homo non ſeparet.] Quæris, quomodo? ſubaudi violẽter, ſine lege, abſque ratione [e], quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Non enim homo ſeparat, [f] quos pœna condemnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat.

Verum hoc pro his dictum intelligitur, quos iudices ſeculi pro ſuis ſceleribus, legum ſeueritate percellunt, quos vel morte puniunt, uel deportari iubent.

Item ex concilio Toletano 6. c. 8.

¶De eodem. C. XIX. [illegible]

ſu. ea. in adoleſcentia.

† al. eſt forte

10 ANtiqui [g] & ſanctiſſimi eſt patris ſententia [h] Papæ Leonis, vt is, qui in ætatis adoleſcentia poſitus, dum mortis formidat caſum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium: ſi coniugatus forte † fuerit incontinens, ne poſtea adulterij lapſum incurrat, redeat ad priſtinum coniugium, quouſque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum; quod nos ſicut de viris, ita de fœminis æquo modo cenſemus. Non quidem hoc generaliter [i], & canonice eſt præceptum: ſed conſtat à nobis pro humana fragilitate indultum [k]. Ea duntaxat ratione, vt ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, ante ab hac vita deceſſerit, quàm ex conſenſu ad continentia vnus α eorũ [l] fuerit regreſſus ſuperſtiti [m] nõ liceat denuo ad vxoris tranſire [n]

vxore valeat ſeparari, vt deportatio.
d ¶Hoc aliter.] Non eſt verum ꝙ aliter: ſed hoc dicit, vt induat ſeq ca.

QVos Deus.] CASVS. Dicitur hic, quòd homo ſine ratione ſeparare non poteſt quos Deus coniunxit: vbi vero lex decidit, nõ ſeparat homo, ſed lex. Sequens §. planus eſt.
e ¶Abſque ratione.] per hoc c. ſolue generale illud 31. q. 5. q͂d ſi dormierit. & 2. q. 5. conſuluiſti.
f ¶Non enim homo ſeparat.] Sed lex. Simile 23. q. 5. ſi homicidiũ. immo & per maleficium corpus viri efficitur principis, ar. ff. de cap. dimi per totum.

ANtiqui.] Hęc eſt decima pars quęſtionis, in qua Gra. redit ad pœnitentes. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi quis coniugatus ſolẽniter egerit pœnitentiam, ſi continere non poteſt, ad coniugiũ priſtinum reuertatur, donec erit in ætate, in qua poterit melius continere. Idẽ dicendum eſt de pœnitente vxore: quod quidem ex indulgentia eſt ſtatutum: & ſi pœnitens ſuperuixerit, non contraheret: alius vero ſic.
g ¶Antiqui. Si intelligas hoc c. de matrimonio contracto; tũc [illegible] argu. pro illis [illegible], ꝙ ſolenniter pœnitens intelligitur vouere. Si intelligas hoc c. de matrimonio contrahendo; tũc expone, redeat ad priſtinum coniugium, i. q͂d contraxit poſt pœnitentiam, a quo per ſuggeſtionẽ aliquorũ receſſerat. Itẽ habes hic ꝙ quandoque diſpenſatur in matrimonio, non tamen in ſecundo, ſicut diſpenſatur in vno ordine, nõ tamen in ſecundo, vt 12. diſt. in. nos conſuetudinem.

Diſpẽſatur quandoq; in vno matrimonio, & nõ in ſecundo.

a ¶SI quis.] ¶Percutitur.] Niſi admonitus pœniteret. 11. q. 3. certum.
b ¶Similiter.] 30. q. 1. omnis. arg 50. diſt. ponderet.
QVOS ENIM. Hæc eſt nona pars q. ſecundum Ioan. de Fant.
c ¶Quos enim.] Gratianus non intelligens c. ſequens, deceptus eſt. argu. illius c 34. q 2 ſi quis neceſſitate. & C. de repu. l. 1. ſubuertit hoc c. & §. ſequens. ac ſi eſſet alia cauſa præter fornicationem, propter quã quis ab

h ¶Sententia.] Id eſt, conſtitutio Sed vbi ſit, dixi ſup. cap in adoleſcentia.
i ¶Generaliter.] Id eſt, non ꝙ ante hoc eſſet ius commune, prout dixi in cap. in adoleſcentia.
k ¶Indultum.] à Leone Papa.
l ¶Vnus eorum.] Id eſt, pœnitens ſcilicet.
m ¶Superſtiti.] Id eſt, pœnitenti.
n ¶Tranſire.] Ar. ꝙ ſublato impedimento, id debet fieri quod eo impediebatur, ne fieret. 1

1 Arg. ad hoc 16. q. 7. quicũq. vbi dixi de hoc.

a ¶Ab-

a ¶Absolutionem.] Id est, penitentiam, per quam habet absolutionem, id est, quia non peccauerit.
ADDITIO. Nec id fecit propter hoc, quod debeat talem penitentiam recipere. Archid.
b ¶Ita videlicet.] Id est, in adolescentibus.

vt inf. ea. serpens. Videndum est ergo quid sit ipsa, & vnde dicatur, & quid sit satisfactio: quę attendantur in ea: quæ sint necessaria: & de modo agendi in isto tractatu; Et quid sit ipsa, habes infra. distin. 3. penitentia. Dicitur enim penitentia à pœnitendo. infra ead. dist. tres

Penitentia circa multa est attendenda.
2 Et extra eo ti. significauit.
Peccata vtrũ deleantur sola contritione.

c ¶Ordinatio.] Not. quod ordinatio ista attenditur circa hoc, vtrum adolescẽtibus debeat iudici pœnitentia solennis, non vtrum debeant contrahere: quia de iure communi possunt, vt supra eadem, in adolescentia.

amplexus. Si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit absolutionem † a pœnitentis; nubat, si se continere non potest, & alterius † cõsortio fruatur vxoris. Quod de vtroque sexu quomodo à nobis manifestum est esse decretum, ita videlicet b, vt in omnibus sacerdotis expectetur ordinatio c: vt iuxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentia absolutionis, vel districtionis tribuat legem.

† al. benedictionem
† al. alterius

a ¶Vnus eorum] *In antiquis conciliorum editionibus est*, eorum vnde *in vno Vaticano codice*, alter eorũ d. m: *in codice Lucensi regio*, ad continentiam eorum fuerit. *In posterioribus autem Coloniensibus. editionibus*, alter ad continentiam[?] sea[?] vnde fuerit regressus: *Itaque in tanta varietate retenta est vulgata lectio Gratiani, quæ est in manuscriptis quoque ipsius exemplaribus.*

HIs breuiter.] CASVS. post incidentes quæstiones proponit hic magister tertiam quæstionem, in qua quæritur, an sola cordis contritione absque operis satisfactione, & oris confessione dimittatur peccatum? & hanc quæstionem insolito more pertractat, occasione cuius tractatum de pœnitentia prolixum interserit: quem in septem distinctiones diuidendo disposuit. Allegat autem Grat. in hac quæstione vel distinctione prima, alternatim pro vtraque parte, & tandem ipsam in solutam dimittit vt arbitrio prouidi lectoris terminetur. In hac igitur distinctione tractatur, an sola cordis contritione dimittantur peccata. Et potest dici, quod sic, Dei gratia interueniente: necessaria tamen est postea oris confessio, & operis satisfactio, si fieri possit: alioquin peccat mortaliter [illegible] hoc non facit. In secunda quæritur, [illegible] habita possit amitti, vel nõ. In tertia tractatur, vtrũ pœnitentia sit iteranda. In quarta an peccata dimissa redeant, In quinta, quæ sint consideranda circa pœnitentiam imponendam. In sexta tractatur cui facienda sit confessio. In septima an pœnitentia timore mortis accepta sit vtilis. Primo ergo probat, quòd sola contritione peccata dimittantur. Et ad hoc inducit seq. c.
d ¶Aliquantulum] Quia formauit quasdam incidentes quæstiones, & soluit.

QVAESTIO III.

TRACTATVS de pœnitentia.

HIs breuiter decursis, in quibus extra negotij finem aliquantulum d euagati sumus, ad propositæ causæ tertiam quæstionem pertractandam (qua quæritur,

DISTINCT. I.

Vtrum a. d sola cordis contritione,

VTrum.] Hæc dist. potest diuidi in ix. partes. Quarum prima subdiuiditur in 7. partes. In prima probat, quod in sola cordis contritione dimittuntur peccata, & hoc secundum Io. de Fant. Et probat per 5. ca. vsque ad c. seq. [Si quis nõ dicã.] ibi incipit secunda pars huius primæ partis. Tertia primæ partis ibi, [Contra.] Quarta primæ partis ibi. [Aut facta.] Quinta primæ partis ibi, [Cogitatio.] Sexta primæ partis ibi. [Ex concilio.] Septima primę partis ibi, [Hoc idem.] Io. de Fã.
e ¶Vtrum.] Quia mentionem fecerat Gra. de penitentia sup e. q. a. authonere.[?] ideo hic tractat de ea. Vel ita: Cũ matrimonium sit principaliter sacramentum laicorũ, licet minoribus ordinibus licite cõtrahatur: & quia tñ laicis solennis pœnitentia debet impon. vt so. dut.[?] confit. mandum. ideo hic tractatum mittit de ea post tractatum matrimonii, cum & ipse sit sacramentum. Nam in veteri testamento incipit. etiam ad Adam,

tres sunt actus, & inf. dist. 3 in tãtũ. Quid sit satisfactio habes. inf. c. dist. 3. satisfactio. Attendunt aũt in ea septẽ. Persona siue dignitas sup. 41. dist. nõ cogant. Causa, vt 23. q. 5. excõicatorũ a. Itẽ locus, tempus, qualitas, et quãtitas. inf. ea. dist. 5. consideret. Item euẽtus, vt 15. q. 1. illa. In pœnitentia tria sunt necessaria, scilicet cordis contritio, oris cõfessio, et operis satisfactio. inf. dist. 3. perfecta. sed tñ cum facultas non suppetit sufficit cordis contritio. arg. 45. dist. duæ. Modus agendi talis est. In prima dist. tractatur, an sola cordis contritio deleat peccatũ, vel confessio post contritionem. Baz. dixit quod sola cordis contritio non deleat peccatũ, vbi copia sacerdotis habeatur. argum. inf. ead. cap. vlt. & in hoc videtur Grat. declinare inducendo cap. illud. vltimum. licet in præcedenti §. dicat hoc esse lectoris arbitrio relinquendum. Sed quidquid dicat Baz. dic quòd nec cordis contritione, nec oris confessione peccata dimittuntur: sed tantum gratia Dei * de conse. distin. 4. nemo tollit. sed ipsa cordis contritio signum est peccata esse dimissa: sicut exterior satisfactio est signum cordis contritionis. gratia enim præcedit contritionem. argum. infr. ead. non potest quis. contritio remissionem. vnde remissio est attribuenda gratiæ, quæ est causa causæ. Alij dicunt peccata per contritionem dimitti quo ad culpam, nõ quo ad pœnam, vt in gloss. sequen. vtrique. Tertij dicunt conditionalem fieri remissionem per cordis contritionem. In secunda dist. tractat, an charitas semel habita possit amitti. In tertia, an pœnitentia reiterari possit. In quarta, an peccata semel dimissa redeãt. In quinta, quis modus debeat obseruari in imponenda ea, & accipienda. In sexta, cui quis debeat confiteri. In septima, an penitentia timore mortis accepta sit fructuosa. Ideo autem in septem distinctiones hunc tractatum diuisit: quia septenarius numerus perfectus est. arg. 32. q. 1. nuptiæ. in fin.

*Id est. solus Deus peccata dimittit sed per meritũ Christi, et ministerium sacerdotis. atque in pœnitẽte requirit contritionẽ (aut saltẽ attritionẽ, quæ deinde virtute clauiũ fit contritio) confessionem, & satisfactionem. Dum autem dimittit peccata, simul etiam infundit gratiam, & iustitiam, qua formaliter fit iustus.
Conc. Trid. sess. 6. per totã. quare contritio, & satisfactio, sicut & confessio non tantum sunt signa, sed etiã partes huius sacramenti pœnitẽ-

† Vt se. dist. riubeatur.[?] & ca. seriatum.

a ¶Secre-

a ¶Secreta.] Vtique sola cordis cōtritione deletur peccatum, vt inf. ea. magna. sed pęna debetur, vt 50. dist. si quis præpostera. Et hoc verum est, si confessio non cōtemnatur, cum adhiberi potest. aliàs primum peccatum imputatur. inf. ea. dist. agite immo contritus non est si est, si confiteri contemnit, vt 32. quæst. 1. cap. vlt. de cōfec. dist. 4. non dubito *.

b ¶Sunt enim.] Alij antē negant. Dicunt enim ꝙ sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore, & opere: ita tribus modis ei satisfaciendum est. inf. dist. 3. perfecta Vnde dicūt tria hęc esse necessaria, cordis cōtritionem, oris confessionem, & operis satisfactionē. Auctoritates autem, quę dicunt peccatum dimitti sola cordis contritione, asserunt ipsi intelligendas esse cū articulus necessitatis excludit oris confessionem, scilicet, cum aliquis conteritur, & morte præuenitur, vel aliquo alio iusto impedimento hoc facere impeditur 1. Alij dicunt, inter quos est P. manducator, conditionalem fieri remissionem per cordis cōtritionē. infr. dist. 3. sane cauendum. H. dicit sola cordis contritione peccatū dimitti adulto cuilibet. infr. ea. magna. si vero conteritur, & proponit ab alijs abstinere, & illud confiteri, & de illo satisfacere secundum iudicium ecclesię, etsi nunquam sequatur oris confessio 2. vel operis satisfactio peccatum tamen iam dimissum nō redit, sed peccat mortaliter, si pōt iuxta pceptū Ecclesię cōfiteri, & opere satisfacere & nō satisfacit. arg. inf. de cōse. dist. 4 non dubito Auctoritates quæ dicunt sine cōfessione & operis satisfactione peccatum non dimitti, intelliguntur de * interiori confessione: quæ est recognitio peccati, vel propositum confitendi, vel gratia, qua sic homo disponitur vt recognoscat peccatum suum, & velit confiteri si locus & tempus affuerit, & de interiori satisfactione, quæ est interior dolor & amaritudo animæ: de qua habes inf. dist. 3. satisfactio. & inf. ea. §. his auctoritatibus. Hic autem agitur de exteriori: quia ipsa necessaria est, si adhiberi potest. Sed ad quid, cum iam peccatum sit dimissum per contritionem præter confessionem? Sol. hæc fit ad humilitatem & iustitiam exercēdam. inf. dist. 3. productor. & vt satisfaciat ecclesię, quam lęsit 3: & vt ipse & alij reddantur cautiores. * Si tamen subtiliter intueamur, gratiæ Dei non contritioni est attribuenda remissio peccatorum. vt dixi in princ. & no. infr. ead. c. dixi cōfitebor. & in prima parte allegat Grat vsque ad §. Alij contra.

& secreta [a] *satisfactione, absque oris confessione quisq; posse Deo satisfacere) redeamus. Sunt enim* [b] *qui dicunt, quelibet criminis veniam sine confessione facta ecclesiæ, & sacerdotali iudicio posse promereri, iuxta illud Ambrosii super Lucam ad c. 12.*

¶*Gratianus ad explicandam hanc tertiam quæstionem multa attulit: quam per longam tractationem, qui eum sequuti sunt, in septem distinctiones diuiserunt. In antiquioribus enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio, in aliquibus vero in margine tantum est,* Distinctio prima, secunda, &c.

α ¶Vtrum sola.] *Hæc coniungenda sunt cum superioribus, quem admodum in peruetustis sunt coniuncta, ab illis enim pendent.*

C. I.

Sent. 4. dist 17. Luc. 22.

PEtrus doluit, & fleuit: quia errauit [c], vt homo. Non inuenio quid dixerit [d]: inuenio, quod fleuerit: lachrymas eius lego; satisfactionem [e] non lego [f].

Item β.

β ¶Item] *Sequebatur,* Ioannes Chrysostomus, *apud quem hæc ipsa omnino verba non sunt inuenta Sed apud B. Ambrosium post vltima verba capitis præcedentis sequitur* Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lauent lachrymæ delictum, &c. *Nec multo aliter in sermone 46 de Petri pænitentia & Ambrosium citat Magister sententiarum.*

C. II.

Sent. ibidem.

LAchrymæ [g] lauent delictum, quod [h] voce pudor est confiteri [i].

Item Propheta.

C. III.

Psal. 50.

SAcrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritū [k]. & humiliatum Deus non despicies [l].

Item.

PEtrus doluit.] CASVS. Probatur in hoc c. exemplo Petri, ꝙ sola cordis contritione peccata dimittantur, cui peccata dimissa fuerunt: & tamen de eius satisfactione nō inuenitur.

c ¶Quia errauit.] Nā ideo quia homo facile corruit. infra dist. 3. Ille rex.

d ¶Quid dixerit.] Et forte confessus est: vel cui confiteretur non inuenit, cum omnes à fide recessissent. Vel forte tunc non erat facta institutio confessionis, quæ modo est. Aliam rationem assignat Gratia. infra ea. §. his auctoritatibus.

e ¶Satisfactionem.] Exteriorem: aliàs contra. sup. 50. dist vt constitueretur.

f ¶Nō lego.] Et ita intelligit omissum quod nō inuenitur expressū. 24. q. 2. legatur. ff. de verb. obl. quidqd. Arg. contra. de conse. dist. 4. quando à Hierosolymis.

LAchrymæ.] CASVS. Dicit in hoc cap. quòd lachrymę scilicet interiores, lauant delictum: quia pudor est confiteri. vnde & si propter pudorem nolit quis cōfiteri, solæ lachrymæ delent peccata. [Quod,] Id est, quia. Vel quod pudor est confiteri. Sequens cap. patet.

g ¶Lachrymæ.] Interiores, id est, in quo habet tātam erubescentiam, vt ad lachrymas veniat, occulte etiam non coram sacerdote.

h ¶Quod.] Id est, quia, inf. ea. quem pęnitet. quia pars est pœnitentiæ erubescentia, vt ibi, vel ad litteram.

i ¶Confiteri.] In publico, cum sit occultum: vel quia cum pudore & verecundia confitetur quis. quod semper debet fieri: quia pars est pęnitentiæ erubescentia, vt infra ea. quem pęnitet.

K SAcrificiū.] ¶Cōtritū.] Nō est cōtritū, si cōfiteri cōtēnit. 22. q. 1. c. vlt. inf. de cons. dist. 4 non dubito.

l ¶Non despicies.] Id est, acceptabis. sicut sacri non censent

lit. Vide omnino S. Tho. 4. di. 17. q. 2. art. 5. & q 3. art. 1. & 3. p. q. 9. art. 2. & 3.

Pęnitentiæ tractatus septē distinctiones cōtinet.

* *Et adde quòd in vera contritione includitur propositū cōfitendi.*

Contritio sola an tollat peccatum.

2 Arg extra de sē. excō. à nobis 2.

a De qua satis. no. inf. distin. 5. in summa ibi omnino videas.

* *Immo intelliguntur proprie de confessione etiā exteriori itemq; satisfactiōe, quamuis interdum Deus largiatur gratiam suā ante ista, dummodo adsit propositum cōfitendi, & satisfaciendi. Vide S. Tho. 4. dis 17. q. 3. ar. 1 q. 1. ad primum.*

3 Arg. extra de sent. excō. cū desideres, in fine.

* *Adde multo tutius hominem sibi posse persuadere post cōfessionem, se esse contritum, & in ipsa confessione, et absolutione collatam sibi eē gratiā, quàm antea. Nā sæpe virtute clauium ex attrito fit contritus. Vide S. T. 4 dist. 17. q. 2. art 1. q. 1. ad tertium.*

censent canones, id est, prohibent. 2.q 1.consuluisti.

Dixi cōfitebor.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba prophetæ. In secunda parte ponuntur verba Augusti. exponentis verba prophetæ. Dicit enim, quòd magna est Dei misericordia, quæ ad solam promissionem & continuo eam peccata dimittit: cum voluntas & propositū pro opere reputētur. [Dixi,] id est, apud me deliberaui, & in corde proposui ipsum dicere. Dicere enim est deliberare, proponere, vel promittere, voluntatē confitendi habere. [Votum,] id est, propositum & voluntas. Et nota quòd quidā ibi habent principiū cap. Magister autem H. non facit ibi principium cap. scias etiam quòd in multis locis sunt ca. tamen propter breuitatem eorum sub alijs c. comprehendūtur: sicut in superiori capitul. sacrificium.

ratur quis pro sola voluntate sicut pro opere. & idem est in contritione, cum deest tempus confitendi. Et ad hoc, scilicet vt sola voluntas & contritio sufficiat sine confessione oris, intendit probare per leges sequētes, in quibus ostēditur, quòd sola volūtas sufficit ad damnatio-

C. IIII.

Dixi confitebor [a] aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem [b] peccati mei. *Psal. 31.*

Quod Augustinus exponens ait.

Glossa ordi. in eum locum ex August. & Cassiodoro.

C. V.

Magna pietas Dei, vt ad solam promissionem [c] peccata dimiserit [d]. Nondum pronunciat ore: & tamen Deus iam audit in corde: quia ipsum [e] dicere, quasi quoddam pronūciare [f] est. Votū enim pro opere [g] reputatur [h].

su. 17. q. 1 q bona. vers. magna pietas.
Sent. ibidem.

¶ *Initium vsque ad vers.* Nondum *est Cassiodori, quem citant glossa ordinaria, & magister. Quæ vero sequuntur, magna ex parte sunt ex B Augustino.*

Cod. l. 1. de episcop. & cler. Imperator Iouinianus.

Ti. 3 & Co. Th. l. 9 tit. 21 l. 2.
36. q 2. si quis non dicam.
Tripert. tæ hist. l. 7. c. 4.
Poly. l 4 tit. 35.

C. VI.

2 Si quis [l], non dicam rapere, sed attentare [k] tātummodo iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit; capitali pœna feriatur †.

† *al. ferietur*

Item lib. 2. tit. de postulando. Imp. Leo, et Anthemius Nicostrato Perfecto prætorio.

Cōtritio dilectio iustificatio. & remissio simul sunt.

a Dixi confitebor.] Venia enim non cunceditur nisi pœnitenti. 24. quæst. 2. legatur. sicut iuramentum non remittitur nisi iurare volenti. ff. de iureiuran. remittit. nec ei imputatur, licet contrarium acciderit. ff. de ann. leg Mœuia. argum. 43. dist. Ephesijs.

* *Immo remissio est effectus cōtritionis. S. Tho. 4. dist. 17. art. 5. q. 1.*

b ¶Impietatem.] Hoc exponit Gratianus infra. eod. similiter.

* *Etiā cū sola attritione vere quis, & visliter cō fitetur.*

c Magna.] ¶Promissionem.] Id est, voluntatem confitendi. Hugo.

d ¶Dimiserit] Remissio peccatorū præcedit * cordis contritionē. Non enim potest quisquam vere contineri * nisi habeat prius fidem per dilectionem cooperātem, dicuntur ergo peccata dimitti per contritionem, hoc est per id quod facit cordis contritionē, id est, per charitatem. Et nota quòd hæc omnia simul sunt tempore, iustificatio, contritio, dilectio, remissio: sed quædā tamen ex his naturaliter præcedunt, & priora sunt natura. necesse enim habeo intelligere quòd prius quis habeat gratiam, quàm conteratur. Præcedit ergo gratia, * sequitur dilectio: quoniam qui gratiam habet, diligit infr. ead. omnis qui non. Sequitur contritio, qui enim diligit, conteritur. sequitur remissio. qui enim conteritur ei remittitur. Ioan.

* *Quomodo ista se vicissim in diuerso genere causæ & præcedāt, & sequātur, vide Sum. Tho. 1. 2. q. 113.*

e ¶Ipsum.] Id est, quòd vult confiteri.

f ¶Pronunciare.] su. 17. q 2. nos. Votum enim pro opere reputatur, vt hic, & inf. dis. 6. in prin. & inf. q. 5. quod Deo hoc tā non est simpliciter verum. nam in quibusdam casibus etiam in bono plus est ad factum peruenire, vt in baptismo. infr. de conse. dist. 4. sine pœnitentia. nā ibi plus valet baptismus quā cordis contritio. Item in Eucharistia: quia per assumptionē Eucharistiæ delentur venialia: quod non fit per voluntatem accipiētis. inf. de conse. dist. 2. iterantur. Item in confessione ipsi sacerdoti facienda. cum erubescentia ipsa in præsentia sacerdotis pars sit pœnitentiæ. inf. ea. quem pœnitet Itē in martyrio. arg. inf. dist. 7. nullus. Dic vt not. in glos. illa, hoc tantum, quæ statim sequitur.

... natura ... in fine ... tu bonis non reputatur pro facto.

g ¶Pro opere.] Vbi deest tēpus operandi: ita remunerationem & est simile per contrarium.

h ¶Reputatur.] Hoc tantum in bonis *, licet ar. cōtra inf. ea. dist. si cui. & vbi facultas deest. infr. ea §. similiter. aliàs plus facit qui operatur. fallit tamē hoc in voto confitendi: quia nō ita cito absoluitur sicut absolueretur à sacerdote. inf. ea. quē pœnitet. in fi. in voto virginitatis quo ad aureolā. arg. 32. q. 5. si Paulus. Itē in casu, s. in cautione iudicio sisti. extra de eo q mit. in pos. c. 1. Itē fallit in malis: * quia aliud in via, aliud in inuio. Argu. cōtra. inf. ea si cui. Et in alijs operibus, quæ volūtatem promouent, vt sunt martyrium, & prædicatio. Item hoc intelligas in præsentibus, non in præteritis. si enim volo me bona fecisse: non tamen perinde est ac si fecissē. Itē nec in futuris: nam si propono post annū me iturū Hierusalē, nō perinde est ac si modo irē. Itē in hoc mūdo, non in futuro. arg. 13. q. 2 in præsenti de confe. dist. 1. hic ergo. Et est arg. pro aduocatis, non. n. demitur præmiū vel salariū aduocare volenti, nec valenti, vt ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. pe. arg. 47. dist. quod ad nos. Arg. cōtra prædicta. extra de eo qui mit. in pos. cau. rei seruan. c. 1. ff. loc. ex conducto. §. sed & si. Item si. dist. 86. non satis. Et est simile huic: quia sufficit quòd seruus bona fide rationes reddat, etsi non ad plenum. ff. de condi. & demon. quamuis.

Votū an pro opere sit reputādum. * Ar. 45. distinct. duæ.

* *Idem iudicium est in bonis ad meritū & in malis ad demeritum. Vide in sequenti c. in gloss. vers. si quis.*

i Si quis non dicam.] Hæc est secūda pars huius primæ partis, in qua facit Gratianus prout dicitur in gloss. per hanc. secundum Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hac lege. Non solum qui rapuit sacras virgines: sed etiam qui rapere attentauit: capitis sententia feriatur.

i ¶Si quis.] Per hanc legem, & sequentes probat à simili per contrarium, peccata sola voluntate contraria deleri, & votum pro opere reputari. nam sicut in bono remuneratur sola voluntas: ita in malo damnatur quis pro sola volūtate, vel voto, & sic inducūtur hæ leges.

K ¶Sed attentare.] Attentatio nō fit sine actu. inf. c. si

quis

quis tam masculum. vode hæ leges & sequentes sunt argumenta etiam pro contraria parte, & opinione.

NEmo.] CASVS. In hac lege loquitur Imperator Præfecto prætorio, & statuit, vt nullus io foro suo vel alterius iudicis officiū aduocationis exerceat nisi

a ¶Catholicæ.] Simile est quod dicit concilium Carthaginense: quod si quis appellat ad iudicem noo catholicū, debet excommunicari. 2. q. 6. catholicus. Sed quare hoc in fidelibus prohibetur, cū & Iudæi pro se postulare possint. Arg. 23. q. 4. Iudas. & extra de Iudæ. Iudeis

C. VII.

NEmo vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium; nisi sacrosanctis catholicæ [a] religionis fuerit imbutus mysterijs. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quadam machinatione factum vel attentatum fuerit; officium [b] quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat.

Iidem AA. ibidem continenter.

C. VIII.

† *Idem vero quicunque*] orig.

QVicumque † ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum, officium aduocationis per subreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit; ab aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis, atque perpetui exilij specialiter sustinebit: sciturus etiam prouinciarum rectoribus, quòd is sub cuius administratio ne aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis [c] bonorū dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilij [d] per quinquennium sustinebit.

Item libro 9. Cod. tit. ad legem Iuliam maiestatis, le. 5.

C. IX.

sup. 6. q. 1. si qs.

QVisquis [e] cum militibus, &c. cogitauerit (eadē enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt [f]) ipse quidem, &c.

Eod. li 9. tit. 16. le. 7.

Item ad legem Corneliam de Sicarijs: [Si quis cum telo [g] ambulauerit [h] hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, uel cuius dolo malo factum erit commissum, legis Corneliæ de sicarijs pœna [i] coercetur †.]

Ibid. cōtinēter.

Impp. Valentin. Valens, & Gratianus.

C. X.

†Concor. text. in le. quoniam. multa. C. ad legem Iul. de vi pu. & in l. 1 §. diuus. ff. de sica.

Ibidem.

ij SI quis necandi infantis piaculum aggressus aggressa ue sit; sciat se capitali supplicio esse puniendum.

Imppp. Gratianus, Valentinus, Theodosius, & Arcadius.

C. XI.

SI forte mulier marito mortis parasse insidias, vel quolibet alio genere voluntatem occidendi habuisse inueniatur, vel si forte maritus eodem modo insectetur vxoré:

Respon. quod non prohibetur hic alicui pro se postulare: sed dicitur quod infideles non possunt postulare, vt gerant hoc officium. s. pro alijs, quasi ex officio publico, ne facultas lædendi Christianos, &c. 17. q. 4. cōstituit. Vel quia sunt infames infamia canonica, vt 6. quæst. 1. omnes.

Infideles postulare. non possunt.

ADDITIO. Sub. & infamis postulare nō debet. 3. q. 7. §. tria.

b ¶Officium.] Id est, officialis. Sed quare pro peccato iudicis punit officialis? Quia sibi noluit repugnare, & resistere. arg. C. de app. quoniam. arg. C. de ma. sa. scri. l. vna. li. 12. arg. 74. di. honoratus, à contrario.

c QVicumque.] ¶Partis.] ff. de inter & rele. relegatorum. §. ad tempus. cōtra. Nam ibi dicitur, quod qui relegantur, non amittunt partem, bonorum. sed hæc lex Cor. corrigit illam, vel hoc est speciale

d ¶Exilij.] Improprie. Nam exilium proprie perpetuum est. arg. ff. de pub. iu. l. 2. dicitur tamen tripliciter exilium, ff. de interdic. & releg. exilium.

e QVisquis.] su. 6. q. 1. §. verum.

f ¶Voluerunt.] Hoc casu. aliàs secus. Infr. ea. cogitationis. Vel hoc cum volūtas suis finibus non est contenta, procedens ad actum exteriorē hæc lex Iulia ponit voluntatem. Cornelia etiā considerat eā. ff. ad le. Corneliam, l. diuus.

g ¶Si quis cū telo.] Telum est generale nomen cuiuslibet rei, quæ nocere potest, arg. insti. de pub. iu. § item lex Cornelia.

Telū quid comprehēdat.

h ¶Ambulauerit.] Et ita volnntas pro facto reputatur I delictis, vt su. di. 50. si quis post acceptū. extra de cler. pug. in duel. c 1. & 2. & ff ad leg. Cornel. de sica. l. diu[9].

Sica quid signet.

i ¶Pœna.] Scilicet vltimo supplicio. ff. ad le. Cornel. de sicarijs. l. 1. Et dicitur sica, quasi seca, à secādo. & est cultellus ferreus &c inde sicarius qui cultellum huiusmodi portat ad interficiendum.

1 Concor. tex in §. itē lex Corn. de sica, cū gl. insti. de publi. iud.

nisi fuerit baptizatus: si autem contra hoc factū fuerit, vel attentatum, officiales Præfecti prætorio, qui debuerunt hoc prouidere in centū libris auri puniantur: ille vero qui contrafecerit, ab officio aduocationis remotus, omnibus bonis suis proscribetur, & in exilium mittetur perpetuum. Rector vero prouinciæ sub cuius administratione hoc fuerit attentatum, medietatem suorum bonorum amittet, & erit in exilio per quinquennium. [Togatorum.] id est, aduocatorum. [Stylum.] id est, sententiam. Tres autem sequētes leges planę sunt, & eas per te videbis.

SI forte.] CASVS. Dicitur in hac l. quod si vxor accusatur. quòd voluerit maritū occidere, vel ecōuerso,

serui vtrinsque, vel familia testificabuntur contra eos aliquo iudicio præcedente.

a ¶Familia.] Quæ insidias non præsensit, & ideo Dominum pericli tantem non adiuuit aliàs vltimo supplicio debet puniri. C. ad Sylla. l. vlt. Vel exaudi hoc de

probat lege ciuili, ꝙ voluntas sine effectu non punitur Ioan. de Fant.

CASVS. Probatum est su. ꝙ quis pro sola voluntate punitur, nunc probat Gratianus contrarium, & ad hoc probàdum subdit quasdam leges. quarũ prima patet.

i ¶Con-

in eadem quæstione ab omni familia [a] non solum mariti, sed etiam vxoris suæ (quæ tamen tunc temporis domi [b] fuerit) quærendum est, sine cuiusquam defensione. [c]

Item ff. tit. de iniurijs, le. sed est quæstionis. Lib. 47. digest. tit. 10. lc. 9.

C. XII.

iij SI quis tam fœminam, quàm masculum, siue ingenuos, siue libertinos, impudicos facere attentauerit [d]; iniuriarũ tenebitur [e]. Sed & si serui pudicitia attentata fuerit iniuriarum† locum habet. Attentari pudicitia dicitur, cum id agitur [f], vt ex pudico impudicus fiat. ¶Non solum is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc est, qui percussit; verum ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curauit [g], vt cui mala pugno percuteretur.

†*al iniuriarum actio*
Ibidem, le. 10.
Ibidem, l. 1 r.

Item lege, Apud Labeonem. Ibidem, l. 25.

C. XIII.

iiij SI quis pulsatus quidem non est; verum manus aduersus eum leuatæ, & sæpe territus est, quasi vapulaturus [h], non tamen percussit: vtili iniuriarum actione tenetur.

3 *Contra* [i] *titulo de pœnis.* Lib. 48. digest. tit. 19. le. 18.

C. XIIII.

COgitationis pœnam nemo patitur† [k]. †*al patiatur*

Item titulo de extraordinarijs criminibus. Li. 47. tit. 11. l. 8.

SOlicitatores alienarũ nuptiarũ, itemq; matrimoniorũ interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt propter voluntatem tamen perniciosæ libidinis extra ordinem [l] puniuntur. *& infra.*

seruis tunc temporis infirmis. ff. ad Sylla. l. si quis in graui.

b ¶Domi.] Idest, quãdo hęc admissa sunt: nam istos verisimile est scire factum supra 16. dist. quod dicitur extra de præsumptio. quanto.

c ¶Defensione.] Scilicet exceptione. non enim poterit excipi. quia si seruus vel ancilla, vt 12. quæstio. 2. § in patronos. Item propter hanc causam licitum est dare viro libellum repudii vxori. C. de repu. l. consensu.

SI quis tam fœminam. CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ si quis attentauerit facere impudicos masculos vel fęminas: siue sint ingenui, vel alterius conditionis: iniuriarum tenetur. Similiter iniuriarum tenetur qui aliũ percutit vel facit vt percutiatur. [Mala,] Id est, maxilla. Casus autem sequentis legis patet.

d ¶Attentauerit.] punitur quandoque sola attẽtatio [s] vt hic & 36. q. 2. si quis non dicam. Solus conatus vt 14. q. 4. quoniam multi. Sola voluntas, vt 27. quæst. 1. nuptiarum. Sola expectatio mercedis, 14 q 3. si fœnerateris. Sola cogitatio. 6. q. 1. si quis. Sola intentio, vt sup ead. si quis cũ telo. Sola aggressio, vt su. ea. c si quis necandi. Solus ausus, vt inf. ead. cap. si qs pulsatus. Sola solicitatio, vt inf. ea. cap. solicitatores alienarum.

s Adde an & quando sola attentatio puniatur. no. glossam l. 1. si qs. C. ad legem Iuliam maic. & in l. si qs nõ dicam. tũ gl. C. de epi. & cler.

e ¶Tenebitur.] Sed etiam tenentur serui corrupti. ff. de ser. corrup. l. 1. §. vlt. C. de fur. si quis seruo.

f ¶Agitur.] Ergo actus exigitur vt voluntas puniatur. aliàs qualiter probaretur de voluntate?

g ¶Curauit.] Argumen. extra de sententia excommu. mulieres.

h SI quis pulsatus.] ¶Vapulaturus.] Hic argui põt insecutorem clerici in canonem incidere, licet nõ percusserit. ar. su. ea. q quisquis. infra ea. omnis. & cap. si propterea. & c. si cui. sed ꝙ non incidit. ar. infra ea. c. hæc autẽ verba. Arg. contra extra de sen. excom. nup. & cap. cum desideres in parte decisa. Sed quid de eo qui manumittit in vestem clerici, vel in rem ab eo detentam? Videtur quod incidat in canonem. ar. 2. q. 1. c. plerumque. §. itẽ obijcitur. de Dauid, qui pręcidit oram clamydis Saulis. Item de Oza, qui manum adhibens ad arcam, percussus est arg. 17. q 4. si quis contumax. qa res ecclesiæ cohærens, eius gaudet priuilegio, vt ead. q. quisquis. versic. auferendo. & ff. de iniur. sed est quæstionis.

Clerici insecutor an incidat in canonem.

CONTRA. Hæc est 3. pars primæ partis, in qua

f ¶Contra, prædictis legibus ostenditur, quòd quis punitur pro sola voluntate, modo probat contrarium, scilicet, ꝙ non sola voluntate non punitur quis.

k COgitationis.] ¶Patitur.] Ab homine, sed à Deo bene. infra ead. omnis cogitatio, non enim si ad consensum peruenit, mortalem, & puniendum esse omnino faciẽdũ est, si enim in corde cõsentiunt libidini, mors interuenit. inf. dist. 2. sicut trib⁹. & in palca. su. dist. 6 testamentũ. §. sed pensandum. sunt & casus speciales, vbi voluntas punitur. nã sola voluntate incidit quis in hæresim. arg. extra de hære. ad abolendam. nã eo ipso ꝙ quis credit hæreticis, incidit in excommunicationem, vt extra de hære. excõmunicamus. §. credẽtes. vers. receptatores. & sic non sunt contra. su. dist. 19 nulli, &c. Anastasius. aliàs autem homo non punit maleficia nisi cognita, nisi inuenerit specialia: immo canon. & lex bene punit voluntatis peccatum, vnde & repellit, à promotione põderos⁹, i. q mẽte peccat, nec ad actũ procedit. su. 49. di. c hinc etenim ver. ponderosus.

Cogitatio ad consensum perueniens est mortalis.

SOlicitatores.] CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ si quis solicitat vel interpellat vxorem alterius. vt secum coeat, vel vt ei nubat, etsi nõ sequaſ effectus, tamẽ punitur, & hoc est quod dicit, [nuptiarũ,] Id est, solicitat eas vt secũ coeat, [matrimoniorũ.] Id est, solicitat alienas vxores, vt saltem de facto secum contrahant.

l ¶Extra ordinem.] Et ita non tantum quantum si

effectus esset secutus. sed in hoc facit lex ista ꝓ Gratiano: quia sicut pro uoluntate aliter punitur quàm pro ipso facto; ita & cordis contritio aliter delet peccata quàm exterior satisfactio. aliter ista lex esset contra Gratianum, & male eam induceret.

redundare in collegium. arg. 12. q. 2. cap. episcopus. §. qui manumittitur. hoc uerũ est, si officium collegij exercebat. 2. q. 7 accusatio. in fin. Item si aqua infundatur super caput baptizati, baptizatus est. ff. de relig. l. cum diuersis. Item arg. quòd baptizatus reputatur cui quælibet pars aquę infunditur. argu. de conse. dist. 4. nec quęquam. argum. contra de consec. dist. 4 c. prima. ubi dicit de toto corpore. arg. pro prima parte a quia si ingredior partem fundi uel prædij totius nanciscor possessionem. ff. de acq. poss. possideri § quod autem.

QVI

¶ Qui puero stuprũ (abducto ab eo, uel corrupto comite) persuaserit, aut mulierẽ, puellamue interpellauerit, quique impudicitiæ gratia fecerit, domũ α [a] præbuerit, pretiumue, quo is persuadeat, dederit; perfecto flagitio, punitur capite; imperfecto [b], in insulam deportatur. Corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

α ¶ Domũ.] *Si etiam in sententijs Pauli, lib. 5. tit. 4. vers.* qui puero: *sed in Pandectis Florentinis legitur donum.*

Lib. 47. digest. tit 2. l. 21.

Item titulo de furtis.

C. XVI.

VVlgaris est quæstio, an is, qui ex aceruo frumenti modium sustulit, totius rei furtum faciat; an uero eius tantum, quod abstulit. Ofilius totius acerui furem esse putat. Nam & qui aurem alicuius tetigit (inquit Trebatius) totum [c] eum uidetur tetigisse. Proinde & qui dolum aperuit, & inde parum uini abstulit, non tãtum eius, quod abstulit, uerum totius † furtum [d] uidetur fecisse. Sed uerum est [e] in tantum eos furti actione teneri, quantum abstulerunt. Nam & si quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res, quæ in eo erant, contrectauerit [f], atque ita discesserit; deinde reuersus unam ex his abstulerit, & antequam se reciperet, quo destinauerat [g], deprehensus fuerit; eiusdem rei & manifestus, & nec manifestus [h] fur erit. Sed & si quis segetem [i] ante lucem β secat, & contrectat [k], eius, quod secat, manifestus, & nec manifestus [l] fur est.

† *totius uidetur fur esse*] orig.

β ¶ Ante lucem.] *In pandectis Florentinis legitur*, sed & qui segetem luce secat.

Item libro 2. tit. Quod quisque iuris, le. prima.

d ¶ Totius furtum.] Stricta ratione secundum rigorem, secus de æquitate, ut eo. tit. & ea. l. in fin. §. sed si de naui. Vel hoc ubi totum tollere potuit: secus ubi totum auferre non posset, ut in prædicto §. Sed contra haue sol. est ff. de fur. l. 1. ubi dicitur, quod sola cogitatio furti faciendi non facit furem, sed & hic actus interuenit. sed illud est ꝫ quod hic sequitur de armario. Sed distingui potest quo animo fuit facta contrectatio, ut ꝫ. in gl. animo.

Furtũ non fit sola cogitatione.

e ¶ Sed uerum est.] Licet totius rei furtũ commiserit: tamẽ uerũ est in tantũ teneri, in quãtũ abstulit, &c. Sępe enim furtũ cõmittitur, non tñ furti actio nascitur. ff. rerum amo. leg. 1. argu. C. de noxa. leg. 1. sicut e conuerso agetur furti: quãq; licet furtum non committatur. ff. de vsu. sequri. §. si remo. pign. C. de fur. si quis seruo.

Furtũ sępe cõmittitur & tamẽ furti actio nõ nascitur.

QVI PVERO. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd qui masculum vel fęminam ad stuprum interpellauerit, & qui vt hoc fiat operam dederit, scilicet domum prębẽdo uel dando pretium causa persuadẽdi: hoc vel aliud faciendo, si effectus fuerit secutus, capite punietur. si autem non fuerit secutus, in insulã deportabitur.] Abducto,] id est, remoto. [Interpellauerit,] de stupro.

a ¶ Domum.] ff. de adulte. qui domum.

b ¶ Imperfecto.] Et ita nõ sic punitur affectus vt effectus, licet arg. sit contra. ꝫ. ead. pęnæ. & c. aut facta. in fi. sed in remuneratione secus est. æque enim remuneratur affectus vt effectus. ꝫ. ead. magna. & ita aliud est in uia, aliud in inuio. ā. 31. q. vlt. c. vlt.

Affectus & effectus nõ æqualiter puniuntur.

VVlgaris] CASVS. In hac lege proponitur quæstio talis: Vtrum quis faciat furtum totius acerui frumenti, si modium uel partem aliquam de aceruo furatur. Et respondet quòd secũdum sententiam Ofil. j & Trebatij, totius acerui furtum facit: sed tñ non tenetur actione furti. nisi de eo quod abstulit. Nam & si quis armarium quod asportare non poterit, aperuit: & res quæ erãt in eo contrectauerit, & portãdo vnã fuerit deprehẽsus antequam ad locũ destinatũ puenerit, eiusdẽ rei fur dr manifestus & no manifestus. Idẽ in eo q segetẽ secat, & partẽ secũ portat, cũ qua fuerit dephẽsus.

c ¶ Totum.] Ar. iniuriam factam clerico uel canonico

f ¶ Contrectauerit.] Animo furandi. secus si aĩo tentaudi quam rem posset tutius & lenius ferre. eo enim casu non fecit furtum, nisi eius partis, quam abstulit, ut ea leg. §. sed si de naui.

g ¶ Quo destinauerat.] Eo die cum furto manere. ff. de fur. quo destinauerit.

h ¶ Manifestus.] Quo ad deprehensionem, & ita non sunt hæc duo contraria.

i ¶ Segetem.] Sed nunquid iudex ecclesiasticus iniunget ei pęnitentiam, qui oliuã meã uel segetem secuit tempore opportuno, animo tamẽ surripiendi, & discessit relicta segete? Videtur ꝙ non: quia cõditionẽ meã meliorem fecit, enim mihi impensas dedit, vnde locum non habet Aquil. ff. ad legẽ Aquiliam, si seruus seruũ. §. si olinani. Ego ei pęnitentiam iniungerem: mala enĩ voluntas nihilominus est punienda, licet ex ea bonum sit secutum. 23. q. 5. si elegentes.

Pnĩa an sit imponẽda illi, qui tpe opportuno segetem secuit. & illa relicta discessit.

K ¶ Et contrectat.] Et postea in luce deprehendatur in sectione uel in itinere cum segete antequam perueniat ad locum destinatum.

l ¶ Nec manifestus.] Sed quomodo põt hoc esse ꝙ primo competat actio furti non manifesti, postea manifesti, cũ lex dicat ꝙ quantũcũque rem contrectet: postea,

Furtum an sæpius committatur, si sæpius eadẽ res contrectetur.

nõ oritur alia actio furti. ff. de furt. ei qui, in pri. Rñ. ex prima contrectatione tantum agitur nec ex deprehensione alia oriĩ actio furti, sed prima modificaĩ. sicut & per liberam personã, procuratorem s. meum non acquiriĩ mihi actio: si tñ prohibet ne aliqs ędificet, & ædificatur contra, datur actio mihi ex delicto ædificantis: & ita modificatur. argu. ff. quod vi, aut clam. l. 3. Dic ergo nec manifestiua quo ad primam contrectationem. tũc enim de stricto iure furtum commisit, nõ tamen actione furti tunc conueniri potest, nisi tunc cõtrectauerit animo furandi rem.

f ¶Non excedunt.] Similia sunt ad legem istam extra de prob. ex litteris. 50. dist. eos. ff. de re iudi. inter partes §. 1. Et iterum vbi lex mentionem facit de pœna, & dubitatur an de maiori, an de minori cogitauerit: præsumendum est ꝙ de minori. ff. de pœnis. si præses.

C. XVII.

HAec autem verba: [Quod statuerit [a], qui iurisdictioni pręest.] cum effectu accipimus [b], non verbotenus: & ideo, si cum uellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuit; cessat edictum. Nam [statuit uerbum rem perfectam significat, & consummatam iniuriam, non cęptam.

C. XVIII.

POenæ [c] (*sicut in ff tit. de pœnis legitur*) legum interpretatione molliendæ sunt [d] potius, quàm exasperandæ [e]. Lib. 48. digest. tit. 19 le. 42.

Atque ideo proprium casum non excedunt [f] *: sed quæ de raptu virginum, vel de aduocatis, seu de crimine maiestatis, vel de sicarijs dicta sunt; fauore religionis, & fidei, atque principali odio sicariorum* [g] *introducta sunt. Iniuriarum* [h] *vero pro earum varietate multipliciter quis reus fieri potest. Varietas itaque criminum, varietatem inducit pœnarum.* Ibidem l. 16.

Vnde in Digestis tit. de pœnis.

C. XIX.

4 AVt facta puniuntur, ut furta, cædesque; aut dicta, vt conuitia [l], & insidæ [h] aduocationes; aut scripta vt falsa, & famosi libelli; aut consilia, ut coniurationes, & latronũ [l] conscientia, quosque [m] alios suadendo iuuasse, [n]

HAec autem uerba.] CASVS Dictum est sup. in præcedenti parte legis, qui magistratum potestatemve habebit, si aliquid noui iuris statuerit, ipse quandoque aduersario postulante eodem iure uti debet Dicitur ergo hic, quod prædicta uerba intelligenda sunt cũ effectu. & non uerbotenus, scilicet, si in ueritate statuerit. nam, [statuit,] rem perfectam significat & consummatam.

a ¶Statuerit.] Arg. ꝙ rubricæ sunt authenticæ. nam ex verbis rubricæ argumentatur hæc lex, & loquitur in casu, cum iudex decernit ius iniquum contra aliquem quo iure poterit illa vti ꝯ illum post depositam administrationẽ: & hoc propter malitiam constituentis. Nec enim lex æquior ulla est, quam necis artifices arte perire sua. potest etiam poni casus in litteris domini Papæ extra de mutu. petitio. Prudentiam. C. de Iud. die sabbati.

Argumentum sumi potest ex rubricis.

b ¶Cum effectu accipimus.] Arg. cum effectu verba esse accipienda. arg. supra 17. q. 4. si quis suadente. arg. nõ obesse alicui malum nisi ad finem perducatur. arg. voluntatẽ siue conatum non puniri sine effectu. arg. j. ea. §. cogitatio. & supra ead. cogitationis.

Voluntas sine effectu non punitur.

POenæ sicut.] CASVS. Postquam magister posuit cõtrarietatem legum de uoluntate punienda, subdit duas solutiones. Vnam j. e. §. cogitatio. Aliam hic, scilicet, ꝙ regulare est, ꝙ pro uoluntate sola non debet qs puniri: quia pœnæ potius sunt emolliendæ quàm exasperandę: nisi in casibus exceptis à lege uel canone, qui etiam notantur in hac littera. In iniuria vero certa pœna non statuitur: sed multiplex: nam varietas criminũ varietatem inducit pœnarum. Ad quod inducit legem sequentem.

1 Scilicet exceptis à lege uel canone. qui etiam in littera nominanti nominantur, Item pro iniuria non certa pęna statuitur: sed pro uarietate iniurię põt aliqs multipliciter fieri reus. Arc. Pęna in dubio intelligitur de minori.

c ¶Pœnæ.] Posita contrarietate legum de uoluntate punienda uel non punienda: subdit duas solutiones: unam infra ead. §. cogitatio. aliam hic, ꝙ regulare est pro sola uoluntate quem non puniri: nisi in specialibus t. casibus. Dic ergo pęnæ voluntatẽ punient, in quibus casibus inueniũtur determinatæ aliquæ leges.

d ¶Molliendæ sunt.] Scilicet tolerandæ, & non ad alios casus extendendæ. & hoc est quod dicitur infra.

e ¶Exasperandæ.] Nisi ex causa propter multitudinẽ, vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlt. & propter rationem personarum, ut ff. de pœn. l. capitalium. §. ult.

g ¶Sicariorum.] Et ideo pœnæ uoluntatis in eo statutę proprium casum non excedunt.

h ¶Iniuriarum.] Quare in crimine iniuriarum non ita assignatur certa pœna, sicut in præfatis criminibus supponit: quia pro uarietate iniuriarum est multiplex uarietas pœnarum, ut ostenditur & probatur in lege sequenti.

AVt facta puniuntur.] Hæc est 4. pars huius primæ partis, in qua dicitur, quod quatuor modis punitur peccatum Ioan. de Fant.

CASVS. Hugo sic ponit hũc casum. Primo ponit quatuor genera puniendorum. Secũdo dicit illa quatuor genera puniendorum esse consideranda septem modis, qualiter sunt punienda, nunc magis, nunc minus, nunc nullo modo: & de omnibus iurisconsultus exempla supponit. [Puniuntur,] scilicet verbo. [Emãsorem.] Dicitur emansor qui diu uagatus extra castra manens, tandem ad castra reuertitur. Furtiuus dicitur qui latenter moratur in aliquo loco extra castra, exercendo malefactum, & cito reuertitur ad castra. [Agrassatoris.] Dicuntur grassaturæ, quæ fiunt à latronibus in itinere, & crudeliter contra transeuntes grassantur. [Petulantia,] id est, lascivia.

l ¶Vt conuitia.] Pro conuitio deponitur clericus supra 11. quæst. 1. si quis sacerdotum. & quid sit conuitium, habes ff. de iniu. leg. item apud Labeonem §. a.

K ¶Insidæ.] Id est, non fide id est, sine fide, ut cum aduocatus pręuaricatur. a. q. 3. c. si quem. §. præuaricator.

l ¶Latronum.] Velut cum quis sciens recipit eos, qui ita puniuntur ut ipsi latrones, ut ff. de receptatorib. l. pessimum.

m ¶Quosque.] Hoc scilicet puniuntur.

n ¶Iuuisse.] Id est, compulisse ad aliquod maleficium faciendum.

a ¶Sed

a ¶Sed hæc quatuor.] s. facta, dicta, scripta, consilia.
b ¶Impunita.] Supr. 23. q. 4. ea vindicta ff ad l. Acqui. sed & si. § magister.
c ¶Vel parente.] C. de emend. libero. l. una. supra 33. q. 4 duo ista nomina.
d ¶Per

qui præposito manus intulit, capite plectendus est. ff de re mill. omne delictum.
h ¶Aetatis quoque ratio.] Vt 15. q. 1. cap. illud.
i ¶Locus.] infr. ead. dist. 5. cap. 1.
K ¶Furtum.] ff. ad le. Iul. pecu. diul. contra 1. sed ibi subauditur, tantum.

sceleris est instat. ¶Sed hæc quatuor [a] geneta consideranda sunt septem modis, causa, persona, loco, tempote, qualitate, quantitate, euentu. Causa, ut in uerberibus, quæ impunita [b] sunt à magistro illata, uel parente [c]: quoniam emendationis, non iniuriæ gratia uidentur adhiberi. Puniuntur, cũ quis per iram [d] ab extraneo pulsatus est. Persona dupliciter spectatur, eius [e] qui fecit, & eius, qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus serui, q̃ liberi, & aliter, qui quidquam in dominum, parentemue [f] ausus est, quàm qui in extraneum, in magistratũ [g], uel in priuatum. In huiusmodi consideratione, ætatis [h] quoque ratio habeatur. Locus [i] facit, vt idem, uel furtum [k], uel sacrilegium [l] sit, & capite luendum, uel minore supplicio. Tempus discernit emansorem [m] à furtiuo, & effractorem [n], uel furem diurnum [o] à nocturno. Qualitate cũ factũ uel atrocius uel leuius est: ut furta manifesta [p] à nec manifestis discerni [q] solẽt, rixæ [r] à grassaturis [s], expilationes [t] à furtis, à uiolẽtia petulãtia [u]: de qua re maximus apud Græcos orator Demosthenes sic ait:

Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία· οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν (καίπερ ὂν δεινὸν) ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ὧν ἔνια ὁ παθὼν οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους ἀηθεῖς ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι.

Id est, Non enim iram plaga concitauit, sed ipsa facti indignitas. Neque tam ingenuis graue est cædi (quamquam graue est) quàm per contumeliam cædi. Si quidem multa is, qui alium cædit, admittere potest (quorum magnam partem is, qui uerberibus affectus est, alteri ß renunciare, ac repræsentare neq̃) habitu corporis, vultu, vociferatione, nunc ut contumeliam inferens, nunc ut inimicum se gerens, nunc pugnũ ducens, nunc in malam cædens. Hæc mouẽt: hęc de statu mentis deturbãt homines propudij, ac sugillationis non assuetos.] Quantitas discernit furem

l ¶Vel sacrilegium.] scilicet tantum. ibi enim dicitur, si res priuati de sacro loco surripiatur, actionem furti non sacrilegij esse.
m ¶Emansorem.] Emansor est ille, qui diu vagatus est, & ad castra reuertitur. ff. de re mi. l. 3. §. 1. istud tempus discernit furem hunc à latrone, qui latenter moratur in aliquo loco causa maleficij exercendi, & cito reuertitur ad castra.
n ¶Effractorem.] Effractores dicuntur qui frangunt carcerẽ, vel aliud ut euadant, vel ut inde aliquid surripiant. sed aliter sunt puniẽdi nocturni, aliter diurni, ut ff. de effra. & expil. l. 1. & 2.
o ¶Diurnum.] Distinguitur enim fur nocturnus à diurno: quia nocturni atrociores sũt, et acerbius puniuntur, ut extra de homi. si quis per fodiens. ff. ad le. Aqu. itaque.
ADDITIO. Et quod dicit diurnum & nocturnum, refertur ad vtrumque, scilicet, effractorem, & furem. P.
p ¶Manifesta.] Hæc pœna quadrupli. illa dupli puniri solent a.
q ¶Discerni.] Supra 54. quæst. 5. pœnale.
r ¶Rixa.] Rixa est inter altercantes, & proprie inter duos.
ADDITIO. Et uerbis ff. ui. bo. rap. prætor ait H.
s ¶A grassaturis.] quæ fiunt à latronibus in nemore. Et dicitur à grassor grassaris, quod est sæuire.

d ¶Per iram.] Vel ludõ noxiũ. ff de fur. in furti. § vlt.
e ¶Eius.] Aliter enim punit nobilis quàm ignobilis, seruus quàm liber, ut 24. q. 1. qui contra pacem. ff. de pœnis. l. capitalium. § ult.
f ¶Parentemue.] Nam talis insuitur sacco ex corio cum gallo gallinaceo & serpente, &c. ut ff ad leg. Põpe. de par. pœna. C. de his qui paren. uel lib. occi. l. vnica. multo fortius qui contra patrem spiritualem. arg. 6. q. 1. infames. 30. q. 3. Pyttacium.
g ¶In magistratum.] Arg. C. de iniur. atrocem. uñ in his ius est publicum. arg. supra dist. 1. ius publicum. &

t ¶Expilatione.] Expilare est res iacentis hæreditatis subtrahere ff. de eri. expil. heredi. si expilatæ. uersi. apparet. nec est hoc furtum: quia non contrectat res alienas inuito domino, quia nõdum aliquis dominus est, ut ff. de fur. hereditariæ rei. ff. de effra. & expil. leg. 1. & 2.
u ¶Petulantia.] Id est, lasciuia. Aliter enim punitur quod fit per lasciuiam, & aliter quod fit per uiolentiam, extra de sent. excom. super eo.

1 Nõ tenet ut no. s. 17. q. 4 quisq̃s sed qđ sequitur hic H. approbat, s. q subaudi tur tãtum.

Emansor quis dicit.

Effractor.

2 Cõcor gl. i auth. sed nouo iure C. de se. fugi & in l. a. ff. de arbo. furt. cæsa.

Nobilis aliter quàm ignobilis punitur.

Expilare quid sit.

Patricidæ punitio.

Lasciuia & violẽtia diuersa sunt.

a ¶Ab abigeo.] ff.de abig.l.1.& 4.q 4.abacti.Arch.
b ¶Vnum.] Et ita numerus discernit eos,vt ff.de abigeis,oues.
c ¶Puniat.] Hic non spectatur euentus.
d ¶Voluntario.] Id est proprio motu iudicis,s.secundum voluntatem iudicis dutaturo: non enim erit tempus determinatum in exilio, Vel voluntario,id est, pro motu & voluntate rei quantum ad locum in quo erat in exilio agendum.
e ¶Fortui.] Argu.cōtra hanc eandem legem,& ff.de offi præsi.diuus sed hoc apud Græcos,cum non erat tantus furor quòd excusaret. aliàs satis ipso furore punitur.

COgitatio.] Hæc est 5.pars primæ partis, in qua dicitur ꝙ distinguitur inter maleficia,an habuerit iudicium vel non. Io. de Fan.

CASVS. Ponit Gratia. aliam solutionem meliorem ad supradictā legum contrarietatē, s.ꝙ voluntas non punit ab homine, sed à Deo,cum est suis finibus contenta: sed actus exterior punitur ab homine ut in maleficijs:verūtā ea quæ effectum iuris desiderant ut matrimoniū, & diuortium,& similia, à maleficijs discernuntur. In his enim, quę de iure effectum desiderant, deliberatio exigitur, in his vero nō. Et ad hāc suam distinctionem probādam inducit legem sequētem Hu.tamen intellexit, quod sola volūtas in maleficijs punitur,& ita intellexit hunc locum;secus in alijs, quę de iure effectum desiderant.

ctus. vnde & resoluitur emptio re integre, & perinde est ac si non esset de consensu vtriusque partis celebrata.C.quando licet ab empti.disce.leg.1.& licet millesies velit contrahere, si hoc non declaret, non tenebit contractus.

ab abigeo [a]. Nām qui unum [b] suem surripuerit; ut fur coercebitur: qui gregem, ut abigeus. Euentus spectatur, ut à clementissimo [γ] quoque facta: quamquam lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quàm eum, qui occiderit, puniat [c]: & ideo apud Græcos exilio voluntairo [d] fortuiti [e] casus luebantur, ut apud præcipuum poetarum scriptum est.

Εὖτ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος,
Ἤγαγεν ὑμέτερόνδ' ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς,
Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς. id est,

Quo puerum me tempore uestras duxit ad ædes
Ex Opoente pater, dira pro cæde patrata.
Ob talos nempe ira percitus Amphidamantis.
Cum gnatum imprudens simul, inuitusque peremi.

α ¶Fut. tuo.] *In aliquot vetustis codicibus,& originali est*, fugitiuo *Sed ob glossam non est emendatum.*
β ¶Alteri renunciare]*Hac in suum locum sunt restituta.*
γ ¶Clementissimo]*Sic emendatum est ex pandectis Florentinis,cum antea legeretur*,dementissimo. *Quod in Basilicis lib 60. tit.52.le.16.sic explicatur.* Vir clemens, nec seditiosus, si arma sumat, quasi occidendi causa, non punitur ut homicida,nisi & euentus sequatur. In seditiosis autem etiam sine euentu,animi propositum punitur ob id solum,quod armati processerint,ut l.1. ad legem Corneliam de sicarijs.

C. XX.

5 *COgitatio [f] non meretur [g] pœnam lege ciuili, cū suis terminis contenta est. Discernuntur [h] tamē à maleficijs [i] ea,quæ de iure effectum desiderant [k]. In his enim nō nisi animi indicium [l] consideratur.*

Vnde in digest.tit.de repudijs. lib 14. Digest. tit 2 de diuor. & repudijs. l.3.

¶*Huic, quod in vulgatis est distinctum caput, in plerisque vetustis est apposita nota illa,qua indicatur esse verba Gratiani.*

C. XXI.

DIuortium non est verum, nisi quod animo perpetuā

f ¶Cogitatio.] Ecce supponit aliam solutionem meliorem prędictę contrarietatis legum,scilicet quod voluntas non punitur ab homine,cum suis finibus est cōtenta.;& hoc casu intelliguntur auctoritates, quę dīt uoluntatem non puniri.s.ab homine: & subauditur hic,vel sic cogitatio,&c.
g ¶Non meretur.] Quo ad hominem,aliàs secus arg. 50.dist.hinc ver.ponderosus.
h ¶Discernūtur tamē à maleficijs.] Q.d.licet in maleficijs magis attēdatur volūtas q̄ animus.i. perseuerantia,secus est in illis, quę sortiuntur effectum de iure in quibus magis animus, i. perseuerantia attenditur q̄ volūtas sola & ad hoc inducit oīa vsque ad §.alij ecōtra.nō enim semper in ꝯctibus cōsideratur sola volūtas & animi destinatio.argu.cōtra.C.de fide instru.cōtra-

Volūtas an sit magis attēdenda, q̄ perseuerātia.

i ¶A maleficijs.] In maleficijs voluntas spectatur, nō exitus.ff.ad legem Cornel.de sica. diuus. C. de excu. tut. amplissimi.
K ¶Desiderant.] Vt sunt cōtractus vt matrimonium. diuortium,emptio,& venditio,& huiusmodi, quæ de iure sortiuntur effectum.sed maleficia non de iure sortiuntur effectum, immo tantum ex corde procedunt 15.q 6.c.1.
l ¶Iudicium.] i. perseuerantia 1. effectus deliberatio sed in maleficijs non consideratur perseuerantia, vel indiciū animi,sed sufficit si affuit voluntas & si incontinenti pœniteat.ff.de furt.qui ea.22.q.5. qui periurare in princ.

In maleficijs volūtatē magis, q̄ exitū in spectari.

Scilicet ex animi iudicio & proposito,& deliberatiōe veniens,Hug.

DIuortium.] CASVS Dicitur in hac l.ꝙ diuortium nō debet ratum haberi quod animi perseuerātiā nō habet. vnde si mulier calore iracūdię à marito suo diuertit,

dinertil, puniri non debet: nisi perseuerantiam & deliberationem habuerit. Nam non videtur diuertisse quæ est in breui reuersa. Sequens §. patet.

Factum nõ dr qđ non perseuerat. a ¶ Ratum est.] Arg. non dici quid factum, si non perseuerauerit, extra de ver. sig. nam & ego. ff. de no. ope. nun.

re quenquam. & tamen clamabāt, crucifige. vnde magis imputat illis mors Christi, quàm Pilato vel militibus, qui manibus interfecerũt: vnde qui aliũ tradit ad occidendũ, ipse eũ occidere vr. Quod pbat auctoritate Dñi, & Psa. militæ. [Vnus.] S. Marcus. [Alius.] S. Ioã.

† al dissentionem constituendi discessionem † fit. Itaque quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur; non prius ratum [a] est, quàm si perseuerantia apparuit, iudicium animi fuisse. Ideoque per calorem [b] misso repudio, si breui reuersa est uxor, nec diuertisse videtur.

Hinc etiam in canonibus.

C. XXII.

2.q.3. si quis. SI quis [c] iratus crimen alicui obiecerit, &c.

6 *Ex consilio [d] autem velut ex facto, aliquem teneri August. probat ita dicens.*

¶ Non solum, qui manibus occidunt, sed etiam quorum consilio, & fraude alij occiduntur, homicidæ probantur. C. XXIII.

† al Periculosè. Poly. l. 6. tit. 10. Ansl. 11. c. 45. Burch. l. 6. c. 31. Iuo p. 10 c. 160. PErniciosè [e] † se decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidũt: & nõ potius eos, per quorum consilium [f] & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudæi Dominum nequaquam proprijs manibus occiderunt, sicut scriptum est: [Nobis non licet [g] interficere quenquam.] Sed tamen illis [h] Domini mors imputatur: quia ipsi lingua eum interfecerunt dicentes, [crucifige, crucifige eum.] Vnde vnus Euangelista dixit Dominum crucifixum esse hora tertia [i], alius sexta: quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua; milites hora sexta [k] manibus. Qui ergo hominẽ tradidit; ille interfecit eum, Domino dicente: [Maius [l] peccatum habet, qui me tradidit tibi.] Vnde ps. [m] [Filij hominum [n], dentes [o] eorum arma, & sagittæ [p], & lingua eorum gladius [q] acutus [r].] Subijciant ergo se pœnitentiæ [s], quorum cõsilio sanguis funditur, si veniam promereri voluerint.

Io. 18. Matth. 25. Mar. 15. Io. 19. Io. 19. Ps. 56.

¶ *Caput hoc collectum est ex varijs locis Beati Augustini, vide-*

e ¶ Perniciosè.] CASVS. Qui consilium dat ad occidendum, homicida est: vnde Iudæi probantur fuisse homicidæ Christi: quia illũ & si nõ manibus, lingua tamen occiderunt, & magis peccauerunt quàm Pilatus, vel milites, qui eum crucifixerunt.

Iudæi lingua solum Christũ crucifixerunt.

f ¶ Cõsilium.] Extra de hom. sicut dignũ. & 5. distin. 50. si quis viduam.

g ¶ Non licet.] Hoc dicunt propter diem festum. lex enim præcepit, ne parceretur malefactoribus. & licebat eis interficere. 23. q. 5. quid ergo. pseruum seducentes populum, & Deo detrahentes, qualem istum dicebant. sed propter diem festum non licebat eis tunc interficere quenquam: vel non licebat interficere quemquam, id est, hunc: propter quod scriptum est: Tradetur enim gentibus ad illudendum & conspuendum & crucifigẽdũ, & c. & sic adimpletus est sermo Iesu, quo se prædixit à gentibus occidendum. ipsi tamen cõtra se hoc dicunt, cum eum interfecerunt lingua, & si non manibus.

Iudæis nõ licebat interficere quẽquã, qualiter intelligitur hoc?

h ¶ Illis.] Supra 23. q.

nun. si opus. ff. ad leg. Cor. de fal. qui falsam. 32. q. 1. apud. & 1. q. 1. constat. Arg. contra ff de ædil. edi. quis sit fugitiuus. §. Celsus quoque scribit.

Fœmina calore excusatur. b ¶ Calorem.] Excusat hoc casu calor fœminam, licet grauissimè peccet, ita ẽt φ si minor esset non restitueretur. ff. de mino. si ex causa. §. si mulier. & ita excusatur ira. arg. 2. q. 3. si quis iratus. & quãdoq; rescindit cõtractum. ff. de pub. licitatio. quãdoque minuit delictum. C. de adul. Gracchus. similiter ita siue frunicalũ, id est, parua ira, facit donationem perire, nisi in uicem amor sit reconciliatus. ff. de don. inter uirum & vxo. cum hic status § si diuortium.

c SI quis.] Supra 2. q. 3. si quis iratus.

EX CONSILIO Hæc est 6. pars huius primæ partis, in qua probat per 9. aucto. φ etiam in malis uoluntas & consilia pro opere reputantur. Io de Fant.

d ¶ Ex consilio.] Q. d. non tantum ex voluntate tenentur quis. sed ex consilio. Consilium autem plus est quàm voluntas, quia in eo proceditur ad actum.

PErniciosè.] CASVS. Dicitur in hoc c. φ non solum ille est homicida, qui manu interficit aliam, sed etiam ille, qui præbet consilium. Et hoc probatur exemplo Iudæorum, qui dicebant: Non licet nobis interfice

3. c. vlt. & alia ratio ibi assignatur.

i ¶ Hora tertia.] Infra de consec. dist. 1. nocte.

K ¶ Hora sexta.] Arg. ad testes cõtradicentes sibi in tẽpore concordando, vt extra de testibus, cum tu fili. At gu. contra. 3. q. 9. nihilominus. in fi. sed hic nulla est contrarietas: quia super diuersis factis testificantur, vnus super crucifixione facta linguis hora tertia, alius super crucifixione in cruce facta à militibus hora sexta.

l ¶ Maius.] Supra 24. q. 3. qui aliorum.

m ¶ Vnde Psalmus.] In Ps. Miserere mei Deus, miserere mei.

n ¶ Filij hominũ.] Parauerũt laqueũ s. pedibus meis. — s Laqueũ. i. latenter pedibus.

o ¶ Dentes.] Id est, corrosiones & conuitia.

p ¶ Et sagittæ.] Quantum ad consilia.

q ¶ Gladius.] Quantum ad verba.

r ¶ Acutus.] Dum clamarent, crucifige, crucifige etiam voces illę incitatiuę fecerunt mortem, ut gladius acutus.

s ¶ Se pœnitentię.] Et irregulares fiunt. 50. dist. si qs viduam. & est arg. contra clericos, qui fures iudicãdos prætibus tradunt. 23 q. 5. vnũ solum est. Dic ut extra de homic. tua. & 51. dis. Maximianus. Sed nũquid dices irregularem clericum, qui homicidium voluit facere,

ncc

nec fecit, quia non potuit, irregularis est * tanquam de homicidio, licet non sit homicida infra e. si cui. vbi tamen factum sequitur, grauius est peccatum

*Ex solo actu interiori non incurritur irregularitas: nã hac sequitur factũ. S. Tho. 1.2. qõ. 20. ar. 5. ad 4.

sequitur. Sequentia duo capitula plana sunt.

l ¶Cain.] 3 q 7 in grauibus hoc legitur in Genesi.

m ¶Damnauit.] Si damnauit, ergo commissum fuit. nulli Deus immeritã ingerit pœnam. 11. q 3. illud sed expone, damnauit id est, damnabile ostendit, scilicet eius

Deus nullũ sine causa punit.

HOmicidiorũ. CASVS. In hoc c. ponuntur tria genera homicidiorum. nam non solum dicitur homicida qui manu aliũ interficit, sed etiam ille, qui fratrem suum odit, uel qui ei detrahit, quod probatur assertione Petri. Sequens c. patet.

Homicidiũ quid sit.

a ¶Tria genera.] Dicuntur esse præcipua. nam largè homicidiũ dicitur quilibet illicitus motus ad nocendum. infra ea. homicidium.

b ¶Parilem.] Id est similem quantum ad Deum. aliàs enim asperior penitentia imponit. i. interfectori.

r Scilicet ecclesiã. Ar.

c ¶Et qui.] Supra 86. dist. pasce.

d ¶Detrahit.] Detractores dicuntur homicidæ: quia quantum in eis est, priuãt animam (quæ melior pars hominis est) vita, dum negant uirtutes, quibus anima uiuit esse in ea. Nam detrahere est bona quæ alicui sunt a Deo collata, negare vel inuertere: vt si quis dicat sapientem sapientiã nõ habere, vel castum castitatem, vel ea, quæ bono zelo fiunt, inuertendo asserat malo zelo vel spiritu fieri, sicut Iudæi Christum dicebant in Beelzebub, dæmonia eijcere at. dist. §. 8. & quidem hoc est peccatũ in spiritum sanctum: quia quod est spiritus sancti, maligno spiritui attribuunt. Vnde in Euangelio 2. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ 45. distin. si Euangelica, 32. q. 5 qui uiderit.

Detractores dicũtur homicidæ.

Detrahere quid sit.

2 Matt. 15. e.

licet ex lib. 2 de consensu Euangelistarum, c. 13. explanatione Ps. 56. & 63. & tract. 114 & 115. in Ioannem.

Item ex epistola Clementis prima ad Iacobum.

¶Interfectores fratrum, detractores eorum, eosque odientes homicidæ habentur. C. XXIIII.

HOmicidiorum vero tria genera [a] esse dicebat B. Petrus, & pœnam eorum parilem [b] fore dicebat. Sicut enim homicidas, interfectores fratrum; ita & detractores eorum, eosq. odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui [c] occidit fratrũ suum, & qui odit, & qui detrahit [d], ei pariter [e] homicidæ esse monstrantur.

Item Hieronymus in Esa c. 33.

¶In maleficijs voluntas pro opere reputatur. C. XXV.

OMnis iniquitas, & oppressio [f], & iniustitia, iudiciũ [g] sanguinis [h] est: & licet gladio non occidat; uoluntate [i] tamen interficit.

Poly. ibidem. Ans. l. 11. c 43. Iuo p. 10. c. 157.

Item Cyprianus tract 4. de mortalitate.

¶De eodem. C. XXVI.

NVnquid [k] Cain [l], cum Deo munus offerret, iam peremerat fratrem? & tamen parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit [m] †. Vt illic cogitatio mala, & perniciosa conceptio Deo prouidente prospecta est; ita & in Dei seruis, apud quos confessio cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditur Deo iudice coronatur. Aliud est enim martyrio animum deesse: aliud animo [n] defuisse martyrium. Qualem [o] te inuenit Dominus, cum vocat [p], talem pariter & iudicat: quando ipse testetur [q], & dicat: [Et scient omnes ecclesiæ; quia ego sum scrutator renis [r], & cordis [s].]

Gen 4.

† Ex isto tex infertur (quod est ꝯ primã partẽ glo) ꝑ fine actu externo ri q s dr homicida con cor. l. is qui cum telo. & ibi gl. & Cy. ad leg. Cor. de sica.

Apoc 2.

Item Augustinus tract. 42. ad c. 8. Ioannis.

¶Homicida est, qui fratri suo mala persuadet. C. XXVII.

NOli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades [t]. Si fratri tuo mala persuades; oc-

e ¶Pariter.] Non quia æqualiter peccent, sed quia dignus est pœna æterna vterque.

f OMnis. ¶Oppressio.] C. quod metus cau. si per impressionem.

g ¶Iudicium.] Id est, ita punitur. & est digna puniri vt homicidium, quia utrunq; sufficit ad dãnationem.

h ¶Sãguinis.] Id est iudicatur esse effusio sanguinis, id est, homicidium, secundum Hug.

i ¶Voluntate.] Id est, actu voluntario, secundum Hu.

K NVnquid.] CASVS. In hoc capit. dicitur, quod Deus respicit voluntatem hominum antequam perducatur ad actum, tam bonam ut eam remuneret & corroboret, quàm malam, vt eam condemnet. De mala probat per Cain: de bona per eũ, qui vult pati martyrium, quia remuneratur, etsi martyrium non

eius victimas respuendo. vel damnabile præsciuit.

n ¶Animo.] Vt in B Martino. sufficit enim affectus. arg. infra ea. importuna.

o ¶Qualem.] Supra dist. 25. qualis.

ADDITIO. Et 13. q. 1. tempus. & 26. q. 5. nec mirum. secundum Hug.

p ¶Vocat.] 13. q. 2. quàm præposterum.

q ¶Ipse testetur.] In Apocalypsi.

r ¶Renis.] Id est delectationum.

s ¶Cordis.] Id est, cogitationum. Vnde Augustinus super illũ locũ: scrutans corda, &c. Corda, i. quod quisque cogitat. Renes, id est, quod quemcũque delectat.

t NOli. ¶Persuades.] Supra dist. 45 sanè. plus n est persuadere quàm facere. ar. ff. de ser. cor. l. 1 §. persuadere. qui enim persuadet corrũpit: non qui cogit, vt ibi.

s ¶Ma-

a ¶Machera.] Id est gladius: alia translatione dicitur, gladius acutus, sup. ca perniciose.

b HOmicidium. ¶Putabatur.] Male intelligentib. nam probibitum erat, & omne vnde malum oritur. extra de consti. nam concupiscentiam.

c ¶Aper-

g ¶Non minus.] Supra. 32. q. 5. sicut enim. 6. q. 1. cap. quæro. § verum hoc in fine. 15. q. 6. cap. 1. 8. q. 1. sciendum, 14. q. 1. si quid. 32. q. 1. qui uiderit. contra. infra di stinct. 2. sicut tribus. contra. Sol. reuera magis reus est si opus adhibeatur, sed hoc quo ad sufficientiam æterni interitus accipe. Vel dic, quòd non minus est rena: id est, nihilo minus reus est, quamuis ad factum non perueniat, non quin plus peccet (ut dixi) si opus sequat: qđ patet ex eo quia probibitum est malam uoluntatem in opus producere, sic ergo ꝯ probibitionē illam faciens plus peccat. qui ergo opus adijcit uoluntati, iniquitatem adijcit iniquitati.

Ps. 56. cidis. Et ut scias, quia occidis, audi psalmum: Filij hominum, dentes eorum, arma, & sagittæ; & lingua eorum machera [a] † acuta.]

† gladius acutus.] ori.

Item lib. 19. contra Faustum, c. 23.

¶Occidit, qui ad nocendum mouetur.

C. XXVIIII.

Glos. ord. in Matth. c. 5. HOmicidium lege uetitum putabatur [b] non aliud esse, nisi corporis peréptio. Aperuit [c] ergo Dominus omnem iniquum motum [d] ad nocendum fratri, in homicidij genere deputari.

¶*Verba propria B. Augustini sunt hæc:* Quia enim non intelligebant homicidium, nisi peremptionem corporis humani per quam vita priuaretur; aperuit Dominus, &c.

Item Augustinus lib. 50. hom. homil. 28.

¶Furti tenentur, qui solo timore non furantur. C. XXIX.

SI propterea non facis furtum, quia times, ne uidearis; intus fecisti, in corde [e] fecisti: furti teneris [f], & nihil tulisti.

Idem de libero arbitrio, lib. 1 c. 3.

¶Non ideo minus delinquit, cui sola deest facultas.

C. XXX.

In 3 p. 8. c. 104. Ivan. l. 7. c. 19. SIcuti etiam non contingat facultas concumbendi cum hac coniuge aliena, planum tamen aliquo modo sit id eum cupere, & si potestas detur, facturum esse; non minus [g] reus est, quàm si in ipso facto deprehenderetur †. *Item sicut auctoritas testatur.* [¶Voluntas [a] remuneratur, non opus. Voluntas [h] autem in cordis contritione [i] est: opus uero in oris confessione.]

† Cõcor. l. is qui cum telo & ibi glo. & doc. cũ concor. C. ad l. Cor. de si sica.

a ¶Voluntas.] *Hæc vsque ad finem sunt ex homilia 26. operis imperfecti in Matthaum.*

Luce clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimissi.

Item Prosper lib. 2. de uita contemplatiua, c. 7.

C. XXXI.

Sent. 4. dist. 17. POrro [k] illi, quorum peccata humanam notitiā latent,

h ¶Voluntas.] Non opus tantum: uel nō facit, ut opus sit remuneratorium, sed uoluntas, sicut & alibi dicit. scilicet ꝙ sufficit eleemosyna cordis, non corporis, 45. distin. duæ, quandoqꝫ tamē opus etiam minus bonum in bonū conuertitur diligentibus Deum. infra distinct. 2. nullus eorũ. argum. extra de reg. iur. estote. illud autē nota, quòd peccata, quæ sola uoluntate contrahuntur, sola uoluntate dimittuntur, secundum Baz. argu. ff. de pact. ab emptione. sed contrarium credo si ad consensum uoluntas peruenit, arg. sup 6. dist. testamentum.

i ¶Contritione.] Infra. ea. §. non ita.

i ¶Contritione.] Illa scilicet, quæ est uirtus a, non illa, quæ est passio, scilicet afflictio, qua punitur quis interius pro peccato, nec illa, quæ est actio, qua se punit aliquis. Hug.

a Contritio uirtus siue gratia est uirtus mentis. s. humilitas, qua homo humiliatur & conteritur & prosterni tur: & sic disponitur ut uelit se pro peccato puniri, & satisfacere pro illo Arch.

Suppliciũ patiẽs æternũ, qui temporale non subijt.

c ¶Aperuit.] In Euangelio ubi dicit: Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit mortis. si quis dixerit fratri suo, Rachs, reus erit consilio. 55. dist. si Euangelica.

d ¶Motum.] Post primum qui in potestate nostra, non est t.

SI propterea.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si habuisti animum furandi: quamuis nihil furatus fueris. quia times ne uidereris, furtum tamen quo ad Deum commisisti. Sequens ca. planum est.

e ¶In corde.] Sup 14. q. ult. c. ult.

f ¶Teneris.] Quo ad Deum, non quo ad hominem, cum rē nō contrectauerit. ff. de acqui. pol. possideri. §. si sē. quia solo animo furtum non committitur, secundum legem, ut ibi dicitur.

† De hoc dicit Apostolus non qđ uolo bonũ hoc ego.

SIcut etiam.] CASVS Grat. infert ex supradictis, cũ uoluntas quo ad Deum remuneretur, & non opus: uoluntas autem in cordis contritione consistit, opus uero in oris confessione: tamen manifestum est quod sola cordis contritione dimittuntur peccata.

POrro illi.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc c. Prosper intendit inuitare homines ad emendationem & confessionem peccatorum: qui si nolũt peccata emendare, sed uolunt in sua malitia perseuerare, damnabuntur æterno supplicio, quia noluerunt subire humanum iudicium. Præterea melius est, ut homo sponte confiteatur peccatum suum, quàm ut expectet inde cõuinci. siue confiteatur illud publice in iudicio, uel extra: siue occulte, & intra se.

K ¶Porro.] CASVS. Inuitat Prosper quemlibet hominem ad pœnitentiam. qui enim noluerit emendare delicta, æterno supplicio damnabitur: quia noluit subire temporale supplicium, melius est ergo ꝙ quis confiteatur peccatum occulte, uel etiam in iudicio cum potest inde conuinci, & pœnitentiam agere, ut sic commutet pœnam æternam in temporalem.

a ¶Et

a ¶Et ultorem.] Quasi sine confessione. & in hoc facit ad propositū: sed tñ hoc nō est uerū: quia cōfiteri te netur sacerdoti. sed hoc uult dicere, quod deberet recognoscere peccata sua, & inde se dānare, & se redarguere & dicere, tali pœna sum dignus. & sic sunt sui iudices t.

1 Vt inf. ea. rres ultra me. ad hoc facit qd dicit Aug. peccatum tuum te iu dicem habeat, nō patronū. Atc.

b ¶Temporalibus.] In substituendo temporales pœnas euadunt æternas. sup. 13. q. vlt. e ulti.

c ¶Facilius.] 11. q. 3. ea. ad mēsam. §. euidenter. ibi allegabat hoc pro capitulo.

d ¶Sed ultro.] Argu. 50. dist. presbyterum argu. pro sponte confesso.

e ¶Nescientibus.] J. ea. §. similiter.

f ¶Sententiam.] Qd fit cum in secreto interius compunguntur, & confitentur sacerdoti, ut inf ea. dis. vide benignum. & e. iudicet. non tamen sibi pœnitentiā imponendo, uel se ligando, secundum quod G inducit. cap. sed fecuot uoto & proposito quo se damnet ad talem pœnitentiā sub eundem iudicio sacerdotis.

g ¶Non animo.] S. in perpetuum, sed officio, s. ad tempus. 2. propositum quippe, & ca. uel non animo tantum, sed officio, auctoritate. s. superioris. uel nō animo tantum, sed officio, i. iudicio superioris ab officij executione abstineant, ut inf. ea. dis. in actione, & infra di stin. 5. c. 1.

a Vt inf. ea. in gl. 1. prætermissa.

h ¶Tanquam.] infr. e. dist. in actione, sup. 50. dist. & purgabit. & c. de his uero.

i ¶Amissa.] Id est, prætermissa & dimissa ad tempus. propositum quippe habent peracta pœnitentia ad pristinum statum officium, ut de sponte recesserant, remeare. ut 50 dist. domino sancto. & cap purgabit.

k ¶Recipiant.] Id est, iudicentur digni recipere. H.

HOC IDEM. Hæc est 7 pars primæ partis, in qua intendit magister probare quod non in confessione, sed in cordis contritione dimittuntur peccata. si. n. cōfessio est signum pœnitentiæ tantum *, &c. & hoc probat nouem auctoritatibus sanctorum. Io. de Fan.

* Hæc dicit tur argumentando non statuendo.

CASVS. H. sic ponit casum hunc. Ab hoc loco usque ad §. sequentem per multas auctoritates & per exēpla, & per argumenta probat Grat. peccata dimitti in contritione cordis absque oris confessione, & operis satisfactione, & sunt plana omnia, quæ usque illuc inducuntur. & tacit unum §. tantum. usque ad illum §. [Alij econtra. Et satis potest hoc stare. sed in quibusdam libris inuenio plures §. & hoc noluit Lau. Ben. sic ponit casum. Ab isto loco inducit Gratia auctoritates euidentiores ad probandum suum propositum, & suspēdit conclusionem suam usque ad §. [Item si antequā.] Et ibi infert conclusionem. & ab eodē §. suspendit iterum suam cōclusionem usque ad §. [Cum ergo.] & ita peruenit usque ad § [Alij ecōtra.] & hoc uidebis per decē auctori quas ponit in littera. Et scias quod quidā in principijs omnium auctoritatū e. faciūt. sed H. nō facit, nec Grat. cū sæpe pauca uerba de auctoritate inducat. [Octaua.] scilicet ætatis surgētiū. tūc. n. fiet iudicium, qd ab hominib. timet uel octauæ diei, quæ dicit dies iudicij. & aduētus Dici ergo. [timore octauæ.] id est, iudicij & aduētus. [Cū n. Deus.] verba sunt Gratiani.

l ¶Scindite.] ¶Nominauit.] Et benegrās sicut scindere uestimenta inutile est: nisi fiat p distinctionem & proportionem eius quod deberet uestimita etiam satisfacere externus. i. confiteri exterius non prodest nisi præcedat scissio cordis. t. contritio secundum eius motum & modum sequitur oris cōfessio, & operis satisfactio, quæ scissura uestium appellatur. Pe.

Superius in finitatū efficitur pars interioris infinitati.

a ¶A par-

nec ab ipsis confessa, nec ab alijs publicata; si ea confiteri, aut emendare noluerint; Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt & ultorem [a]. Et quid eis prodest humanum uitare iudicium; cum, si in malo suo permanserint, ituri sint in æternū, Deo retribuente, supplicium? Quòd, si ipsi sibi iudices fiant, & veluti suæ iniquitatis vltores, hic in se voluntariam pœnam seuerissimæ animaduersionis exerceant; temporalibus [b] pœnis mutabunt æterna supplicia; & lachrymis ex uera cordis compunctione fluentibus restinguent æterni ignis incendia.

Et infra ibidem.

C. XXXII.

Facilius [c] Deum sibi placabunt illi, qui non humano conuicti iudicio, sed ultro [d] crimen agnoscunt: qui aut proprijs illud confessionibus produnt; aut nescientibus [e] alijs (quales occulti sunt) ipsi in se uoluntariæ excommunicationis sententiam [f] ferunt; & ab altari, cui ministrabant, non animo [g], sed officio separati, uitam suam tanquam [h] mortuam plangunt; certi, quòd reconciliato sibi efficacis pœnitentiæ fructibus Deo, non solum amissa [i] recipiant [k], sed etiam ciues supernæ ciuitatis effecti, ad gaudia sempiterna perueniant. Sent. ibidem

¶In plerisque uetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori: in nonnullis autem reliqua etiam usq. ad c. Medicina.

7. *Hoc idem probatur auctoritate illa prophetica: [In quacumq. hora peccator fuerit conuersus, & ingemuerit, &c.] Non enim dicitur, ore confessus fuerit, sed tantum: [Conuersus fuerit, & ingemuerit, vita viuet, & non morietur.] Hinc etiam propheta ait.* *Esai. 30.* *Ioel. 2.*

C. XXXIII.

Scindite corda vestra, & non vestimenta.

Ostendens in contritione cordis, quæ in eiusdem scissione intelligitur, non confessione oris, quæ pars est exterioris satisfactionis, quam scissuram vestium nominauit [l],

à parte [a] *totum intelligens, peccata dimitti.*
Ioelis 2. & Zach. 1. *Hinc etiam per eundem Prophetam Dominus ait.*

C. XXXIIII.

COnuertimini [b] ad me in toto corde vestro; & conuertar ad vos.

¶*Confecta est sententia ista ex verbis Ioelis, c. 2. & Zacharia, c. 1.*

Sent. ibidem. *Conuersio* [c] *autem dicitur, quasi cordis vndique versio. Si autem cor nostrum vndique à malo ad Deum vertitur; mox suæ conuersionis* [d] *fructum meretur; vt Deus ab ira sua ad misericordiam conuersus, peccati præstet indulgentiam, cuius* † *primo præparabat vindictam.* († al. cui) *Vnde datur intelligi, quòd etiam ore tacente, veniam consequi possumus.* Luc. 17. *Hinc etiam leprosi* [e] *illi, quibus Dominus præcepit, vt ostenderent se sacerdotibus* [f], *in itinere; antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quòd antequam sacerdotibus ora nostra ostẽdamus, id est, peccata nostra confiteamur; à lepra peccati mundamur.* Ioan. 11. *Hinc etiam Lazarus* [g] *viuus de monumento prodijt: non prius de monumento est eductus, & postea a Domino suscitatus: sed lapide* [h] *remoto, quo monumẽtum claudebatur, in sepulchro* [i] *reuixit; et foras viuus prodijt.* ¶ Matth. 8. *Hinc etiam, vt Dominus ostenderet, quòd non sacerdotali iudicio, sed largitate diuinæ gratiæ peccator emundatur; leprosum tangendo mundauit* [k], *& postea sacerdoti sacrificiũ* [l] *ex lege offerre præcepit* [m]. *Leprosus enim tangitur, cum respectu diuinæ pietatis mens peccatoris illustrata compungitur.* Luc. 22. *Vnde post trinam negationem Petrus, Domino eum respiciẽte, profudit amaras lachrymas, quibus culpam negationis suæ diluit. Leprosus semetipsum sacerdoti repræsentat, dum peccatũ suum sacerdoti pœnitens confitetur. Sacrificium ex lege offert, dum satisfactionem ecclesiæ iudicio sibi impositam factis exequitur. Sed antequam ad sacerdotem perueniat, emundatur: dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati venia indulgetur. Hinc etiam medici negãtur suscitare aliquẽ, vt resuscitatus cõfiteatur:* Psal. 87. *dum per prophetam dicitur, [Nunquid medici* [n] *resuscitabunt, & confitebuntur tibi?] Item: [A mortuo* [o], *vt* Greg. in ps. 1. pœnit.

* Est pars improprie. Nã cõfessio, & satisfactio, si proprie sumantur, sũt distinctæ partes sacramenti pœnitentiæ concil. Trid. sess. 14. can. 4. & S. Th. 4. dis. 16. q. 1. ar. 1. q. 2. & 3.

a ¶A parte.] Oris confessio est pars * exterioris satisfactionis, quæ hic totum dr̃, & infr. ea. quem pœnitet. Vel dic, superius infinitatũ efficitur pars inferioris infinitati. cum enim hæc vera sit, omnis homo est animal; vtroq; termino infinitato recte conuertitur, ergo omne non animal est non homo, & sic non scindere corda est inferius ad non scindere vestimenta. planius dixisset à toto ad partem.

b ¶Conuertimini.] Sed nunquid standũ est huic ordini, vt prima sit nostra cõuersio, sequẽs Dei? vi detur argu. 43. dist. sit rector. extra de vi. & hone. cler. c. vlt. in fine. Arg. cõtra. inf. dist. 4. dicis dominus. ff. de solu. nec enim. & præterea nemo meretur primã gratiã. quomodo ergo hoc præcipitur alicui, cõuertimini, &c. Sol. tale est [1] illud quale illud, surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Vel respicit hic ordinem iustificationis, quia contritio qua cõuertimur, causaliter præcedit remissionẽ, & sic cõtritio, quæ ex libero arbitrio procedit, meretur remissionẽ: quæ tñ gratiæ, quæ omnia præcedit, erit attribuẽda tanquam causæ: quidam tñ prius ponunt remissionẽ. Vel cõuertimini, id est ostendite vos humiles ad conuersionẽ, & ego conuertar ad vos, i. primã gratiam vobis infundã. ar. infr. distin. 5. falsas. Vel dic, conuertimini per omissionem culpæ, ad quam quilibet tenetur: non per gratiam habendam, quam nemo meretur vel demeretur, sicut vides in radio solis: si enim aperio fenestrã, intrabit sol: si clausero, non intrabit. tamẽ non possum eum cogere quod intret. vnde dictum est de homine, quod est spiritus vadens & non rediens, per se. si tñ habeat gratiam, potest mereri vitam æternam. vnde nõ valet hoc argu. iste non potest mereri quod minus est. ergo nec quod maius. Item nec hoc, Iste est magis malus hodie quàm heri, ergo minus habilis ad suscipiendam gratiam, quam heri. initiũ [2] tia est in Cepha, id est Petro. H.

Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, qualiter intelligitur.

1 Id est, talis est modus loquẽdi.

Contritio præcedit remissionẽ.

2 Vt 50. dist. fidelior.

c ¶Conuersio.] Arg. quod non tantum valet verbum simplex quantum compositum. Arg. contra. ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. inquit. vbi dicitur ruperit, id est, corruperit.

d ¶Suæ conuersionis.] Argum. contra. 11. q. 3. qui iubente [3]. sed hic de fructu remissionis diuinæ, ibi humanæ.

3 Vbi loquitur de venia pœnæ.

e ¶Leprosi.] Scilicet decem, de quibus legitur in Euangelio Lucæ [4]. qui designãt peccatores.

4 45. cap. & 23. cap.

ADDITIO. Scilicet lepra peccati infectos, secundum Hug.

f ¶Sacerdotibus.] Primo ergo est Deo confitendum, postea sacerdoti. infra. ea. §. ex his omnibus.

Confitere primo Deo dehinc sacerdoti.

g ¶Hinc etiam Lazarus.] Id est, peccator consuetudine peccandi depressus. Argum. inf. dist. 2. sicut tribus.

h ¶Lapide.] Onere peccati.

i ¶In sepulchro.] Id est in cordis contritione.

k Mundauit.] In Euangelio Matthæi.

l ¶Sacrificium.] Id est satisfactionem.

m ¶Præcepit.] Supra 93. dist. Dominus. & ita ex præcepto tenetur quis confiteri.

n ¶Medici.] i. sacerdotes qui medicinam animæ præstãt: sed Deus dicitur medicus, vt inf. dist. 3. adhuc instant. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & 15. q. 8. quomodo.

Sacerdotes dicuntur medici.

o ¶A mortuo.] Id est permanente in peccatis.

a ¶Au-

auctoritas [a] *ait, perit* [b] *confessio, velut* [c] *ab eo, qui non est.*] *Vnde pœnitens ille, qui timore octauæ territus exclamauerat;* [*Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:*] *postea supplicans aiebat,* [*saluum me fac propter misericordiam tuam: quoniam non est in morte, qui memor* [d] *sit tui: in inferno autem nullus tibi confitebitur.*] *Si ergo* [e] *nullus confitebitur, nisi resuscitatus; nemo autem viuit æternæ gehennæ filius, & perpetua damnatione* [f] *dignus, patet* [g]*, quòd antequam quisque confiteatur peccatum, à reatu suæ præuaricationis, quo æterna sibi debebantur supplicia per gratiam internæ compunctionis absoluitur.* ¶ *Item, Si antequam* [h] *quisq; confiteatur, à Domino resuscitatur; vel resuscitatus viuit, dum confitetur; vel post resurrectionem iterum mortuus est, & confitetur. Sed, sicut antequam resuscitaretur mortuus, confiteri nõ poterat: sic post resurrectionem mortuus confiteri non valet. Restat ergo vt resuscitatus viuat, dum peccatum cõfitetur* α. *Habet itaq; suscitatorem suum sibi præsentem, seque inhabitantem.* *Vnde August. ait in psal. 70.*

Eccle. 17.

Psal. 6.

IIs potestatis [p] suæ gratiam negat, (quæ in remissionem peccatorum est,) qui cælestem eius potestatem [q] diabolico ⍺ fultā suffragio vendicarent. Eos quoq; asserit diabolico vti spiritu, qui separarent ecclesiam Dei; vt omnium temporum hæreticos [r], & schismaticos comprehē-

e ¶Erubescat.] Arg. per pœnitentiam deleri infamiam. Argu. contra 2. q. 3. c Enthomiū § hinc. & ꝙ peccata sanctorum non reuelabuntur in die iudicij. arg. inf. ead. §. non itaque.
f ¶Cui peccatum.] Quod confitetur tribus modis, oris confessione, cordis contritione, & operis satisfactione. — Pęnitentia in tribus est continetur.
g ¶Lazarum.] Iste fuit primus proditor inferni: & ideo diabolus suggerebat Iudęis, vt ipsum interficerent.
h ¶Volebant.] Stulta voluntas erat, quasi non posset suscitare occisum, qui suscitauit defunctum.
i ¶Eorum.] Id est, impiorum, scilicet Iudæorum.
k ¶Successores.] Id est imitatores, vt 1. quæstio. 1. cito turpem.
l ¶Itaque.] De consec. dist. 4 quæris.
m ¶Non reuocat.] sn. 22. q. 2. c si quælibet. § quandoque. supra 16. q. 2. visis.
n ¶Amplificat.] gaudium tuo peccatori, & post se ipsum confert, vt 50. dist. pœnitentes. de consec. dist. 4. nemo.
o ¶Ad cœnam.] Ipse Lazarus, s. vbi & ipsa Martha ministrabat.

dixit Dño præcipienti sibi, tolle lapidem. Dñe iā fętet. ADDITIO. Notandum est, ꝙ Lazarus fœtidus significauit quemlibet peccatorē se & alios suo exēplo corrumpentem, qui in Bethania (quæ interpretatur dom⁹ obediētiæ, & quæ significat ecclesiā) suscitatur à Christo. Fractio alabastri significat fractionē corporis Christi in cruce per passionem, cuius odor totam domum: id est, vniuersalem ecclesiā implēs, mortuus viuificat quia fama passionis eius per totum orbem diffusa, peccatores credentes iustificat. Pe.

Alabastri fractio qd significet.

b ¶Redoleuerit vnguentū.] i. virtutes & bona opera. vel Christi miraculum, vel gratia est illud vnguentū. de quo dicit Euangeliū ꝙ fracto alabastro, Id est, Christo lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum. i. vniuersalem ecclesiam de quo vnguēto dicitur: sicut vnguentum in capite. &c. in barbam, &c. proxima barba in quā descendit, fuerunt Apostoli: & ab eis descēdit in barbam Aaron. id est, in episcopos, & alios prælatos. [Vel vnguentū.] id est pœnitentia fructifera. Istud vnguentum conficitur tribus modis, scilicet, contritione cordis, confessione oris, & satisfactione operis.
c ¶In peccato.] Id est, in pœna peccati, scilicet satisfa-

quando fuit inuitata à Simone leproso.
IIs potestatis suæ.] CASVS. Adhuc prosequitur Ambrosius de hæreticis, qui per Iudæos designantur. Et hunc casum sic ponit Laurentius Loquitur Ambrosius hic contra Iudæos, qui dicebant Christum in Beelzebub nomine eijcere dæmonia: quibus Dominus dixit: qui peccat in filium vel in patrē, remittitur ei: qui vero peccat in spiritum sanctū, non remittitur ei, neq; hic, neq; in futuro. Illi ergo Iudæi separabant cęlestē potestatē ab ecclesia, qui eū in Beelzebub dicebāt eijcere dæmonia: quibus Dñs loquens (vt prædixi) cōplexus est oēs hæreticos tam illius tēporis, quàm futuros. [Quia omne.] Scilicet separare potestatē ab ecclesia, est omne, id est, magnum & grauissimum peccatū. Vel hoc ideo dicit, quia qui in hoc delinquit, factus est omnium reus.

Peccatum in spiritum sanctū est irremissibile.

p ¶Ijs potestatis.] Adhuc prosequitur Ambrosius de hæreticis per prædictos Iudæos designatis.
q ¶Potestatem.] scilicet dimittendi peccata, soluendi & ligandi.
r ¶Hæreticos.] Per Iudæos, qui suscitationem Lazari non credebant.

deret, quibus indulgentiam negat [a]: quia omne peccatũ [b] circa singulos est, ac vniuersos β. *& infra c. 3.* ¶ Quid mirum si salutem negatis alijs, qui vestram [c] recusatis? licet & ille γ nihil à vobis differant, qui à vobis pœnitentiam [d] petunt. Arbitror [e] enim quòd etiam Iudas [f] potuisset tanta Dei miseratione non excludi à venia, si pœnitentiam non apud Iudæos, sed apud Christum gessisset † [g]. *& paulo post.* ¶ Qui agit pœnitentiam, non solum diluere lachrymis debet peccatum suũ, sed etiã emẽdatioribus [h] factis operire, & tegere [i] delicta superiora, vt non imputetur ei peccatum.

† al. egisset

α ¶Diabolico] *Addita hic sunt nonnulla in B. Ambrosio, quæ deesse videbantur. Antea enim legebatur,* qui cæleste potestatẽ diabolico spiritu separant ab ecclesia Dei, vt omnium, &c.
β ¶Ac vniuersos.] *In originali est,* hoc in vniuersos. *Sed ob glossam non est mutatum*
γ ¶Licet & illi.] *In aliquot vetustis codicibus, & originali legitur,* licet illi nihil deferant. *Sed auctor glossæ videtur habuisse vt in vulgatis Gratiani.*

Idem in eodem 2. libro, c. 9.

C. LV.

6 NOnnulli ideo poscunt pœnitentiam, ut statim sibi reddi communionem uelint. Hi non tam se soluere cupiunt, quàm sacerdotem ligare [k]. Suam enim consciẽtiam nõ exuunt, sacerdotis induunt; [cui † præceptum est, [Nolite [l] sanctum dare canibus [m], neque miseritis margaritas vestras ante porcos [n]: hoc est, immundis spiritibus † sacræ communionis non impendenda consortia [o].

† abest ab orig.
Matt. 7.
† al. impuritatibus

Idem ibidem.

C. LVI.

SVnt, qui arbitrentur hoc esse pœnitentiam, si abstineãt à sacramentis cælestibus. Hi sæuiores in se iudices sũt, qui pœnam præscribunt sibi, declinant remedium [p]; quos vel pœnam suam conueniebat dolere, quia cęlesti fraudarentur gratia. *& c. 10.* ¶Facilius [q] autem inueni, qui innocentiam seruauerint, quàm qui congrue [r] egerint pœnitentiam; vbi α acquirendæ [s] ambitio dignita-

a Negat.] Dicens, Vos in peccato vestro moriemini. & hoc si persistant in hæresi: quia conuersis præsto est indulgentia. 26 q. 6. si presbyter.
b ¶Omne peccatũ.] Id est, magnum peccatũ. Vel ideo hoc dicit, quia qui in hoc vno delinquit, factus est omnium reus. infra distin. 5. fratres.
ADDITIO. Infra distinctio. 5. cap. fin. extra de regulis iuris. defleat. Archid.
c ¶Qui vestram.] 47. distinct. c. sicut. §. necesse. & ibi, Conuenier nulli, qui secum dissidet ipse. arg. ff. de ædil. edic. cum antẽ. § exc p tur. & alibi, Qui sibi non parcit, mihi vel tibi quomodo parcet: Alia littera habet nostram, id est, à nobis accipere. 23 q. 5. si non licet.
d ¶Pœnitentiam.] Non ergo licet accipere pœnitentiam ab hæretico, sicut nec Eucharistiam, vt 24. q. 1. cap. vlt. sed baptismum bene in necessitate, vt 24. quæst. 1. si quem.
e ¶Arbitror.] Id est, certus sum. nam quãtuslibet sit fœtor, aboletur per pęnitentiã, ut sn. ea. quãtuslibet.
f ¶Iudas.] Inf. dist. 6. qui vult in princ.
g ¶Gessisset.] Sed iuit ipse ad diuisos. inf. dist. 3. Iudas.
h ¶Emẽdatioribus.] Ergo non sufficit sola cordis contritio, & ita facit ad propositum Gratiani.
i ¶Et tegere.] Infra. dist 3. ille tex.
NOnnulli.] Hæc est 6. pars sectæ partis huius distin. in qua reprehendit eos, qui paruas pœnitentias postulant à sacerdote propter fastidium benefaciendi. Ioan. de Fant.
CASVS. Quidam postulabant pęnitentiã à sacerdotibus vt statim in pristinum statum reuertantur: hi potius obligant sacerdotes, quàm se absoluũt: quibus sacerdotibus, dictum est, nolite dare. &c.
k ¶Ligare.] In se onus pœnitentiæ suscipiendo: quod potest & debet quandoque sacerdos. su. distin. 6. c. 1. Vel indiscrete soluendo. argum 50. distinct. si quis præpostera.
l ¶Nolite.] Supra. 11. q. 3. nolite.
m ¶Canibus.] Prius iam enim post pœnitentiã canes non sunt. & intellige canibus, id est, man festis. nã de occultis secus, de consec. dist. 2. non prohibeat.
n ¶Ante porcos.] Id est, peccato sordidatos.
o ¶Consortia.] Quia summa & ima sortiantur, &c. de consec. dist. 2. quid sit sanguis, & 43. dist. in mandatis.

SVnt qui.] CASVS. Quidam erant, qui volebant sectã pere pœnitentiã à sacerdotibus, nec de peccatis suis satisfacere & dolere; putantes sibi sufficere, si propria auctoritate à sacramẽtis abstineant. quos Amb. in hoc cap. reprehẽdit, hortans eos multipliciter, vt doleãt & satisfaciãt de suis delictis. quod probatur exẽplo Moysi. [Præscribunt.] Id est, imponunt & præfigunt sibi pęnitentiam talem scriptam in Gen.
p ¶Remedium.] Id est, pœnitentiam, per quam consequuntur remedium, vel communionem. de cõs. dis. 2. si quis intrat ecclesiam, & inf. ead. qui sanctus.
q ¶Facilius.] inf. ead. dist. 3. c. 1. hæc de charitate. &c. reperiuntur.
r ¶Congrue.] Et ita est ar. quod facilius de nouo aliquid acquiritur, quàm recuperetur amissum, vt inf. dist. 3. reperiunt, & dicit Boethius. Facilius est ad virtutem erigere nouos, quàm renocare veteres vel præteritos.
s ¶Acquirendæ.] In hac vita supple. & tunc cõgrue sequitur, vbi, &c. vel dic vbi id est, in pęnitentia debent

cei-

cessare quæ sequuntur. Vel sit ordina litteram: nunciandum est sæculo, vbi acquirendum est.

a ¶Ambitio dignitatis.] Quæ reprobatur 8.q.1.in scriptutis.

b ¶Vini effusio.] Quæ reprobatur sup.35.dist.c.1.

c ¶Co-

senectute peniteamus.

K ¶Deferuescat.] Aliàs desuescat. infra. distinct.3.in salicibus.

ADDITIO. Quod not 22.q.2.ancillam in fine.

l ¶Reuerentiores.] Id est, propter reuerentiam abstinere ab Eucharistiæ perceptione.

tis [a], vbi vini effusio [b], vbi ipsius copulæ coniugalis vsus [c]? Renunciãdum sæculo [d] est, somno ipsi minus indulgendum, quàm natura postulat [e], interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspirijs, sequestrandus orationibus; viuendum ita, vt in tali [f] vita β huic moriatur vsui, seipsũ sibi homo abneget, & totus mutetur. *et infra.c.11.*

† *al. peccato* ¶Nemo in peccatis † [g] positus arrogare sibi debet auctoritatem, aut vsurpationem sacramentorum: quia scriptum

Eccli.21. *Gẽ.4.sm LXX.* est. [Peccasti, quiesce [h].] *et paulo post.* ¶Dicimus † [i] ergo

† *Didicimus*] *orig.* & agendam penitentiam, & eo agendam tempore, quo culpæ deferuescat [k] luxuria, & in captiuitate peccati positos reuerentiores [l] nos, non vsurpatores esse debere. Nã si Moysi propius accedere gestienti, vt cognitionem mysterij [m] cœlestis hauriret, dicitur: [Solue [n] calceamentum

Exo.3. pedum tuorum;] quanto magis nos animæ nostræ pedes [o]

Act.12. exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere [p]? *et paulo superius.* ¶Nihil est, quod tam summo dolori sit, quàm si vnusquisque positus sub captiuitate peccati recordatur, vnde lapsus [q]

† *al. corporeã atq; terrenã* sit, atque vnde [r] deciderit, & quod ad corporea † atque terrena ab illa speciosa, & pulchra diuinæ cognitionis intentione deflexerit.

α ¶Vbi acquirendæ.] *Locus integer B. Ambrosii hic est.* An quisquam illam pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis, vbi vini effusio, vbi ipsius copulæ coniugalis vsus? *Sed glos. in ver.* acquirendæ *obstitit, ne hic emendaretur. Multa autem alia sunt emendata.*

β ¶Vt in tali vita.] *In originali est*, vt vitali huic moriatur vsui. *Sed glossa obstitit ne mutaretur.*

Item Cyprianus episcopus, lib.4.epist.2.ad Antonianum.

C. LVII.

Miror autem quosdam sic obstinatos esse, vt dandam non putent lapsis pœnitentiam; aut pœnitẽtibus exi-

Apo.2. stiment veniam denegandam, cum scriptum sit: [Memento, vnde cecidetis, & age penitentiam, & fac priora [a] opera.] Quod vtique ei dicitur, quem constat cecidisse,

m ¶Mysterij] s. quare rubus ardens non comburebatur in montem Oreb. Rubus est virgo Maria; ignis ardens in rubo nec cõburens est spiritus sãctus in beata Maria: qui descendens in eã non violauit eam, & secundum hoc quod sequitur, solue calceamenta, &c. si intelligitur calceamentum quod fit de mortuis animalibus, est praui intellectus Pharisæorum dicentium: si peperit, ergo cum viro concubuit, dicitur ergo Moysi, i. cuilibet Christiano, solue calceamenta, &c. i. exue talem intellectũ. fallit in beata Maria, quæ virgo ante partũ & post partum Christum peperit.

Rubus ardens qui non cõburebatur, qd repræsentabat.

n ¶Solue.] Id est, opa mortua de affectibus tuis: quia nullus digne conspicere vel Deum videre põt, nisi cuncta terrena & mortalia vitia deponat. vnde talis veterum cõsuetudo erat, vt si sponsus spõsam repudiaret, in signum repudij discalceari iubebatur. de hoc dicit 8. q. 1. olim. & ideo Moyses discalceari iubetur, ne ad ecclesiã, quæ in rubo significatur, quasi spõsus accedat calceatus. hoc.n. seruandũ est in Christo, qui verus est sponsus: de quo Ioannes ait, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, &c. de cons. dist.4. per aquam.

De' a quo videri pot.

Cõsuetudo veterũ in significatione repudij.

c ¶Copulæ coniugalis vsus.] Qui quandoque minus licitus est. 32.q.4.origo.

d ¶Sæculo.] Quo ad ambitionem dignitatis 40. dist. multi.

Dormiendum non est in scholis. e ¶Natura postulat,] Arg. contra illos qui dormiũt in scholis: & ita debemus propriã naturam expugnare, licet contraria sit medicina. inf. de cons. dist. 5. cõtraria.

f ¶In tali.] Quia maioris est pœnæ inter homines viuere, &c. C. de apost. hi qui sanctam.

g ¶In peccatis.] Mortalibus: quia cum veniali nõ prohibetur. de consecra. dist 2. quotidie.

h ¶Quiesce.] Id est, abstine à sacramentis. arg. contra promouendos, qui post baptismum peccauerunt. 25. dist. primum.

Pœnitendi tempus. i ¶Dicimus.] Hic agit de tempore agendæ penitentiæ, quasi dicat, si in iuuentute non penituimus: saltem in

o ¶Pedes.] i. affectiones. vnde Aug. super illum locũ, In laqueo illo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum; dicitur pes animæ amor: & si est ad bonũ, dicitur charitas: si ad malum, dicitur cupiditas.

Pedes pro affectionibus accipiuntur.

p ¶Absoluere.] Antequam ad sacramenta accedat.

q ¶Lapsus.] Hoc idem dicit Boethius. Infœlicissimum genus infortunij est fuisse fœlicem.

r ¶Vnde.] Id est, à quo statu. 50. dist. quia sanctitas.

Miror.] CASVS. Quidam stulti sacerdotes erant in ecclesia: qui cum viderent quosdam peccatores non recte penitere, nec veniam recipere: alios ad penitentiam recipere nolebant: quos hic redarguit Cyprianus: & quod eos recipere debeant, probat auctoritate Io. in Apoc. & auctoritate Tobiæ.

s ¶Priora.] 50 dist. domino sancto.

a ¶Elee-

a ¶Eleemosyna.] Scilicet interior, vt inf. dist. 3. c. incassum. §. sed verba. Vel exterior liberat à morte, id est à peccato occasionaliter: quia citius illustratur. inf. ead. medicina. quia sicut sera filum introducit: ita timor seruilis charitatem, &c. infr. dist. 3. qui vult.

rium non fuit: quod & verum est eius ergo pœna martyrium dicitur ratione æterni præmij, quod quasi martyr recepit confitendo, vel ratione confessionis, quam in patibulo habuit. sicut enim martyr, sic latro inter pœnas Christum confiteri non timuit.

b ¶Semel.] Hinc collige peccata nõ redire, infra dist. 4. c. in domo §. item secundũ. & 23. q. 4. si illic.

c ¶Ab ea.] Id est, à morte actualium peccatorum. de consi. dist. 4. c. 1. & 2.

IMportuna] CASVS. Probat Hiero. in hoc ca. quod peccatoribus & pœnitentibus venia tribuitur, & quod semper est pœnitentia facienda, licet quis sit in mortali peccato, vt veniã impetret: quod probatur exẽplo mulieris Chananææ, quæ per suam importunitatem vel instantiam meruit à Domino exaudiri: & exemplo amici, qui ab amico tres panes impetrauit: & latronia qui in cruce meruit veniã: & quibusdam alijs exẽplis, quę in littera facile videbis. [Perijt.] Id est, perire meruit: vel digna fuit perire, vel peritura esse credebatur. Martyrium.] non in veritate fuit martyrium sed similitudine facti.

n ¶Le-

& quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere; quia scriptum est. [Eleemosyna[a] à morte liberat.] & non vtique ab illa morte, quam semel[b] Christi sanguis extinxit, & à qua nos salutaris baptismi, & redemptoris nostri gratia liberauit: sed ab ea[c], quæ per delicta postmodum serpit. *Tob. 4.*

Item Hieronymus Damaso.

C. LVIII.

IMportuna in Euangelio mulier tandem meruit audiri: & clauso cum seris † [d] ostio [e], media licet nocte [f], ab amico panes [g] amicus accepit? Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest. publicani precibus [h] vincitur [i]. Niniue ciuitas, quæ peccato perijt [k], fletibus stetit [l]. Quorsum ista tam longo repetita principio? videlicet vt paruum magnus aspicias, vt diues pastor morbidam non contemnas ouem. Christus in paradisum de cruce latronẽ intulit; & ne quis aliquãdo seram conuersionem putaret, fecit homicidij pœnam martyriũ [m]. Christus, inquã, prodigum filium reuertentem lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quę remãserat, humeris boni pastoris aduehitur. ¶Vbi vero α peccator intelligens vulnus suum tradidit medico se curandum; ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis [n].

Luc. 18 & 11 *† seruis] ori.* *Luc. 18.* *Iona 3.* *Luc. 23.* *Luc. 15.* *Matth. 18.*

α ¶Vbi vero.] *Hac vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

Bona instãter sunt facienda.

IMPORTVNA. CASVS. Probat in hoc c. quod instanter bona facienda sunt, licet quis sit in mortali peccato, vt impetret veniam, sicut Chananæa, & sicut amicus ab amico, qui tres panes impetrauit: latro etiam meruit veniã: & alijs exẽplis vtitur.

3 *Quòd autem omni peccanti, auctoritate Ambrosii [o], venia promittitur, falsum videtur. Quibusdam enim venia denegatur, [p] aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu officij. Vnde Ioannes in epistola sua: [Est peccatum [q] ad mortem, quis † orabit pro eo?] Alibi [r] quoque legitur: [Quis me debitur incantatori vulnerato à serpente?]* *1. Io. 5.* *† non pro eo dico vt roget quis] ori.* *Eccl. 12.*

Item.

C. LIX.

SI sacerdos [s] peccauerit, quis orabit pro eo?

d ¶Cum seris.] Id est, taciturnitate prædicatorum.
e ¶Ostio.] Id est, intelligentia scripturarum.
f ¶Nocte.] Id est, in profundo vitiorum positus.
g ¶Panes.] Id est, fidem sanctæ Trinitatis.
h ¶Precibus.] Illis, scilicet, Deus propitius esto mihi peccatori.
i ¶Vincit.] qa regnũ cęlorũ vim patit. 1. q. 3. Saluator.
k ¶Perijt.] Id est, perire meruit. similis expositio 24. q. 3. si quis non recto.
l ¶Stetit.] Id est, non perijt.

Latro bonus an fuerit martyr.

m ¶Martyriũ.] Nõ in rei veritate fuit martyrium, sed propter similitudinem facti. Vel ideo dicitur pęna cõuersa in martyrium, quia per fidem & patientiam, quã tunc habebat, dignus fuit æterno præmio, & vt intraret statim ad vitam, sicut & illi, qui patiuntur martyrium, vt inf. de conse. dist. 4. baptismi vicem. contra. ibi enim dicitur, quod latro non pro nomine Christi crucifixus est: sed pro meritis facinorum suorum: & pęna non facit martyrẽ, sed causa, vt dicit Augustinus. quare marty-

n ¶Lenitatis] Arg. iudicem potius debere sequi misericordiam. quam rigorem. 24. q. 2. legitur. supr. dist. 45. licet plerumque. sup. 2. q. 5. quanto. sup. dist. 86. odio.

QVOD AVTEM. Hęc est 3. pars dist. in qua probat quod omnia Deus dimitti pęnitenti. qui autem moritur impęnitens, ille peccat in spiritum sanctum: cui nunquam dimittet. Io. de Fant.

CASVS. Probatum est sup. auctoritate Amb. quod pęnitẽti venia tribuitur. sed cõtra obijcit Gratianus, vt cõtrarietatẽ illam postea soluat. Seq. c. si sacerdos. planũ est.

o ¶Auctoritate Ambrosij.] sup. ca. nemo potest, supr. ead. importuna.
p ¶Denegatur.] Id est, videtur denegari.
q ¶Est peccatum.] Aliter hic exponit magister istam auctoritatem quàm exponatur inf. ea. § potest. & exaudi auctoritatem istam de peccato in spiritũ sanctum, vt exponit Augustinus. infr. ead. §. potest.
r ¶Alibi.] In libro Iesu filij Syrach.
s SI sacerdos.] In libro Regum.

SED

SED HVIVSMODI. CASVS. Grat. soluit prædictā contrarietatē, dicens, quòd hmōi interrogationes, si sacerdos peccauerit, &c. inferūt difficultatem & varietatē: quòd difficile fiet vt aliqua singularia psona oret pro ipso: & ad hoc probandum quasdā auctoritates inducit. Deo, quo deijcies aduersarios populi mei Israel. qua visione cōfortati qui erāt cū Iuda, impetū fecerunt in hostes, & Nicanorē interfecerūt. & xxx. millia de suis. POTEST. CASVS. Ponit Grat. aliam solutionē: & ad auctoritatem Ioan. vt intelligatur de eo, qui peccat in spiritum sanctum, & contra fidem pro quo non est orandum post mortem, si vsque ad mortem in tali crimine perseuerauerit. & ad hoc probandum inducit c. sequens. [Non dico,] Id est, non præcipio. [Dico,] Id est, præcipio.

a ¶Non

¶ *Primo regnorum libro, c. 2. legitur.* Si peccauerit vir in virum; placari ei potest Deus. Si autem in dominum peccauerit, quis orabit pro eo? *Et sic affertur à B. Ambrosio lib. 1. de pœnitentia, c. 8. & alijs patribus. B. tamen Gregorius in c. 2. primi Regum c. 3. ex hac ipsa vulgata lectione elicit sententiam, quam nūc affert Gratianus, vt notatum est supra dist. 50. c. alienum.*

Sed huiusmodi interrogationes non semper [a] *negationē inferunt: sed potius difficultatem* [b]*; vel raritatem notant, vt est illud Euangelij: [Quis putas, est fidelis seruus, & prudens, &c.] Hinc etiam Ambrosius. [Deus, quis* [c] *similis tibi? non vtique nullus, quia imago patris filius est.] Similiter igitur accipiendum [quis orabit pro eo?] hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum.] & infra. [Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysem rogasse* [d]*, & impetrasse, vbi erat præuaricatio voluntaria? qui sciret etiam Hieremiam* [e] *rogasse?] Potest etiam secundum Augustinum, aliter intelligi illud Ioannis: [Est peccatum ad mortem, &c.] vt nulla sit eius, & superiorum contrarietas. Ait enim: [Est peccatum ad mortem, non pro illo* [f] *dico, vt roget quis.] De quo peccato, quoniam non expressum est, possunt* [g] *multa, & diuersa sentiri. Ego autem dico id esse peccatum, fidem, quæ per dilectionem operatur deserere vsque ad mortem* [h]*. Hæc est etiam blasphemia in spiritum sanctum, quam neque in hoc sæculo, neque in futuro remittendam* [i] *Dominus in Euangelio asseruit. Siue autem delectatione peccati, siue desperatione veniæ, vsq; ad mortem quis in peccato perseueret, iustum est, vt sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit.*

Margin: *Matth. 24.* Lib. 1. de pœni. c. 8. *Psal. 82.* Ibidem c. 9. *Exo. 32.* 2. *Mach. vlt.* De correp. & gratia, c. 12. 1. *Io.* 5.

Vnde Gregorius Papa, lib. 4. dial. c. 43.

f ¶Pro illo.] Quia nō sequitur, quòd in carne non promeruit, supra ea. multiplex. §. 1 Dico vt pro eo non roget quia post mortē: & ita exaudi pro peccato in spiritum sanctum, quod est finalis impœnitentia, vt hic innuit Augustinus: quo casu exaudi sup. 13. q. 2. pro obeuntibus. licet H. illud intelligat de specialibus orationibus.

g ¶Possunt.] Arg. quòd non est diffinitū, posse diffiniri. 22. q. 5. hoc videtur. arg. cōtra. 31. q. 1. quòd si dormierit. 2. q. 3. consuluisti.

h ¶Ad mortem.] Vnde alibi Aug. Tāta labes est illius peccati, vt humilitatem pœnitentiæ subire non possit: quod quidem cōmittit quisquis ex sola inuidia vnitatē ecclesiasticam impugnat, & diabolo scienter attribuit opera spiritus sancti. vnde nec Christus in passione pro talibus orauit, sed pro eis, qui ignoranter crucifigebāt eū, dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.

Margin: Ecclesiasticam vnitatem impugnare grauissimum est.

a ¶Non semper.] Supr. 32. quæst. 7. quid in omnibus. ff. commo. l. ad eos ff locati. l. sed & de damno.

b ¶Difficultatem.] Hoc referas ad delicti varietatem, & ad intercessorem spiritualem.

c ¶Deus quis.] Quia imago, & etiam quælibet fidelis anima inf. dist. prox. illa anima. sed & homo habet similitudinem Dei, infr. 33. q. 5. hæc imago. triplex est igitur imago siue similitudo, identitatis, secundū quā tantum filius Dei est imago patris. imitationis, secundum quam dicitur, quòd magna nauis est imago alicuius domus, & discipulus magistri. similitudinis expressæ, vt sigillum in cera depingitur.

Margin: Imago est triplex.

d ¶Rogasse.] Pro peccatis Hierusalem, vnde in libro Machabæorum legitur, quòd Iudas Machabæus cum deberet pugnare cum suis paucis contra Nicanorem, qui erat cum multis, ad confortationem suorū retulit somnium quod in præcedenti nocte viderat in hunc modum. Viderat Oniam sacerdotem manus ad cœlum protendentem, & orantem pro populo Iudæorum, & postea apparuisse alium virum ætate & gloria mirabilem circa illum Oniam, & dixisse: Hic est amator populi Israel: hic est qui multum orat pro populo, & pro ciuitate sancta.

Margin: Iudæ Machabæi sōnium.

e ¶Hieremiam.] Dei prophetam extendisse autē Hieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem: accipe sanctum gladium, munus missum à Deo, quo deijcies aduersarios populi mei Israel.

i ¶Remittēdam.] Peccatum in spiritum sanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale, quia per vnam personam offendit & aliam: specialius vero peccatum est, quod ex odio vel ex malignitate procedit: nam spiritus sanctus est amor & benignitas. secūdum alios peccatum in spiritum sanctum est obstinatio mētis. Est autem obstinatio mentis in peccato obdurata pertinacia, quam impœnitentia finalis comitatur prouenit autem hmōi obstinatio interdum ex desperatione: puta cum quis credit suorum delictorum magnitudinē diuinam miam excessisse, & ob hoc de vitijs ascēdit ad vitia, iuxta illud, quod ait Cain: maior est iniquitas mea quàm veniam merear, vt infra, § denique. Interdum ex præsumptione: puta cum quis securus delinquit, tanquam Deus pro temporali flagitio nō sit æternum supplicium daturus: in quo peccati genere refert Hie. se Origenē deprehendisse, qui post mortē anathematizatus est, vt 24. q. 2. c. vlt. ver. item si ad tempora. Vel putans in articulo mortis sufficienter pœnitere, vt latro, de quibus Apostolus: Maledictus homo qui peccat in spe. Item in spiritum sanctum peccatum est secundum alios fraternæ gratiæ inuidia: puta si de gratia à Deo fratri collata inuideas, ne tibi præferatur.

Margin: Peccatum in spiritum sanctū quid dicitur, & quot sint eius species.

arg.

arg.supr.8.disti. qui contempra. Item secundum alios peccare in spiritum sanctum est blasphemia in personam spiritus sancti. de talibus habetur de consec. dist. 4 hi vero hæretici. Item secundum alios peccatum in spiritū sanctum est finalis impœnitentia. peccatum, s. quod durat vsque ad mortem, vt, vsque, inclusiuū sit. quod hic Aug. pou' velle videtur infr. distin. 3 inter hæc hircum. Sed solet quæri, vtrum finalis, impœnitentia possit desinere esse. Respon. Iste terminus, finalis impœnitentia, duobus modis accipitur. Inest enim alicui impœnitentia finalis quando nō habet propositum pœnitendi. hoc potest desinere esse: quia hoc propositum potest habere in hoc instanti, & cras non. Item est etiam finalis impœnitentia t quædā qualitas, quæ inest alicui ex eo ꝙ nunquam pœnitebit. ista non potest desinere esse subiecto existente: quæ si ponatur, oportet dici, quòd nunquam eam habuit.

vsque ad §.denique.

c ¶Si nemo.] Sup.ea.dist. nemo potest.

d ¶Paradisum,] Supr.ead.dist. ecce nunc tempus.

e ¶Frustratur.] Supr.ead.dist.agite.

f ¶Consequi.] Sup.ea.dist.cap.nullus.

Impœnitentia finalis capit duobus modis.

r Supradicta breuiter cōprehēdas: & dic ꝙ sex modis in spiritū sanctum peccat: duobus modis erga Deū. ꝑsumptione, vt Origenes, desperatione, vt Iudas, inf.c. dist. 3. scelerātior. Duobus erga ꝓximū. Odio fraternæ cogitationis & impugnationis agnitæ veritatis. 11. q. 1. nolite timere. Duobus erga seipsū: finali impœnitentia & pœnitere pœnituisse 17. q 4 sunt q, & adde ꝙ de hoc nā no. inf. dist. 2. sciēdum. Arch.

C. LX.

VOluissent inigui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam[a] desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. Ansl.11.c.153.

4 *Ex his[b] itaque apparet, quòd sine confessione oris, & satisfactione operis peccatum non remittitur. Nam si necesse est, vt iniquitates nostras dicamus, vt postea iustificemur, si nemo[c] potest iustificari à peccato, nisi antea confessus fuerit peccatum, si confessio paradisum[d] aperit, veniam acquirit, si illa solum confessio vtilis est, quæ fit cum pœnitentia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia, siue interior, siue exterior accipiatur,) si ille, qui promittit veniam occulte, apud Deum, non apud ecclesiam pœnitētiam agenti, frustratur † [e] Euangelium, & claues datas ecclesiæ, promittit etiam, quod Deus negat delinquenti: si nemo potest consequi[f] veniam, nisi quantulamcunque, etsi minorem quàm debeat, peccati solueris pœnam, si solis[g] sacerdotibus ligādi[h], soluendiq; potestas[i] à Deo tradita est, si nullus veniam accipit nisi ecclesiæ supplicationibus[k] ipsum impetrare contendat: Concluditur ergo, quod nullus ante confessionem oris, & satisfactionem operis, peccati abolet culpam. Denique[l], vt perspicue appareat neminem sine confessione à peccato mundari, ab ipsius humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgressionis primi parentes corrupti, a Domino sunt requisiti de culpa, vt peccatum, quod trāsgrediendo commiserant, confitendo delerent. Serpens[m] autem de culpa requisitus non est, quia per confessionem[n] non reuocabatur[o] ad vitam. Cain quoq; , cum primæ præuaricationi fratricidium addidisset, similiter à Domino de culpa requisitus est, dū ei dicitur [Vbi est Abel frater tuus?] Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit, potius mendaciter negando Deum fallere conatus*

† *al. frustrat* — *Matth. 16.* — *Gen. 3.* — *Gen. 4.*

VOluissent.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ mali vellent semper viuere, vt sēper in peccato manerent. vnde ad magnā pertinet iustitiam iudicantis vt perpetuo sint in supplicijs, qui in hac vita semper volunt esse in peccato.

a ¶Nunquam.] Assidue enim peccantium non miseretur Deus, vt supr. 93. dist. diaconi. & venia impœnitenti, & c. 24 q. 2. legatur. & ideo semper obnoxij pœnæ persistent, vt infra distin. 7. in fi.

EX HIS. Hæc est 4 pars dist. in qua probat per 16. auctō. ꝙ si quis non confitetur, non saluatur: si petit, sufficit confessio, quæ fit primo Deo, deinde sacerdoti, qui loco Dei iudicat. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gra. ex præallegatis eorum sententiam in vnum perstringens, ꝙ peccatum non dimittitur sine oris cōfessione, & operis satisfactione. Postea per multas probationes, & multa argumenta nititur idem probare, incipiens à peccato primi hominis, quod non nisi confessione est dimissum: & probatio Gra. protenditur vsq; ad illum §. His auctoritatibus. Et non facit §. nisi vsq; ad §. illum, Ex his omnibus. Quidam tamē faciunt ibi duo cap. s. [Puteus,] & [Latrone.] Vnde secundum ꝙ habent in libris suis postea ponunt in glo. Sed certe non videtur, ꝙ ibi debeant esse c. etiam secū dum Grat. & si aliquod est ibi, casus est planus. Idem etiam voluit Benedictus.

b ¶Ex his itaque.] Infert ex præmissis auctoritatibus

g ¶Si solis.] Sup.ea.dist.verbum.

h ¶Ligandi.] Id est, imponendi satisfactionem vel relaxandi.

i ¶Potestas.] No. solis sacerdotibus potestatem ligandi traditam.

k ¶Supplicationibus.] Supr.ea.dist.multiplex.

l ¶Deniq;.] Ab isto loco vsq; ad cap. quamobrē. probat 22. auctoritatibus, s. peccata non dimitti sine oris confessione. auctoritates veteris testamenti inducit vsq; ad §. in Euangelio. Ab illo §. in Euangelio vsque ad §. ex his. inducit auctoritates noui testamenti, & post ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ auctoritates intelliguntur cū quis confiteri cōtemnit.

Peccatum diaboli fuit irremediabile, sed bominis remediabile.

m ¶Serpens.] Id est, diabolus, qui serpente vtebatur tanquam organo, vel intellige ad literam.

n ¶Confessionem.] Et quia in seipso inuenit originem peccati.

o ¶Nō reuocabitur.] Quia irreuocabile fuit peccatū.

eius,

eius, & impossibile est eum reuocare ad pœnitentiam. vt inf. dist. a. § quod autẽ reprobi. versi. impossibile, hominis autem peccatũ fuit remediabile, & hoc duabus de causis: qoia totum genus homaoũ perierat de peccato Adæ, sed noo tota angelica natura peccato diaboli.

est dicens: [Nunquid custos fratris mei sum ego?] indignus veniæ iudicatus est. Vnde in desperationis profundum mersus est, dum ait: [Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.] vagus, & profugus, exijt à facie Domini, significans eos, qui peccata sua confiteri dissimulant,

Gen. 12. & 26. *respectu diuinæ miserationis indignos haberi. Reges [a] quoque, qui ignorantia ducti in Abraham deliquerant, non nisi eodem orante sanari meruerunt. In quo figuratur, quod passiones [b] morum non sanantur, nisi orationibus [c]*

Leuit. 13. & 14. *ecclesiæ: Moysi quoque præcepit [d] Dominus, vt lepra [e] siue in cute, siue in domo [f], siue in veste, siue in crine appareret, sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separata [g], eius iudicio contaminaretur [h], vel mundaretur.*

1. Reg. 16. *Saul quoq; cum à spiritu maligno vexaretur, non poterat ad sanæ mentis officium redire nisi prius Dauid psalterium arriperet, & coram eo psalleret, & ita ab eius uexatione cessaret diabolus. In quo mystice ostenditur, quòd quicunque diabolo propter peccata mancipatur, ab eius dominio eripi non ualet, nisi Dauid, id est, eccclesia, psalterium accipiat; & coram eo psallat, id est, spiritualis gratia eum participem faciat, & salubriter admonendo. & pie pro eo orando, & exempla boni operis sibi præbendo, diabolum ab inuisibili eius uexatione compescat.*

2. Reg. 12. *Dauid quoque, cum adulterium commisisset, & homicidium, non ante audiuit à propheta [i], [Transtulit à te peccatum tuum Dominus,] quam ipsum peccatum confiteretur. Prius enim prophetæ peccatum redarguenti cõfessus est, & postea audiuit: [Transtulit Dominus peccatũ tuũ à te.]*

3 Reg. 2. *Achab [k] quoque, cum de innocentis [l] sanguinis effusione sententiam cõminantis Dei audiret, induit seipsum cilicio, satisfaciens Deo per pœnitentiam. Vnde Dominus ad Heliam ait: [Quoniam Achab reueritus est faciem meam, non inducam malũ in diebus eius.]*

Iona 3. *Niniuitæ cũ audirent: [Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.] Ex edicto regis, & principũ pœnitentiã egerũt, dicentes: [Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus & relinquat [m] post se benedictionẽ?*

li. Item homo incitatorem habuit ad malum: quod nõ habuit angelus: & ideo per alium ista non debuit iuuari, sicut nec ille per se potuit surgere. & ideo peccatum diaboli fuit irremediabile, & non peccatum hominis.

1 Gen. 12. capit. 2 Gen. 20. a ¶Reges.] Pharao 1 rex Aegypti, de quo habetur su. 32. q. 2. c. vtilem. §. ecce quæ. & Abimelech. 2. rex Gerare de quo habetur 32. q. 4. oeino sibi. & sup 33. quæst. 1. si per sortiarias.

b ¶Passiones.] Id est, delicta. 15. q. 1. illa.

c ¶Orationibus.] Supra. 33. q. 1. si per sortiarias.

d ¶Præcepit.] In Leuitico.

Lepræ genera sunt quatuor. e ¶Vt lepra.] Id est, aliqua macula. Sunt autem quattuor genera lepræ: in cute, in capillis, in domo, io veste. In capillis lepra dr̃ alopecia, fluẽtibus sanie capillis, si in caluitio vel in alia parte capitis albus vel ruffus color inuentus fuerit, plaga lepræ est. In cute lepra cognoscit̃, si io ea fuerit alba, i. pallida albedo, vel pustulæ, & huiusmodi lepra vestis erat macula alba, vel

russa. Similiter io domo dicebator lepra talis macula, & macula in pariete pallore vel rubore deformia, et omnia ista indicabantur arbitrio sacerdotis. si enim in homine lepra oon erat perspicua: recludebat eum sacerdoa in domo suo septem diebus: quibus expletis, si non creuerat lepra, iterũ recludebat eũ alijs septem diebus, quod si nec tunc creocrat mondum eum iodicabat: quia si scabies erat, lauabat homo vestimenta soa & mundus erat. Cum vero perspicua erat lepra, separabatur, id est, iudicabatur im mũdus ab arbitriũ sacerdotis, & habebat homo vestimẽta sua dissuta, id est, facilia ad loduendum, vel exuendum, vt sic cognosceretur: & caput rasum 3. vt posset cognosci: osque veste contectum, ne fœtorẽ loquendo diffunderet, & habitabat solus extra castra, ita vt à mortuo nihil differre videretur. Item si lepra vestia erat perspicua, comburebat̃ vestis; si dubia, recludebatur septẽ diebus, si creuerat macula, adiudicabatur lepra: si non creuerat, abluebatur vestis, & recludebatur alijs vij. diebus: post quos si sacerdos inueniebat creuisse lepram, rumpebat eam. Similiter ostiũ domus leprosæ claudebatur v.j. diebus, post quos si sacerdos inuenisset creuisse lepram, iubebat erui lapides leprosos & ꝓijci extra ciuitatem. & domũ radi intus ꝑ circuitũ, & puluerem rasuræ spargi extra ciuitatẽ in loco immũdo, & alios lapides substitui in domo, & luto alio liniri domum, ꝙ si iterũ rediret macula, & perseuerans lepra est, destruebat̃ domus & ligna, & lapides. & puluis extra ciuitatem proijciebantur in locum immundum. 3 Al. nudum.

f ¶In domo.] Noo dicit hic de veste, & de domo, ꝙ ei ad literam possit lepra inesse: sed si domus, vel vestis offeretur ab aliquo in ministerium deputanda, antea sacerdoti offerebatur, & si aliqua inerat macula, qua à ministerio impediret, sacerdotis iudicio relinquebat̃.

g ¶Separata.] quo ad officium vel ministerium.

h ¶Contaminaretur.] Domus, vel vestis, vel cutis, id est, contaminata vel immunda iudicaretur.

i ¶A propheta.] Scilicet Nathan.

k ¶Achab.] Infra ead. dist. 3 §. ecce Achab.

ADDITIO. Et 50. dist. cap. si post. §. econtra.

l ¶Innocentis.] Scilicet Nabutæ.

m ¶Et relinquat.] Scilicet nobis, qui eum sequimur vel post comminationem à se datam.

a ¶In

Hac humilitate satisfactionis † imminentem subuersionẽ euadere meruerunt. Quorum exemplis euidenter ostenditur, quòd nullus à Deo consequatur veniam, nisi primum satisfecerit sibi per pœnitentiam. Nabuchodonosor quoque propter superbiam suam à rationabili ‡ mente in bestialem [a] animum commutatus est, atque à regno suo profugus recedens non ante regnum recepit, quàm conuersus Deum prædicauit. Denique plebs Israelitica ob culpam suæ transgressionis captiuitati tradita non ante liberari meruit, quàm sua peccata confitens, Danielis, & aliorum sanctorum precibus veniam accepit. In Euangelio [b] quoque venientes ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo, baptismo pœnitentiæ [c], primum confitebantur peccata sua, ostendentes, quòd quisque debet peccata sua damnando confiteri, & innouationem melioris vitæ promittere, si regenerationis desiderat gratiam accipere. Christus quoque alios legitur suscitasse à mortuis, alios à lepra mundasse, alios illuminasse, aliorum membra paralysi dissoluta consolidasse; omnium tamen sanitatem petitio propriæ vocis, vel amicorum [d] legitur præcessisse. Luca enim referente dicimus, quòd pro socru Petri prius rogatus est, quàm eam sanitati redderet. Leprosus vero ille, quem Dominus descendens de monte mundauit, prius clamauit ad eum: [Domine si vis, potes me mundare,] quem postea tangendo mundauit. Cæcus quoque dum clamaret ad eum: [Miserere mei fili Dauid] interrogauit eum Iesus: [Quid vis, vt faciam tibi?] ait, [Rabboni [e], vt videam lumen.] Tres quoque mortuos [f] audiuit, quos aliorum orationibus reddidit vitæ. Quartum [g] quoque discipulo nunciante audiuit, sed quia defuerunt viui, qui pro eo precarentur, resuscitari non meruit. ¶ Quibus nimirum exemplis euidentissime datur intelligi, quòd ille, quem grauioris culpæ macula inficit, nisi confessione proprij oris, vel ecclesiæ intercessione suffragante, sanari non poterit. Hinc pœnitens [h] ille, qui prius tacendo peccata, flagellari meruerat, postea correptus dicebat: [Quoniam tacui [i], inueterauerunt ossa [k] mea, dum clamarem [l], tota die] Hinc Christus ex persona membrorum ait: [Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.] Quod Augustinus exponit dicens: [Puteus est humanæ iniquitatis profunditas, in quem si cecideris, non claudet [m] super te os suum, si tu non clauseris os [n] tuum: confitere ergo, & dic: De profundis clamaui ad te Domine, & euades. Claudet super illum Dominus, qui in profundo [o] contemnit, à quo mortuo, velud ab eo, qui non sit, perit confessio.] Hinc idem propheta ait: [Introite portas eius in confessione,] Ostendens ad portas misericordiæ non nisi per confessionem peccati aliquem posse pertingere. Hinc etiam Beatus Ioannes Baptista, & Saluator noster exordium prædicationis suæ à pœnitentia sumpserunt, dicentes: [Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.] ostendentes ad regna cœlorum neminem posse pertingere, nisi primum per pœnitentiam Deo curauerit satisfacere. Hinc est in actibus Apostolorum legitur, quòd credentes veniebãt ad Apostolos, annũciãtes actus suos. ¶ Ex his omnibus facile mõstratur sine cõfessione nullũ veniã posse promereri.

Marginal references: † al. & satisfactione — Dan. 4. — ‡ al. rationali — sup. 17. q. 4. mirot. — Dan. 9. — Io. 11. — Io. 11. — Luc. 17. — Matth. 9. — Marc. 2. — Luc. 4. — Matth. 8. — Mar. 1. — Luc. 5. — Mar. 10. — Luc 18. — Matt. 5. — Luc 7. — Io 11. — Psal 31. — Psal 68. — G'oss. interli. & ordi. ibi ex Au. Sent 4. dist. 17. — Psal. 129. — Prou 19. — Eccl 17. — Psal 99. — Matt. 3. — Act 19.

a ¶ In bestialem.] Supra 17. q. 4. mirot.
b ¶ In Euangelio.] Hic transfert se ad auctoritates noui testamenti.
c ¶ Penitentiæ.] Non remissionis: nam venientibus ad illud requirebatur pœnitentia: non autem in nostro baptismate, quod remissionis est, vt infra de cons. dist. 4. sine pœnitentia.
d ¶ Vel amicorum.] hoc .n. Deus amat, vt multi rogent infr. ea. fleat
e ¶ Rabboni.] Id est, magister
f ¶ Mortuos.] s. filiũ archisynagogi, filium viduæ, & Lazarum.
g ¶ Quartum.] Vnde hoc Gratian' habuit, ignoramus: nisi dicatur hoc de Matthæo intelligi: cui cum Dñs diceret; Sequere me. r̃ndit Domino, Pater meus mortuus est, volo eũ sepelire. & tunc Dominus, ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
h ¶ Penitens.] Dauid, vt infr. dist. 3. ille rex.
i ¶ Tacui.] Peccata.
k ¶ Ossa.] Virtutes, quibus anima sustentatur, vt ossibus corpus.
l ¶ Dum clamarem.] Iactando me de meritis meis.
m ¶ Nõ claudet.] Id est, non constringet te finaliter
n ¶ Nõ clauseris os.] non confitendo.
o ¶ In profundo.] Vitiorum: vnde peccator cum [a] venerit in profundum vitiorũ, contemnit.

EX HIS OMNIBUS CASUS. Infert Gratia. ex supra dictis quòd sine confessione nullus veniam meretur, & ad hoc inducit sequentes auctoritates. Sequentia tria cap. plana sunt, scilicet [Sufficit. &, non sufficit. & c. nouit.] Illud aũt c. quod postea sequitur,

† Hũc Christus suscitauit I domo. .i. in cogitatione, secũdum H. inf. ea. §. econtra.

a 17. di. nec licuit. extra de iud. cum nõ ab hoie. Archid.

tur, scilicet [alind] positum est su. 11.q.1 & ibi casum inuenies. Ben. tamen sic breuiter ponis hic casum. Dicitur hic, quòd abstinere debet à multis, qui vnum illicitum committit: & ita probatur, ꝙ satisfacere tenetur.

a POenitentia.] Non negetur. nam quod d. ffidentia

c NOuit.] ¶Sententiam.] comminationis, vt 22. q. 4 incommutabilis. & in hoc similis est prætori quo ad interlocutoriam. ff. de re iud. quod iussit.

f ALiud.] Supra. 11. q. 1. aliud.

g ¶Reposcere.] Supra 14 q. 1. quod debetur.

Hinc etiam Leo Papa ait epist. 78. al. 80. ad episcopos Campaniæ.

C. LXI.

inf. e. c. quãuis. Poly. li. 6. ti. 20. Iuo p. 15. c. 167. † al. enim ori.

SVfficit pęnitenti † illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

Item ad Rusticum Narbonensem episcopum, epistola 90. al. 92. c. 7.

C. LXII.

Bur. l. 9. c. 123. Iuo p 15. c. 155.

POenitentia, quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur [a]; vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata [b] perueniat.

Item August. in sermone de pœnitentia al. lib. de pœnitentia medicina.

C. LXIII.

Beda. 2. Cor. c. 12. Sent. 4. dist. 16. Poly. l. 6. tit. 20. † al. factis

NOn sufficit [c] mores in melius commutare, & à præteritis † malis recedere, nisi etiã de his, quæ facta sunt, satisfiat Deo per pęnitentiæ [d] dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, & ieiunijs *a*.

a. ¶Et ieiunijs.] *Hoc non est apud B. Augustinum, neque Bedam, neque magistrum sententiarum, neque Polycarpum.*

Item Ambrosius in c. 1. Lucæ.

C. LXIIII.

NOuit Dominus mutare sententiam [e], si tu noueris emendare delictum.

Item Leo Papa, epist. 90. al. 92 ad Rusticum, c. 8.

C. LXV.

11. q. 1 aliud. Ans. l. 11 c. 141. † al. iuste

ALiud [f] quidem est debita iuste † reposcere [g] aliud propria [h] perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet à multis etiam licitis abstinere, dicente Apostolo: [Omnia mihi licent [i], sed non omnia expediunt [k].] Vnde si quis pęnitẽs habeat causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum, quam forense iudicium.

1. Cor. 6.

Item Hieronymus in c. 1. Ioelis.

C. LXVI.

Malac. 3. Sent 4. dist. 17. † al. comedit Pascha.] ori. Luc 12.

QVi sanctus sacerdos est, & comedit † in Pascha [l] Domini; accingatur baltheo castitatis, & audiat cum Apostolis: [Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardẽtes in manibus vestris.] Qui autem peccator [m] est, & quem

h ¶Propria.] ff. de minor. si iudex.

i ¶Licent.] Hoc exposui supra 11. quæst. 1. aliud.

K ¶Expediunt.] Vt debitum repetere, vt su. 14. q. 1. quod debetur, sed non expedit cum scandalo. Item temporalia accipere. 1 q. 1. Iudices. Item omnibus cibis indifferenter vti licet. 11. q. 4. ad mensam. sed non expedit. 28. q. 1. omnis. Item vxorem gentilem derelinquere licet 28. q. 1. iã nũc. sed nec expedit, vt e. q. 1. sic enim. Expediunt nõ omnia.

QVi sanctus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd sacerdos, qui bonus est, & digne vult accipere corpus Christi, debet in castitate permanare: peccator autem, quẽ conscientia propria remordet, pęnitere debet, & ingredi ecclesiam, de qua fuerat propter peccata egressus [Lucernæ ardentes,] id est, opera nostra sint ardentia charitate, & alijs lucẽtia per exemplum.

l ¶In pascha,] Id est, in transitum de vitijs ad virtutes: quia pacha transitus interpretatur. de conse. dist. 4. per aquam.

m ¶Peccator.] Ex hoc videtur, quòd constitutus in mortali possit auctoritate sua à communione sacramentorum abstinere, iuxta illud, Probet se homo, & sic de pane illo edat, &c. & ideo laudatur mulier, quæ menstrua patitur, si ea reuerẽtia abstinet. supra, 5. dist. ad eius. & ar. infra, de consec. distin. 2. quotidie. sed contra. supra. ea. dist. sunt qui arbitrantur. & in c. facilius. & infra ead. in actione. In contrarijs istis dicitur, ꝙ nemo auctoritate sua, sed sacerdotis debet abstinere à communione altaris. Sol. abstinet quis peccati conscius aliquando propter reuerentiam: quod commendatur, vt hic, & in similibus. Aliquando ꝑ ꝑ satisfactionem delicti putans talẽ abstinentiam prodesse etiam non iniuncta ei aliqua pęnitẽtia a

Peccati cõscius an possit propria auctoritate à communione abstinere.

tia atatis, &c. 32. quæst. 2. ancillam. infra ead. distinct. 7. nemo.

b ¶Vulnerata.] Delictis.

c NOn sufficit.] Quo ad famam exteriorem. sufficit enim quo ad Deum *, dũmodo contemnat.

d ¶Per pœnitentiæ.] Inf. ea. dist. si peccatum Dauid.

*Vide concil. Trid. sess. 14. c. 5 & can. 13.

remordet [a] propria consciẽtia; cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta, vel populi: & ingrediatur ecclesiam [b], de qua propter peccata fuerat egressus; & cubet vel dormiat in sacco: vt præteritas delitias, per quas offenderat Deum, vitæ austeritate compenset.

Idem in Amos prophetam, ad c. 9.

C. LXVII.

SI agamus [c] pœnitentiam; ipsum quoque suæ pœnitebit sententiæ. Rursum [d] iuxta eundem [e] Hieremiam [α] promittit prospera. Si negligentia dissoluamur; & illum pœnitebit sponsionis suæ, promissaque mutabit. Cuius rei exẽplum Niniuitas, & Hierusalem habere possumus: quorum alij de imminentibus supplicijs liberati sunt: alij, quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt. *Hieram. 17.*

α ¶Hieremiam.] *Sic est emendatum ex ipsis commentarijs B. Hieronymi, & vno vetusto exemplari Gratiani. Nam in cæteris est, quemadmodum in vulgatis*, iuxta eundem Hieronymum promittit prospera, si pœnitentiam egerimus. Quod si negligentia, &c.

Idem super Danielem ad c. 4.

C. LXVIII.

QVamobrem [f] rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis [g] redime [h], & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan [i] ignoscet Deus delictis tuis.] ¶Si prædixit sententiam Dei, quæ

tia à sacerdote: quod inhibetur in contrarijs. Sed & in illo casu vbi ob reuerentiam abstinetur propter criminis conscientiam, distinguo vt si scandalum ex eius abstinẽtia oritur, compelli potest à prælato suo ad sumẽdum Eucharistiam, vel petendum: arg. infr. de consec. dist. 2. si quis intrat. & c. sæculares. si vero nõ est scandalum, bene facit abstinendo. infr. de consec. dist. 2. quotti die. hodie tamen videtur tolli ista dist. vt extra de pœ. & remiss. omnis.

a ¶Remordet.] Secundum quod notaui su. 16. q. 1. monachi.

b ¶Ecclesiã.] Id est, vnitatẽ ecclesiæ per fidem & charitatem. nec enim intelligi potest de ingressu corporalis ecclesiæ. Nemo namque pro peccato aliquo arcendus est ab ingressu ecclesiæ: nisi sit excommunicatus, vel interdictus ex iusta causa. inf. ea. q. 4. vir cum propria. 11. q. 3. excommunicatos.

Ecclesiæ ingressus quibus est interdicẽd⁹.

SI agamus.] CASVS. Dicit Hier. in hoc c. quod sicut Deus propter pœnitentiam reuocat sententiam in cõtumaces latam, ita propter negligentiam pœnitendi bona reuocat, quæ promisit. & hoc probat exẽplis, scilicet. Hierusalem & Samariæ, ex quibus ciuitatibus quidam fuerunt à supplicijs liberati: alij vero bona, quæ fecerunt, perdiderũt. [Rursum.] verba sunt Gratia. vsque ibi, [Promittit.] Quorum.] scilicet habitatorum.

c ¶Si agamus.] CASVS. Dicit Hieronymus, quod sicut Deus propter pœnitentiam reuocat sententiam etiam contra contumaces latam: ita propter pœnitendi negligentiam bona reuocat, quæ promisit. & hoc probat exemplis Hierusalem, & Samariæ, Nabuchodonosor, & Ezechiæ.

d ¶Rursum.] Verba Gratiani.

e ¶Eundem.] Scilicet Amos, de quo locutus fuerat Hieronymus.

f ¶Merito] Id est, secundũ iustitiã. inf. dist. 3. §. corũ.

g ¶Numquam] Allegando dicit.

h ¶Noli peccare.] Id est, esse in proposito peccandi. tamen aliter induc. allegando.

SI quis semel.] CASVS Dicitur hic, ꝙ si quis semel fuit in crimine inuidiæ vel contentionis, si postea in illud inciderit: prima causa ex qua inuidia vel contentio nascitur, in eo remansit, quam oportet per contraria & aduersa curari: per exercitium, scilicet humilitatis. [Notatus] Id est, reprehẽsus, & redargutus. [Primam causam,] Id est vitium Adæ.

i ¶Notatus] Id est, deprehensus.

k ¶Vitio.] Vel alio quocumque.

l ¶Primã illam causam.] Primam vitij causam in se penitus non extirpat, qui in idem postea recidit.

m ¶Reconditam.] nõ ideo hoc dicit, ꝙ semper ita sit, sed, ꝙ ita fuerit est præsumptio, inuidia, vel contentio iterata.

n ¶Curari.] su. 26. q. 7. affectũ. extra de deposi. grauis. inf. de con. distinct. 5. legimus.

ITEM SINE. CASVS. Hic accedit Gratia. ad propositam quæstionem. & per multas auctoritates ostendit, ꝙ charitas amitti non potest: quia si videatur

amitti, non fuit vera charitas. Casus § patet. & tria sequẽtia c. similiter patent. scilicet charitas radicata. valida verba sũt Salomonis in Canticis: quæ exponit G. in moralibus, dicens: [Virtuti etenim mortis dilectio comparatur, &c.] vnde in illo c. [valida.] Sic posses breuiter ponere casum. Primo ponuntur verba Salomonis. Secundo verba Gregorij exponentis verba illa. [Dilectio.] id est charitas.

a ¶Adulto.] inf. de consec. dist. 4 quo. & c. solet. inf. e. dist. c. fugere: & c. nõ est. §. Romanos, &c. tolle.

b ¶Aliquando.] Hic allegando dicit, vt auctoritatem inducit.

CHaritas. CASVS. Hinc ponit hunc casum. In hoc ca. Prosper multis modis commendat charitatem. Secundo ostendit, q qui habet charitatẽ, facile peccatis resistit, & bonis omnibus abũdat, mũdana contemnit, difficilis perficit. Subdit etiam quid sit Deum diligere, & qd sit peruertere ordinem diligendi. Tertio ostendit ad quid corpus nostrum sit diligendum. Quarto qualiter intelligatur, diliges proximũ tuu. &c. & qui sunt, qui diligunt Deum plus quam se. Et nota q secundum H. omnia verba sunt Prosperi vsque ibi, [itẽ Beda.] licet non ita continue in libro suo contineantur, & hæc dictio, [Item,] quæ sæpe, interponitur, est verbum Gratiani, & secundum Hug. totum est vnum capitulum: quod credo verum. Lau. etiam sentit cum Hug. Quidam tamen ibi faciunt vnum capitulum, [Ergo si charitatem.] Aliud ibi, [Corpus.] Aliud ibi, [Proximos.] Aliud ibi, [Proinde.] secundum Beneuen.

Charitatẽ habẽs multa potest.

speri vsque ad illud c. [Item Beda] t. Secundo ostendit q qui charitatem habet, facile peccatis resistit: bonis omnibus abundat: & mundana contemnit: difficilia facile perficit. Subdit etiã quid sit Deũ diligere, & quid peruertere ordinẽ dilectionis. Tertio ostendit ad quid corpus nostrũ sit diligendũ. Quarto ostẽdit qualiter sit intelligendum, Diliges proximum tuum, sicut teipsum, & qui sunt qui diligunt Deum plus quàm se.

t Sub. licet nõ ita cõtinue contineanẽ in libro suo. Itẽ qđ sæpe interponiẽ, est verbum Gratiani, secundũ Hu.

to [a] peccatum remittitur. Nõ autem habet charitatem, qui aliquando [b] peccaturus est criminaliter.

Vnde Augustinus ad Iulianum Comitem.

C. II.

j CHaritas, quæ deseri potest [c], nunquam vera [d] fuit. — Sent. 3. dist. 31.

¶*In antiquis editionibus epistolarũ B. Augustini erat epistola cxi. ad Iulianum, in qua erat hoc caput. Nunc est in tomo 4. sub titulo de salutaribus documentis ad quendã Comitem c. 7 Apud Hieronymũ vero in epistola ad Ruffinum simile quiddam legitur.* Amicitia, inquit, quæ desinere potest, vera nunquam fuit.

Idem super epistolam primam Ioannis, tractatu 8.

C. III.

RAdicata [e] est charitas? securus [f] esto: nihil mali procedere potest. — Sent. ibidem.

Item Gregorius libro 10. Moralium, c. 22.

C. IIII

VAlida [g] est, vt mors, dilectio [h].] Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel ceperit [i] à delectatione † mundi funditus occidit [k]. — Sent. ibidem. Cant. 8. — † *al. dilectione*

Item Prosper in libro 3. de vita contemplatiua, c. 13. — Et apud B. Au. in lib. de laud. charitatis.

C. V.

ij CHaritas est, [l] vt mihi videtur, recta [m] voluntas, nõ omnibus terrenis [n], ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter [o] & vnita, igne quodam sancti spiritus, à quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamenti [p] omnis extranea corruptionis † nescia, nulli vitio mutabilitatis [q] obnoxia, supra omnia, quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum [r] omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, — † *al. corrumpi*

c ¶Quæ deseri põt.] i. quã cõtingit deseri vel de facili.

d ¶Vera.] Id est, perseuerans finalis. Vel vera ad vitã ducens, id est, ad æternam beatitudinem.

e RAdicata.] Id est, perfecta.

f ¶Securus.] Spei perseuerantia, non rei p̃sentia: qu a quilibet etiam imperfectus timere debet ne charitatem amittat. 32. q. 5. si Paulus.

g VAlida.] Verba Salomonis in Canticis.

h ¶Dilectio.] Id est, charitas perfecta.

i ¶Cœperit.] Id est, contingit, vel conuenit, intellige de facili.

k ¶Occidit.] Id est, remouet à delectatione, sicut mors remouet ab omni actu terreno, Dicit lex. Mors omnia soluit, in auth. de nup. §. deinceps. coll. 4.

CHaritas.] CASVS. In hoc c. primo commẽdat Prosper charitatẽ ex eius effectibus: & sũt verba Pro-

l ¶Charitas est.] Id est, ex charitate procedit recta voluntas a, & est dictum per causam, vt illud 36. q. 2. tria vt exponatẽ charitas est, id est, facit: alioquin nõ est verum: cum charitas sit habitus mentis, qui volũtas non est, vel motus volũtatis. similiter intelligẽ illud Aug. [Charitatem vero motum animi.] Dicit ergo charitas volũtas vel motus, quia vt inf. dicitur, est causa meritorũ honorũ, sicut & iniquitas cum sit habitudo mentis iniustæ, dicẽ peccatũ: qa ex ea est, vt inf. dis. 3. ille rex.

a Id est, bonus motus qui dĩ volũtas: & charitas est cã. & facit vt volũtas sit bona. i. vitæ æternę meritoria: vnde ita dicitur causa meritorũ honorum secundum Hu.

m ¶Recta.] Id est, rectam vitam, & dignam faciens voluntatem.

n ¶Terrenis.] Secus est de charitate imperfecta, quã habens potest curare temporalia. argum. 12. quæst. 1. habebit.

o ¶Inseparabiliter.] Imino de facili separatur.

p ¶Inquinamenti.] Scilicet mortalis.

q ¶Vitio mutabilitatis.] Id est, mutabilitati in vitiũ.

r ¶Affectionum.] Id est, bonarum voluntatum.

a ¶Sum-

a ¶Summa.]Id est, perfecta.
b ¶Salus morum.] Id est, salutiferos faciens mores.
c ¶Finis.]Id est, consumatio, vel quia præcepta finaliter docet vt habeantur.
d ¶Vita virtutum.] Infra ead. dist. §. item proinde.
e ¶Pu-

i ¶Operosa.]Id est, effectiua bonorum operum.
k ¶Germana.] Id est, germanos & cõcordes faciens. Vel germana, id est, coniuncta & inseparabiliter adhærens. Salomon. Dixi sapientiæ, soror mea es: & prudentiam vocaui amicam meam. — Sapiētia est soror mea.

summa [a] actionum bonarum, salus morum [b]. finis [c] cælestium præceptorum, mors criminum, uita virtutum [d], virtus pugnantium [e], palma victorum, anima † sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum: sine qua nullus Deo placuit, cum qua [f] aliquis peccare [g], nec potuit [h], nec poterit: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa [i] in omnibus omnino fidelibus, ex qua, quidquid est boni operis, viuit. *Item infra.* ¶Hæc est charitas vera, germana [k], perfecta, quam excellentiorem [l] viam [m] nominat [n] sanctus Apostolus: & vere ipsa est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam, quia sicut sine via peruenit nullus, quo tendit; ita sine charitate, quæ dicta est, via, non ambulare possunt homines, sed errare. *Item ibidem, c.* 15. ¶Ergo si charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; facile peccato resistimus, bonis omnibus † abundamus, sæculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia [o] sunt humanæ fragilitati, vel aspera etiam, cum delectatione † perficimus: si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte, quis peccat, ex qua minus [p] diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus: nihil erit in nobis, vnde peccati desiderijs seruiamus. Et quid est diligere Deum nisi illi copulari † animo, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium [q], diligere etiam proximum, quem in se [r] censuit diligendum: in ipso amore seruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt [s]; aut corpora sua minus diligenda [t], plus diligunt; aut proximos, non sicut seipsos; aut Deum plus, quàm seipsos forte non diligunt. *Item infra.* ¶Corpus nostrum, quia pars [u] nostri est, ad hoc nobis diligendum est, vt saluti eius, ac fragilitati naturaliter [x] consulamus; & agamus, quatenus spiritui [y] ordinate subiectum [z], ad æternam salutem accepta immortalitate, & incorruptione perueniat. *Item infra.* ¶Proximos autem tunc diligimus sicut nos; si non propter aliquas vtilitates nostras [a], non propter sperata beneficia, vel accepta, non propter affinitates, vel consanguinitates, sed propter hoc tantum, quòd sunt naturæ nostræ participes, diligamus. *Item infra.* ¶Non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iũgi: sed proximi nostri credẽdi sunt omnes homines

† *al.* arma]
Aug.
Ibidem infra.
Ibidem supra.
Ibidem infra.
1. *Cor.* 13.
† *al.* operibus] aliquot Grat. manuscripta.
† *al.* dilectione
† *occupare animum*] orig.

l ¶Excellentiorem.] alijs donis.
m ¶Viam.] Eundi ad Deum.
n ¶Nominat.] In prima epistola ad Corinthios 13. cap.
o ¶Quæ difficilia.] Ad salutem animæ pertinentia.
p ¶Ea qua minus.] Id est, ea qua Dei dilectionem postponit facilius. sicut plures proniores sunt offendere Deum fornicando, quàm furado. arg. 50 dist. quia sanctitas tua. in fine. — Fornicētur aliqui citiꝰ q̃ furentur.
q ¶Fastidium.] Repete, concipere.
r ¶Quem in se.] Scilicet diligendo, id est, ad sui similitudinẽ. vbi dictum est: dilige proximũ tuum sicut teipsum. Vel in se, id est, Deo, scilicet ad eius similitudinem: vbi dictum est, secundum autem simile est huic.
s ¶Diligunt.] Plus iusto.
t ¶Diligẽda.] Quàm animam. arg. 22. q. 5. si quis coactus.
u ¶Quia pars.] Alia est pars, quę homo est interior: vt de consec. distinct. 4. non ex quo. non ergo corpus est homo: quod Eluidinenses somniant: quia nihil est, id quod sui ipsius sit pars. argument. ff. de euict. si dictum. §. 2. & peccant qui ponunt corpus genus animalis. — Corpus nõ est homo.
x ¶Naturaliter.] Infra de consecr. dist. 5. non mediocriter. in fine.
y ¶Spiritui.] Vt ad vsus exercenda virtutis habeatur, vt supra 44. dist. conuiuia.
z ¶Subiectum.] Debemus enim adhibere iumẽto nostro saccum, paleam, & flagellum. saccũ, id est, opera pœnitentiæ, & alia bona opera, paleã, id est, necessaria ad vitæ sustentationem. flagellum, vt castigemus, si excesserit, ac si ea pateremur. — Iumẽto nostro adhibeamus saccum, paleã & flagellũ,

e ¶Pugnantium.] Cum vitijs.
f ¶Cum qua.] Id est, in ea perseuerando.
g ¶Peccare.] Mortaliter.
h ¶Potuit.] Ecce verbum, in quo facit ad propositum Gratiani.

a ¶Vtilitates nostras.] Tunc enim non ipsos, sed nosmet tantũ diligimus. vnde Tullius in lib. de vera amicitia.

1 Id est, affligi.

citia. Suis quippe incommodis grauiter angi 1, nō est amici, sed seipsum amantis.
ADDITIO. Et Seneca. Non est beneficium quod conuertitur in quæstum. Pet.
a ¶Naturæ]Supra dist. 86. non satis.

lis,]Id est tribulationis, doloris, siue laboris.
f ¶Quærendum.] Super Ioannē legitur in Ioanne, quod Ioannes Baptista vidit spiritum sanctū quasi colūbam descendentē & manentē super Iesum baptizatū. quod descēdit sup eū, signū fuit ne vox illa, hic est filius meus dile-

Columba descēdit super Iesum dum baptizaretur: & mansit super ipsum.

Sarraceni & Iudæi sunt à nobis diligendi.

b ¶Participes.] Ergo Iudæi & Sarraceni proximi nostri sunt, & diligēd. à nobis vt nos, & verum est: verum tamen ola opera dilectionis impēdere debemus secundū vniuscuiusq; cōditionem. 86. dist. pasce.

naturæ [a] nostræ, sicut dixi, participes [b]. *Item infra.* ¶Proinde, sicut † nos, proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & æternam vitam [c] consequendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus: quādo nos in eorum peccatis, ac periculis [d] cogitamus: & sicut nobis subueniri optamus: ita eis pro viribus subuenimus; aut, si facultas defuerit, voluntatem subueniendi tenemus. Quapropter hæc [a] est proximi tota dilectio; vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi vero plus quàm se diligunt Deum, qui pro eius amore suæ ad tempus saluti non parcunt, seipsos tribulationibus, ac periculis tradunt; nudari facultatibus proprijs, patriæ suæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac filijs suis renunciare parati sunt; &, vt totum dicam, ipsam corporis mortem non solum non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis sui vita magis, quàm à Deo vita [e] vitæ suæ discedere.

† al. secūdum

Diligere proximum sicut seipsum, quid sit.

c ¶In æternā vitā.] Hic aduerte quid sit proximum sicut seipsum diligere, s. salutē animæ suæ, & ea quæ ad salutē animæ pertinent, et optare, quæ tibi optas. non obstante ergo hoc præcepto possumus delinquentibus pœnas corporales optare & procurare, dūmodo hoc fiat secundum quod iura permittunt.
d ¶Periculis.] Scilicet, animæ, & corporis, vt eos liberemus.
e ¶A Deo vita,] Id est, qui est vita animæ suæ, qua ipse viuit, vt supr. aut. 1. § hoc idē. vetat. resuscitatus. 24. q. 1. vbi sana.

¶Caput hoc confectum est ex verbis Prosperi hinc inde collectis, & prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus charitatis inter opera B. Augustini tomo 9. eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atque emendata quadam, & etiam addita nonnulla sunt ex ipso B. Prospero. Sed operæpretium fuerit integrum locum apud ipsum legere: copiosè enim, & ornatissime explicatur.

a. ¶Hæc est proximi,] *Ita legitur non modo in originali, sed etiam in vetustioribus Gratiani codicibus; in vulgatis erat,* Quapropter charissime tota dilectione satage, vt bonum, &c.

Item Beda super Ioannem, ad c. 1.

C. VI.

QVærendum [f] est interea, quomodo speciale filium Dei agnoscendi signum fuerit, quòd super eum descenderit, & manserit spiritus. *& infra.* ¶Quid magni est filio Dei, quòd in ipso manere spiritus astruatur? Notandum ergo, quòd semper in Domino manserit spiritus sanctus: in sanctis autem hominibus, quamdiu mortale corpus gestauerint, partim maneat in æternum, partim rediturus secedat †. Manet [g] quippe apud eos, vt bonis insi-

Sent. 3. dist. 32. Io. 1.

† al. recedat

QVærendum.]CASVS. Beda. sic ponit hunc casum. Quidam reputabant signum signum, quòd Christus credatur Dei filius, quia in baptismo Christi spiritus sanctus stetit super Christum. sed non est magnum, cum semper in Domino mansit spiritus sanctus & spiritus sanctus partim cum sanctis est, vt eos custodiat in operib⁹ pietatis; partim quoq; recedit ab eis quantum ad gratiam prophetandi, & miracula operandi. Hug. verò sic videtur ponere hunc casum. Legitur de Ioanne, quòd Ioannes Baptista vidit spiritum sanctum quasi columbam descendentem & manentem super Iesum baptizatum, quod descēdit super eum: signum fuit ne vox illa, hic est filius meus dilectus, & c. putaretur ad Ioannem esse facta, sed ad eum: quod autem sedit super eum, speciale fuit signum filij Dei, quo scilicet ipse discerneretur ab alijs sanctis. Quærit ergo hic Beda, quomodo fuit signum cognoscendi filij Dei, quod spiritus mansit super eum, cum maneat & in alijs sanctis? Et respondet quòd alio modo manet in Christo. nam in Christo manet semper quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia: quia ad tempus recedit ab eis quo ad operandum, etsi quo ad iustitiam semper manet in eis. Sequens ca. s. charitas. patet. Et sequens c. etiam patet. in quo exponit Augu. quid sit vnctio inuisibilis. [Sodilectus, &c. putaretur ad Ioannem esse facta, sed ad eum. Signum fuit Ioanni ipsum cognoscendi, id est, quoddam de ipso quod ante nesciebat, s. ad potestatē baptismi sibi soli retenturus esset, quod autem mansit super eum; speciale fuit signum filij Dei, s. quo ille discerneretur ab alijs. quærit ergo hic Beda, quomodo fuit signum cognoscendi filij Dei, s. quòd spiritus sanctus mansit super eum, &c. cum maneat & in alijs sanctis? Sed respondetur, quòd alio modo manet in Christo: quia super eum semper est quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia: quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel si quo ad iustitiam te maneat in eis, non tamen semper quo ad operandum puta ad prophetizandum, vel faciendum miracula, vt in Helia, & Helisæo.
g ¶Manet]Nota hic expositionē illius decr. 32. quæst. 2. connubia. quia in opere coniugali adest præsentia spiritus

rimus sancti quo ad meritum, vt inf. ea. q. 5. si dicat non quo ad miraculum faciendũ, vt inf. ea. quæstione, põt.

a Charitas nunquam excidit] Scilicet in hac vita. in futuro enim fides cõuertetur in scientiã: spes in rem: charitas aũt augebit. vnde propheta. viuit Dñs, cuius ignis in Sion, i. in ecclesia militante: & caminus in Hierusalẽ, id est, in ardentissima charitate. infr. de co. b Vt. s. e. sunt plures. §. auctoritas. & c. ignis.

Nctio.] ¶Charitas est,] Id est, vocatur.

c ¶Ardente.] Id est, à tribulatione feruente.

Sol. .p labore ponitur.

stant actibus, voluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem sequantur, pro æternorum desiderio lugeant, esuriant & sitiãt iustitiam, misericordiam, munditiã cordis, & tranquilitatem pacis amplectantur, sed & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati non vereantur, eleemosynis, orationibus, ieiunijs, cęterisque fructibus spiritus insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, † [mortuos † suscitandi] dæmones eijciendi, vel etiam prophetandi habeant † facultatem. Manet semper, [vt † possint habere virtutes, &] vt mirabiliter ipsi viuant. Venit ad tempus, vt etiam alijs per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.

† Absũt ab originali.

† al. possint habere virtutem.] orig.

† Absũt ab originali.

Item Apostolus. 1. Cor. 13.

C. VII.

Sent. 3. dist. 31.

iij Charitas [a] nunquam excidit.

Item Augustinus super epistolam primam Ioannis, tractatu 3.

C. VIII.

Sent. ibidem.

VNctio [b] inuisibilis spiritus sanctus est: vnctio inuisibilis charitas est; quæ in quocunq; fuerit, tanquam radix illi erit: quę quamuis ardente [c] sole, arescere non potest; nutritur calore solis [d], non arescit.

a ¶Vnctio inuisibilis charitas est] *Hinc vsque ad finem codẽ modo se habent apud Magistrum, atque apud Gratianũ. Sed apud B. Augustinum aliter.* Vnctio inuisibilis, inquit, charitas illa est, quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit: quãuis ardente sole arescere nõ potest. Omne, quod radicatum est, nutritur calore solis, non arescit. *Ita non negat charitatem posse arescere sed quod in charitate radicatum est.*

Item Gregorius super Ezechielem, homilia tertia.

C. IX.

PEnnata [e] animalia, videlicet prædicatores sancti, cum incedunt, minime reuertuntur: quia sic à terrenis actibus ad spiritualia pertranseunt, vt ad ea, quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectantur. *& paulo post.* [Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciẽs retro, aptus est regno Dei.] Manum quippe ad aratrum mittere, est, quasi per quandam compunctionis vomerem ad profcindendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retro post aratrum respicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur, quæ reliquit. Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per prophetam [f] dicitur: [Non reuertebantur, cum incederent [g].] *& paulo post.* Vnde Paulus [h]: [Vnum vero [i], quæ retro [k] sunt, oblitus, in ea [l], quæ sunt anteriora †, extendens me, sequor ad palmam supernæ vocationis.] In anteriora [m] etenim extentus, eorum, quæ retro sunt, oblitus fuerat, quia temporalia despiciens, sola quæ sunt æterna, quærebat.

Luc. 9.

Ezech. 5.

Philip. 3.

† al. ante

Item in eundem, homilia quinta.

d ¶Solis.] Id est, laboris & tribulationis, iuxta illud: In sole, id est, in labore posuit Dominus tabernaculum suum. Tribulatio enim secundum Apostolum patientiam operatur: sed q tribulatio patientiam non tollit, hoc facit charitas.

PEnnata animalia.] CASVS. Tangitur hic illud Ezechielis, q vidit quattuor animalia pennata: de quibus hic dicitur non reuertebantur cum incederent: sed vnumquodque ante faciem suã gradiebatur. Hanc auctoritatem exponens Gregorius dicit, quòd per hæc animalia intelliguntur prædicatores, qui contemplantes cælestia nunquam reflectuntur ad terrena. Et hanc suã expositionem probat auctoritate Domini & auctoritate Pauli.

e ¶Pennata.] Tangit illud Ezechielis, s. q vidit quattuor animalia pennata, de quibus hic dicitur, non reuertebantur cum incenderent: sed vnũquodque ante faciẽ suam gradiebatur.

f ¶Per prophetam.] Ezechielem.

g ¶Incederent.] Et ita sancti isti dici possunt habere ferarum naturã, &c. sicut aues qua volant, & non reuoluant. infra. de reũ diuisio §. pauonũ.

h ¶Vnde Paulus.] in epistola ad Philippenses.

i ¶Vnum vero.] quasi dicat, non comprehendi. vnum autem de me vobis affero, q ego oblitus ex qua, &c.

k ¶Quę retro.] Id est, terrena, quæ reliqui.

l ¶In ea.] Scilicet æterna cęlesti.

m ¶Anteriora.] Ante nos sunt æterna, post nos sunt temporalia.

NOn reuertebantur.] CASVS. Grego. hic exponit eandem auctoritatem, de qua dicitur in præcedē ti capitu. & suam expositionem confirmat auctoritate Salomonis.
a ¶Redeant.] finaliter saltem.
b ¶Iam minus.] Id est, insufficiens. erit enim tunc Deus omnia in omnibus, id est, sufficientia omnium.

ꝙ non possit simul charitatē habere & peccare sequēs cap. scilicet, quia radix, patet.
g ¶Ex præmissis.] Infert charitatem semel habitā nō amitti. & adijcit, ꝙ qui charitatem semel habuit, de cetero non peccabit, & ex hoc concludit falso, ꝙ pœnitētiam

C. X.

NOn reuertebantur, cum incederent †:] quia electi quique sic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant [a]. [Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.] Et, sicut per Salomonem dicitur: [Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem.] In eorum namque animis bonū desiderium, atque intellectus lucis intimæ iam pars diei est: sed, quia vsque ad finem vitæ in virtute proficiunt; ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad cœlestia regna perducti, in ea luce, quam desiderant, iam minus [b] aliquid non habebunt.

† *al. ambularent*
Ezech. 1.
Matt. 10.
Prou. 4.

Idem ibidem.

C. XI.

POtest discursus [c], atque mobilitas spiritus sic † intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet: iuxta quasdam vero recessurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, spe, atq; charitate, & in bonis alijs, sine quibus ad cœlestem patriam nō potest veniri (sicut est humilitas, castitas [d], iustitia, atq; misericordia) perfectorum corda non deserit. In prophetiæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. *& paulo post.* ¶In his itaque virtutibus, sine quibus ad vitam minime peruenitur, spiritus sanctus in electorum suorum cordibus permanet; vnde recte stabilis dicitur. a In his vero, per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer præsto est; aliquando misericorditer [e] recedit.

Sent. 3. dist. 31.
† *requisitione alterius considerationis*] orig.

a ¶Vnde recte stabilis dicitur.] *Hæc ex paulo superiore B. Gregorij disputatione alijs verbis huc sunt à collectore translata.*

Vnde Ambrosius super epist. 2. ad Corinthios, ad c. 6.

C. XII.

FIcta [f] charitas est, quæ deserit in aduersitate.

¶*Referuntur verba glossæ ordinariæ: nam B. Ambrosii sunt hæc,* Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fi.t.es.

2 *Ex præmissis* [g] *itaque apparet, quòd charitas semel habita, vlterius non amittitur. Qui enim charitatem semel habuerit, criminaliter vlterius peccare non poterit* [h]*: vt ad gratiam* [i]*, non ad naturam impossibilitas referatur. Quòd autem charitatem habens, criminaliter peccare non possit; testatur Augustinus in libro 50. homiliarum, homilia octaua dicens.* Sent. 3. dist. 31.

POtest discursus.] CASVS. Tangitur hic illud Ezechielis, ꝙ iuxta quatuor animalia, quæ vidit, erant quatuor rotæ, in quibus erat spiritus vitæ, & quocumque ibat spiritus, sequebantur & rotæ: & cum stabat, stabāt rotæ. Hoc autem mystice exponit Grego. in homilia sua dicens, quòd per rotas virtutes intelliguntur, quarum quædam semper sunt in sanctis, & quædam aliquando recedunt, & ponit quædam, quæ improprie sūt virtutes. Seq. ca. scilicet, ficta. patet
c ¶Potest discursus.] tangit illud Ezechielis. quia iuxta quatuor animalia, quæ vidit, erant quatuor rotæ, in quibus erat spiritus vitæ. & quocunque ibat spiritus sequebantur rotæ, cum stabat, stabant & rotæ, & ita quandoque stabant, quandoque mouebantur rotæ. hoc autem mystice exponit Gregor.
d ¶Castitas.] Quę sola cum fiducia potest Deo animas præsentare. in auth. de lenonibus. § sancim⁹. coll. 3.
e ¶Misericorditer.] ne inde superbiat homo. 6. q. 1. c. imitare, & cap. sunt plurimi.
f FIcta.] Id est, nō finalis.
EX PRÆMISSIS. Hæc est secunda pars distinct. in qua magister vult probare, ꝙ charitas semel habita nunquam excidit. sed quo ad gratiam refertur, nō quo ad naturam. id est, habendo gratiam peccare non potest. Ioan. de Fant.
CASVS. Concludit Gra. ex præmissis, ꝙ charitas semel habita amitti non potest: quia qui charitatem habet, amplius peccare mortaliter non potest. & ad hoc inducit sequens ca. Sed quod dicitur, amplius peccare mortaliter nō potest; falsum est, nisi coniunctum intelligas,

tiam, qui post modū est peccaturus nō agit & ad hoc inducit argumenta vsq; ad §. hæc, quæ de charitate.
h ¶Nō potest.] Coniunctim intellige. nō enim pōt simul charitatē habere & peccare. su. dist. 1. oīs qui nō diligit.
i ¶Vt ad gratiam.] Scilicet virtutem ipsam. quam cū quis habet, non peccat: nec peccare potest, vt coniunctim intelligatur.

Quia

a Quia radix omnium malorum.] Quo ad genera singulorum, non quo ad singula generum, i. nõ est malum alicuius generis, s. quod inde procedere nõ possit & est simile 35. dist. ante omnia. 47. dist. bonorũ.
b ¶Non possunt.] su. 32. q. 1. cum renunciantur.

CVM ERGO. CASVS. Infert ex supradictis, quòd qui mortaliter peccauit, nunquam habuit charitatem: nec pœnitentiam egit qui mortaliter peccauit. Quod auctoritate August. probat, vel probare intendit. Et scias, quòd ex falso ipse concludit falsum.

CVM

C. XIII.

1. Tim. 6. — Quia radix omnium malorum [a] est cupiditas, & radix omniũ bonorum est charitas, & simul ambæ esse non possunt [b]; nisi vna penitus † euulsa fuerit; alia planta ri non poterit. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem non contendit euellere. († al. radicitus)

Cum ergo [c], qui criminaliter peccat, charitatem nunquam habuisse probatur: euidenter colligitur, pœnitentiam non agere, qui quandoque criminaliter peccat †. († al. peccauit)

Vnde Augustinus.

C. XIIII.

Io. 4. — Charitas est aqua [d], de qua Dominus ait in Euangelio: [Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum [e].]

¶Hæc sententia non est inuenta apud B. Augustinum; licet in psalmum 103. ad vers. Qui tegis aquis. *charitatem velit aquis significari: quemadmodum & Prosper, & glossa ordinaria, & interlinearis ad eundem locum.*

Reprobus ergo, cum in æternis mancipatus [f] incendijs in æternum, sitiat: quomodo bibet aquam viuam, aut quomodo potabit aquam salientem in vitam æternam; qui quasi plumbeus [g] demersus in ima, pœnas luit damnationis æternæ? Item. Sine [h] charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem? quæ si non sunt dimissa: quomodo nõ omnia prorsus ad pœnam exigenda sunt? Item Dominus: (Ioan. 6.) *[Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.] Qui ergo non habet vitam æternam, in Christum non credit [i]. In Christum vero credit, qui charitatem habet. In Christum quippe credere est, amando in ipsum tendere. Hæc est [k] fides, vt definit Apostolus, quæ per dilectionem operatur; huic [m] dumtaxat remissio delictorum promittitur. Quòd si charitas à fide Christianorum seiungi nequit, cui scilicet soli venia promittitur: quomodo, qui charitatem non habuerit, fidem Christianorum habuit, id est, in Christum credidit? quomodo ergo veniam delictorum accepit? quam si non accepit: quomodo non omnia prorsus opera æternis sunt ferienda supplicijs? Item Dominus,* (Ioan. 6.) *[Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Qui ergo non viuit in æternum, non manducauit panem viuum: sed qui non manducauit eum, non credidit. Hoc est enim manducare panem viuũ, quod credere [n] in Christum, id est, amando tendere in ipsum. Cũ ergo reprobus in eum non crediderit, quem non manducauit, & ita fidem Christianorum (qua sola [o] peccata relaxantur) non habuerit, quomodo, si viuit Dominus, cui omne iudicium dedit pater, iudicium perpetuæ damnationis effugiet omnium non solum actualium, sed etiam originalium?*

(Marginal references: An. tract. 29. in Ioannem, & de cognitione veræ vitæ, c. 37. — Gal. 5. — De conf. dist. 2. c. vt quid. &c. credere.)

c ¶Cum ergo.] Ex falso falsum concludit.

Charitas est aqua.] CASVS. Probat August. in hoc cap. quod qui charitatem habet, non sitiet in æternum: sine qua nullus habebit vitam æternã: nec potest pœnitere, nec contritionem habere ad quod probandum inducit tres auctoritates Domini. Et nota, quòd ab illo loco [Reprobus,] videntur verba August. vt dicit Hu.

d ¶Charitas est aqua.] Quia ad modum aquæ lauat, & delet peccata.

e ¶In æternum.] Id est, in patria. in via autem beatus est qui sitit iustitiam, vt supra eadem quærendum. (Iustitiam sitiens beatus est.)

f ¶Mancipatus.] Id est, destinatus.

g ¶Plumbeus.] Pondere peccatorum.

h ¶Item sine.] Omnia hæc sunt verba August. vt dicunt quidã [1] vsque ad §. hæc quæ de charitate. Alij dicunt esse. §. ab illo loco. Reprobus autem. (1 Vt Hu. & B. Brix.)

i ¶Non credit.] à destructione consequentis infert.

k ¶Hæc est.] Infr. de consec. dist. 2. vt quid.

l ¶Fides.] Informata charitate.

m ¶Huic.] Supra 24. quæst. 1. c. si Petrus. cõtra. sed nec hic vel ibi excluduntur aliæ virtute.

n ¶Credere.] Crede Deo credasque Deũ; plus credo valere, Si credas in eum, quàm quod ei, vel eum.

ADDITIO. Hoc ideo quia credere Deo, est credere verum esse quod dicit Deus. Credere Deum est credere Deum esse. hoc etiam dæmones credunt. Sed credere in Deum est amãdo credere in ipsum. Petr.

o ¶Qua sola.] Supra 24. q. 1. si Petrus.

HÆC

HÆC QVÆ DE CHARITATE. Hęc est tertia pars d. §. in qua probat magister, quod ea quæ dicta sūt de charitate, de perfecta intelliguntur: quia sunt gradus in charitate, sicut in virtutibus est gradus, & perficiēs, & incipiens, & perfecta quod intelligitur quantum ad remissionem & intensionem, cum sit simplex & cōtinua. dum enim sumus in via, possumus habere charitatem ad tempus, & perdere eam: & hoc probat per 27. auctoritates sanctorum patrum, & per multas rationes suo diuersis §. contentas. Io. de Fant.

CASVS. Soluit nunc Gratianus præmissas auctoritates, & dicit eas esse intelligendas de perfecta charitate: id est, quæ ducit hominem ad perfectionem vitæ, s. quę est finalis, & cum qua homo decedit. Illa nunquam amittitur. & inde sumpta occasione ostendit gradus esse in virtutibus, scilicet spirituales ascensus de virtute in virtutem, & etiam in eadem virtute: nam quāto quis proficit plus ascendit. Et ad hoc probandum inducit sequentia cap.

3 *Hæc, quæ de charitate [a] dicuntur, de perfecta intelligi possunt; quæ semel habita nunquam amittitur. Exordia vero charitatis enutriuntur vt crescant: & conculcantur, vt deficiant. Nemo enim repente fit summus: sed in bona conuersatione, quæ sine charitate nulla est, a minimis quisque inchoat, vt ad magna perueniat. Sunt itaque gradus [b] non solum inter virtutem [c] & virtutem, sed & in eadem virtute.* Sent. 3. dist. 31.

Vnde Gregorius super Ezechielem homilia 15. scribit dicens.

C. XV.

CVm sanctam ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur; quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendē do proficit † [d], tantum Deus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus Iob loquitur dicens, [per singulos gradus meos pronunciabo illū;] omnipotentem quippe Dominū per singulos gradus suos pronunciat: qui per incrementa virtutum, quæ cępit, ei semper laudem suæ pietatis [e] reddit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, psalmista non diceret: [ambulabunt de virtute in virtutem.] Nec mirum, si de virtute in virtuté gradus sunt; quando vnaquæque virtus [f] quasi quibusdam gradibus agitur †; & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia: aliud profectus: aliud perfectio. Si enim &

Ps. 47.
† al. profecerit
Iob. 31.
Ps. 83.
† al. augetur
Sent. 3. dist. 31.

a ¶ Hęc quæ de charitate.] Præmissas auctoritates soluit, & dicit intelligendas esse de perfecta charitate, & inde sumpta occasione gradus in virtutibus esse ostē dit: vsque ad §. econtrario. Et nota quod perfecta dicitur charitas quo ad sufficientiam: & hęc quælibet & quātalibet sufficit ad uitam æternam habendam. arg. infr. dist. proxi. talis. Et est perfecta quo ad effectum, ut scilicet faciat hominem paratum pro Christo. sup. ea. charitas. inf. eod. si quis tantam. Et dicitur perfecta quo ad perseuerantiam finalem, de qua agitur sup. ea. unctio. & cap. charitas.

Charitas perfecta multa facit.

b ¶ Sunt itaque gradus.] Omnis virtus intenditur & remittitur, & ideo gradus merito in ea distinguuntur. sed quia uirtus est medium duorum uitiorum, ut dicit Aristoteles, & Horatius: Virtus est medium uitiorum vtrinque redactum; vt in puncto medio, qui est inter duo uitia contraria: uidetur quod summa virtus ibi cōstituta sit. qui ergo illud medium seruaret, summe virtuosus haberi deberet. sed in omnibus medium seruare ultra hominē est; ideoq; summe virtuosus nemo dicendus est. Ex præmissis sequitur, quod virtus in ascendendo non in infinitum protenditur: cum vltra mediū intētio 1 non progrediatur: sed quia etiā extremorum uitiorum non sūt termini, vt quod mediū eorum nihil sit, puta prodigalitas in infinitū protēdi pōt: similiter & sibi contraria auaritia, quare videtur, quod inter ista duo nihil sit medium determinatum. præterea ex quo gradus sunt in uirtute, uidetur quod latitudinem habeant, & quod possint decrescere: sed tamen quod in infinitum possint decrescere, non uidetur. nam sic haberetur quod uirtus alicuius ita parua esset, quod minor ea inueniri non possit. Præterea illud sciendū est, quod licet ita sit de omnibus alijs uirtutibus, quod qualibet inter duo vitia cōtraria sit cōstituta. hoc tñ in charitate (quæ forma est aliarum virtutum) non habet locū: quia ei vnū solū vitiū, scilicet odium, opponitur. su. dist. 1. omnis, qui non diligit. Vnde accidit, quod in infinitū possit intendi in via. in patria aūt puto quod maior charitas esse nō possit, quam sit supremi ordinis Angelorū.

Virtus quęlibet intenditur & remittitur.

Medium seruare difficile est.

1 Al. intensio.

c ¶ Inter uirtutem.] Improprie dicitur gradus esse inter unam uirtutem & aliam: cum in eadem linea intensiuis non disponantur: sed sic ideo dicitur, quia una uirtus alia intensior inuenitur.

CVm sanctam.] CASVS. Iste sic consueuit poni. Gregorius exponit illud verbum Ezechielis, Et uenit vir ad portam, quæ respiciebat ad Orientem, & ascēdit gradus eius, & dum exponeret, introducit auctoritatē Dauid. Deus in gradibus eius dignoscetur, cū susceipiet eam: in principio ergo capituli ponit expositionē illius versus. Deus in gradibus, &c. Secūdo probat, quod in uirtutibus gradus inueniuntur per auctoritatē Iob dicentis: Per singulos gradus, &c. Dauid dicētis. Et ambulabunt de uirtute in uirtutem, &c. & per illud Apostolorum: Auge nobis fidem, &c. & per similitudinē Euangelii de semente primo producente herbam, & deinde spicam, & postea granum. Semen est cogitatio, quæ herbam producit cum incipit operari: cum autem consummatur, spicam facit: cum autem perseuerat, frumentum mittit in spicam. & eadem similitudo adaptatur in persona Petri. Tertio & vltimo exponit illud verbum Ezechielis. Et venit vir, &c.

d Proficit.] Intensione virtutum.

e ¶ Pietatis.] Et tanto largiora munera Deus tribuit, quāto per ea religionis suæ dignitatē viderit ampliari. arg. 23. q. 4. sicut excellentiam. §. 1. & d. e laudem suę pietatis, id est, laudat Deum de sua pietate 2.

2 Id est quia per suā misericordiā facit eā crescere, secūdum Hu.

f ¶ Virtus.] Et vitium. infra ead. §. econtrario, & §. non est mirum.

a ¶ Et

Luc. 17. ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti Apostoli minime dixissent: [Ad auge nobis fidem.] Et quidam [a] venit ad Iesum; qui curari voluit filium suum: sed requisitus, an crederet, respon-
Mar. 9. dit: [Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Pen-
† al. ergo sate rogo †, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem [b] dicebat? Si vero incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiæ meritorum suorum gradibus fides crescit; vno eodemque tempore is, qui necdum perfecte crediderat, simul & credebat & incredulus erat. Hos nimirum gradus Dominus sub messis nomine describit [c] di-
Mar. 4. cens: [Sic est regnum Dei; quemadmodum si iaciat homo semen in terram & dormiat, & exurgat nocte, ac die; & semen germinet, & crescat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica: & cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis [d].] Semen homo iactat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit; & postquam semen iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte
† alias vero exurgit, ac die, quia inter † aduersa [e] & prospera proficit; & semen germinat, & crescit, dum nescit ille: quia, dum adhuc metiri incrementa sua non valet; semel concepta virtus ad perfectum ducitur: & vltro terra fructificat: quia præueniente se gratia, mens hominis, spontaneæ ad profectum boni operis assurgit. Sed hæc eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad spicam vero herba [f] peruenit, cum se virtus animo concepta ad profectum bonis operis pertrahit. Plenum vero frumentum in spica fructificat, quando iam in tantum virtus proficit, vt esse robusti, & perfecti operis possit. Sed cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem: quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, & messem suam desecat: quia cum vnumquemque ad opera perfecta produxerit; eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, vt granum suum ad cælestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus: Cum vero operari recta incipimus, herba sumus. Cum autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus; cumque in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat: qui passionis tempore per amorem Dominum sequens, hunc confiteri ante ancillæ vocem timebat. Erat.n. iam viriditas in mente: quia credebat omnium redemptorem: sed valde adhuc flexibilis, pede conculcabatur [g] timoris. Iam in spicam surrexerat qn eum, quem moriturum confiteri timuerat nunciante angelo in Galilæa viuentem videbat. Sed ad plenum granum in spica peruenerat, qn veniente desuper spiritu, & suam mentē
Act. 5. in illius amore roborāte ita solidatus est, vt vires prosequētiū cæsus despiceret, & redēptorem suum libere inter flagella prædicaret. Nullus itaq;, qui ad bonum propositū adhuc in mētis teneritudine esse conspicitur, despiciatur:
† al. in quia frumentum Dei ab † herba incipit, vt granum fiat. Vir ergo [h] vestitus li-

Credit darum qui incipit credere.

Petrus quādo peccauit herba non fuit.

Cœli porta q est Christus ingredimur.

a ¶Et quidam.] Vt habetur in Euangelio Matthæi.
b ¶Incredulitatem.] Id est, modicam credulitatem: qui incipit credere, parum credit. arg. de consec. dist. 2. quia passus. & ca. prima. & ita hæc præpositio, in, diminuit hic, non priuat.
c ¶Describit.] In Euangelio.
d ¶Messis.] Hucusq; fuerunt verba Euangelistæ.
e ¶Inter aduersa.] Aliud in aduersis & prosperis. quia in aduersitate crescit, supr. ead vnctio.
f ¶Herba.] Si herba fuit, ergo charitatem habuit: sed quando negauit, mortaliter peccauit: ergo charitatem nō habuit: ergo. nec herba fuit. sed hoc debet referri ad tempus ante negationem. & ita distribuite tempora. &c. vt 2. q. 1. peccauerit. Vnde versus.
Petro peccante, tūc non fuit herba, sed ante.
g ¶Conculcabatur.] enim Christum negauit.
h ¶Vir ergo.] De Ezechiele tractatū est, & sunt adhuc verba Gr. ab illo loco, cum sācta, &c. In Ezechiele est ita: & venit vir sanctus ad portā, quæ respiciebat ad viam orientalem, & ascēdit per gradus eius. Expone, vir. id est, Christus: stat in porta: quia per eum quasi per portā ad patrē ingredimur, & sine quo in ciuitatem intrare non possumus. Itē qui in porta est, partim intus est, & partim extra: partim vr., & partim abscōdit, ita & Christus per humanitatē est visibilis per diuinitatē inuisi-

inuisibilis. Vel vir, .i. homo venit ad portam .i. Christũ, qui dicitur ostiũ, supra 1. q. 1. ordinationes.

a ¶Ad portam.] Id est, ad sacram scripturam vel fidẽ: per quarum vtramque intratur ad patriam. — 1 Scilicet sacrã scripturã, & fidẽ.

b ¶Perducit.] Illa membra sua, s. fideles.

l ¶Ad perfectum.] Id est, ad perfectionẽ à Deo datã.

m ¶Quid dicit.] Tu quicumq; habes talẽ pfectionẽ.

n ¶Viuere.] Christus est mihi viuere .i. causa quare velim viuere. Ad hoc.n. viuo, vt ipsum magnificem & ipsum mori est mihi lucrum: quia per mortem eius libe- — Christ⁹ est mihi viuere, & mori, &c. quare sibi vult.

neis venit ad portam [a]; quia Dominus, ac redemptor noster membris suis intrantibus perducit β [b] ad se: & ascendit per gradus eius: quia nobis proficientibus: eo nobis amplius exaltatur, quanto altus, & incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentium ipse ascendere dicitur; quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur; quantum noster animus à rebus infimis separatur.

α ¶Cum autem ad profectum boni operis crescimus; ad speciem peruenimus.] *Hæc desiderantur in originali*

β ¶Perducit] *In plerisque vetustis, & apud B. Gregorium legitur*, perducitur: *sed ob glossam non est emendatum.*

Item Augustinus ait in libro de gratia, & libero arbitrio, c. 17.

C. XVI.

QVi vult [c] facere Dei mandata † [d], & non potest [e]; iã quidem habet voluntatem bonam, sed ad huc paruã, & inualidam. Poterit [f] autem, cum magnam habuerit, & robustam. Quãdo enim martyres magna illa mandata fecerunt; magna vtique voluntate, id est, magna charitate fecerunt; de qua charitate ipse Dominus ait: [Maiorem hac charitatem [g] nemo, & c.] *& paulo post.* ¶Ipsam charitatem apostolus Petrus [h] nondum habuit, quando timore Domi num ter negauit. Timor enim non est in charitate, sicut ait Ioannes Euangelista in epistola sua; sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et tamen, quamuis parua; & imperfecta, non deerat, quando dicebat [i]: [Domine † animam meam pro te ponam.] *Idem super primam epistolam Ioannis, tractatu quinto.* Si quis tantam habuerit charitatem, vt paratus sit pro fratribus etiam mori; perfecta est in illo charitas: sed nunquid mox, vt nascitur [k], iam prorsus perfecta est; vt perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur; cum ad perfectum † [l] venerit, quid dicit [m]? [Mihi viuere [n] Christus est, & mori lucrum. Optabam γ dissolui, & esse cum Christo: multo magis optimum; manere in carne necessarium propter vos.] Propter eos volebat viuere, pro quibus paratus erat mori.

† *al. mandata* · *Io. 15.* · *1. Io. 4.* · † *al. Domine* · *Io. 13.* · *Sent. 3. dist. 29.* · † *al. perfectionem* · *Philip. 1.*

γ ¶Optabam]*Hinc vsque ad finem sunt addita ex B. Augustino, quoniam faciunt ad sententiæ integritatem.*

Idem in eandem, tractatu nono.

C. XVII.

SIcut seta [o] introducit linum; ita timor introducit cha-

Qui vult.] CASVS. Dicitur hic quòd si aliquis habet voluntatem faciendi præcepta Dei, sed impedimento aliquo detentus ea non facit: modicam habet charitatem, cum nondum possit omnia sustinere pro Christo. cum autem poterit facere præcepta Dei, & omnia sustinere pro Christo, tunc habet perfectam charitatẽ: quod probat auctoritate Domini: & exemplo Petri.

Charitatẽ haber qui pro Christo sustinere paratus est.

a ¶Qui vult.] CASVS. Si quis habet voluntatem sustinendi omnia pro Christo: & tamen si immineret ei periculum in rei veritate, non sustineret, reuera iste habet charitatem, licet modicam: quę postea augetur quando cum effectu parat⁹ est omnia sustinere, qđ probat exemplo Petri.

c ¶Qui vult.] Quodã motu bono, s. affectionis: non effectionis. & sic non est contra, supra dist. 1. votum.

d ¶Mandata.] Id est, ardua & difficilia, vt ponere animam pro Christo, vel fratribus, vt hic in fi. c. habetur.

e ¶Non potest.] Scilicet Impediente carnalitate.

f ¶Poterit.] Scilicet facere mandata Dei.

g ¶Charitatem.] Id est, opus vel signum charitatis maioris.

h ¶Petrus.] so. dilig. fidelior.

i ¶Dicebat.] Domine animam meam pro te ponam, licet hoc facere nõ posset.

SI QVIS. CASVS. Dicitur hic, quòd si quis paratus sit pro fratribus mori, perfecta charitas est in eo, sed non statim cum nascitur est perfecta. nam primo nascitur: nata nutritur: nutrita roboratur, & perficitur. Sequentia tria cap. plana sunt: scilicet, [sicut charitas. si sermo.]

k ¶Nascitur.] Sic etiam gradus notantur in conuersione Pauli. nam prostratus fuit, vt excæcaretur, &c. 24. q. 4. displicet.

liberor à miseria. & transeo ad fęlicitatem. vel Christus est mihi viuere. id est, vita hic & in futuro. hic per fidem & spẽ, & in futuro per spem. mori pro Christo est mihi lucrum: quia deponam corpus mortale, & resumam immortale.

o ¶Sicut seta.] Sicut.n. seta introducit linum, nec cũ eo re- — Timor charitatem introducit.

en remanet, ita timor charitatem: cum ea tamen esse non pôt arg 23. q. 6. c. iam vero. §. ex his. & infra dist. 7. nullus. hoc de seruili. Ed & alius initialis, qui partim respicit præmium meriti, partim pœnam supplicij: de tali dicitur, quod augetur charitas, & minuitur timor, infra c.

Timor initialis quis sit.

ritatem: crescit charitas, minuitur timor, & econuerso [a].

Verba B. Augustini sunt hæc. Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid suitur, seta primum intrat: sed nisi exeat; non succedit linum: sic timor primo occupat mentem; non autem ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem. *& paulo superius*, Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. *Ex his confectum est hoc caput.*

Item tractatu quinto in eandem.

C. XVIII.

Trāspositis aliquibus verbis. † *al. suffocetur*

Forte nata est in te charitas, sed nondum perfecta est: noli desperare, nutri eam, ne offocetur †.

Idem ad Hieronymum, epist. 29.

C. XIX.

Sent. 3. dist. 36.

Charitas in quibusdam est perfecta, in quibusdam est imperfecta: perfectissima [b] autem in hac vita haberi non potest.

Caput hoc est summa quadam verborum Augustini in loco indicato.

Idem in libro. 50. homiliarum, homilia nona.

C. XX.

Sent. ibidem.

SI sermo meus [c] inuenit in cordibus vestris aliquā scintillam gratuiti amoris Dei, ipsam nutrite, ad hanc augēdam vos aduocate. *& paulo post.* Flete α [d], nutrite in vobis: ipsa dum creuerit, & flammam dignissimam fecerit; cupiditatum carnalium ligna consumet.

α Flete.] *Non est emendatum ob glossam: nam in multis vetustis codicibus est*, flate. *& in originali legitur*, Hanc scintillam boni amoris, de qua Dominus dicit: [Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?] flate in vobis, nutrite, & c.

Econtrario [e] *etiam gradus in virtute esse probantur: quia & ipsius peccati gradus euidenter apparent. Sicut enim nemo repente fit summus, ita nemo* [f] *repente fit turpissimus.*

Hinc etiam Augustinus ait in lib. 1. de sermone Domini in monte, c. 23.

C. XXI.

Sent. 4. dist. 16.

SIcut tribus gradibus ad peccatum [g] peruenitur, suggestione [h], delectatione, consensione; ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine tanquam [i] tres mortes: vna quasi in domo, id est, cum in corde consentitur libidini: altera quasi iam prolata extra portam, cum in factum procedit assentio: terra, cum vi consuetudinis malæ, tamquam mole terrena præmitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria

Matth. 9. *Luc. 7.*

fra c. prox. vsq; dum fiat perfecta charitas, quæ foras mittit timorem omnem. arg. 23. q. 6. schismatici.

a Et econuerso.] Argu. quod charitas decrescere possit: nō ergo aut proficit, aut deficit. Tu dic, quod charitas crescit & decrescit quantum ad intensionem: aliàs non.

b Charitas.] Perfectissima.] Id est, qua perfectior non possit haberi. Vnde dicit auctoritas 1 super epistolam ad Ephesios.

1 al. Augustinus.

Nemo tam perfectus quin possit crescere.

c Si sermo meus.] Id est, prædicatio mea.

d Flete.] Mortalia peccata. argum. infra distinct. 3. inter hæc hircum.

ECONTRARIO. CASVS. Per multas auctoritates ostendit gradus esse in virtute: adhuc idem ostendit per suum contrarium, scilicet per peccatum. in peccato enim gradus inueniuntur. Nam sicut nemo repente fit bonus, ita etiam nemo repente fit malus.

e Econtrario.] Id est per suum contrarium, s. peccatum & vitium, quod virtuti est contrarium. arg. 1. q. 1. sciendum.

f Ita nemo.] Vnde Iuuenalis:

Nemo repente fuit turpissimus: a accipient te.

a Id est plenus vitijs.

Paulatim, qui longa domi redimicula 3: sumunt.

3 Id est, ornamenta.

Sicut tribus.] CASVS. Dicitur hic quod sicut tribus modis ad peccatum peruenitur, scilicet suggestione diabolica, delectatione, & consensu: ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, scilicet in corde, in facto, & in consuetudine: nam primo in corde consentit peccato, postea procedit ad peccatum, tertio perseuerat in peccato. Sequens capitul. scilicet, [sciendum.] planum est.

g Ad peccatum.] Id est, actum exterio rem.

h Suggestione.] Supra distinct. 6. testamentum. in fine, palea est.

i Tanquam.] Mens mala, mors intus: malus actus, mors foris.

versus.

Tumba, puella, puer Lazarus ista notant.

Christ' tres suscitauit.

Hanc

Hanc verbo, hunc motu: lachrymãdo suscitat illum Christus, & in medico nascitur æger homo. Ad hoc sup. ca. dist. 1 §. ex his. versi. tres quoq; & §. nõ sunt & cap. quem penitet.

similiter sequens. §. [non est mirum.] patet.

e ¶Inquinat.] Per mortale peccatum.

f ¶Prædicator.] Paulus in prima epistola ad Corinth.

g ¶Nolentes.] Vnde & Apostolus, Ago qđ nolo quia primi motus nõ sunt in potestate nostra, vt sup. ea. dis. 1. c. in-

Motus primi nõ sunt in nostra potestate.

genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Euangelium legit, agnoscit.

Item Gregorius libro 25. Moralium, c. 16.

C. XXII.

SCiendum quippe est, quòd peccatum tribus modis [x] committitur. Nam aut ignorantia [b], aut infirmitate [c], aut studio perpetratur: & grauius [d] quidem infirmitate, quàm ignorantia: sed multo grauius studio, quàm infirmitate peccatur.

Idem libro 21. Moralium, c. 3.

C. XXIII.

INter hæc sciendum est, aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur: aliud vero, cum per consensum delectationis obligatur. Plerumq; enim cogitatione praua pulsatur, sed renititur. Plerumque autem, cum peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat [e], cum pulsat; sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. Hinc etenim prædicator [f] egregius dicit: [Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.] Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes [g]: quia, vt nonnunquã & illicita ad animum veniant, hoc vtique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca est, & non humana [h] tentatio; cum ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus adstringit. 1. Cor. 10.

Item Hieronymus ad c. 1. Amos.

C. XXIIII.

SVper tribus sceleribus Damasci, & c. vt supra.

Distin. 1. de pœnitẽtia, c. super tribus.

Non est mirum, si in virtute gradus esse dicuntur: quandoquidem & peccati gradus ita euidenter monstrantur. ¶Hæc itaque [i] charitas, quæ in Petro ante negationem herba fuit, & in singulis nascitur, antequam roboretur, ante sui perfectionem amittitur [k], & reparatur. Vnde

Peccata in patrem & in filium.

x Sciendum quippe.] ¶Tribus modis.] Aliter assignantur isti tres modi in lege: quia delinquitur proposito, impetu, casu. ff. de pœ respiciendum. §. delinqunnt.

b ¶Ignorantia.] Supra 12. q. 7. quemadmodum. 23. q. 1 si qs dederit. 8. dist. consuetudo. 32 q. 4. nemo.

c ¶Infirmitate.] Sup. 25. dis. ca. vnũ. § crimi nis, supr. 15. q. 5. §. 1.

d ¶Et grauius.] Hoc intelligas per accumulationem. sic magis peccat quis ex infirmitate, quàm ex ignorantia: & sic non est contra quod dicit auctoritas, Grauius peccat qui peccat in filium, quàm qui peccat in patrem: at, constat eum, qui peccat per infirmitatem, peccare per impotentiã: & ita peccat in patrẽ, cui attribuitur potentia. qui autem peccat per ignorantiam, peccat in filium, cui attribuitur sapientia: sed quod hic dicitur, non est referẽdum ad peccata, quæ committuntur in patrem, & filium, & spiritum sanctum, sed sic debet intelligi: aliquis infirmus est incontinens, & licet sciat in fornicatione esse mortale peccatum: tamen fornicatur tanquam excusetur propter suæ incontinentiæ infirmitatem: talis plus peccat, qui ex certa scientia, quàm qui ex ignorantia. qui scilicet ignorat fornicationem mortale peccatum esse. alleuiat. n. ignorantia etiam si non omnino. Item contrarium est huic loco quod dicit Ambrosius. Grauiter peccas qui promittis tibi impunitatem. Grauius quia contemnis. Grauissime quia ignoras. Sed illud dr ad terrorem. Vel dic, Grauissime, i. periculosissime. sic deterius. i. periculosius. 45. dist. vera quia pœnitentia specialis nõ agitur de peccato quod ignoratur, & ita hoc dicit propter difficultatem pœnitendi; argu. infra dist. 3. Iudas. ver. magnum.

INter hæc.] CASVS. Ben. hunc casum sic ponit. Dicitur hic, φ duplex est tentatio, humana, s. & diabolica. Humana est, qñ aliquis ex carnis corruptione incitatur ad peccandum. Diabolica, qñ ex tali suggestione delectationẽ consequitur, vel consentit. Vnde dicit Apostolus: tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Sequẽs capitulum, scilicet [Super.] Habuisti supra 1 c. super tribus.

h ¶Humana.] Nisi de his sine quibus vita ista esse nõ potest: scilicet venialibus. 25. dist. qualis.

SVper.] HÆC ITAQVE. CASVS. Concludit Gra. hic principale propositum, scilicet quòd charitas semel habita potest amitti: cum sæpe amittitur & reparatur. quod dicit verum esse in perfecta: & ad hoc inducit sequentia c. sed verum est, φ quantumcunque sit perfecta charitas in aliquo, dum est in hac vita, potest illam amittere: nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata virgine.

i ¶Hæc itaque.] Ex illo cap. supr. ea. disti. cum sanctã. infert magister. & redit ad propositum principale: & probet adhuc charitatem semel habitam amitti posse, maxime exemplo Adæ, Moysi, & Aaron 1.

k ¶Amittitur.] Immo & quãtumcunq; perfecta sit in hac

1 Quoniã secundum Apostolum omnes nascimur filij iræ. de consec dist. 4. firmissime. Pet.

Charitas in Maria erat per gratiam cõfirmata.

hac vita, amitti potest: nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata Virgine. a 5. dist. c. vnum orarium. §. nomine autem.

QVICVMQVE. CASVS. Dicitur hic ꝙ postquam per baptismum aliqui ab originali peccato fuerunt liberati,

e ¶Fundamentum.] Id est, prædestinatio.

f ¶Immobile.] Id est, illi, quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundauit, perseuerant firmi, qui aũt perijt, non erat finaliter de fundamento, id est de prædestinatis. inf. dist. 4. c. si ex bono, versi. quid aliud.

Augustinus in libro de correptione, & gratia, c. 7. Quicumque ab illa originali [a] damnatione, ista diuina gratia largitate discreti sunt, non est dubium, quod & procuratur [b] eis audiendum Euangelium, & cum audiunt, credunt, & in fide, qua per dilectionem operatur, vsque in finem perseuerant, & si quando exorbitant, correpti emendantur: & quidam eorum, & si ab hominibus non corripiantur, in viam, quam reliquerant, redeunt [c].

Item ibidem.

C. XXV.

2. Tim. 2. † al. Scriuit] orig.

FIrmum [d] Dei fundamentum [e] stat immobile [f] α, habẽs signaculum [g] hoc: [Scit [h] † Dominus, qui sunt eius.] Horum fides, quæ per dilectionem operatur profecto aut omnino nõ deficit; aut, si [i] qui sunt, quorum fides deficit [l], reparatur antequam vita ista finiatur: & deleta, quæ intercurrerat, iniquitate, in finem perseuerantia deputatur.

α ¶Immobile.] *Abest ab originali: sed non est expuncta ob glossam.*

Idem in eodem libro, c. 9.

C. XXVI.

inf. dist. 4. si ex bono.

NVllus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam.

Item ibidem.

C. XXVII.

Rom. 8.

TAlibus [k] Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum: vsque adeo prorsus omnia, vt etiam, si qui eorum deuiant, & exorbitant: etiam hoc ipsum [l] eis faciat proficere in bonum [m].

Idem Apostolus ad Galatas 5.

C. XXVIII.

Videtur esse ex glossa aliqua, aut Gratiani verba.

CIrcuncisio non est aliquid [n], neque præputium, sed fides; quæ per dilectionem operatur.] Et hoc olim in vobis, quia currebatis bene per opera fidei ex dilectione:

g ¶Signaculum.] Id est, hoc habena menti impressum in signum amicis, & inimicis, amicis vt accedant: inimicis vt territi fugiant. hoc scilicet sic, &c. etiam dum sunt mali.

h ¶Scit.] Id est, amat & defendit prædestinatos suos, etiam dũ mali sunt: & postquã eos continue munit, apparet hostibus & amicis, ꝙ ipsi sunt signacula Dei. Vel signaculũ, id est, discretionem inter prædestinatos & non prædestinatos. Hoc scilicet quod sequit̃ scit, &c. habent enim prædestinati etiam dum sunt mali quendam characterem, quo distinguuntur à damnandis. vnde, ex tribu Iuda duodecim millia signati.

Prædestinati quodam signo distinguunt̃ à damnandis.

i ¶Quorum fides deficit.] infr. distin. 4. c. peccatum. §. verum. c. si ex bono.

k TAlibus.] Deum diligentibus. In epistola ad Romanos.

l ¶Hoc ipsum.] Scilicet deuiare.

m ¶Proficere in bonum.] Occasionaliter quia fortiores resurgunt. arg. dist. 13. nerui 63. dist. c. quia sancta. §. verum. in fi. & distin. 50. considerandum. & c. fidelior. 6. quæst. 1. imitare. Vel deuiare, id est, pœnã, quam subeunt pro deuiatione, facit eis proficere: quia cum pœna affliguntur, se recognoscentes humiliantur, id est, humiliores fiunt, sup. distin. proxi. ca. potest fieri a vers. si illuditur.

1 Aliàs imponeretur necessitas prædestinationi diuinæ. quod est falsum: quia omnia quæcũque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, vt psal. dicit.

berati, statim proponitur eis Euangelium, & cum audiunt credunt: & si quandoque exorbitant, correcti ab hominibus, siue ab omnibus, vel per se, redeunt.

a ¶Originali.] Id est, quam ab origine trahit homo: & cum qua nascitur.

b ¶Procuratur.] Id est, ad vtilitatem eorum legitur, & exponitur.

c ¶Redeunt.] Operante gratia.

ADDITIO. 12. q. 4. sicut non est. Hug.

FIrmum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ firmum fundamẽtum Dei finaliter stat; quod omnino non deficit, sed quando deficit, dum homo est in hac vita, reparatur. Sequens c. §. [talibus.] planum est.

d ¶Firmum.] Id est, immobile est: licet possibile sit eum qui prædestinatus est, non fuisse prędestinatum a verba sunt Apostoli in epistola secunda ad Timotheũ, cap. 2.

CIrcumcisio.] CASVS Bene. sic exponit hũc casum. Non vĩ hoc facere ad propositum Gra. sed tamen potest adaptari, q. d. Apostolus, si non sit aliquis circumcisus, non impeditur, quo minus posset reparare per pęnitentiam charitatem, quã amisit peccãdo, si seruet fidem: quæ per dilectionem operatur. Sequens capitulum, & §. [Romanos.] parent.

n ¶Aliquid.] Quo ad salutem, quia non recipitur aliquis quia circuncisus, nec reijcitur aliquis quia præputiatus: quoniam indifferentes sunt: nec hoc c. facit ad propositum, sed sic potest adaptari. siue quis circuncisus sit, siue non, poterit per pœnitentiam recuperare charitatem, quam amisit peccãdo. Vel non est aliquid, id est, non proficit ad salutem sine operibus.

a Nam sicut dicit Gregor. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Et. Charitas per pęnitẽtiam recuperat̃.

3 Sed in Apostolo super ista verba dicit gl. Aequatur.

a ¶Non

Item ad Hebraeos, c. 6.

C. XXIX.

NOn est tam iniustus [a] Deus, vt obliuiscatur operis vestri, &c.]

Operis quo omnia sua fecerant communia [b]; *& hoc ex dilectione* [c], *& hoc ad gloriam* [d] *Dei. Ecce triplex* [e] *bonum, quasi diceret, olim* [f] *multa operati* [g] *estis, pro quibus* [h], *si pœniteatis de malis, benefaciet* [i] *vobis Deus. Romanos quoque, & Galatas dum Apostolus redargueret, merito fidei probat assecutos remissionem peccatorum, & sanctificationem in spiritu sancto, & iustitiam bonæ operationis: quæ omnia aut sine charitate numquam vere fuerunt in eis; aut veram charitatem habuerunt: à qua postea lapsi sunt, qui de operibus* [k] *legis gloriabantur.*

Item de quolibet adulto Augustinus ait.

C. XXX.

TOlle charitatē: odiū tenet [l] *Item.* Omnis, qui non diligit, odit. *Item in Euangelio.* [Nemo potest duobus dominis seruire [m], aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnū sustinebit, alterumque contemnet.] Io 3. Lu. 16. & Matt. 6.

Adam vero [n] *cum in virili ætate à Domino creatus sit, antequam à diabolo tentaretur, dum de latere eius vxor formabatur, dum in ecstasi* [o] *raptus angelicæ curiæ interes rat* [p], *dum euigilans futura Christi & Ecclesiæ sacramenta vaticinabatur* [q], *aut charitatem, aut odium habebat* [r]. *Si autem odium habebat: non fuit diabolus auctor nostri peccati. Item. Si sine charitate* [s] *a Deo creatus est: eius similitudinem in creatione sui nequaquam accepit* [t]. *Item, si sine charitate creatus est, iustus, & innocens à Deo factus non est: creatura namque rationis capax, & liberi arbitrij, iustitiæ, & innocentiæ sine charitate particeps esse non potest. Colligitur ergo, quod Adam antequam peccaret charitatem habuit, sine qua iustus, & innocens esse non potuit.* Gen. 2.

Vnde Augustinus in Genesim ad litteram, libro sexto, cap. 24.

p̄ræputio circūcisio, his enim q in Christo volunt viuere, virtutes appetendæ sunt & vitia fugiēda. media vero quæ inter vitia & virtutes sunt, nec fugienda sūt, nec appetēda vt est circuncisio & præputiū, quæ nihil valent in Christo. Pe.

Bona prima per sequētia mala mortificantur.

a NOn est tam iniustus.] Inf. ead. dist. § opponitur, versi. non est iniustus.

b ¶Fecerant communia.] Ecce opus.

c ¶Ex dilectione.] Quæ informat actum siue actionem. Ecce alacritas.

d ¶Ad gloriam.] Ecce recta & pura intentio.

e ¶Triplex.] Quod commendatur in eis, scilicet opus, & alacritas, & recta intentio.

f ¶Olim.] Quasi dicat, non nunc, ita facit ad propositum.

g ¶Operati.] Id est, faciendo, proficiendo.

h ¶Pro quibus.] Id est, pro quorum similibus.

i ¶Benefaciet.] Æternaliter remunerando, vel temporaliter abundantius quàm si non pœnitueris. sicut enim priora bona p̄sequentia mala mortua & irrita facta fuerunt: ita ipsa eadem per pœnitentiam & alia bona sequentia reuiuiscunt, vel quo ad vitam æternam, vel quo ad temporale præmium, vel ad minus supplicium subeundum infr. ead. dist. 1. ver. nihil. vbi de hoc.

k ¶Qui de operibus.] Quia tempora gratiæ seruare volebant præcepta legalia: quod non licet, extra de cō stitut. trāslato. item, de quolibet.

CASVS. Ab illo loco vsque ad cap. quomodo. videtur esse §. Gratiani secundū Ben. quod verum esse do, sicut per verba inferius posita apparebit. Quidam tamen faciunt ibi casum, [Omnis. & ibi,] Nemo.] Alij ponunt totum sub illo [§. Romanos.] Probat ergo Gratianus in hoc §. per magnam circumlocutionem, q̄ Adam charitatem habuit, quam amisit. Et ad hoc inducit sequētia capitula.

Charitas & odiū sunt immediata contraria.

l TOlle.] ¶Tenet.] Quia charitas & odium immediata cōtraria sunt circa suum susceptibile. arg. sup. dist. 1. omnis qui non diligit, &c. Et est arg. diabolum ante ruinam charitatem habuisse: quia si non haberet charitatem, odium teneret, & expone, odium tenet, id est, per peccatum Deo sit odibilis.

m ¶Nemo potest duobus dominis seruire.] Arg. contra ff de oper. liber. l. pęnul. r

r Vbi loquitur quā do nō sunt contrarij: secus si cōtrarij effēct, vt hic. Ar.

n ¶Adam vero.] Verba sunt Gra. vsque ad illud capit. quomodo.

o ¶In ecstasi.] Scilicet prophetiæ.

p ¶Intererat.] i. facta erat ei reuelatio, & data scientia, quam angeli habēt, & illi qui sunt in cęlesti curia.

q ¶Vaticinabatur.] Dicēs, hoc nunc os ex ossibus, &c. vnde Apostolus: Sacramentum magnū hoc est in Christo & ecclesia. extra de biga. debitum.

r ¶Habebat.] Sed non statim in sui creatione.

s ¶Item si sine charitate.] Video G. nitētem asserere, q̄ Adam habuit ex creatione duplicem virtutem. Celebrior autē est sententia, q̄ Adam duplicem habuit statum ante peccatum. in creatione, sola naturalia accepit, quibus proficere vel mereri non poterat: post creationem addita sunt ei gratuita. Vnde dicit August. habuit Adam vnde posse stare, sed non vnde posset proficere & hoc in primo statu. Dicit autem Augu. Et illud habuit primus homo, posse quod vellet: sed nō habuit velle quod posset: quia & si habuisset, non peccasset. Habuit ergo posse quod vellet bonum, id est, virtutes in secundo statu quando cecidit: vnde dicitur spoliatus gratuitis, & vulneratus etiam in naturalibus. Habuit ergo in primo statu innocentiā sicut puer: sed charitatem non: vnde nō erat bonus, & ita habuit quo stare posset, sed non vnde mereretur, cum charitatē non haberet, sine qua nemo proficit, nec mouetur ad merēdum: sed in secundo statu habuit charitatem secundū quàm hæc dicta intelliguntur. a

Adam ante peccatū habuit duplicem statum.

t ¶Accepit.] Sed non statum in sua creatione.

a Idem per omnia. Ge.

Quo-

QVomodo renouari.] C A S VS. Dr̃ q̃ nõ põt homo renouari vel renocari de vetustate peccati ad nouitatem, in qua fuit primus homo, nisi recipiat iustitiã quam perdidit primus homo, & induat nouum hominem, secũdum quòd dicit Apostolus, [Imaginem.] ima- fabulator.] Quia fruebatur colloquio angelorum.
a ¶Expoliantes.] Hoc habetur in epistola ad Colossenses.
b Veterem.] Id est, habitum peccatorum, & vsum. &c. cum actibus suis, id est, vbi nec habitus, nec actus peccatorum aliq̃s adsit. homo .n. vetus nihil aliud est, quàm vetus vita, quæ est in peccato', quod contraximus ab Adam.

C. XXXI.

QVomodo renouari dicimur; si non hoc recepimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recepimus; quia iustitiam, ex qua in peccatum lapsus est. *& paulo post, c 7.* ¶Expoliantes [a] uos ueterem [b] hominem cum actibus suis, induite [c] nouũ [d], qui renouatur [e] in agnitionem Dei secũdum imaginẽ eius [f], qui creauit eum [g]. Hanc imaginem in spiritu mortis impressam perdidit Adam per peccatum. *& post pauca.* ¶ Stola [h] illa prima iustitia est; unde lapsus est Adam.

Coloss 3.

Lu. 15.

¶In hoc & in sequenti capitulo addita sunt nonnulla ex originali, in quo tamen longe copiosius, & clarius hæ sententia exponuntur.

In concione ad Catechumenos verbis hinc inde collectis.

Idem in homilia 11.

C. XXXII.

PRinceps uitiorum omnium, dum uidit Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, tẽperantia compositum, charitate circumdatum †, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliauit, insuper & peremit [i]. Namque cum homini abstulisset pudicitiam, continentiam, charitatem, immortalitatem, dominio suo eum obstrinxit. *& paulo post.* ¶ Adam amissa temperantia intemperans effectus est: perdita charitate [k] malus inuentus est.

†al. splendidũ

Item Ambrosius libro 6. epist. 41. ad Sabinum.

C. XXXIII.

QVando Adam solus [l] erat, non est præuaricatus: quia mens eius adhærebat Deo.

Idem ad eundem eodem libro, epist. 42.

C XXXIIII.

PRimus homo erat opus Dei recẽs, confabulator [m] assiduus, ciuis sanctorum, complantatus *a* uirtutibus.

a ¶Complantatus.] *In vulgatis erat,* angelorum complantatus, *quæ vox abest, a multis manuscriptis, & ab originali.*

Idem in Hexameron, libro sexto, c. 7.

C. XXXV.

ILla anima [n] à Deo pingitur, quæ habet in se uirtutum gratiam renitentem, splẽdoremque pietatis. Illa anima bene picta est, in qua elucet [o] diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta est: in qua est splendor gloriæ & paternę imago substantiæ. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretiosa est. Secundum hanc imaginem [p] Adam ante peccatum [depictus † fuit:] sed ubi lapsus est; deposuit imaginem cælestis; sumpsit terrestris effigiem.

[absũt ab ori.

c ¶Induite.] Scillicet habitum virtutis.
d ¶Nouum.] Hominem id est, rationabilem mentem.
e ¶Qui renouat,] i. magis & magis crescit, & acquirit cognitionem Dei: & illa renouatio fit secundum imaginem eius.
f ¶Eius.] Id est, imaginem eius in rõne, quæ est imago Dei: vnde Esaias, Non credidistis nisi intellexeritis in spiritu.
g ¶Qui creauit eũ.] i. nouum hominem in agnitionem sui, ad hoc vt ipsum Deũ agnosceret.
h ¶Stola.] alludit Euãgelicę parabolæ de ꝓdigo filio. 37. dist. c. legimus. §. hinc etiã.
i PRinceps.] Vitiorum] Peremit.] id est necessitate moriendi adstrinxit.
k ¶Charitate.] Sup. 16. q. 2. visis. contra.
l QVando.] ¶Solus.] Ar. pro solitudine. 32. q. 1. nuptiæ. 7. q. 1. illud. cõtra. sũ 81 di. in omnibus, contra extra de statu. mona. c. 2. cõtra extra de of. delega. prudentiam. contra. Sol. per c. 28. q. 1. sæpe.
m PRimus.] ¶Cõfabulator.] Id est per cõtemplationem de illo cogitando. t.
ILla anima.] C A S V S. Dicitur hic qui illa anima depicta est, quæ habet gratiã renitẽtẽ splẽdore pietatis, & quæ in se habet effigiẽ diuinæ operatiõis, & imaginẽ paternę substãtiæ. sed hæc omnia per q̃ designantur virtutes, amisit Adam postquã

t Vel dico Confabulator, s. angelorũ: q a corum colloquio frequenter vtebatur.

imaginem Dei appellat virtutes, quibus homo Deum imitatur. [Stola.] Alludit historiæ de ꝓdigo filio: cui .s. pater iussit dari primã stolã, scilicet vestẽ charitatis & iustitiæ, quam per peccatum amiserat. quę historia habet ut su 37. dist. c. legimus. §. hinc etiam. Sequentia tria c. plana sũt, scilicet, [princeps. quãdo primus.] Cõ- lapsus fuit, Sequentia tria c. patent, scilicet, [similem. sapiẽs. vt cognouerũt.] Nudi,] vestibus corporalibus.
n ¶Illa anima.] Hæc verba sunt Apostoli in epistola ad Hebræos.
o ¶Elucet.] Per imitationem.
p ¶Imaginem.] Id est, imitationem.

Idem de fuga sæculi, c. 4.

C. XXXVI.

SImilem Dei esse, est habere iustitiam, habere sapientiã; & in virtute esse perfectum.

Idem libro secundo de Iacob, & vita beata, c. 5.

C. XXXVII.

SApiens [a] nunquam inanis est; semper in se habens amictum prudentiæ, qui potest dicere: [Iustitiã induebam, & vestiebam iudicium.] sicut dixit Iob. *Iob 27.* Namque hæc mentis sunt interna velamina; quæ nemo [b] alius potest auferre, nisi cum aliquem sua culpa despoliat. Denique sic despoliatus Adam nudus [c] inuentus est.

Idem in libro de Isaac, & anima, c. 5.

C. XXXVIII.

SEd nec Adam primus α [d] nudus erat; quando eum innocentia vestiebat.

α ¶Primus] *In originali est.* primo, *Sed ob glossam non est mutatum Vox autem* homo, *quæ in vulgatis sequebatur, abest etiam à multis manuscriptis.*

Idem in libro de paradiso, c. 13.

C. XXXIX.

VT † cognouerunt, quòd nudi essent.] Et ante quidem nudi erant: sed non sine virtutum integumentis. *† Et] orig. Gen. 3.*

Opponitur [e] etiam illud, quod omnis clamat [f] auctoritas, si sic permansisset, vt erat ante peccatum; esset translatus in gloriam, quam habituri sunt sancti: sed nemo adultus sine charitate intrat: charitatem ergo habebat. ¶ Item opponitur de Moyse, cuius fidem Apostolus in epistola sua ad Hebræos commendans, dignis præconiis eius merita prædicauit: dum se negauit esse filium filiæ Pharaonis [g], malens affligi cum fratribus, quam perfrui iucunditate temporalis palatii: dum fratri compatiens, Aegyptium sabulo obruit: dum veritus animositatem regis, Aegyptũ reliquit [h], dum diuino vallatus auxilio, regis furorem contempsit, atque in virtute signorum populum de Aegypto eduxit. Quæ omnia quibus laudibus sunt efferenda, si tunc charitas in eo non erat: cum non habeat aliquid viriditatis in se ramus boni operis, nisi procedat ex radice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat, cui Dominus facie ad faciem loquebatur; sicut homo solet loqui cum amico suo? Quomodo charitatem non habebat: qui pro populo supplicans dicebat: [Aut dimitte eis noxam hanc: aut me dele de libro [i] tuo?] An non proximũ diligebat qui pro populo se obiiciens, illum ab interitu liberauit? An nõ diligebat Deũ, qui pro eo in vituli cultores desæuiens, ipsius vituli caput in puluerem comminuit: atque vt in secessum proiiceretur, aqua mistum Israelitis bibendum dedit, nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri præcipiens, vt populum, cuius erat interitus maior futurus, reconciliaret Deo? An non charitatem habebat, de cuius spiritu Dominus accepit, &

Heb. 11.
Exo. 2.
B Gre. homilia 27.
Exo. 33.
Exo. 32.
Num. 16.
Exo. 33.

a SApiens.] Hæc sunt, scilicet virtutes.
b ¶Quæ nemo.] su. 33. q. 5. de pudicitia.
c ¶Nudus.] à virtutibus.
d SEd nec Adam primus.] aliàs, prius est, id est, in primo statu suo.

VT cognouerũt.] OPPONITVR. CASVS. Sicut Gratianus opponit ad id quod dictum est supra in princ in illo §. [Item sine charitate] vbi dicitur, quod non habet charitatẽ qui postea peccaturus est criminaliter, quod ostendit esse fallum exemplo Adę, Moysi, & Aaron, & Dauid, qui habuerunt charitatem, sicut in littera probaẽ: tamen postea amissa charitate peccauerũt mortaliter. ita ponitur casus iste, licet videaẽ valde prolixus. Vel põt dici, ꝙ opponitur contra hoc, ꝙ charitas semel habita deseri non põt. [Si sic permansisset.] scilicet Adam; quod postea dicit. [De cuius spiritu, scilicet scientia & gratia, faciendo eos prudentes.] Ad aquas contradictionis: quia etiam electi desperauerunt de potentia Dei quasi contra dicentes promittenti. Et ad hoc inducit sequentia capitula.

e ¶Opponitur.] Contra id scilicet quòd charitas semel habita deseri non potest.

f ¶Omnis clamat.] id est, nulla negat. nam clamare dicitur ex quo non contradicit, argumen. ff. de vsufr. ac. l. 1. §. vlt. vel omnis, qui loquitur de hac materia. si 1. dist. omnes leges. aliàs 2. quæstio. 5. omnes leges.

g ¶Filiæ Pharaonis.] scilicet Thermoth, ꝗ Moysen de fiscella scirpea, in qua mater illum exposuerat suscipiens, eum nutriri fecit, & tandem eum adoptauit in filium, vt in apologo inuenitur.

Moysen filia Pharaonis in filiũ adoptauit.

h ¶Reliquit.] Et fugiẽs per desertum in terram Madian, duxit filiam Ietro: ex qua suscepit duos filios.

i ¶De libro.] Scilicet vitæ præsentis. Vel dic vt supra 45. dist. disciplina.

a ¶Se-

Num. 11. *super septuaginta [a] seniores [b] Israel præposuit? Qui ta-*
men ad aquas contradictionis de Dei potentia, sine de e-
ius benignitate dubitans, cum cætera certa fide promisis-
set, producturus aquam de petra, diffidenter exercuit di-
Num. 20. *cens: [Nunquid de petra hac potero nobis educere a-*
quam?] Quod nulli leue videatur [c], cum in pœnam de-
licti eius, sibi, & Aaron à Domino dictum sit: [Quia
non exaudistis vocem meam, ut glorificaretis me coram
filiis Israel, non introducetis populum hunc in terram,
Exo. 4. *quam dedi eis.] An charitatem non habebat Aaron,*
quando fratri coadiutor [d] datus est. ut esset os eius [e] ad
Num. 23. *populum, vt per eum signa fierent in Aegypto? Qui ta-*
men in cultura vituli postea consensum [f] populo adhibuit.
An charitatem non habebat quando ex omni multitudine
filiorum Israel solus a Domino electus [g] est, ut pontifica-
tu ante eum fungeretur? Si charitatem non habebat, bo-
nus non erat: Si autem bonus non erat, cur præ cæteris à
Num. 16. *Domino in Pontificem electus est? An charitatem non*
habebat, quando pro populo cum thuribulo incendio se op-
posuit [h], & iram Dei placauit? Et tamen, ut præmissum
est, ad aquas contradictionis iram Domini aduersum se
postea prouocauit. Nunquid etiam Dauid charita-
1 Reg. 16. *tem non habuit, super quem spiritus Domini à die vn-*
ctionis directus est? An forte dicitur esse directus super
eum, vt ex tunc gratiam prophetandi [i] haberet, non vt ex
eo gratiam diuinæ dilectionis acciperet? Quod absurdum
Act. 13. *plane videtur de eo sentire, de quo Dominus ait: [Inue-*
1. Reg 24. *ni, hominem secundum cor meum.] Quomodo etiam*
charitatem non habebat, qui quærenti animam suam pe-
percit? qui oram clamydis eius præcidit [k], postea cor suum
grauiter percussit clamans: [Quem persequeris rex Is-
rael, canem mortuum, & culicem vnum?] Quomodo
charitatem non habebat, qui mortem inimici sui tam gra-
2. Reg. 1. *uissime tulit? Quomodo charitatem non habebat, qui a-*
quam de cisterna Bethleem suorum periculo sibi oblatam
2. Reg 33. *non bibit [l], sed coram Domino libauit? Quomodo chari-*
tatem non habebat, qui irrisus à Michol filia Saul, eo quòd
ante arcam Domini citharam, & psalterium percutiens
saltasset, ait: [Ludam, & vilior [m] fiam in oculis meis?]
Si charitatem non habebat, qua conscientia securus im-
Psal. 7. *precabatur sibi ipsi dicens; [Si reddidi retribuentibus mi-*
Psal 35. *hi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis?] Si cha-*
ritatem non habebat, qua temeritate iuste se iudicari ro-
gabat, dicens: [Iudica me [n] Deus secundum iustitiam
Psal. 25. *meam, & secundum innocentiam meam super me?]*
2. Reg 11. *Idem: [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia*
mea ingressus sum?] Et tamen post tot, & innumera alia
diuinæ, & supernæ dilectionis inditia, quàm grauiter de-
liquerit, nullus ignorat, qui Bethsabeæ [o] adulterium, & Vriæ homicidium au-
diuit: Cuius pœnitentiam si sine charitate Domino obtulit, veram cordis con-
tritionem non habuit. Quomodo ergo sacrificium cordis contriti, & spiritus
1 Reg 11. *contribulati Domino promittere audebat, dicens: [Si voluisses sacrificium, de-*
Psal 50. *dissem vtique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribu-*
latus? &c.] Denique cum falsæ pœnitentiæ nulla a Deo promittatur remissio,
2. Reg. 12. *quomodo a propheta [p] audire meruit, [Dimissum est tibi peccatum tuum,] si*

a ¶Septuaginta.] Supra 84. distinct. porro.
b ¶Seniores.] Faciendo eos prudentes, & peritos ad similitudinem Moysi, non autem de spiritu eius aliquid subtrahendo, vt scirent regere populum, cum Moyses iam solus non sufficeret.
c ¶Videatur] Scilicet hoc peccatum. 33. quæstio. 4. §. cum superna.
d ¶Coadiutor.] Cũ Moyses esset aliquantulum impeditæ linguæ.
e ¶Os eius.] Loquendo pro Moyse.
f ¶Consensum.] Supra 50. dist. 5. si post. §. econtra.
g ¶Electus.] Supra 95 dist. c. 1. o.
h ¶Opposuit.] Succenso Chore cum familia sua. 7. quæst. 1. den que.
i ¶Prophetandi.] Nõ est sufficiens probatio, quòd charitatem ideo habuerit. nam & Saul prophetauit, vt supra 1. quæst. 1 prophetauit. — Saul prophetauit.
k ¶Præcidit.] Supr 2. q. 7 cap. plerumque, § de his.
l ¶Non bibit.] Supra dist 41. delic æ.
m ¶Et vilior.] Id est, humilior.
n ¶Iudica me.] Secundum iustitiam: ergo sciebat se charitatem habere: & bene potest ex reuelatione: aliter non crederem. vnde Apostolus: Nihil mihi conscius sum, &c. 1. dist. 3. §. adhuc. ver. non enim. — Charitatẽ se habere an possit aliquis cognoscere.
o ¶Bethsabeæ.] Sup. dist. 50. capit. si post. §. econtra.
p ¶A propheta.] Scilicet Nathan.

FV-

FVGERAT SANCTVS. CASVS. Primo ponuntur verba Ambrosij, quæ probant, quòd Dauid charitatem habebat cum fugit à facie Saulis. Postea dicit Gratianus, quòd Dauid charitatem habebat, & postea peccauit in dinumeratione populi. Postea dicit, ꝙ secundum illam sententiam, quæ dicit, ꝙ charitas non potest amitti, & quod nunquam habuit charitatem qui criminaliter peccat: veram remissionem peccatorum in baptismo non fuit consecutus, qui postea criminaliter peccauit: siue fuerit adultus siue infans, qui ad baptismum accessit: & licet huic sententiæ Iouiniani videatur alludere quod legitur in epistola Ioannis. Qui natus, &c. sententia tamen illa est veritati aduersa, vt ostendit Hieronymus in sequenti capitulo. Et no. quòd secundum Hu. ibi incipiunt verba Gratiani, [cui sine charitate. [Generatio,] Id est, gratia. [Quantum.] Id est, quantumcunque. Historia autẽ Dauid habetur, supra 1. q. 4. ecclesia. §. itẽ Dauid.
a ¶Populi.] Supr. 24. q. 1. non afferamus.
b ¶Pœna.] Sup. 1. q. 4. ecclesia. §. itẽ Dauid.
c ¶Sententiam.] Id est, opinionẽ, quæ asserit, ꝙ qui peccatur est, nunquam habuit charitatem, vt in principio huius dist.
d ¶Renatus.] Hoc bene soluit magister in fine.
e ¶Sed generatio.] Id est, Deus regenerans.

ducit ẽt auctoritatẽ Iacobi, per quam probat, ꝙ boni possunt peccare. In tertia parte illud idẽ ostẽdit exemplo Dauid Salomonis, & Iesu filij Iosedech, & quorũdam aliorũ, qui peccauerũt mortaliter, licet primo haberent charitatẽ, quod ẽt in Angelis contingit. Secunda

veram cordis contritionem non habuit? Euidenter itaque apparet eum tunc charitatem habuisse, & ex charitate sacrificium cordis contriti, & spiritus contribulati Domino obtulisse: alioqui temerarie postulasset: [Auerte faciem tuam à peccatis meis,] & cætera quæ in eodem psalmo continentur, nisi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum prouocasset. De quo etiam sanctus Ambrosius in libro de Isaac, cap. 3. scribit dicens: [Fugerat sanctus Dauid odia Saul regis, non relinquens terras, sed declinans contagia regis immitis, & superbi: quia mens eius adhærebat Deo,] cui sine charitate nullus adultus adhærere potest. Et tamen, quàm grauiter in populi [a] *dinumeratione postea deliquerit, ipsius delicti pœna* [b] *indicauit. Item secundum hanc sententiam* [c]*, qui criminaliter deliquerit, veram peccatorum remissionem in baptismo consecutus non est, siue in annis infantiæ, siue adultus ad baptismum accessit: quia Dei amorem non habuit, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam: atque ita secundum hæresim Iouiniani, si vere ex aqua, & spiritu sancto quis renatus* [d] *fuerit, vlterius criminaliter peccare non potest: vel si criminaliter peccat, aqua tantum, non spiritu probatur esse renatus. Cui sententiæ illud epistolæ Ioannis consentire videtur: [Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius manet in eo: & non potest peccare, quia ex Deo natus est. In hoc enim manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli.] Et in fine epistolæ: [Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio* [e] *Dei conseruat eum: & malignus non tangit eum.] Verum hæc auctoritas Apostoli, quantum illi sententiæ faueat, atque illa secta erroris quantum veritati sit aduersa, Hieronymus ostendit scribens contra Iouinianum, libro 2. in principio.*

Ps. 50.

Mutatis verbis, sed incolumi sententia.

Sent. 3. dist. 30. 2. *Reg.* 34. & *Paralip.* 21.

1. *Io.* 3.

C. XL.

SIenim [f], inquit, omnis, qui natus est ex Deo nõ peccat, & à diabolo tentari nõ potest; quũo præcipit, vt caueãt, ne tententur; dicẽs: [Filioli custodite uos à simulachris:] & in eadem rursus epistola: [Si dixerimus, quia pecca-

Omissis aliquot verbis.
1. *Io* 5.
1. *Ioan.* 1.

SI enim inquit.] CASVS. Hoc est cap. Hier. scribẽtis contra Iouinianum hæreticum: & protenditur vsque ad §. sequentem [euidenter.] Et primo opponit Iouiniano ducendo eum ad incõueniens: & ostendendo ꝙ verba Ioannis intelligenda sunt per comparationem. Hu. igitur casum istius c. sic ponit. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Hier. ꝙ illa auctoritas Ioannis. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat: nõ ita intelligẽda est ꝙ postquã aliqs recepit gratiã, & habuit charitatem, peccare non possit. si enim sic intelligeret. iam cõtradiceret sibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis. Si dixerimus, ꝙ peccatum non habem⁹, ipsi nos seducim⁹. Est ergo sic intelligẽda illa auctoritas. [Qui nat⁹ est ex Deo.] i. qui recipit gratiã Dei nõ peccat, donec ꝑseuerat in ea. In secunda parte ꝓcedit circa eadẽ verba Ioãnis, & auctoritate Iob & Pauli, & exẽplo Petri ꝓbatur ꝙ quilibet põt peccare, & in da pars ibi. [Et beatus Iob.] Tertia ibi Dauid elect⁹. [ille,] s. Ioãnes. [Aduersari⁹.] s. Iouinian⁹. [Nihil,] s. peccati. [Peccatum fecit] i. hostiam pro peccato, vel similitudinem peccati, quia similis fuit peccatoribus. [Soluit.] s. Paulus. [Reuera.] verba Hierony. [Non est volẽtis.] s. ipsum currere. [Ad calcem.] Id est, finẽ vel perfectionẽ,] Nouam imperitiæ functionẽ,] Id est, nouã & perniciosam adinuentionem. similiter verba sunt Hieronymi. [In lumbis,] quãtum ad viros. [Super vmbilicum.] Quãtum ad mulieres.] Partitionem.] Id est, disputationem, quam cum Iouiniano habebat.
f ¶Si enim.] primo opponit Iouiniano, ducendo eum ad inconueniens. tandem ostensurus qualiter verba Ioannis sunt intelligenda per compositionem. Hug.

CASVS. Primo ostendit Hieronymus, quod illa auctoritas Ioannis: omnis qui natus est ex Deo nō peccat, nō ita intelligenda est, quod postquam aliquis recepit gratiam, & habuit charitatem, peccare non possit: si enim sic intelligeretur, ergo contradiceret sibi Ioannes, qui bapti-

Deus verax, omnis autem homo mendax.

e ¶Et verbum eius.] Scilicet Christi, qui veritas est, vt infra eod. cap. ver. qui dicit.

d ¶Baptizatus.] Similiter de alijs Apostolis dicēdum quòd fuerint Baptizati. arg. de consec. dist. 4. cap. quando. & cap. si eos.

tum [a], non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus, mendacem [b] facimus eum, & verbum eius [c] non est in nobis.] Existimo, quòd Ioannes baptizatus [d] ad baptizatos scripserit, & quòd omne peccatum à diabolo [e] fit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem, post baptisma, peccatorum. Et Iouinianus meus dicit: [Ne tangas me, quoniam mundus sum.] Quid ergo? Contraria sibi Apostolus loquitur? minime [f]. In eodem quippe loco, cur hoc dixerit, statim edisserit:

1. Ioan. 2. [Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis [g]: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum †: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi [h]. Et in hoc scimus, quòd cognouimus [i] eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nôsse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat uerbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] Propterea, inquit, scribo vobis filioli mei, omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, vt non peccetis [k], & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis [l]: immo [m], qui in generatione Domini perseuerant, peccare non possunt [n].

2. Cor. 6. Quæ enim communicatio luci, & tenebris; Christo, & Belial? Quomodo dies, & nox misceri non quærunt; sic nec iustitia, & iniquitas; peccatum, & bona opera; Christus, & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, ilico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam [o] ingressus fuerit diabolus; protinus Christus recedit: vnde & Dauid [p] post peccatum:

Psal. 50. [Redde mihi, ait, lætitiam salutaris tui.] scilicet, quam

† Adde Alber. de Ro. n l. t. C. de suffrag. in q. an officiū adu. de iure diuino sit licitū & meritoriū t vbi ostēdit Saluatorē nostrum sæpius vsum fuisse officio aduocationis.

e ¶A diabolo.] Saltem per imitationē, non per suggestionē, quòd ipse scilicet sit auctor omnis peccati mortalis, cū multa interius eo ignorante committantur mortalia, vnde Aug. Diabolus non est immissor malorum cogitationū, sed incensor. 26. q 4. cap. vlt. Vel dicitur hoc habito respectu ad initium primi peccati, quod eo suggerente factum est. & vnde omne peccatū propagatum est hoc nisi sic exponeres, cō tradiceret illud psalmistæ: Ab occultis meis, &c. Et illud: Incensa igni & suffossa, &c. infra eo. cap. vers. quamquam.

Diabolus an sit auctor omnis peccati.

f ¶Minime.] Quoniā in diuina pagina contrarietas vera non inuenitur. 23. q. 5. quid ergo. 28. q 1. sic enim sup e. di. t. perniciose.

g ¶Nō peccetis.] Dicendo scilicet, nō peccauimus.

ADDITIO. Quasi dicat, ne malam securitatem assumatis dicēdo, vos esse sine peccato: secundum Hu.

h ¶Totius mundi.] Etiam infidelium: quia ecclesia bene orat pro infidelibus. argum. supra ead. distinct. o: in capit. charitas est. vers. item proximos. non tamen pro iam mortuis. 12. q 2. non existimemus.

Ecclesia pro infidelibus orat.

baptizatus dicebat baptizatis: si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Intelligenda est ergo sic illa auctoritas, qui natus est ex Deo, id est, qui recepit gratiam Dei, non peccat, scilicet donec perseuerat in ea. Secundo procedit circa ea verba Ioannis, & auctoritatem Ioannis & Pauli probātium, quòd quilibet peccare potest, Inducit etiam auctoritatem Iacobi, & probat etiam quòd boni peccare possint. Vltimo ostendit illud idem exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem: quod etiam in Angelis contingit.

Serui inutiles sumus. a ¶Peccatum.] Saltem veniale, & alibi, Cum omnia feceritis: dicite, quia inutiles serui sumus. & Greg. væ, iusto si remota misericordia à Deo iudicetur. arg. sup. dist. t. quem pœnitet.

b ¶Mendacem.] Ipse enim dixit omnem hominem peccatorem. cum dixit per prophetam, Omnis homo mendax. & Paulus in epistola ad Romanos. Est autem

i ¶Cognouimus.] Id est, dileximus.

k ¶Non peccetis.] Mortaliter. aliàs contrarium esset ei quod dixit supra, si dixerimus quia peccatum, &c.

l ¶Peccaueritis.] Hactenus sunt verba Ioannis: quæ sequuntur, sunt verba Hieronymi.

m ¶Immo.] Hic aperit Hieronymus qualiter verba sine dicta Ioannis sunt intelligenda per compositionem, scilicet vt quis dum moratur in sanctitate percepta & generatione Dei, quòd peccet mortaliter, est impossibile.

n ¶Non possunt.] Coniunctim intellige, scilicet permanentes in charitate 33. q. t. cum renunciatur, supra dist. 10. considerandum.

o ¶Ianuam.] Dicit Aug. quod illæ duæ sunt portæ, quibus intrat diabolus, s. cupiditas, & timor. per easdem e contrario intrat Deus, isti sunt aperiendæ, illi claudendæ. infra dist. 7. c. 2. & 3.

Diabolus intrat in homines per duas portas

p ¶Vnde Dauid.] Istud non continuatur proximo, sed superiori, si susceperimus, &c.

a ¶Mendax.] Saltem opere. 11.q.3. existimant. 22.q.5. cauere.
b ¶Via.] In exemplo via non erraos.
ADDITIO. Vel dic via, per quam itur. Hug.
c ¶Veritas.] In promisso veritas non fallens. 1.
d ¶Vita.] In præmio vita noo moncos.
e ¶Peccatum est.] Magis quàm si nesciret, non ideo tameo excusaretur. 23. quæst. 4. ea vindicta.
f ¶Sic & fides.] Supra. 1.q.1. fertur. & c. sicut vrgeri.
g ¶Nosse.] Supra 24. q.1. didicimus.
h ¶Dęmones.] Cum credere bonum sit opus. & collige contra multoruio opioionem diabolum bonum operari. Vnde in epistola ad Corinthios ibi, [Alij discretio spirituum.] vbi dicitur quòd & diabolus agit bona seductorie. supra. 1. distin. potest.
i ¶Credant.] Fide sed quia non diligūt fide illa non merentur.

ELIGAT. Hæc est quarta pars distinctionis, in qua probat per sex auctoritates, q̃ nullus est sine peccato, nec infans vnius diei. & hoc probat primo per Iacobū. Secūdo per Dauid. Tertio per Iob. Quarto per Ioannem. Quinto per Petrum. Sexto per Paulum: Io. de Fant.
k ¶Si autem.] Supple noo manet.
ADDITIO. Hæc glo. procedit sine hoc sub aud. to. ooo habet locum, si hoc est in textu.
l Peccatum.] Id est, hostiam pro peccato. nam antiqui peccata dicebāt sacrificia pro peccatis. Vel peccatū, id est, Christu habentem similitudinem carnis peccati, id est, mortalem, & similem carni peccatrici. Vel peccatum, id est, peccatorum puniri pœna.
l Peccatum.] Aliàs peccatum fecit se Deus, id est, peccati pœnā pertulit. Vnde illud: Peccata nostra ipse portauit.

qui lingua non offendit.
ADDITIO. Ideo lingua nostra circumcidenda est: quia dicit Salomoo in Prouer. In manibus linguæ vita & mors. vnde est circumcidenda per cultellum discretionis. Archid.

Vel dic veritas: ad quā itur H. vel dic via. similitātib⁹ me, veritas diligētibus me: vita vsq; in finē perseuerātib⁹ in me, secūdum Hug.

Diabolus bonum operatur.

peccando amiserat. [Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax [a] est, & in eo veritas non est.] Christus veritas appellatur: [Ego sum, inquit, via [b], & veritas [c], [& † vita [d].] Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus? [Scienti bonum, & non facienti illud, peccatum est [e]. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est: sic & fides [f] sine operibus mortua est.] Nec grande putemus vnum Deum nosse [g], cum & dæmones [h] credant [i], & contremiscant. [Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] 4 ¶ Eligat aduersarius è duobus, quod vult: optionem enim damus; manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem [k] temerarium est similitudinem virtutum Domini pollicere; non manet in Christo, quia non ingreditur, vt Christus. Ille peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil? qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum [l], eum fecit Deus. Nos autem iuxta epistolam [m] Iacobi multa peccamus omnes, & nemo mundus a peccatis, nec infans † [n], si vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse à peccatis? tenemurque rei in similitudinem præuaricationis Adæ. Vnde & Dauid: [Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.] Et beatus Iob: [Si fuero iustus [o], os meum impia [p] loquetur: & si sine crimine [q], prauus inueniar: & si purificatus in niue, & lotus mundis manibus, satis me sorde tinxisti [r], & execratum est me vestimentum [s] meum.] Verum, ne penitus desperemus, arbitrantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temperat: [Et si quis peccauerit [t], aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.] Hoc ad credentes post baptisma loquitur: & aduocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit, si quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrem, Christum; & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos diceres non plena fide baptisma consecutos: sed: [aduocatum, inquit, habemus apud patrem, Iesum Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris,] & non solum pro Ioannis, illorumque peccatis, sed etiam:] pro totius mundi.] In toto autem

Io. ibidem
Io. 14.
† absunt à B. Hieronymo
Iac. 4.
Ioan. ibidem
1 Pet. 2.
Io. 14.
2. Cor. 5.
Iac 5.
† abest ab orig.
Iob. 14. ex 70.
Prou. 20.
Rom. 5.
Ps. 50.
Iob 9. ex 70. quibusdam omissis
Ioan. ibid.

m ¶Epistolam.] In tertio capitulo.
n ¶Nec infans.] infra. ead. dist. 3. cap. adhuc lostant.
o ¶Si fuero iustus.] Id est, si dixero me esse iustum. id est, sine peccato.
p ¶Impia.] Vt enim dicit scriptura perfectus est vir, qui lingua non offendit.
q ¶Et si sine crimine.] i. si dixero me sine crimine, &c.
r ¶Tinxisti.] Id est, tingi, permisisti, permittendo me hoc dicere. o tu Deus.
s ¶Vestimentum.] Id est, corpus: quod ideo dicitur vestimentum: quia vestit animam. 35. dist. c. 6.
t ¶Peccauerit.] Nō excludēdo se, sed se eis cōnumerat. & hoc est qđ sequitur: sed aduocatū habemus, &c.

Corpus est animæ vestimentum.

a ¶Om-

a ¶Omnesque.] Supra dist. 10. si Romanorum.
b ¶Vt cribraret.] Id est, vt diuersis pœnis affligeret, vt essetis palea, id est, mali. sed cribrati estis sicut triticum id est, purgati sicut in area recedit palea, & remanet triticū. vnde illud, vt, consecutiuum est hic. simi. 2. q. 2. be-

tatem futuram iam spe gustauerunt.
l ¶Et prolapsi.] Grauiter peccando.
m ¶Renouari.] Per baptismum, nō per penitentiam: negat iterationem baptismi, sed non negat penitentiā: qa impossibile est, natos ad penitentiā, qui semel hoc acceperunt, rursus renouari, id est, baptizari: renouari enim est nouum fieri, nouum autem facere lauare est. extra de reg. in c. omnis res.
n ¶Iterum.] Renouari ad recuperandum iustitiam. & eos dico si baptizentur.
o ¶Ad pœnitentiā.] id est, nomine penitentię: quasi dicat, non potest quis rebaptizari, vt sic veram agat penitentiam: & si fecerit, rursus crucifiget Christum quantū in ipso est. baptismus enim Christi passionem significat. inf. de consec. dist. 4. proprie. Vel ideo dicit. Rursus crucifigētes Christū: quia sicut impossibile est q rursus crucifigatur, ita impossibile est q rursus baptizet in pœnitētia. Vel dic, vt in glo. q̄rū, &c.
p ¶Sibimetipsis.] Id est, quantum ad seipsos, quia mors Christi vnum baptismū cōsecrauit, quod sufficit ad omnia peccata delēda, sicut & illa mors sufficit ad omnia peccata tollēda, qui vero iterat baptismū quasi illa mors vna & vnum ea ea non sufficiat; iterat baptisma, & mortem Christi quātum in se est, vel iterandam insinuat, vt ex ea iterata fiat remissio peccati: quod est impossibile. Sicut enim impossibile est iterum Christum crucifigi, ita & secundo per baptismum aliquem mori peccatis.

mundo & Apostoli sunt, omnesque [a] credentes. Ex quibus liquido comprobatur post baptisma posse peccari. Frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum, si peccari non potest. Petrus apostolus, ad quem dictum fuerat: [Qui lotus est, nō necesse habet, vt iterum lauet.] & [Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiā meam.] ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus:
Io. 13. *Matth. 16.* *Luc. 22.* [Simon, Simon, ecce; inquit, satanas postulauit vos, vt cribraret [b] sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ne deficeret [c] fides tua.] *& infra.* ¶Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam sunt dimissa? Quid oramus, ne intremus in tentationem, & vt liberemur à malo, si diabolus tentare non potest iam baptizatos? *Matth. 6.* Aliud [d] autem est, si ad catechumenos hæc oratio pertinet [e], & non conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas castigat *1. Cor. 9.* corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs prędicās, ipse reprobus inueniatur. *& infra.* ¶Ad Hebræos quoque scribens ait: *Heb. 6.* [Impossibile est enim eos, qui semel sūt illuminati [f], & gustauerunt [g] donum cęleste, & participes, facti sunt spiritus sancti [h], gustaueruntque nihilo minus bonum Dei verbum [i], virtutesque [k] sæculi futuri, & prolapsi [l], sunt renouati [m] iterum [n] ad pœnitentiam [o], rursus crucifigentes sibimetipsis [p] filium Dei & ostentui habentes.] Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt Dei donum cęleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum; negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt; quomodo nunc Apostolus dicit: [Et prolapsi sunt.] Verum ne Montanus, & Nouatus hic rideant [q], qui contendunt non posse renouari per pœnitētiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostentui habuerunt; consequenter hunc errorem soluit, & ait: [Cōfidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora salutis, tametsi ita loquimur [r]. Non enim iniustus [s] est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis [t] in nomine ipsius [u], qui ministrastis [x] sanctis suis, & nunc ministratis.] Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non

De Montani sectatorib', vide eundē in epist. ad Marcellam.

Baptismus passionem Christi significat.

Mors Christi suff[illegible] ad oīa peccata del[illegible]da.

Ecclesia tota deficere nō potest. Petrus non dicitur cecidisse, qui statim surrexit.

2. benedictio. & c. seq. B.
c ¶Deficeret.] s. finaliter. Vel loquitur ad Petrū in persona ecclesię, quæ tota non potest deficere. Vel non dicitur Petrus cecidisse: quia statim surrexit. argu. extra de verb. sign. nam & ego.
d ¶Aliud.] Inconueniens est. & hoc probat statim.
e ¶Pertinet.] Hoc dicebant hæretici.
f ¶Illuminati.] Per baptismum & fidem.
g ¶Et gustauerunt.] Id est, remissionem peccatorum quasi gustum suauem perceperunt in baptismo.
h ¶Spiritus sancti.] Id est, diuersorum bonorum spiritus sancti, de quibus exponitur 30. q. 1. peruenit.
i ¶Verbum.] Id est, Euangelicam doctrinam.
k ¶Virtutesque.] Id est, immortalitatē & impassibili

q ¶Rideant.] Id est, derideant nos.
r ¶Loquimur.] Dure scilicet terrendo & increpando, quasi dicat, non diximus hoc putando vos esse tales, scilicet spinis plenos: sed timentes ne tales efficiamini, terremus vos verbis.
s ¶Iniustus.] Quasi dicat, ideo confido de vobis, qui olim bona multa operati estis, pro quibus si penitueritis de malis, benefaciet vobis Deus. & hoc est, non est, &c vt sup. ea. dist. §. hoc itaque. c. non est.
t ¶Ostendistis.] i. ea quo primo bona fecistis opera.
u ¶Ipsius.] Id est, ad honorem Dei, & recte dixit, operis: quia ministratis, &c. Hug.
x ¶Ministrastis.] Hic argu. quòd de bonis loquitur post peccatum exhibitis.

suſciperet. Ita locutus ſum, inquit Apoſtolus, vt vos à peccatis retraherem, & deſperationis [a] metu facerem cautiores. Cęterum confido de vobis, dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſalutis. Neque enim iuſtitiæ [b] Dei eſt, vt obliuiſcatur bonorum operum, & miniſterij, quod propter nomen eius exhibuiſtis, & exhibetis [c] in ſanctos, & tantum meminerit peccatorum. *& paulo poſt.*

¶ Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioquin, vbi neceſſitas [d] eſt, nec damnatio, nec corona [e] eſt. Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus (non eſt enim volẽtis, neque currentis, ſed miſerentis, & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem [f]) ſic in malis, atque peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua [g], & perfectio diaboli. Cum viderit nos ſuper fundamentum Chriſti ædificare fœnum, ligna, ſtipulam [h]: tunc ſupponit incendium [i]. Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pretioſos; & tentare non audebit. Quamquam & in hoc non ſit certa, & ſecura [k] poſſeſſio. Sedet quippe Leo in inſidijs, & in occultis [l], vt interficiat innocentem: & vaſa figuli probat fornax, homines autem iuſtos tentatio tribulationis. Et in alio loco ſcribitur: [Fili accedens [m] ad ſeruitutem Dei præpara te ad tentationem.] Rurſus idem [n] Iacobus loquitur: [Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. Si quis auditor eſt verbi: & non factor; iſte ſimilis eſt viro, qui conſiderat vultum [o] natiuitatis ſuæ in ſpeculo; cõſiderauit illum, & ſtatim recedens, oblitus eſt qualis ſit.] Fruſtra monuit, vt iungerent opera fidei, ſi poſt baptiſma peccare non poterant [Qui totam legem, inquit ſeruauerit, & peccauerit in vno; factus eſt omnium reus [p].] Quis noſtrum abſque peccato [q]? concluſit Deus omnia [r] ſub delicto, vt omnibus miſereatur. Petrus quoque: [Nouit, inquit, Dominus pios de tentatione [s] eruere.] Et de falſis doctoribus: [Hi ſunt [t] fontes [u] ſine aqua, & nebulæ [x] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarũ reſeruatur. Superbia † [y] enim vanitatis loquentes pellicient [z] in deſiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugerant [a], in errorem reuerſi ſunt.] Nonne tibi videtur pinxiſſe [b] ſermo Apoſtolicus nouam imperitiæ factionem [c]? Aperiunt enim quaſi fontes ſcientiæ, qui cum aquam non habeant doctrinarum, promittunt imbrem, velut

Rom 9. 1.Cor.3. Pſ 9. Eccl.28. Eccl 2. Iac.1. Iac.2. Ioan.8. Rom.11. 2.Pe.2. Pet. ibidem † al. Superbæ] orig.

Metus deſperationis plerumq; retrahit à peccato.

Pauper parce viuendo non meretur.

Calx qualiter ſumitur.

Pellices vnde dicantur.

a ¶ Deſperationis.] Quaſi dicat, nolo vos deſperare de venia: ſed ita locutus ſum, vt metu deſperationis (qui plerumque retrahit à peccato) vos facerem cautiores.

b ¶ Iuſtitiæ.] Quia non eſt tam crudelis Deus, &c. ſup. ead. diſt. non eſt.

c ¶ Exhibetis.] Hic arg. quod loquitur de bonis exhibitis poſt peccatum.

d ¶ Neceſſitas] Arg. quod ſpado non meretur continendo, nec pauper parcè viuendo, cũ ex neceſſitate hoc faciat. 31. q. 5. tunc ſaluabitur. ſu. 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

e ¶ Nec corona.] Si Deus ad partem nos tantum cogeret vnã: Tunc nihil afferret gratia vel meritum. 23. q. 6. §. vlt. verſus. principium.

f ¶ Ad calcem.] Id eſt, præmium bonorum operum, vel ad vitam æternam. Vel calcem, id eſt, finem: quia extrema pars hominis eſt calx.

g ¶ Incentiua.] Id eſt, ſeminaria. arg. 15. q. 1. non eſt. quia de corde prodeunt malæ cogitationes, quas diabolus ad conſenſum & opus perducit, vt ſu. ea. inter hęc ſciẽdum, &c. ſicut.

h ¶ Fœnum, ligna, ſtipulã.] Venialia, ſcilicet leuia, grauia grauiſſima, vt 25. diſtin. c. vnum. §. criminis.

i ¶ Incendium.] Delectationis conſenſus & opus.

k ¶ Secura.] Non enim eſt quis tam perfectus quin cadere poſſit, & hoc etiam oſtendit dicens: Sedet, &c.

l ¶ In occultis.] Id eſt in ambiguis. vnde nõ facile intelligitur quid ſit appetendum, vel quid non.

m ¶ Fili accedens.] extra de renunciatione. niſi.

n ¶ Idem.] Id eſt, eandem ſententiam, non idem nominatiue, ſcilicet quod poſt baptiſmũ poſſit quis peccare, vel quod non poſſit.

o ¶ Conſiderat vultum.] Non rem, ſed vmbram ſolam videns.

p ¶ Reus.] Hoc exponitur. inf. diſt. 5. c. conſideret.

q ¶ Abſque peccato.] Saltem originali.

r ¶ Omnia.] Id eſt, omnes homines.

ſ ¶ De tentatione.] Non quod non tententur, ſed ne tentationi ſuccumbant, vel ſi ſuccumbant, eos liberat & releuat.

t ¶ Hi ſunt.] Falſi doctores.

u ¶ Fontes.] Non lauantes, ſed coinquinantes ſup. 2. q. 7. ſecuti ſunt.

x ¶ Et nebulæ.] Dæmonum, & dicuntur nebulæ: quaſi alios obſcurantes. 37. diſt. vlt.

y ¶ Superbia.] Id eſt, ſuperba vanitate loquentes.

z ¶ Pellicient.] Id eſt, alliciunt, & decipiunt. Vnde Auguſt. ſuper epiſtolam ſecundam Petri. Pellices dicuntur meretrices, à pollutione, vel à pellis formoſitate: quia incautos alliciunt, & decipiunt. Pelliciunt ergo hæretici animas inſtabiles variorum dogmatũ erroneis ſectis, quaſi conſtuprantes luxibus ſubdendo.

a ¶ Effugerant.] Id eſt, receſſerant à peccato per pœnitentiam.

b ¶ Pinxiſſe.] Id eſt, diſtinxiſſe vel denotaſſe vel deſcripſiſſe.

c ¶ Factionem.] Id eſt, nouam hæreticam inuentionem.

a ¶ Ad

a ¶Ad quas.] Id est, quasi ad eas.
b ¶Et turbinibus.] Sup. 2.q.7. secuti.
c ¶Immundus.] Interpositio est, & debet subiungi, ideo grandia loquuntur, vt qui, &c.
d ¶Paulolum] Causam reddit quare dixit, loquuntur grandia.
e ¶Vocant] Illi, qui istorum doctrinam recipiunt.
f ¶Scribens Angelo.] Id est, prælato.
g ¶Defecisti.] Finaliter. aliàs contra est quod sequitur, quod charitatem, &c.

nubes propheticæ, ad quas [a] perueniat ueritas Dei, & turbinibus [b] exagitantur dæmonum, atque uitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est (immundus [c] est autem apud Deum omnis, qui exaltat cor suum:) ut qui paululum [d] refugerant à peccatis, ad suum reuertantur errorem, & suadent in luxuria ciborum, carnisque, delitias. Quis enim non libenter audiat. Manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes, & prudentes, prauos vocant [e]: eos vero, qui dulces sunt in sermonibus plus audiunt. Ioannes apostolus, immo in Ioanne Saluator scribens Angelo [f] Ephesi ecclesiæ: [Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &c. & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti [g]. sed habeo [h] aduersum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor [i] esto, unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem; ueniam tibi [l], & mouebo candelabrum [m] tuum de loco, nisi pœnitentiam egeris.] Similiter & cæteras ecclesias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiciam, ad pœnitentiam prouocat: & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur: & in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinauerunt [n] vestimenta sua, & ambulaturi [o] sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem [p] dicit: [Memento, unde cecideris, & [Ecce missurus est diabolus ex uobis in carcerem, ut tentemini.] & [Scio, ubi [q] habitas, ubi sedes est satanæ.] & [In mente habe, qualiter acceperis, & audieris.] & [Serua, & pœnitentiam age,] & reliqua? utique ei dicit, qui credidit, & baptizatus est, & stans quondam, corruit per delictum. Paulisper de ueteri testamento exempla distuleram: quia solent [r], ubicumque contra eos [s] facit, dicere: [Lex, & prophetæ usque ad Ioannem [t].] Cæterum quis ignorat sub alia † dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt; Quomodo ante Abraham [u] placuit in coniugio; sic nunc uirgines placent in perpetua castitate: Seruiuit ille legi, & tempori suo, seruiamus & nos Euangelio, & tempori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt. Dauid electus secundum cor Domini, qui omnes eius fecerat uoluntates, & qui in quodam psalmo dixerat: [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans, non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me: ure renes meos, & cor meum.] postea tentatur à diabolo, & post peccatum pœnitens loquitur: [Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.] Magnum peccatum magna deleri uult misericordia. Salomon amabilis Domini, & cui bis [x] Deus fuerat reuelatus, quia amator [y] mulierum fuit, à Dei amore discessit. Manassem [z] impijssimum regem post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber [a] dierum resti tutum refert. Et

Esa. 22.
Cor. 15.
Apoc. 3.
Apoc. 3.
Matt. 11.
† al. altera
sup 32. q 4 §. ignorat.
Rom. 4.
1. Cor. 10.
Psal. 25.
Psal. 50.
2. Reg 12.
2. Paral. 33.

h ¶Sed habeo.] Hoc corrigendo dicit.
i ¶Memor.] Sup. dis. 50 domino sancto.
K ¶Et prima.] Id est, similia primis.
l ¶Veniam tibi.] Id est, ad detrimentum tuum.
m ¶Candelabrum.] Id est, cathedram, uel sedē, uel dignitatem.
n ¶Qui non coinquinauerunt.] i. qui non peccauerunt.
o ¶Et ambulaturi.] Resume, pauci sunt, qui &c.
p ¶Cui autē.] Suspenditur constructio usq; illuc, utique.
q ¶Et scio ubi.] Scilicet in peccatis.
r ¶Quia solent.] Falsi doctores hæretici.
s ¶Contra eos.] Scilicet falsos doctores.
t ¶Vsque ad Ioānē.] quasi dicat post Ioannē non habēt locum, sed mentiuntur: quia illud verū est in cæremonialibus.
u ¶Abraham.] Ecce alia dispensatio olim, alia nunc: quia licet altera dispēsatio nūc & altera olim: tamen quantū ad merita hominum bona uel malæ, & quantū ad posse peccare post charitatem idem fuit olim quod nunc. & ideo exempla veteris testa. recte inducere possū.
x ¶Bis.] Prima uice in Gabaon quando sacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donum scientiæ, vt habetur in lib. Regū 3 alia uice non legitur reuelatus ei specialiter, nisi quando composuit cantica canticorum. 36 dist. ca. qui ecclesiasticis. §. ecce.
y ¶Quia amator.] Sup. 32 q. 4. Salomon.
z ¶Manassem.] Sup. 1. q. 7. si quis omnem. iste fuit fili⁹ Ezechiæ.
a ¶Liber dierum.] s. Paralipomenon in quo agitur de computatione dierum, & annorum regum Israel.

Cādelabrū qualiter sumitur.
3 L. 3. c. 4. Salomoni bis fuit De⁹ reuelatus.

a ¶Ab

a ¶Ab Aegyptio.] Scilicet Pharaone, cũ enim Pharao vellet ire contra regem Medorum, primo aggessus est regem Adremon, qui regnabat tunc in Carenamis. descendit ergo rex Iosias Iudææ in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudęam. & misit Pharao ad eum dicens: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduersum te venio: ad Euphratem propero. misit me Deus ad Medos, fine me, ne Deus, qui mecũ est, interficiat te. nõ acquieuit. Iosias, sed cum rege Adremõ cõponebat acies suas, vt dimicaret aduersus Pharaonem. & forsitan dum transiret à curru in currum, qui sequebatur eum more regio, occisus, est à sagittarijs in campis Mageddo.

Pharao, regem Medorum oppugnauit.

b ¶Rege.] Id est, Pharaone.

c ¶Filius Iosedech.] Supra distinct. 50. Iesus.

d ¶Diabolus.] Id est, vxor sua.

e ¶Angelos.] Quo ad naturam eorum, nisi essent confirmati per gratiam. vnde Plato in Timæo. Dij deorum, quorum opifex paterque ego, natura quidem dissolubiles, me autem sic volente indissolubiles.

f ¶Coram Deo.] Id est, comparatione Domini. H.

g ¶Si contra seruos.] Scilicet Mosen & Aaron, de quibus præmisit. H.

h ¶Quanto.] Supra 8. q. 1 li ergo.

i ¶De quibus.] Id est, de numero quorum r.

lus vtrique sexui per luxuriam dominatur, ad vtros loquens conuenienter dixit. Virtus eius in lumbis, & c. Propheta etiam sub specie feminæ petulantiam Iudæi increpans ait: In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.

Iosias vir sanctus in campo Mageddo ab Aegyptio [a] rege [b] confoditur. Iesus quoque filius Iosedech [c] sacerdos magnus, quamquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus ecclesiam copulauit; tamen secundum litteram post sacerdotiũ sordidatus inducitur, & stat diabolus [d] à dextris eius: & candida illi vestimenta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse, & Aaron scribere, quòd ad aquam contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis non intrauerint: cum beatus Iob angelos [e] quoque, & omnem creaturam peccare posse commemoret, dicens: [Quid enim? Nunquid homo coram Deo [f] mundus est; aut in operibus suis sine macula vir?] si contra seruos [g] suos non credit, & aduersum Angelos suos paruum quid repperit; quanto [h] magis habitantes in domibus luteis: de quibus [i] & nos ex eodem luto sumus. Tentatio est vita hominis [k] super terram. Et cecidit lucifer, qui mittebat [l] ad vniuersas nationes: & ille, qui in paradiso delitiarum inter [m] duodecim nutritus est lapides, vulneratus à morte † Domini [n] ad inferna [o] descendit. Vnde & Saluator in Euangelio: [Videbam, inquit, satanam, quasi fulgur de cœlo cadentem: [Si altissima illa sublimitas [p] cecidit, quis cadere non possit? Si in cœlo ruinæ, quanto magis in terra? Et tamen cum ceciderit lucifer, immo post casum coluber antiquus; virtus eius in lumbis eius, [q] & potestas eius super vmbilicum [r] ventris. Obumbrantur [s] in eo arbores [t] magnæ, & dormit iuxta iuncum [u], & calamum, & caricem. Ipse est rex omniũ, quæ in aquis sunt [x], vbi scilicet voluptas, & luxuria, & propago, & irrigatio nuptiarum [y]. *& infra.* ¶Transiuimus ad secundam partitionem, in qua negat eos, qui tota fide baptisma consecuti sunt, deinde posse peccare, & docuimus, quòd excepto Deo [z], omnis creatura sub vitio sit: nõ quòd vniuersi pec-

su. dis. 50. Ies°.

Zach. 3.

Psal. 108.

Num. 20.

Iob. 15. & 4.

Iob. 7.

Esa. 14.

† al. morte

Luc. 10.

Esa. 14.

Ezech. 28.

Iob 40.

Prope finem secundi libri.

K ¶Tentatio est vita hominis.] Id est, dum viuit homo tentatur.

1 Sub. præuũ quid repetii a luet sus habitantes, &c. secũdum H.

l ¶Qui mittebat.] Id est, missurus erat minores Angelos si nerissent sicut modo faciunt Angeli boni. H.

m ¶Inter duodecim.] Iuxta illud: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, inf. ead. principium. ibi tamẽ non habetur nisi de nouem lapidibus.

2 Glo. est similis i l. ser uo legato. §. 1. ff. d leg.

n ¶A morte Domini.] Id est, per mortem Domini 2. qui diabolo mũdi potestatẽ ademit vel [amore Dei,] quem amisit.

o ¶Ad inferna.] Hic dicitur ꝙ morte Christi diabolus est religatus in inferno, & erit ibi ligatus vsque ad tẽpus Antichristi, & tunc soluetur, nõ a pœnis, sed à vinculis, vt exerceat vires suas in malos.

Diabolus morte Christi est in inferno religatus.

p ¶Sublimitas.] Id est, Lucifer.

q ¶In lumbis eius.] Quo ad tentationem virorum, in quibus (vt dicitur) sedes luxuriæ est in lumbis.

Luxuriæ sedes vbi est.

r ¶Vmbilicum.] Quo ad tentationem feminarum, in quarum vmbilico dicitur esse sedes luxuriæ. Vnde Augu. super eundẽ locum, semen coitus viris inesse lumbis, feminis in vmbilico perhibetur. quia ergo diabo-

s ¶Obumbrantur.] Per ipsum.

t ¶Arbores magnæ.] Id est, qui magni videntur, vt sunt hypocritæ.

u ¶Iuxta iuncum.] Id est, hypocritas, qui merito designantur per ista, cum exterius aliquid videãtur, & interius sint vani, vt illa. per iuncum enim, qui est sine nodo exterius, interius autem substantia caret, hypocritæ designantur. Per calamum exterius splendẽtem & fragilem, sed interius vacuum, designãtur seculares mundanæ gloriæ diditi, & eius splendori, quæ cito transeunt. Per caricem erescentem in locis palustribus & per manum tangentis vulnerantem curiositas temporalium designatur, quæ in affluentia nutritur, & crescit & animum pungit.

Hypocritæ sunt iuncis similes.

x ¶Quæ in aquis sunt.] Id est, in fluxu rerum labentium.

y ¶Nuptiarum.] Saturandæ causa libidinis contractarum: secus si causa prolis 33. q. 4. vir cum propria.

z ¶Ex præcepto Dei.] Id est, secundum præceptũ, id est, auctoritatem diuinæ scripturæ. Alij corrigunt, & dicunt excepto Deo, & bene.

a ¶Stan-

a ¶Stantium.] Id est, stantes timeant, ne scilicet simili cadant ruina.
b ¶Metus sit.] Id est, debeat esse.

Charitas semel habita potest amitti.

EVIDENTER. CASVS. Concludit Gratianus ex præallegatis, charitatem semel habitam amitti posse, cum quis postea criminaliter delinquit. quod non solum de operibus charitatis, sed etiam de ipsa charitate verum esse ostendit: quod probat exemplo Adæ, Moysi, & Dauid, adijciens hoc posse contingere, non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos. ad quod inducit sequentia capitula.

cum cauerint, sed quòd peccare possint, & similium ruina, stantium [a] metus sit [b].

¶Vt ea, quæ ad initium huius longi capitis spectant, melius intelligantur, necesse est antecedentia apud B. Hieronymum legere: in quibus obiectio ex verbis sancti Ioannis deducta exprimitur. Omninoque in toto hoc capite sæpe ad originale recurrendum est, quamquam ex eo multa sunt emendata, & nonnulla, quæ magis necessaria videbantur, addita.

Euidenter [c] itaque ex præmissis apparet, nonnullos charitatem habere, quam postea criminaliter delinquendo amittunt. Quod si quis contendat non de virtute, sed de virtutis opere debere intelligi; deliberet, quid respondeat de innocentia Adæ, de iustitia. Moysi, Dauid, & cæterorum, qui plena fide ad baptisma accedentes, licet postea prolapsuri sunt, tamen cælestia dona degustant, & spiritus sancti fiunt participes, ut non solum ante humanos, uerum etiam ante Dei oculos ex aqua, & spiritu sancto inueniantur renati: qui si charitatem Dei non haberent, aqua tantum regenerarentur, non spiritu. Opera enim, seu sacramentorum participatio, nisi ex charitate procedant, apud Deum nec iustitiam. nec innocentiam præstant. Si enim (inquit Apostolus) habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum; & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest [d]. ¶Sed quia de prædestinatis ad uitam à nonnullis conceditur, quòd charitatem amittant, & amissam recuperent, de reprobis etiã uidendum est, an ipsi charitatem habeant, qua amissa postea damnentur.

1. Cor. 13.

D: his ita scribit Augustinus in libro de correptione & gratia, c. 9.

C. XLI.

Rom. 8.

APostolus sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono vsque in finem non permanere; mox addidit [e], [his, qui secundum propositum uocati sunt, &c.] *Idem in eodem libro, c. 6.* ¶An adhuc & iste nolens corripi, poterit dicere, Quid ego feci, qui [1] non accepi [f]? quem constat accepisse, & sua culpa, quod acceperat, amisisse. Possum, inquit, possum omnino, quando me arguis †, quòd ex bona uita in malam mea uoluntate relapsus sum, dicere adhuc; quid ego feci, qui non accepi? Accepi enim fidem, quæ per dilectionem operatur; sed in illa usque in finem perseuerantiam non accepi. *In eodem c. 9.* ¶In bono illos uolebat proculdubio permanere: erant vtiq; in bono; sed in eo non permanserunt. *In eodem c. 13.* ¶Propter huius utilitatem secreti [g] credendum est quosdam de filijs perditionis, non accepto dono perseuerãdi usq; in finẽ, in fide, quæ per dilectionẽ operatur, incipere

† *al. arguit*] orig.

inf. di. 4. ex bono. §. cũ ergo.

c ¶Euidenter.] Ex prolixe allegatis concludit Grat. charitatem semel habitam amitti posse. quod non solum de operibus charitatis, sed de ipsa charitate verum ostendit esse, adijciens hoc non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos posse contingere. ad quod auctoritatem inducit vsque ad illum locum. item illud Euangelij. vbi in contrarium auctoritates inducit duas, videlicet quòd reprobi non habent charitatem, sed eas de hypocritis intelligenda esse probat auctoritate Gregorij.

d ¶Prodest.] Ad regnum cælorum obtinendum, vt dixi. 3. §. pen. & cap. si quis autem.

APostolus.] CASVS. Probat Augustinus in hoc c. per multas auctoritates quod multi, qui modo habẽt charitatem, futuri sunt mali finaliter. [Idem in eodem] verbum est Gratiani sæpe insertum. sequens c. scilicet multi, planum est.

e ¶Mox addidit] In epistola ad Romanos: vbi dicitur, Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti, supra ea. talibus

e ¶Mox addidit.] Id est, postquam dixerat, scimus quoniam diligentibus Deum, &c.

f ¶Non accepi.] Perseuerantiam in charitate & in bonis operibus.

g ¶Vtilitatẽ secreti.] Id est, propter secretam hanc dispositionem Dei, quæ vtilis est: aliàs enim est hic vtilitatem.

1 Quare Deus dat perseuerantiã quibusdam in bono: & quibusdam non. hoc. n ignoratur. infra dist. 4 § verũ. & c. si ex bono secundum Hug. Versus.

a ¶ Similia.] Dicit in eodem idem Augustinus.
b ¶ In Euangelio.] Supple sumit idē Aug. ista exēpla.
c Mirandum.] ¶ Item illud Euangelij.] Nō qui incipit: q a hæc auctoritas euāgelij, & sequēs Gregorij videntur innuere, q reprobi futuri charitatem nō habeāt, eas ponit G. & postea soluit.
d Multi.] His dici potest: Cœpisti melius quàm desinis, vltima primis cedunt dissimiles hic vir, & ille puer.
NON AVTEM. CASVS. Infert Gratianus ex supradicto c. q qui non bene incœpit, charitatem habere non potuit. Postea dicit, q illud qđ postea sequitur in auctoritate Grego. scilicet, qui seduci, &c. nō est intelligendum generaliter de omnibus reprobis, sed specialiter de hypocritis: qđ ex verbis eiusdem Grego. intelligitur.
ILLVD AVTEM. Hæc est 5. pars dist. in qua magister loquitur de hypocritis, qui aurum videntur coram populo, sed coram Deo stercus, & hoc probat G. per ca. seq. Io. de Fan.
e ¶ Qui seduci.] Hæc est tota pcurrēs Gratiani. vult n. determinare capitulum Gregorij, quod statim sequitur, infra ca. citius ad hoc.
f ¶ Vt Leuiathan.] q. d. siue per propriā suggestionē, siue per malum hominem, & dānatum, quem diabolus repleuit malitia, siue per suggestionis ministrum.
g ¶ Replet.] Tristitia.
h ¶ Aurum.] Pro sapientia ponitur aurum. inf. ea. dist. principium. & ita aliter quàm hic sumitur.
i Citius.] CASVS. exponit Grego. in canone ista illa verba Iob super illo, Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Primo ergo dicit, q per aurū designent hypocritę: q quasi deaurati sūt, cum in superficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundo dicit, q limōi hypocritis detegitur in hac vita, q̄nque ante finem, quandoq; in fine, quando que nunquam: & cum detegitur, tunc aurum quasi lutum sternitur. Vltimo dicit quā vtilitatem consequātur prædestinati siue huiusmodi hypocritæ faciant bona, siue publice cadāt in peccatum: nam per bonā operationem inuitant perseueraturos ad bonū operandū, per casum reddunt bonos cautiores. [Ipsa quoque virtus,] Id est opus virtutis. & ita fere per totum.
k ¶ Amittere.] Hęc de hypocritis intelligēda sunt, qui videntur deaurati & fulgidi, & habere virtutes in superficie, cum nec sunt nec habent, & qui caret vna, caret omnibus. dist. 5. c si. de pœn. dist. 5. consideret.
l ¶ Ipsa quoque virtus.] Id est, opus virtutis. & ita fere per totum.
m ¶ Innotescit.] Id est, virtus videtur.

Antū pro sapiētia ponitur.

uiuere, & aliquamdiu fideliter, & iuste viuere, & postea cadere, &c.

a ¶ Qui non accepi.] *Restituimus est hic locus ex originali: nam ante valde erat deprauatus. Ac tamen quoniam ha sententia val de mutilata referuntur, operapretium fuerit fontem adire.*

Multa similia [a] *de reprobis in Euangelio* [b] *etiam: [Qui perseuerauerit, usque in finem, &c.] In eodem: [Iterum homo iste incipit, &c.]* — Math. 10. Hæc non sunt inuenta.

Idem Augustinus in eodem libro de correp. & gratia, c. 8.

Mirandum est, quare Deus quibusdam filijs perditionis det fidem operantem per dilectionem; nec det in ea perseuerantiam. — Summatim collecta sententia.

Item illud Euangelij [c]*: [Non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.]* — Math. 10.

Item Gregorius lib. 8. Moralium, c. 35. — Potius glossa ord. 2. Paralip. c. 9. t catucnia.

C. XLIII.

Multi [d] bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt.

Non autem bene incipit, qui nunquam ex charitate operatur. Quòd si ex charitate aliquando aliquid agit; & charitatem aliquando in ipso necesse est esse.

5 ¶ *Illud autem Gregorij, [qui seduci* [e] *quandoque non reuersuri possunt, &c.] non de omnibus generaliter reprobis, sed de hypocritis specialiter intelligendum est. Quod ex verbis eiusdem euidenter datur intelligi. Cum enim quæstionem proposuisset, cur misericors Deus ista fieri permittat, vt Leuiathan* [f] *seu nunc per suggestiones callidas, siue tunc per damnatum illum, quem replet* [g]*, hominem: vel Solis sibi radios, id est, doctos quosque sapientesque subijciat, vel aurum* [h]*, hoc est, viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi, vitijs coinquinando, substernat: mox in eiusdem quæstionis solutione supposuit dicens.* — Infra c. prox. — Iob. 41. — Lib. 14. moralium, c. 9 & 10. ad c. 41. Iob.

C. XLIIII.

Citius [i] ad hoc respondemus: quia aurum, quod prauis eius persuasionibus quasi lutum sterni potuerit; aurum ante Dei oculos nunquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reuersuri possunt; quasi habitam sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere [k]: sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpe namque homo multis occulte peccatis inuoluitur; & in vna aliqua virtute magnus videtur: quæ ipsa quoq; virtus [l] inanescēs deficit: quia dum innotescit [m] hominibus, proculdubio — Supra in verbis Gratiani. — Hyppocritæ videntur deaurati.

a ¶ Appe-

a ¶Appetitur.] Ab alijs.
b ¶Virtus ante.] Putatiua.
c ¶Ante homines.] Id est, in conspectu hominum.
d ¶Placuit.] Supra ead. distin. ver. item. §. pen. secundum Augustinum.
e ¶Per aliquid.] Id est, quantum ad aliquid, scilicet bona opera. i.

d ¶Pla-

laudatur, eiusq; laus inhianter appetitur [a]: vnde fit; vt & ipsa virtus anre [b] Dei oculos virtus non sit, dum abscondit, quod displicet; prodir quod placet. Quæ itaque esse merita apud Deum possunt; quando & mala occulta sunt, & bona publica? Plerumque enim, sicut diximus, latet superbia, & castitas innotescir: Atque ideo ostensa diu charitas circa vitæ finem perditur; quia cooperta superbia vsque ad finem incorrecta retinetur. Alius eleemosynis vacat: propria distribuit: sed tamen multis iniustitijs seruit; vel fortasse linguam in detractionibus exercet: & fit plerūq; vt is, qui misericors fuerat, iuxta vitæ suæ terminū rapacitatis, & crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur, vt perdat anre homines [c], vnde hominibus placuit [d], qui hoc, vnde Deo displicuit, corrigere nunquam curauit. Alius parientiæ studet: sed dum inuidere alijs, & seruare in corde malitiam non cauet; fit quandoq; impatiens, quia diu latuit dolens. Hi itaq; & per aliquid [e], aurum sunt, & per aliquid, lutum sunt. Atque hoc aurum, quasi lutum, sternitur; quando occultis peccatis exigentibus; etiam uirtus quæ publice claruerat, dissiparur. Sed operæ pretium [f] credimus, si in his uirtutem superni ordinis [g], subrilius perpendamus.

Cap. 10. Sæpe enim omnipotens Deus occulta quorundam mala [diu † tolerat, ut aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundū nequaquam funditus deserentes, non perseueraturi angustum iter arripiūt: sed ad quærendam angustam [h] uiam exemplo [i] suo eos, qui perseueraruri sunt accendunt. Vnde plerumq; conringit, ut ipsum hoc, quod bene uidentur uiuere, non sibi, sed solis potius electis uiuant; dum exemplis suis ad bene uiuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. Sæpe enim quosdam uidemus uiam ingredi ad locum cum proposito festinare, quos alij, quia euntes conspicunt, sequuntur, eundemque locum pariter petunt; sed fit plerumque, ut irruente aliquo implicationis articulo [k] post se redeant, qui præibant; & hi ad locum perueniant, qui sequebātur. Ita nimirum sunr, qui non perseueraruri, uiam sanctitaris arripiunt. Idcirco enim uirtutis iter non perueniuri inchoant, ut eis, qui peruenturi sunt, uiam, qua gradiantur; ostendant: quorum etiam casus utilitate non modica electorum prouectibus † seruit: quia illorum lapsum [l] dum conspiciunt; de suo statu conrremiscunt]: & ruina, quæ illos damnat, istos humiliat. Discunr enim in superni adiutoris protectione confidere, dum plerosq; conspiciunt de suis uiribus [præsumentes † cecidisse. Quando ergo bene agere uidentur reprobi, quasi planum iter electis sequenribus monstrant. Quando uero in lapsum nequitiæ corruunt, electis post se pergentibus quasi cauendam superbiæ foueam ostendunt.

† Abest ab ori. (diu)
† al. profectibus
† Abest ab ori. (cecidisse)

Quod ve-

f Operæ pretium.] i. vtile credimus, si aperiamus quomodo de illis disponit ad vtilitatem aliorū, & hoc est, sæpe enim, &c.
g ¶Ordinis.] Id est, intellectus tropologici.
h ¶Angustam.] Arcta enim est via, quæ ducit ad vitam. Vnde Virgilius.
Facilis descensus auerni. a.
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras
Hoc opus, hic labor est: Pauci quos æquus amauit
Iuppiter: aut ardēs euexit ad æthera uirtus,
Dijs geniti potuere. 12. quæstio. 1. omnia ætas.
i ¶Exēplo.] Hi sunt, qui ad sempiternam vitā proximos mendacio suo opitulante deducant, vt 22. quæst. 2. primum. Ex hoc ergo collige ex quo sensu illud accipiamr.
k ¶Articulo.] i. impedimento.
l ¶Lapsum.]
Fœlix quē faciunt aliena pericula cautū supra 27. quæ. 1. cap. 1. inf. de consec. distin. 1. hi duo, & dicit Seneca.
Ruina præcedentium solet esse doctrina sequentium.
Facit ad hoc su. eod. si enim. in fine.
QVOD VERO. CASVS. dictum est su. §. cum ergo. in c. charitas. quod reprobi non comedunt panē, qui de cælo descendit, neque bibunt aquā viuā. Nunc Gratianus determinat illud, & dicit quòd nō est ita intelligēdum, quod reprobi sint pœnitus alieni à charitate: sed non sunt radicati in charitate. Nā ille dicitur comedere & bibere, qui radicē habet in charitate. Ille degustat, qui ab ea delinquendo recedit: ad quod inducit aucto-
ritr-

t id est, præsunt de genere bonorum. Pet.
Via paradisi est arcta.
z Id est, inferni ab a, quod est sine, & ver veris. Arch.

ritatē Apostol. sicut diabolu. dr recessisse à charitate: & sic nacta occasione ,pbat p multas rōnes, q diabol° creatus fuit in charitate, sed in ea nō pseuerauit. ad qđ inducit auctoritatem Greg. [Negatur,] Ab Augustino.
a ¶[Quod vero.] Soluit Gratianus auctoritatē inductā sup. ea dist. §. cū ergo. cap charitas. ad hoc q charitas amitti non possit. & hac occasione diabolum in charitate creatum esse ostēdit, & de Lucifero excellentia multa subiungit.

dicitur non habuisse quia non perseuerauit: quia non dr factum, nisi ducet factum, vt sup. ead. dist. 1. cognatio. & 50 distin. diuortium. Sed forte nunquam habuit charitatem, vt dicitur in contrario. Vnde magister hoc dicit allegando, & secundum hoc omnia contraria

Deo: & sic peccatū. & ad hoc facit gl. sup illud Psal. Deus quis similis eris tibi? vbi dr, qui per se vult esse vt De°, per se vult esse similis Deo. Archid.

ro [a] reprobi negantur [b] comedere panem, qui de cælo descendit, vel bibere aquam viuam; non sic accipiendum est, vt à charitate penitus credantur alieni; sed vt in charitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim bibere, vel manducare; atque aliud degustare, &c. Vnde in Euangelio [c] de Christo legitur: [Et cum gustasset, noluit bibere.] Bibit ergo aquam viuam, & manducat panem, qui de cælo descendit, qui in charitate radicem figit: degustat, qui ea aliquatenus communicat, à qua postea delinquendo recedit. De quibus Apostolus dicit: [Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cæleste [d], & post hæc omnia prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam [e].] Hinc etiam diabolus in veritate [f] stetisse, non in ea creatus esse negatur. Fuit enim in veritate conditus: sed dum de se superbiendo præsumpsit; alienus ab ea factus est. In veritate [g] autem quomodo esse creatus perhibetur; si sine dilectione sui conditoris creatus esse probatur? Aut quomodo bonus à Deo conditus asseritur; si nihil diuinæ dilectionis in sui conditione acceperit? Quomodo ante superbiæ motum sine vitio extitit; si conditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par, siue excellentior cæteris creatus dicitur, si nonnullis eorum in amore Dei conditis, hic ab eius dilectione vacuus factus est? Vnde autem hæc differentia [h] inter bonos & malos angelos processit? Si ex creante, iniustus videtur Deus, qui ante peccatum infert pœnam [i], vel qui hoc punit, quod creando [k] infudit. Si autem non ex creante; cum non ex traduce [l], restat, vt ex propria libertatis arbitrio vitium superbiæ in angelicam naturam processerit. Bona ergo condita est, quæ suo vitio [m] à bono in malum commutata est. Sed quomodo bona esse potuit, si dilectione penitus caruit? Neque enim angelus nobis similis [n] factus est: quos vsque ad certum tempus ætatis infirmitas grauat: vt neque virtus, neque vitium, vllum locum in nobis obtineat. Accepit ergo dilectionem in sui creatione, sicut & cæteri: de quibus dicitur: [Angelicæ virtutes, quæ in Dei amore persisterunt.] Non ait, quæ diligere Deum cœperunt, sed, [quæ in eius amore persisterunt:] quæ ex creatione diligere cœperant, vt principium diuinæ dilectionis omnibus credatur esse commune; perseuerantia vero eorum tantummodo intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerunt, vt confirmati vlterius cadere non possent, & hoc de se certissime scirent. Vnde bene apud Moysem [o] prius cælum, deinde firmamentum factum esse dicitur: quia nimirum angelica natura prius æqualiter subtilis in superioribus est condita: postea in persistentibus in amore sui conditoris mirabiliter confirmata.

Hinc etiam Gregorius in Moralibus multa de perfectione angelicæ creationis replicans, charitate negat repletum, non ea penitus vacuum [p] asserit; quæ si penitus caruisset,

Supra ea. charitas est aqua.

Matth.27.

Hebr.6.

Io. 8.

B.Greg 27. moral. c. 25. & glo. ordin. in cap 1. Gen. ad ea verba [fiat firmamentum.] Ex Greg.

Greg lib. 32. Mor. c 24. al. 18

b ¶[Negantur.] Supra ead. c. quia radix §. cū ergo & §. ego sum. & cap charitas.
c ¶[Vnde in Euangelio.] Matthei 27.
d ¶[Donum cæleste.] Id est, doctrinam Euāgelicam.
e ¶[Ad pœnitentiā.] Per baptismū. hoc est expositū supr. eo. tit.
f ¶[In veritate.] Supr. 16. q. 2. visis. contra,
g ¶[In veritate.] Id est in charitate: & hoc dicit allegando.
h ¶[Differētia.] Quod alij sunt boni, & alij sunt mali.
i ¶[Pœnam.] Aeternā; quod nunquam facit. arg supr. 11. q. 3. illud plane, &c.
k ¶[Quod creando.] Non enim debet punire quod ipse approbauit, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor. ff ad leg. Iul. de adulte. si vxor. in fine.
l ¶[Ex traduce.] Quia angeli nō fuerunt ex traduce, i. ex præcedente materia: sicut nec aīa, supra 32 q. 2. Moyses.
m ¶[Suo vitio.] Sed vnde fuit primus motus angeli ad malum? Dic q ex libero arbitrio. Sed in libero arbitrio non fuit malum. vnde ergo ,puenit malum? Dicas, q in libero arbitrio fuit quædam libertas, & ex illa libertate cecidit in malum. hæc est difficillima quæstio. 8.
n ¶[Similis.] Cū Angelus statim fuit post creationem capax rationis, sed homo non, donec sit adultus.
o ¶[Moysem.] In Genesi circa principium.
p ¶[Vacuum.] Supra 16. quæst. 2. visis. contra vbi dicit, quod charitatem nequiuit habere in cœlo. sed forte

1 Scilicet informata: vel in veritate gratuitorū, in qua creat° est sicut oēs angeli, secundum Hug.

Angeli non fuerunt ex traduce.

Malum vnde ,pueniat

2 Potest dici q ex deordinatiōe appetit° in diuinā assimilationē vltra termināū suæ naturæ à Deo sibi statutū, & ex tali deordinatiōe secuta fuit auersio à

traria intelliguntur non de charitate, quam non habuit, ſed quam habiturus eſſet ſi ſtetiſſet.

PRincipiũ.]CASVS. Hoc c. eſt Gregorij vſque ad ſequentem §.charitas. Sed interponit ſæpe verba Iob vel Ezechielis, vt ea exponat. Intēdit ergo Gre. in hoc c. multum commendare Luciferum, oſtendendo eius perfectionem, dignitatem, & excellentiam, quã in charitate & in alijs gratuitis donis & naturalibus habuit ante lapſum: & hoc facit inducendo auctoritatem ex verbis Iob & Ezechielis. [Inquit.] verbũ eſt Gratiani, & primo exponit verba Iob, ipſe enim eſt principium viarum Dei, &c. [Propheta.] ſcilicet Ezechiel. [Qui namque.] verba ſunt Grego. [Autumi.] verba Gregorij. [In munere.] Id eſt, in adiumento Dei. [Inſinuat.] ſcilicet Iob.

a ¶Principium.] Id eſt, præcipuum opus inter prima opera Dei, vel primus & dignior inter alios angelos, quorum miniſterio paratur & patet via ad Deum.

b ¶Viarum.] Id eſt, operũ, ſicut enim in via continetur veſtigium itinerantis, ſic in qualibet creatura eſt via, qua quis ducitur ad intelligendum potentiam Dei.

nunquam ea, quæ de eius excellentia dicuntur, conuenienter de eo intelligi poſſent.

C. XLV.

Iob. 40.
Eſa. 2. & 14.
Ezech. 31.
† al. æqua
† al. lignum pretioſum

PRincipium [a] enim (*inquit beatus Gregorius*) viarum [b] Dei Beemoth [c] dicitur: quia nimirum, cum cuncta creans ageret; hunc primum [d] condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius primatus eminentiam conſpicit propheta, cum dicit: [Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abietes non adæquauerunt ſummitatem eius; platani non fuerunt æquales † frondibus illius, omne lignum † paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini eius: quoniam ſpecioſum fecit eum in multis, cōdenſiſque frondibus.] Qui namque [e] accipi in cedris, & abietibus, & platanis poſſunt: niſi illa virtutum cæleſtiũ proceræ celſitudinis agmina in æternæ letitiæ viriditate plantata? Quę quamuis excelſa ſunt condita; huic tamen nec prælata ſunt, nec æquata, qui ſpecioſus factus in multis, condenſiſque frondibus eſſe dicitur; quia prælatum cęteris legionibus tanta illum ſpecies pulchriorem reddidit, quanta ei † ſuppoſita angelorum multitudo decorauit. Iſta arbor in paradiſo Dei tot, quaſi condenſas frondes habuit [f], quot ſub ſe poſitas ſupernorum ſpirituum legiones attendit. Qui idcirco peccans, ſine venia [g] damnatus eſt; quia magnus ſine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rurſum per eundē prophetam dicitur: [Tu ſignaculum [h] ſimilitudinis Dei, plenus [i] ſapientia, & perfectus decore in delitijs paradiſi Dei fuiſti.] Multa enim de eius magnitudine locuturus primo verbo [k] cuncta complexus eſt. Quod namque boni non habuit, qui † ſignaculum Dei ſimilitudinis fuit? De ſigillo quippe annuli talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur: qualis in ſigillo eodem eſſentialiter habetur. Et licet homo ad ſimilitudinem Dei creatus ſit; angelo tamen quaſi maius aliquid tribuens, non eum ad ſimilitudinem Dei conditum; ſed ipſum ſignaculum Dei ſimilitudinis dicit: vt quo [l] ſubtilior † eſt in natura; eo [m] in illo ſimilitudo Dei [n] plenius credatur expreſſa: Hinc eſt, quòd primatus eius potētiam adhuc inſinuãs idē propheta [o] ſubiũgit: [Omnis lapis [p] pretioſus [q] operimētũ [r]

† al. &
Ezech. 28.
† al. ſi
† al. ſublimior
Eod. li. moral. c. ſequenti. Vide homiliã 34. in Euangelia.

c ¶Beemoth.] Id eſt, diabolus. Beemoth interpretatur animal immundum: quia diabolus propter ſuperbiam à cęleſti beatitudine tanquam immundum animal alienus factus eſt. 1

Beemoth qualiter interpretatur

1 Vel põt dici animal p effectũ: q a homines quos peccare facit, non homines, ſed animalia dici poſſunt. Arch.

d ¶Primũ.] i. præcipuũ. non enim prius creauit hunc q̃ alios. aliàs in Salomone cõtra, ibi, Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul.

e ¶Qui nãque.] Verba Gregorij exponentia prædictam auctoritatem Ezechielis.

f ¶Habuit.] Lucifer.

g ¶Venia.] Cum enim plus poteſtatis & pulchritudinis ei cõmiſſũ fuerat. ideo magis diligi præſumebatur. ar. ſu. 2 q. 5. quãto, & inf. diſt. 3. c. quãuis. § quod autē. & cap. ſepties. iuncoque tanto magis obſequi tenebatur, & plus puniri debuit. enim non fuerit obſecutus. arg. C. de eoo duc. & procu. conductores. in fi. lib. 11. & grauiora facit delicta, &c. vt 11. q. 3 pręcipue. 40. diſt. homo Chriſtianus. inf. ead. diſtinct. 5. conſideret. ſupra ead. diſtinct. 1. §. ex his itaq;, ſupra 23. quæſt. 3. qui peccat.

Deus pręſumit plus diligere illos qbus plus prrectioris tribuit.

h ¶Tu ſignaculum.] dicitur ſignaculum propter virtutes expreſſas, quas recepit à Domino.

i ¶Plenus.] Id eſt, plenam ſcientiam habens, & perfectionē decoris & charitatis.

k ¶Primo verbo.] hoc ſcilicet ſignaculum.

l ¶Quo.] Id eſt, inquantum ſubtilior eſt natura, id eſt diuinæ naturæ capacior ratione & intellectu.

m ¶Eo.] Id eſt, intantum.

n ¶Similitudo Dei.] Id eſt, gratia & dilectio, quæ erat Deo ſimilis in illum.

o ¶Propheta.] Scilicet Ezechiel.

p ¶Omnis lapis.] Id eſt, omnis alius angelus.

q ¶Pretioſus.] Id eſt, pulcher decore virtutum fuit.

r ¶Operimentum.] Id eſt, inferior eo, ſicut veſtimen-

tuum, sardius [a], & topazius, & iaspis, chrysolitus, onyx & berillus, saphirus, & carbunculus, & smaragdus.] Nouem dixit genera lapidum; quia nimirum nouem sunt ordines angelorum. Nam cum per ipsa sacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, Cherubim, & Seraphim aperta narratione memorantur; quantæ sint supernorum ciuium distinctiones [b] ostenditur: quibus tamen Beemoth iste opertus fuisse describitur: quia eos, quasi vestem ad ornamentum suum habuit; quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cuius illic adhuc descriptione subiungit:] Aurum opus decoris tui: & foramina tua in die, qua conditus es præparata sunt.] Aurum opus decoris eius extitit: quia sapientiæ claritate canduit, quam bene creatus accepit. Foramina vero idcirco in lapidibus fiunt, vt vinculari auro [c] in ornamenti compositione iungantur, & nequaquam à se dissideant: quos intersusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt: quia videlicet capax charitatis est conditus: qua si repleri voluisset, stantibus angelis tanquam positis in regis ornamento lapidibus, potuisset inhærere. Si enim charitatis auro se se penetrabilem præbuisset; sanctis angelis sociatus in ornamento, vt diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed superbiæ † [d] vitio [e], charitatis [f] auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant: idcirco iste cecidit: quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari contempsit. Nunc autem cæteri lapides [g], qui huic similiter fuerant perforati, penetranti se inuicem charitate ligati sunt: atque hoc in munere, isto cadente, meruerunt, vt nequaquam iam de ornamento regio cadendo soluantur. Huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta intuens adiungit, [Tu cherub extensus †, & protegens in monte sancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti.] Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur, & idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur: qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulauit: quia inter angelorum corda charitatis igne succensa clarus gloria conditionis extitit. Quem bene extentum, ac protegentem dicit. Omne enim, quod extenti protegimus, obumbramus: & quia comparatione claritatis suæ cæterorum claritatem obumbrasse creditur; ipse extentus, & protegens fuisse repetitur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore transcendit. Quod ergo illic [h] speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic cherub, quod illic protegens dicitur; hoc hic voce Dominicha [i] Beemoth iste viarum Dei principium uocatur. De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, & quæ amisit, insinuat [k], ut territo homino ostendat, quid ipse, si superbiat, de elationis suæ culpa passurus sit; si feriendo illi parcere uoluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis eleuauit. Consideret ergo homo, quid elatus in terra mereatur, si & prælatus angelis angelus in cœlo, † de cœlo in terram prosternitur.

Ezech. 28.

† al. per superbiæ vitium

† al. extentus ibidem. Variat paululũ à vulgata: sed maiores varietates in græca.

Eod. lib. cap. sequenti.

† in cœlo prosternitur]or.

stimẽtum est inferius & indignius se induẽte, vel ornabat eum sicut vestimentum ornat aliquem.

a ¶Sardius.] hos etiã lapides enumerat lex. ff. de pub. & vectig. l. interdum. §. species. Qualiter autem in lapides veniãt in contributione, dicit lex ad legẽ Rho. l. 2 §. cum in eadem.

b ¶Distinctiones.] sup dist. 89. ad hoc.

c ¶Auro.] Vnde dicit lex, quòd si auro gemma iungatur, nõ cedit auro, sed econuerso aurum cedit gemmæ. ff. de aur. & argen. lega. & si non sunt. §. perueniamus.

Ius vnde incępit.

d ¶Superbiæ.] Not. per canonem istum ius incepisse ex ruina angelorum, bonum enim & æquum fuit, vt propter superbiam Lucifer puniretur.

e ¶Vitio.] Id est, per vitium superbiæ non sunt repleta.

Diabol' an habuerit charitatem. De hoc le. & no. su. §. px. in fi. & 27. q. 2. §. ex his õibus ibi videas.

f ¶Charitatis.] Arg. quod diabolus charitatem non habuit, vt 16 quæst. 2. visis. Sed cum esset rationis capax innocẽtiæ particeps sine charitate esse non potuit. argu. supra ead. distinct. 2. si quis semel. §. item sine charitate. quod ergo charitate repletus, negatur, comparatione stantium & confirmatorum dicitur, vel ad perfectionem & perseuerantiã refertur.

g Lapides.] Id est, ordines Angelorum.

h ¶Illic.] In propheta Ezechiele, & in Iob.

i ¶Voce Dominica.] Id est; voce Domini loquentis sibi Iob.

K ¶Insinuat.] Iob, vel propheta.

CHARI-

CHARITAS AVTEM. Hęc est sexta pars dist. in qua concludit magister & probat multis modis, quod illa charitas, quæ deseritur, dicitur fragilis: quia non durauit: tamen vera fuit, aliàs nullo modo posset dici, si nulla fuisset. Ioan. de Fant.

b ¶Ficta.] Id est; fragilis & non vera respectu permanentis. Vel nō vera, respectu charitatis diuinę. ad quod similia quædam inducit. In fine concludit veram charitatem deseri posse.

c ¶Posse autem.] Ex quo enim resistere vitijs est verum posse, ergo non resistere est non posse: sed non resistere est peccare, & ita posse peccare, est nō posse resistere: & ita est arg. à contrarijs. arg. 32. q. 4. sicut satius est. & q. 1. sicut enim. — Vitijs resistere est verum posse.

CA-

6 *Charitas autem* [a]*; quæ in aduersitate deseritur; ficta* [b]*, id est, fictilis, & fragilis esse perhibetur: sicut fides, ex qua charitas procedit, ficta, id est fragilis apud Apostolum esse negatur. Similiter charitas, quæ in aduersitate deseri potest; dicitur vera nunquam fuisse. Sicut enim Hieronymus contra Iouinianum scribit:* [*Omnis creatura sub vitio est, non quòd omnis peccauerit; sed quia nulla est, quæ peccare non possit.*] *Posse autem* [c] *peccare, vt Augustinus ait, non est aliquid posse; immo aliquid non posse. Vnde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest; quia omnia potest, quæ posse est aliquid posse. Sicut ergo eius comparatione, qui mutabilitatem nescit, omnis creatura vitiosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, iuxta illud,* [*non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*] *&,* [*astra* [d] *non sunt munda in conspectu eius;*] *sic comparatione eius creatura, quæ mutationem non recipit, omnis creatura, quæ permutatur, non vera, sed vana esse probatur. Vnde omnis homo mendax dicitur, & vanitati similis factus. Hinc etiam* [e] *Ecclesiastes. Cuncta, quæ sub sole sunt, id est, quæ temporum vicissitudinem recipiunt, non tantummodo vanitas, quæ omni creaturæ ratione mutabilitatis inest, sed etiam vanitas vanitatum, varietate permutationis, quam recipiunt, esse dicuntur. Sic ergo comparatione diuinæ charitatis nulla virtus vera probatur: aut comparatione eius, quæ non deseritur, illa, quæ amittitur, vera esse negatur. Sicut autem omnis creatura suo modo bona, & vera esse dicitur; sic & charitas, quæ deseritur, suo modo bona, & vera esse mostratur: alioquin à nullo desereretur, si nullo modo in eo esset. Quod enim nullo modo vere est, nullo modo deseri potest. Quòd si aliquo modo vere deseritur: & aliquo modo id vere esse oportet.*

In margine: Ina. c. si enim. Sent. 1. dist. 42. — Lib. 15. de Tri. c. 15. & de symbolo fidei, c. 1. — Psal. 142. — Iob. 15. — Ps. 115, et 143. — Eccl. 1.

d ¶Et astra.] Id est, angeli.

e ¶Hinc etiam Ecclesiastes.] i. Salomon.

HAec de charitate.] Hæc dist. diuiditur in 22 partes, in quartum prima probat per 12. auctoritates, quod qui semel pęnitētiam ageret, non peccaret. sed intelligitur de perfecta per locum à destructione. Secunda ibi, [Sed verba.] Tertia ibi, [Ex persona.] Quarta ibi, [Hac auctoritate.] Quinta ibi, [Quod autem.] Sexta ibi, [Ecce cuius.] Septima ibi, [Itē quòd.] Octaua ibi, [Sine autem.] Nona ibi, [His auctoritatibus.] Decima ibi, [Auctoritas.] Vndecima ibi, [Quāquā.] Duodecima ibi, [Pęnitentia ergo.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 3. dist. in qua quæritur, an pœnitentia sit iteranda, & inducit G. super hoc opiniones varias, & discordantes auctoritates. & dicendū est quod solennis secundū consuetudinē quarundā ecclesiarū non est iteranda. inf. e. §. ex persona. publica vero vel priuata sic: sed pro diuersis delictis forte posset solennis pœnitentia iterari, vt inf. ea. quāuis. & continuat Gratianus in hoc §. dicta dicendis. Casum autem huius §. cum sequenti ca. scilicet pœnitentia. per te videbis.

DISTIN. III. 1

HAec de charitate [f] *breuiter scripsimus propter eos, qui pœnitentiā negant reiterari posse, asserentes, quòd sicut charitas semel habita nunquam amittitur: ita pœnitētia semel vere celebrata, nulla sequēti culpa maculatur: si uero crimina-*

CASVS. Supra in præcedenti c. & in alijs auctoritatibus probatum est, quòd charitas habetur, licet postea deseratur. Nunc Gra. exponit quandam auctoritatem Aug. quæ est supra in prin. dis. scilicet, charitas, quæ deseri potest, &c. & Pauli, scilicet, charitas nunquam excidit: quia videmur contradicere ei, quod dictum est supra: & quod dicitur ibi, charitas, quæ deseri potest, ficta est, & non vera: id est, non est vera respectu charitatis diuinæ, vel respectu eius, quæ deseri non potest: vera tamen est. vnde in fine concludit veram charitatē deseri posse.

a ¶Charitas autem.] Soluit auctoritatem Apostoli allegatam su. in prin. dist. duobus modis: quia dicitur primo charitas, quæ deseritur.

f ¶Hęc de charitate.] Cōtinuat seipsum G. In 2. enim dist. hanc quæstionem, quā hic tractat, prælibauit: sed huius gratiā aliam præmisit, an. s. charitas semel habita amitti possit, quā in præcedenti dist. tractauit: nunc aūt ad propositū suū reuertit, & dicit, [Hæc quæ.] &c. Hic incipit 3. dist. in qua tractatur, an pęnitentia sit iteranda, an non, & quod sit iterāda, multis auctoritatibus & exemplis probatur. Dicimus ergo quod iteranda est, i. iterū puniendus est si denuo peccet. inf. ea. septies. vbi aūt dr̄ quod pęnitentia nō est iterāda, dicimus quod de solēni est — Pęnitentia est iterāda.

* *Solennitas nõ est de essẽtia sacramenti: neque iterari est contra rationem sacramenti, sed tãtum repugnat illis sacramẽtis, quæ imprimũt characterem.*

intelligendum: quæ cũ sit sacramentũ * nõ debet iterari ar. t. q. 1. quod quidam. secundum consuetudinem maxime quarundam ecclesiarum, & hoc super eodẽ crimine. super diuersis autem credit G. solennẽ iterari posse. argu. inf ead. dist. quamuis hanc quæstionem si tractat G. primo ponit opinionem illorũ, qui dicunt ꝙ pœnitẽtia non est iteranda, quia eam non sequitur mortale peccatũ. si enim eam sequitur mortale peccatũ, illa pœnitentia vera non fuit: nec veniam obtinuit & ad hoc multas auct. inducit vsq; ad §. sed verba. & incipit ibi soluere prædictas auctoritates. postea ab illo §. ꝙ autẽ. probat auctoritatibus, & exemplis, ꝙ pœnitentia sæpe iterari posset infert quæ sit vera, & quæ sit falsa pœnitentia, qua occasione subiungit an pœnitentia sit danda an neganda ei, qui vult agere pœnitentiam de vno peccato, & remanere in alijs.

a ¶ Vera pęnitentia.] hoc falsum est: quia si ex charitate pœnituit, ver. fuit, & saluaretur si tũc decederet dũ sic pœnitebat: auctoritates autẽ, quę in contrarium inducuntur, non ad diuersa tempora, sed ad idem sunt referenda, vt inf ea. c. in cassum. §. sed verba, vt s. eo tempore quo pęnitet, habeat propositum non committendi de cętero.

f ¶ Non putarent] i. non præsumerent illud agere vnde oporteret eos deinceps pęnitere. & secundũ hũc intellectũ sic intelligẽdũ est illud qđ sequitur: sicut vnũ baptisma sufficit ad deletionẽ pctĩ, sic & vna pęnitentia. huic tñ intellectui repugnat inf. gl. H. l. semp. s. c.

lis culpa illam aliquando sequitur; vera pœnitentia [a] *non fuit; nec veniam vmquam a Domino impetrauit. Quod ex desinitione ipsius pœnitentiæ, & multorum auctoritatibus probare contendunt. Vt enim Ambrosius ait in quodam sermone Quadragesima.*

In sermone manuscripto sæpe citato cuius initiũ [Ecce nũc] Greg lib. 9. epi. 39. & hom. 34. in Euange. Sent. 4. dist. 14. Ino p. 15. c. s. if. ea. Pęnitentiã.

Et Aug. ser. 55. ad frẽs in heremo, & de Ecclesiasticis dogmatib. c. 54.

C. I.

POenitentia est [b] & mala prẹterita plangere, & plangenda itetum non committere [c].

Idem in libro 2. de vnica pœnitentia, c. 10.

C. II.

Sent. ibidem. su. dist. 50. si qs post.

REperiuntur *a*, qui sæpius agendam, pęnitẽtiam [d] putant, qui luxuriãtur [e] in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam; iterandam postea non putarent [f]: quia sicut vnum baptisma, ita *&* [g] & vnica [h] pœnitentia. Verum præteriti semper nos debet [i] pœnitere peccati: sed hoc delictorum [k] leuiorum. At ego [l] facilius [m] inueni, qui innocentiam seruauerint, quàm qui cõgrue [n] egerint pęnitentiam

a ¶ Reperiuntur] *In originali est*, Merito reprehenduntur, qui sæpius agendam pęnitentiã putant: quia luxuriãtur, &c. *vt supra dist. 50. si quis post.*

g ¶ Ita & vnica.] *Locus hic, qui ob glossas incurrentes non est emendatus, apud B. Ambrosium sic habet*; ita vna pœnitentia, quæ tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc delictorum leuiorum, illa grauiorum. Facilius autem inueni, &c.

Item Augustinus libro de dogmatibus ecclesiasticis, cap. 54.

Pœnitentię effectus qs est.

b POenitentia est.] Id est, gratia, quæ vere pęnitenti infusa est. facit eum pręterita plangere, & eũ munit, vt caueas ne committat quæ fleuit. & quod hic traditur, potius est effectus pęnitentiæ, quam diffinitio.

c ¶ Non committere.] Id est, non committendi propositum habere.

REperiuntur.] CASVS. In hoc c. reprehẽdit Ambr. quosdam, qui solennem pęnitentiam sępius agendam putant. illi enim spiritualiter fornicantur separãdo se à Christo. Nam si veram pœnitentiam agerent, nunquam iterandam putarent. cum sicut vnum est baptisma, ita vna est pęnitentia. In fine dicit Ambrosius, ꝙ plures inuenit, qui innocentiam seruauerunt, quàm qui veram egerunt pęnitentiam. sequens ca. patet. Sequens autem cap. quod postea sequitur, scilicet pœnitentia. patet similiter, in quo describitur quid sit pœnitentia, quid sit pęnitere, quid pœna.

d ¶ Pęnitentiam.] Solennem. Vel quod hic dicitur, intelligas de pęnitentia exteriori, id est satisfactione. nam quidam putant sufficere ad deletionem peccati, si quoties peccant, pęnitentiam sibi iniunctam siue satisfactionem agant, licet in voluntate peccandi persistant. infra ea. sane cauendum. & hoc innuit illud ibi, iterandam.

e ¶ Qui luxuriantur.] Id est, fornicantur spiritualiter separando se à Christo.

g ¶ Ita.] su. dist. 50. c. si quis post. §. potest. & aliter inf. ead dist. c. in tantum. §. sine autem, & c. in laticibus.

h ¶ Vnica.] Id est, irreiterabilis.

i ¶ Sẽper nos debet.] Id est, semper vere pęnitere. sed de mortalibus raro contingit. Vnde addit: at ego, &c. q. d. ita de facto cõtingit sæpe, scilicet ꝙ quis habet pęnitentiam de minoribus & cõpunctionẽ, sed de maioribus non. Vel melius (quod innuit hic) distinguo, vt scilicet pęnitentia pro leuioribus mortalibus tantum peccatis iniuncta possit iterari: quia nõ iniungitur pœnitentia solennis nisi pro grauissimis. 26. q. 6. c. vlt.

K ¶ Delictorum.] Tamen mortalium.

l ¶ At ego.] Supra distin. s. §. alij econtra. cap. sunt qui arbitrantur.

m ¶ Facilius.] Mirũ est quare hoc dicat, cum multi inueniantur in fine pęnitentes resplẽduisse, &c. su. t q. 7. si quis omnẽ. & pauci inueniuntur ante finẽ sine mortali peccato. ar. su. 50. dis. quia tua. sed quod dr hic, intelligitur de integritate carnis, s. virginitate, q. d. facilius inuenio, qui seruet virginitatem, quàm qui post corruptionẽ carnis seruet continentiã. Nam tunc facilius cadet, vt su. dist. t. §. alij. econtra. c. sunt qui arbitrãtur. vnde & sacramẽto qñq;, &c. vt 35. q. 6. ab isto. Vel hoc potest intelligi de pęnitentia perfectissima, quæ non solum delet peccata, sed etiam peccandi affectionem quam nunc habere difficillimum est.

Pœnitentia perfectissima quę est.

n ¶ Congrue.] Nã pęnitentẽ oportet vitã mutare, qđ

iurans e

Vitæ mutatio non est facilis.

summe difficile est: quia dixit lex, ꝙ nō facilis est mutatio vitæ, sed cum magno labore animi fit, vt in auth. de mona. §. hinc autem. coll. 1. arg. inf. ea. sane cauēdū.

a ¶ Satisfactio pœnitentiæ.] inf. ead. dist. §. illud autē Gregorij. ver. satisfactio.

b ¶ Cau

g ¶ Puniat.] Habitu, non actu. arg. su. dist. 31. c. si laicus. Arg. contra inf. c. proxi

SI Apostol⁹.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. ꝙ homo debet continue de peccatis pœnitere & dolere exēplo Apostoli, qui peccata per baptismū dimissa continue deplorat nam tādiu debet homo de gratia Dei sperare quamdiu à pœnitentia sustentatur, dicente Domino: Vade, & amplius noli peccare. Semper ergo doleat & etiam gaudeat de dolore.

h ¶ Si Apostolus.] supra. 32. quæstio. 5. si Paulus.

i ¶ Peccata.] Originalia.

k ¶ Dimissa.] Si dimissa, quare plorat? quia nō est facta plena innouatio. de cōs. dist. 4. c. 2. & ideo timet cadere. & indignū est eum, qui non dum stabilem t, &c. C. de testa. mili. l. vlt.

t In suo officio gaudet eo priuilegio, quo gaudet, qui est stabilis. Arch.

l ¶ Ploret.] Arg. contra inf. de cons. dist. 4. sine pœnitentia. Arg. contra sup. dist. 1. tres autem sunt actiones. Sed illa non prohibet quin dolendum sit super peccatis iam dimissis, sed ꝙ iam pro illis non est pœnitentia iniungenda.

m ¶ Super fundamentum.] Id est, fidem.

n ¶ Finitur.] Id est, deficit: quod tunc fit cū memoria peccati habetur, & de peccato non doletur.

o ¶ Deficit.] Id est inutilis est, vel efficitur inutilis, id est, per ipsam pœnitens ad vitam non perducitur: ex quo enim non laborat, fructum non debet percipere. 16 q. 1. generaliter.

C. III.

sup. di. 1. sūt q.

SAtisfactio pœnitentiæ [a] est peccatorum causas [b] excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.

Item in libro de vera & falsa pœnitentia, c. 8.

C. IIII.

Sent. 4. dist. 14.

POenitentia est quædam dolentis vindicta [c], puniens [d] in se quod dolet commisisse. *& infra, c. 19.* Cōtinue dolendum est de peccato: quod declarat ipsa dictionis virtus [e]. Pœnitere enim est pœnam tenere [f]: vt semper puniat [g] in se vlciscendo, quod commisit peccando. Pœna enim proprie dicitur læsio, quæ punit, & vindicat quod quisque commisit. Ille igitur pœnam tenet, qui semper punit quod commisisse dolet.

Sent. ibidem.

Pœnitentia itaq; est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse.

In eodem libro, c. 13.

C. V.

Rom 6.

SI Apostolus [h] etiam peccata [i] per baptismum dimissa [k] continue ploret [l]; nobis etiam super fundamentum [m] Apostolorum positis, quid præter plorare restat? quid, nisi sēper dolere in vita? Vbi enim dolor finitur [n]; deficit [o] & pœnitentia. Si autem pœnitentia [p] finitur; quid relinquitur de venia [q]: Tamdiu enim gaudeat, & speret de gratia [r], quamdiu sustentatur à pœnitentia. Dixit enim Dominus: [Vade, & amplius iam noli peccare.] Non dixit,

Io. 8.

nec pecces; sed, nec voluntas peccandi in te oriatur [s]. Quod quomodo seruabitur; nisi dolor continue in pœnitentia custodiatur? Hinc semper doleat: & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si contigerit [t], semper doleat: & non sit satis, quòd doleat; sed ex fide doleat, & nō semper doluisse doleat.

Sic incipit homilia 34. Aestiuum tēpus.

Item Gregorius in æstiuum [u] tempus, [id est, homilia 34. Euang.]

Peccati occasione sūt fugiendæ.

b ¶ Causas.] Id est, vitiorū radicem. non enim sufficit ramos incidere. vt su. dist. 2. ficta. § ea pmissis. Vel, causas, id est opportunitates, vel occasiones peccādi. vt 81. dist. valet.

c POenitentia est.] ¶ Vindicta.] Hic est quædam assignatio illius pœnitētiæ, quæ dicitur operis satisfactio. & intelligitur de perfecta pœnitentia, vt inf. ea. cap. quamuis. §. hac auctoritate.

Ieiunare p aliū vtrum aliquis possit.

d ¶ Puniens in se.] Arg. expressum, ꝙ quis non potest ieiunare per aliū: licet contrarium dixerit Hug. su. 17. dist. presbyter. sed quidquid sit de alijs, videtur ꝙ per filiū bene possit quis ieiunare: quia eadem persona censetur, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate. & magis terrentur patres in filijs quàm in se ipsis. ff. quod met. cau. l. isti quidem. §. vlt.

e ¶ Virtus.] Id est, significatio & interpretatio.

Pœnitet me fecisse hominē qualiter exponatur.

f ¶ Pœnam tenere.] Alludit etymologiæ vocabuli. vnde Bernardus Clareuallis dixit super illum locū Gen. Pœnitet me fecisse hominem super terram: idem est ac si diceret, pœna tenebit me pro peccatis hominū, tenebit inquam me, cum venero super terram.

p ¶ Pœnitentia.] Quæ præcessit.

q ¶ De venia.] Id est, de vitæ munditia, & spe æternæ beatitudinis, quam cum venia assecutus fuerat, q. d. ita reus constituitur per consequens peccatum, sicut erat prius, sic exponit Grat. inf. ead. §. hac auctoritate.

q ¶ De venia.] Non tamē intelligas, ꝙ peccata redeāt prius dimissa: sed quia ita intrabit gehēnam ac si nullum peccatū esset dimissum. hoc secundum quosdā, secus secundum alios, qui dicunt peccata iam dimissa redire vt hac traduntur, inf. ea. §. hac auctoritate.

Delicta iā dimissa an redeant.

r ¶ De gratia.] Futuræ promissionis.

s ¶ Oriatur.] Sed si præcepit, nonne sic præcepit impossibile: quia quod non erat in eius potestate? Ar. su. dist. 2. c. si fermo. §. econtrario. & c. sciendū. Sed expone, voluntas in te non oriatur, id est, in te orta ad effectum non perducatur.

t ¶ Si contigerit.] Supra 17. quæst. 4. sunt qui opes. sup. 15. q. 8. hi qui. inf. ea. dist. c. in tātum. §. hiue autem. & c. in salicibus.

u ¶ In æstiuum.] Id est, in homilia, quæ æstiuū incipit.

POenitentiam.] CASVS. Dicit hic primo Gregorius, q̃ digne pęnitentiam agere non possumus, nisi modum pęnitentiæ cognoscamus. secundo dicit quid sit pęnitentiam agere. Tertio dicit, q̃ qui sic pęnitentiam agit de aliquibus peccatis, vt iterum alia cõmittat: nõ dicitur vere pęnitere. Gregorius in vltimum tempus, id est, homilia quæ incipit, vltimũ tempus.

a ¶Plangere.] Id est, plangendo de præteritis malis dolere. Vel satisfactione satisfacere, secundum præceptum ecclesiæ.

b ¶Non perpetrare.] id est, in nullo mortali perseuerare, vel propositum perpetrandi non habere.

c ¶Cõmittat.] Id est, propositum committendi habeat.

d ¶Dissimulat.] Id est, non vere pęnitet.

e ¶Quid enim prodest.] Quo ad vitam æternam, infra ea. dis. sunt plures. Nam aliàs bene valet occasionaliter infr. ea. dis. ca. nihil. & cap. pium.

SVNT QVI. CASVS. Quidam dicebant modicum tẽpus sufficere ad pęnitentiam, vt possint postea ad peccata redire, qui reprehenduntur auctoritate Petri in epistola secũda dicentis: Canis reuersus ad vomitum, &c. In fine dicit quid sit agere pęnitentiam.

f ¶Qui ait.] Infr. ea. septies, supra dist. 50. ij qui.

g ¶Virtus.] Id est, effectus pęnitentiæ.

PRoductior.] CASVS. Ostendit Gr. per multas causas, q̃ in c. exprimuntur, q̃ productior debet esse pœna quàm culpa, & ita cum semper debeat pœnitere, non iterabitur pœnitentia. Sequentia duo c. plana sunt, scilicet perfecta & ille.

h ¶Productior.] Supra dist. 90. si quis monachus. arg. supr. ea. dis. 1. vide benignũ. cõtra. Ibidem innuitur, q̃ quamdiu vĩ durare peccatum, durare debet t. pœnitentia. Sed dic q̃ non dr ibi, q̃ pęnitentia non debeat esse productior peccato, sed innuitur ibi; q̃ si longa fuerit culpa, longa pœnitentia debet esse, non enim erit æquum, vt pro vnius horæ fornicatione non maior iniũgeretur ei pœnitentia, sed quod hic dicitur retorquatur ad interiorem pœnitentiam: quia quandoq; reduco peccatum ad memoriam, debeo inde dolere, infra ea lodas. & hoc intellige de pœna, siue de pœnalitate, quam sustinemus pro peccato primi hominis: quia illa est productior. arg. supr. dist. t. sicut primi.

i ¶Ad demõstrationem.] Id est, ad custodiam humilitatis, vt in Paulo. 23. q. 4 displicet.

k ¶Miseriæ.] In quam venit ex peccato, supr. dis. 5. ad eius vero, verius finem.

l ¶Ad emendationem.] Id est, ad purgationem delicti, vt in paralitico.

m ¶Ad exercitationem.] Sup. ea. dist. 1. sicut primi.

n ¶Necessariæ patientiæ.] Ad vitam æternam.

o ¶Detinet.] Pœnam ad gloriam Dei manifestandã: vt in cæco nato. supr. dist. 1. ex his. & ad iudicium futuræ damnationis, vt in Herode, supr. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & ad cautelam sui & aliorum, vt in Paulo. & vt studiosius illa vita quæratur, quæ erit ab omnibus pœnis aliena, & vt sit fideli certandi materia, & occasio vincendi: qui non vinceret, si non pugnaret, supra dist. 6. c. sed pensandum.

p ¶Ira Dei.] Supra 11. quæst. 3. c. episcopus. §. si ergo in iuste.

q ¶Perturbatio.] Ecce quid sit ira hominis, & quid ira Dei.

r ¶PErfecta pœnitentia.] ¶Omnia.] Iniuncta à sacerdote.

C. VI.

POenitentiam agere digne non possumus: nisi modum quoq; eiusdem pęnitentię cognoscamus. Pęnitentiam quippe agere, est & perpetrata mala plangere [a] & plangenda non perpetrare [b]. Nam qui sic alia deplorat, vt tamen alia committat [c]; adhuc pęnitentiam agere aut dissimulat [d], aut ignorat. Quid enim prodest [e], si peccata quis luxuriæ defleat, & tamen adhuc auaritiæ æstibus anhelat? *Idem lib. 9. epist. 39. ad Theotistam.* ¶Sunt † qui dicunt pauci temporis pęnitentiam contra peccatum debere sufficere; vt iterum liceat ad peccatum redire. Recte eos pastoris primi percutit sententia, qui ait [f]: [Contigit illis illud veri prouerbij; canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti:] Magna est enim contra peccatum virtus [g] pęnitentiæ; sed, si quis in eadem pęnitentia perseueret, *& infra.* ¶Pęnitentiam vere agere est, commissa plangere †, & † iterum plangenda declinare.

supra ead. pęnitentia est.

† *Si autem dicunt*] orig.

2. Pet. 2.

† *al. flere*] orig.
† *al. sed iterũ*] orig.

Item Augustinus tractatu 124. in c. 21. Ioannis.

C. VII.

PRoductior [h] est enim pęna, quàm culpa; ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pęna. Ac per hoc vel ad demonstrationem [i] debitæ miseriæ [k], vel ad emendationem [l] labilis vitæ, vel ad exercitationem [m] necessariæ patientiæ [n] temporaliter hominem detinet [o] pœna; etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum nõ detinet culpa. *& paulo post.* ¶Ira Dei [p] non est, vt hominis, id est, perturbatio [q] concitati animi, sed tranquilla iusti supplicij constitutio.

Facit ad hoc Beda lib. qq. q. 10.

Item Ioannes os aureum in homilia de pœnitentia.

C. VIII.

PErfecta pęnitentia cogit peccatorem omnia [r] libenter sufferre. *& infra.* ¶In corde eius contritio est, in ore eius confessio, in opere tota humilitas. Hæc est perfecta, & fructifera pęnitentia.

Supra dist. 1. perfecta.

Item Smaragdus in expositione regulæ sancti Benedicti, c. 4.

Isidorus de su. bono lib. 2. c. 13

Pœnitentia sit longa si longa fuerit culpa.

r Ad idem e 1. distin. c. omnes.

Pœna quare infligit à Deo.

Pęniten-

POenitentes.] CASVS. In hoc cap. dicitur, qui dicantur vere pœnitentes, & qui non. [Si tamen estis pœnitentes.] Cum effectu. [Cum catena.] .i. mãdato ecclesiæ. [Imposturã.] Deceptionẽ. Sequẽtia tria c. plana sunt, scilicet. lauamini. inanis. in quibus nihil aliud dicitur,

Tria sequentia capitula manifesta sunt. scilicet, lauamini. baptizatur. & incassum.

a ¶Cum catena.] Supra dist. 1. agite. argum. contra supra dist. 1. facilius.

a ¶Catena.] Id est, in catena, id est, cum mandato ecclesiæ, scilicet secundum quod ecclesia nos ligauit. Et est si. 1. q. 1. iudices.

C. IX.

ILle pęnitentiam digne agit, qui, quæ commisit, sic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum; quasi si quis lauet laterem crudum: quia quanto magis lauerit, tanto magis lutum facit.

Item Augustinus homilia 41.

C. X.

Sent. 4. dist. 15. POenitentes (si tamen estis pęnitentes, & non estis irridentes) mutate vitã, reconciliamini Deo, & vos cũ catena [a] pascetis. Qua, inquis, catena? [Quæ ligaueris in terra erũt ligata & in cęlo.] Audis ligaturam, & Deo putas facere imposturam [b]? pęnitentiam agis [c], genua figis, & rides, & subsannas patientiam Dei? Si pœnitens es, pęnitet te; si non pœnitet, pœnitens non es. Si ergo pęnitet; cur facis, quod male fecisti? si fecisse pęnitet, noli facere: si adhuc facis, certe non es pęnitens.

Matth. 16.

Item Isidorus libro secundo de summo bono, c. 16.

C. XI.

Sent. 4. dist. 14. IRrisor est, non pęnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet; nec videtur Deum poscere subditus, sed subsanare [d] superbus. Canis reuersus ad vomitum est pœnitens ad peccatum. Multi enim lachrymas indesinenter fundũt, & peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad pęnitentiam, & affectum pęnitentiæ non habere constat: quia inconstantia [e] mentis, nunc recordatione peccati lachrymas fundunt: nunc vero reuiuiscente vsu [f] ea [g], quæ fleuerant, iterando committunt. Esaias [h] peccatoribus dicit: [Lauamini [i], mundi estote.] Lauatur itaque, & mundus [k] est, qui & præterita plangit, & flenda iterum nõ committit. Lauatur [l], & non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec tamen deserit; sed post lachrymas ea, quæ fleuerat [m], repetit.

Esa. 1.

Item Augustinus in libro Soliloquiorum [n].

C. XII.

Sent. ibidem. INanis [o] est pęnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardius [p]: frequenter [q] peccãs, & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuo iterare. Persiste ergo in confessione: esto in pęnitentia fortiter confirmatus: vitam bonam, quam accepisti, tenere non desinas: propositum bonæ vitæ conserua iugiter.

b ¶Facere imposturam.] Id est, ei falsum imponere, quòd scilicet iniuste ligaris ab ipso. Deus enim neminem iniuste ligat. 11. q. 3. c. episcopus. §. si ergo iniuste. Impostor autem dicitur, qui falsum aliquid alicui imponit. ff. de ædil. edic. l. ob quæ vitia §. 1.

Impostor quis dicatur.

c ¶Agis.] Actu, vel voluntate.

d IRrisor.] ¶Subsãnare.] Id est, naso torto deridere.

e ¶Incõstantia.] Nota inconstantiam reprobari. ff. de procur. in causæ. ff. de offic. præsi. obseruandum. Arg. contra. ff. de col. bo. nonnunquam.

f ¶Vsu.] Cum præueniuntur à tentatione. infra dist. 5. c. 1.

g ¶Ea.] Id est, similia.

h ¶Esaias.] Adhuc est de c. Isidori quod sequitur.

i ¶Lauamini.] Baptismo, vel pœnitentia.

k ¶Mundus.] Interius.

l ¶Lauatur.] Id est, exterius.

l ¶Lauatur.] Id est, illa munditia non est ei ad salutẽ: quia est momentanea, nõ perseuerans. Vel non est mundus ex toto, sed ad tẽpus, vel in parte.

m ¶Quæ fleuerat.] Supra. 15. q. 8. ij qui.

n ¶Soliloquiorum.] Id est, psalmorũ, qui sunt excellentiora de Christo eloquia.

Psalmi dicuntur soliloquia.

o INanis.] Id est, insufficiens ad vitã æternam obtinẽdam. Vel carens fructu illius pęnitentiæ, quam non sequitur culpa: cuius fructus est vitatio gehennæ, & adeptio gloriæ.

citur, nisi qui dicãtur vere pęnitentes; & qui nõ. [Qui adhuc agit.] Id est, habet voluntatẽ agẽdi. [Illud quod pęnitet.] Id est, de peccato quo pęnitet. [Subsannare.] id est, naso torto deridere. Sequẽtia duo c. scilicet, qui admista. & qui admissa. patent. [Admissa.] Scilicet peccata. [Nec desinunt cõsiderare.] Id est, peccare similia.

p ¶Tardius. Argum. contra.
Vulnus Achilleio, quod quondam fecerit hostis
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Ouidius.

q ¶Frequenter.] Supra, dist. 39. diaconi sunt. contra. Sed hoc aduerbium, vix, soluit contrarietatem 1.

1 Vel dic quod aduerbium positum in

prædi. c. in fin. §. assidue. soluit cōtra. nam hic dicit fre quenter secundum P.

a QVi.]Deserunt.]Peccare. Vel quia redeunt ad illa, vel ad alia.
b ¶Ad sordes.] Quasi hoc inde sequitur, & ita vt, tenetur consecutiue: vt 1. q. 1. quisquis, in fi.

BAptizatur.] Hac verba, quæ hic ponit Gregorius inueniuntur in libro Iesu filij Sirach. qui dicitur ecclesiasticus.
c ¶Baptizatur.] Id est absoluitur & mundatur. de consec. dist. 4. nec quemquam.
d ¶A mortuo.] Id est, à mortalibus peccatis. historia. Tangitur hic illud veteris testamenti, q̄ si quis tangebat cadauer hominis mortui, erat immundus septem diebus: postea aspergebatur die tertio aqua aspersionis, & sic mundabatur.
d ¶A mortuo.] Id est, à contactu mortui.] Tāgitur,] Quod fiebat in veteri testamento, q̄ si quis tangebat ossa vel corpus mortui hominis, immundus erat septem diebus, postea aspergebatur aqua aspersionis die tertio & septimo, & sic mundabatur, sicut hic tangitur, & exponitur de consecra. distin. 4. nec quemquam.

Mortuū tāgens erat septem diebus immundus.

e IN cassum.] ¶Deseratur.] Finaliter. arg. infr. dist. 4 intermittentes. §. filijs.
f ¶Frustra.] Quia indecens est prius soluere, &c extra de renun. literas. Arg contra. C de ijs qui. vt in dig. l. fi. Nam & testamentum imperfectū nullum est, instit. quibus modis testam. infir. §. penultimo.

SED VERBA. Hęc est secunda pars dist. in qua soluit (& bene) dicens quod auctoritates ita sunt intelligendæ, vt tpe cōfessionis non habeāt propositum peccandi. Io. de Fant.

¶Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinum: habentur tamen apud Isidorum (quem citat magister) pœna eadem in dialogo. siue synonymis non longe ante c. de castitate.

Item Gregorius in pastorali, par. 3. admonitione 31.

C. XIII.

QVi admissa plangunt, nec tamen deserunt[a]; considerare solicite sciant; quia flendo, inaniter se mundāt; qui viuendo se nequiter inquinant, cum idcirco se lachrymis lauant, vt mundi ad sordes [b] redeant. Sent ibidem. Ans. l. 11. c. 143.

Idem ibidem.

C. XIIII.

QVi admissa † plangit, nec tamen deserit: pęne grauiori culpæ se subijcit: quia † ipsam, quam flendo impetrare potuit veniam, contemnit. Sent. ibidem. Beda in a. Pe. a. † *al. qui &* † *admissum.*] ori.

Idem ibidem.

C. XV.

LAuamini, mundi estote.] Post lauacrum enim mundus esse negligit; quisquis post lachrymas vitæ innocentiā non cudodit Lauantur ergo, & nequaquam mundi sunt; qui commissa flere non desinunt; sed rursus flenda committunt. *Esa.* 1.

Idem ibidem.

C. XVI.

BAptizatur [c] quippe à mortuo [d]; qui mundatur fletibus à peccato: sed post baptisma mortuum tangit; qui culpam post lachrymas repetit. *Eccli.* 34.

Idem in moralibus libro primo, c. vltimo.

C. XVII.

INcassum quippe bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur [e]: quia & frustra [f] velociter currit, qui prius quam ad metas veniat, deficit.

2 *Sed uerba [g] diffinitionis non ad diuersa tempora, sed ad idem tempus referuntur: uidelicet, ut tempore, quo deflet mala, quæ commisit, non committat [h] quod adhuc eum flere oporteat. Quod ex sequentibus uerbis eiusdem auctoritatis datur intelligi dum dicitur: [Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat [i]; adhuc pœnitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat.]* Sent. ibidem. sup. c. pœnitentiam.

Hinc Augustinus in Enchirido [k], c. 70.

C. XVIII.

SAne cauendum est, ne quisquam existimet infanda illa Sent. ibidem. Iuo p. 17. c. 22.

CASVS. Inductis auctoritatibus, quæ videntur innuere, quòd illa pœnitentia, quam sequitur mortalis culpa, non fuerit vera: incipit nūc respondere, & illas soluere Et primo soluit primam. Vel illud quod dicitur ibi, pœnitentiam agere digne: dicens q̄ verba diffinitionis ad idem tempus, & non ad diuersa referuntur, scilicet vt eo tempore quo pœnitet, non habeat propositum amplius peccandi. Et ad hoc inducit sequentia cap.

g ¶Sed verba.] Hic incipit soluere auctoritates, quę videntur dicere illam pœnitentiam non fuisse veram, quam sequitur mortalis culpa, & respicit hic primo illud c. pœnitentiam quippe agere.

h ¶Non committat.] Id est, non committendi propositum habeat, qui ergo à malis sic mētem reuocat, vt cōmissa plangat, & plangenda committere nō velit, nec satisfacere negligat, vere pęnitet: licet postea forte casu vel infirmitate peccet, non ex proposito.

i ¶Committat.] Opere, vel voluntate.

k ¶Enchiridio.] Id est, in libro manuali, & dicitur ab eo, quod est in, & chir chiros, quod est manus, id est, liber manualis.

Pęnitens vere quis dicitur.

SAne cauendum.] CASVS. Quidam erant, qui quotidie peccare mortaliter non vitabant, credētes q̄ per eleemosynas possent ea peccata redimere. sed errabāt, cū quotidie sit Deus rogādus de p̄teritis peccatis, & non emendus, vt occasione eleemosynæ credat q̄s impune

Enchiridiū est liber manualis.

impune posse peccare. Nam nulli dat Deus licentiam peccandi, quamuis Deus deleat facta peccata, si satisfactio congrua non negligatur. [Vt ea,] Scilicet mala.
a ¶De peccatis præteritis.] Vide quod legit & no 97. dist. c. 1. ver. ipsa vero in gl. sic intelligitur, &c. Arch.
b ¶Pro-

f ¶Eleemosyna.] Dr ab eli, quod est Deus, & Moys. quod est aqua: quia ita extinguit peccatum sicut aqua extinguit ignem. dist. 45. ita.
g ¶Dictum est.] In libro Iesu filij Sirach à Salomone.
h ¶Vt Deo placeamus.] Non ergo se fallant, qui per largas eleemosynas fructus vel pecuniæ se existimant impunitatē emere: quia qui diligit iniquitatem, odit animam suam: & qui odit animam suam, non est ei Deus misericors, sed crudelis. si igitur vult ei dare eleemosynam, per quam fit munda, odiat eam secundum seculum, & diligat eā secundum Deum. hæc eleemosyna, quam sibi homo primum debet, mundantur interiora: ergo eleemosyna pecuniæ, quam quis facit manens in mortali peccato, non proprie dicitur eleemosyna: quia inordinate fit dum à se non incipit, & dum sibi crudelis existit, non placet Deo. H.

Eleemosyna vnde dicatur.

Eleemosyna in peccato facta nō est proprie eleemosyna.

crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda: & per eleemosynas de peccatis præteritis [a] est propitiandus [b] Deus; non ad hoc emendus [c] quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi: quamuis miserando deleat iam facta peccata; si non satisfactio congrua negligatur.

Idem ibidem, c. 76.

C. XIX.

Iuo p. 17. c. 139. QVi vult eleemosynam ordinate dare; à seipso [d] debet incipere [e], & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna [f] opus misericordiæ: verissimeque dictum Eccle. 30. est [g]: [Miserere animæ tuæ placens Deo.] Propter hoc renascimur vt Deo placeamus [h].

Idem ibidem, c. 71.

¶ Antea caput hoc citabatur ex Ioanne Chrysostomo. Restitutum est B. Augustino: quem citant Magister, & Iuo, & concilium Toletanum 4. c. 9.

C. XX.

Sent 4. dist 16. Iuo p. 17. c. 122. DE quotidianis, breuioribus [i], leuibusque peccatis sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana [k] oratio [l] fidelium satisfacit [m]. Eorum est enim dicere: [Pater noster [n], qui es in cœlis,] qui iam taliter † [o] patri regenerati sunt ex aqua, & spiritu sancto. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata delet [p] & illa, à quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit; si quemadmodum veraciter dicitur: [dimitte [q] nobis debita nostra,] quoniam non desunt quę dimittantur; ita veraciter dicatur, [sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;] id est, si fiat, quod dicitur [r]: quia & ipsa eleemosyna est, veniam petenti homini ignoscere.

Matth. 6.
† patri tali] Orig.

Item Pius Papa, epistola prima.

DE quotidianis.] CASVS. Dicitur hic, quod leuia peccata sine quibus vita præsens non ducitur, oratione Dominica, scilicet Pater noster, delētur & sicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra: ita & nos dicamus veraciter sicut, &c. & hęc est eleemosynæ species. Sequens cap. nihil patet.
i ¶Breuioribus.] Ratione temporis vocat breuia. nam si durāt, trāsfrūt in mortalia * 25 distin. ea. vnum. §. criminis.
K ¶Quotidiana.] Supra, ead. distin. 1. tres sunt actiones.

* Quæ ex suo genere mortalia sunt, sed fiūt venialia ob imperfectionē actus, ea, si tēporis mora, & deliberatio accedat, redeunt ad naturam proprij generis, & sunt mortalia.

b ¶Propitiandus.] Id est, placandus.
c ¶Emendus.] Id est, nō demus ei eleemosynas in pretium vt maneamus licite in peccato: alias dicit c. eleemosynis peccata tua redime. su. dist 1. medicina. ff. eo. c. adhuc insistant. 1. q. 7. exigunt. Remissio enim peccati non dat licentiam delinquendi. Peccata etiā publice puniri interest. extra de collu. c. 2. Sed tñ nō debemus temere ad pęnas prosilire. argu. C. de pœ. si operis.

Peccata publice puniri interest.

QVi vult ordinate.] CASVS. Dicitur hic, quod qui vult ordinate eleemosynam dare, primo debet incipere a seipso, scilicet vt se prius corrigat & pęniteat, & satisfaciat de peccatis suis: & tunc dat eleemosyna ordinate: & hoc probatur per diffinitionem eleemosynæ.
d ¶Seipso.] Vt su. 23. q. 3. si non licet. C. de ser. præses. Nec tenetur aliqua actione, qui propter suas conseruandas, alienas merces proijcit. ff. de præscrip. verb. qui seruandarum, in prin.
e ¶Incipere.] Vt habeat cor contritum, & dimittat ei, à quo læsus est.

l ¶Oratio.] Infra, ead. dist. 6. qui vult.
m ¶Satisfacit.] Infra, de consecra. dist. 3 aquam.
n ¶Pater noster.] Quia non impon tur maior pęnitentia pro veniali, quàm vt dicatur Pater noster. vnde dicit cap. quod sufficit perfecta contritio, vel confessio cordis, sup. dist 1. c. vlt.
o ¶Taliter.] quod sunt filij Dei, & ita veraciter possunt dicere. Pater noster: in quibus non est mortale aliquid.
p ¶Peccata delet.] Non quòd peccata mortalia primo commissa ea omnino dimittat, sed quia pęnitentiam pro mortali iniunctam releuat. Delet ergo mortalia quo ad pœnam, non quo ad essentiam, sed venialia quo ad vtrumque: sic & aqua benedicta. de consec. distin 3. aquam sale conspersam 1.
q ¶Dimitte.] C. de nup. imperialis. versus prin.
r ¶Quod dicitur.] Scilicet dimittimus. arg. de consec. dist. 2. reuera. in fine, sup. dist. 23. psalmista. & dist. 56. Dominus.

r Et de cōs. dist. 2 cum oē. &c. qui manducat. & ead. seq. & c. omnia Arch.

Pœnitentia super vno peccato nõ est denegãda.

C. XXI.

inf. de cõs. dist. 5. nihil pdest. Sent. 4. dist. 14. & dist. 15. Poly. l. 3. tit. 25.

NIhil [a] prodest [b] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur.

sup. ead.

Ex persona [c] huiusce modi pœnitentis [d] etiam illud Smaragdi intelligitur: [Ille pœnitentiam digne agit, &c.] & illud Augustini: [Pœnitentes, &c.] illud Isidori: [Irrisor est, & non pœnitens.] & illud Esaiæ: [Lauamini & mundi estote.] Item & illud Soliloquiorum. [Inanis est pœnitentia, &c.] Similiter & illud Gregorii: [Qui admissa plangunt] & : [Baptizatur à mortuo.] Illud autem Ambrosii: Reperiuntur, &c.] non secundum generalem, sed secundum specialem consuetudinem ecclesiæ de solenni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur.

Sent. 4. dist. 14.

Vnde Augustinus scribit ad Macedonium, epistola 54.

C. XXII.

su. dist. 50. quis Sent. ibidem. Iuo p. 15. c. 24. † al. illius

QVamuis [e] caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius † humillimæ pœnitentiæ semel in ecclesia cõcedatur, ne medicina vilis [f] minus vtilis esset ægrotis, quę tanto magis salubris est, quanto minus cõtemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo [g], quare huic homini, qui post primam pęnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?

su. ea. c. satisfactio. & c. fi. Apostolus. su. ea. pęnitẽtia Sent. 3. dist. 29.

§ *Hac auctoritate [h] & illud [i] Ambrosii determinatur [k]; & iterum [l] peccatori per primam pœnitentiam venia dari mõstratur: alioquin nequaquam iterum parceret [m] Deus, qui necdum perpecisset: [Satisfactio [n] quoque pœnitentia] & : [vade, & amplius noli peccare.] eundem cum diffinitione intellectum [o] habet. Illud autem, quod in libro [p] de pœnitentia dicitur, de perfecta [q] est intelligendum. Sicut enim charitas alia est incipiens, alia est proficiens [r], alia est perfecta [s]; sic & pœnitentia alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem charitati, licet nondum perfectæ, in baptismo datur venia peccatorum, vt quamuis postea grauiter aliquis sit peccaturus,*

a NIhil.] Infra, de consec. dist. 5. nihil. & c. non mediocriter, sup. dist. 86. quid prodest.

b ¶Prodest.] Ad vitam æternam. prodest tamẽ ad minus supplicium subeundũ. inf. ea. dist. si quis autem nõ habens. vnde & pęnitentia nun est deneganda super vno peccato, dũ quis remanet in aliis. extra de pęni. & remis. quod quidem. Itẽ ad temporalia consequẽda. 22. q. 2. si quilibet. Item ad citiorem gratiæ appositionem. infra, dist. 5. falsas.

EX PERSONA. Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, ꝙ omnes auctoritates, quæ dicunt ꝙ pęnitentia nõ sit iteranda, de solẽni sunt intelligendę. Ioan. de Fant.

CASVS. Soluit auctoritates superius inductas Gratianus, & dicit quòd capitula superius posita, quæ hic enumerantur, intelliguntur secundũ proximum capitulum, scilicet, nihil, cap. vero reperiuntur. intelligitur secundum specialem consuetudinẽ alicuius ecclesiæ. & quod dicit ibi [huiuscemodi,] de qua, scilicet dictum est in cap. proxi. vel huiuscemodi, scilicet p'angentis commissa, & committentis: vel pęnitentis de vno peccato, & non de alio. & secundum specialem consuetudinem intelligitur c. sequẽs. cuius casus patet, & habetur hoc supra, 50. distinctione, quamuis. Alii sub illo §. potest. & aliter habet capit. illud.

c ¶Ex persona huiuscemodi.] De qua loquitur c. nihil.

d ¶Pęnitentis.] Scilicet de vno, & nõ de alio: vel aliud committentis tunc, vel postea.

e QVamuis.] Supra, dist. 50. quamuis.

f ¶Vilis.] Id est, si haberetur vilis: quod contingeret, ex iteratione eiusdem, omne enim rarũ, & c. 93. dist. legimus.

g ¶Deo.] Vel Papæ.

HAC AVCTORITATE. Hæc est quarta pars dist. in qua dicitur, ꝙ in pęnitentia sunt gradus sicut in charitate, &c. Ioan de Fant.

CASVS. Nunc dicit Gratianus, ꝙ secundum hãc auctoritatem, [quamuis.] intelligi potest illud Ambro. scilicet c. [reperiuntur] illud autem quod dicitur in libro de pęnitentia, s. [pęnitẽtia est quędã, &c.] de perfecta pęnitentia intelligitur. Postea dicitur, ꝙ pęnitentia alia est incipiens, alia proficiens, alia perfecta. Et iuxta hanc distinctionem intelliguntur quędã. ca. superius posita. illud autem. [si Apostolus.] in fine. intelligitur secundum quandam dist. quam facit in littera.

h ¶Hac auctoritate.] Scilicet quamuis.

i ¶Et illud.] Supra. ea. cap reperiuntur.

k ¶Determinatur.] Scilicet ꝙ de solenni intelligatur.

l ¶Iterum.] Sicut dictum est supra. ead. c. proxi. quamuis. in fi.

m ¶Parceret.] Quia si prius homini non pepercisset, non ei iterum parcere diceretur. arg. sup. ead. dist. pœnitentia est quædam dolentis.

n ¶Satisfactio.] Materialiter tenetur.

ADDITIO. Subau. significatiue, id est, verba ista superius posita. Pe.

o ¶Intellectum.] Id est, vt ad tempus idem referatur, non ad diuersa.

p ¶In libro.] sup. ea. dist. pęnitentia est quadam.

q ¶De perfecta.] Pęnitentia, id est, perfectorũ. Vel sufficiente ad salutem. Vel duratura vsque in finem.

r ¶Proficiens.] Id est, ad salutem sufficiens.

s ¶Perfecta.] Quia gradus sunt in ea, vt sup. dist. 2. cũ sancta. & præcedenti §.

s ¶Perfecta.] Id est, ad salutem sufficiens.

a ¶Du-

a ¶Duratura.] Hic datur intelligi, quòd quædam dicitur perfecta id est, vsque ad finem duratura.
b ¶Primum modum.] Quod dicitur perfecta, id est, vsque ad salutem sufficiens, vt eum quis tuto corde dolet, & gemit.
c ¶Per-

qui dicunt pœnitentiam non esse iterandam, & quod pœnitentia postquam peccatur, non obtinet veniam, incipit tractare per multas auctoritates & exempla, quod pœnitentia iteratur, & quod sæpius per pœnitentiam remittatur peccata. Et ad hoc inducit sequentia capit.

tunc tamen intelligatur esse renatus, non aqua tantum (sicut Iouinianus tradidit) sed aqua & spiritu (sicut Hieronymus contra eum scribit;) sic & incipientium pœnitentia venia non negatur: quæ quadam ratione, perfecta potest dici: quia toto corde gemit, & dolet: licet & alia ratione potest dici imperfecta, quia non vsque in finem duratura [a]. *Secundum primum modum* [b] *perfectionis intelligitur illud Ioannis os aurei: [Perfecta pœnitentia, &c.] Iuxta secundum modũ perfectionis* [c] *illud Augustini intelligitur: [Pœnitentia est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse.] Illud autem* [d], *[si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur,] dupliciter intelligi potest. Si enim iuxta quorundam sententiam peccata dimissa redeunt; facile est intelligere nihil de venia relinqui: quoniã peccata, quæ prius erant dimissa, iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex iusta seruitute in libertatem manumittitur, interim vere liber est; quamuis ob ingratitudinem in seruitutem postea reuocetur* [e]; *sic & pœnitenti peccata vere remittuntur; quãuis ob ingratitudinem venia eisdem postea sit implicandus. Si autem peccata dimissa non redeunt; dicitur nihil relinqui de venia; quia nihil relinquitur sibi de vita munditia, & spe æternæ beatitudinis, quam cum venia assecutus est. Sicut enim argento perfecte purgato, nihil sui decoris relinquitur, si sequenti ærugine fœdatur, non tamen prima, sed sequenti sordidatur; sic expiato per pœnitentiam nihil de venia dicitur relinqui; cum tamen iam non deletis, sed adhuc expiandis coinquinetur.*

sup. ead.
sup. ead.
Sent 4. dist. 14.
su. ea. c. si Apostolus.

5 *Quòd autem* [f] *per pœnitentiam non semel tantum, sed sæpissime peccata remittantur; multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Hieronymus in epistola ad Rusticum de pœnitentia.

C. XXIII.

†al cadet
†al resurget
Prou 24.
Matth. 18.

SEpties [g] cadit † [h] iustus, & resurgit † [i]. Si cadit quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit [k]? sed iusti vocabulum [l] non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies [m] delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donantur. [Cui plus [n] dimittitur, plus diligit.]

Luc. 7.
Sent. ibidem.

Dauid quoque per pœnitentiam, adulterij simul & homicidij veniam impetrauit.

f ¶Quòd autem.] Inductis auctoritatib9, quas inducũt qui pœnitentiam non esse iterandam dicunt, & quòd pœnitẽtia postquam peccat non obtinet veniam: incipit probare per multas auctoritates & exempla, quòd pœnitentia sæpius iteratur, & quòd sæpius per pœnitentiam remittuntur peccata.

SEpties.] CASVS. Dicitur hic, quòd iustus septies, i. multoties cadit per venialia peccata: & tamen nõ cadit à charitate. & sunt verba Salomonis, quæ Hiero. exponit. Sequens §. scilicet, Dauid. patet.

g ¶Septies.] Verbum Salomonis: quod exponit Hieronymus.

g ¶Septies.] Id, pro vniuersitate ponitur id est, omnib9 modis & generibus flagitiorum & tribulationũ. ADDITIO. Et dic quòd hæc non est intentio litteræ: nec propter hoc inducitur: sed secundum quod cadit in peccatum, vt sequitur in alia glo. secundum Petr.

Septies: id est omnib9 modis.

h ¶Cadit.] Id est, affligitur.

i ¶Resurgit.] Id est, non perit, sed proficit. vel resurgit, id est, nouis operibus proficit.

K ¶Cadit.] Si intelligas hoc de casu, qui fit post peccatũ mortale, exaudi quod dicit in die, scilicet vitæ suæ: & tunc est casus à charitate. Si vero intelligas de casu, qui fit per veniale, per quod cadit à quadam innocentia, nõ à charitate; tunc exaudi de die naturali.

c ¶Perfectionis.] Quia dicitur perfecta, id est vsque ad finem duratura.
d ¶Illud autem.] Supra, ead. si Apostolus.
e ¶Reuocetur.] Quod ex lege in causa fieri potest. C de liber. & eorum li. l. 2. arg 15. q 7. c. 1. dum tamen lege sit comprehensa.

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars dist. in qua probat per quattuor auctoritates, quòd semper per veram pœnitentiam dimittuntur peccata. Io. de Fant.

CASVS. Positis auctoritatibus inductis, quas inducunt

l ¶Vocabulum.] Generaliter dicit lex, quòd qui possessionem vi ereptam in ipso congressu recipit: in pristinam causam videtur potius reuerti, quàm vi possidere. ff. de vi & vi arm. qui possessionem. argu. su. dist. 2. §. hæc itaque. c. firmiom.

Vim faciẽs non semper vi possidet.

m ¶Septuagies septies.] Id est, quandocumque. finitum pro infinito ponitur. infra, ea. adhuc. versi. medicorum. 16. q 2. visis. vet. habet enim.

n ¶Cui plus.] Hæc fuit responsio Petri, cum Dominus

minus enim interrogarit de fœneratore, qui debitoribus debita inæqualia dimiserat.

TOtam pœnitentiam.] CASVS. Probat in hoc cap. quòd quotiescumque quis reuertitur ad Deũ pro peccatis suis, toties parcit ei Deus: quod probatur exẽplo Dauid, & per multas auctoritates eiusdem.

Deus qualiter abstulit peccatũ Dauid.

tas qualitas mentis. vnde qui vult cauere à peccato, extirpet radicem ipsam peccati: scilicet iniquitatem. Secunda pars incipit ibi, [Peccatum autẽ.] Tertia ibi, [Peccatum est.]

n ¶Ille rex tantus.] CASVS. In hoc capit. excusatur

Dauid peccatũ tripliciter excusatur.

De cuius pœnitentia in eodem libro Hieronymus ait.

In ead. epist. ad Rusticum.

C. XXIIII.

TOtam pęnitentiam peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus, quando ingressus est Dauid ad Bersabee vxorem Vriæ Ethei, & à Nathan prophetante correptus, respondit dicens, [Peccaui] statimque meruit audire, [& Dominus abs te abstulit [a] peccatum.] Adulterio enim iunxerat homicidium; & tamẽ cõuersus [b] ad lachrymas: [Miserere, ait, mei Deus secundum magnam misericordiam tuam; & secundum multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatem meam.] Magnum enim peccatum magna ĩdigebat misericordia [c]. Vnde iũgit, & dicit: [Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictũ meum cõtra me est semper. Tibi soli peccaui] Rex [d] enim erat †, alium non timebat † [e]. [Et malum coram te feci, vt iustificeris [f] in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.] Conclusit [g] enim Deus omnia [h] sub peccato, vt omnibus [i] misereatur. Tãtumque profecit, vt dudum peccator & pęnitens transierit in magistrum, & dicat: [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.] Confessio enim, & pulchritudo coram eo, vt qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit, [putruerunt [k] & corruptæ sunt cicatrices [l] meæ à facie insipientiæ meæ,] fœditatem vulnerum in sanitatis decorem commutet.

2.Reg.12.

Psal.50.

† al. erat

† timebam] orig

Rom 11.

Ps.37.

Item Ambrosius in apologia Dauid [m], *c.2.*

C. XXV.

ILle rex tantus, [n] ac potens, ne exiguo [o] quidem momẽto manere penes se delicti passus est conscientiam [p], sed præmatura confessione, atque immenso dolore reddidit peccatũ suum Domino. *& infra.* ¶ Denique Dominum dolor intimi mouit affectus, vt Nathã diceret, [Quoniam pęnituit te, & Dominus transtulit peccatum tuũ.] Maturitas itaque veniæ profundam regis fuisse pęnitentiam declarauit, quæ tanti erroris offensam transduxe-

2.Reg 12.

a ¶Abstulit.] Quo ad culpam, non quo ad pœnam. infra ead. illud. & supra distin. 1 sicut primi. Vel quo ad pœnam æternam, non quo ad temporalem, infra distin. 4. cap. intermittentes. §. filijs. H

b ¶Conuersus.] Supra dist. 1 §. econtra.

c ¶Magna indigebat misericordia] Id est, magno effectu misericordiæ: nam misericordia Dei æque magna est semper.

d ¶Rex.] De facto, arg. dist. 83. nemo, extra qui fil. sint le. per venerabilem.

e ¶Alium non timebat.] Hic habes vnam expositionem huius auctoritatis: aliam habes supra, distin. 1. & venit. Vel dic quod aliũ non timebat, qui scilicet iuste posset eum punire: cum ipse solus sine peccato sit. supra 3. q 7. iudicet.

f ¶Iustificeris.] Quia continuo pęnituit, supra ea. dist. 1. & venit.

g ¶Conclusit.] Id est concludi permisit.

h ¶Omnia.] Iudæos & Gentiles.

i ¶Vt omnibus.] Quo ad sufficientiam, non quo ad efficaciam supra, ead. distinct. 2. cirius.

K ¶Putruerunt.] cum peccato iterum consentitur, dum ad actum ducitur.

l ¶Cicatrices.] Id est, plagæ peccatorũ per baptismũ, prout exponitur infra distinct. 4. cap. vlt. Vel per aliud remedium satanæ.

m ¶In apologia Dauid.] Liber excusatorius de Dauid s.

1 Et dicitur ab apo. qd est re: & logos, quod est sermo, quasi sermonis relatio, vel respõsio. Ar.

ILle rex.] CASVS. Hoc cap. diuiditur I tres partes. In prima multis modis excusatur peccatum Dauid, primo quia diu noluit in peccato manere. Secundo quia grauiter in corde doluit, Vnde statim fuit ei dimissum peccatũ. Tertio quia si sancti quandoque peccãt, credẽdũ est eis hoc cõtingere potius fragilitate naturæ, quàm libidine peccãdi: & ideo fortius resurgũt, vt non videãtur cecidisse. In secũda parte dicit, quod peccatum quandoque donatur, quandoque deletur, quandoque tegitur. & de quolibet exemplũ supponit. In tertia parte ponit differentiã inter iniquitatem & peccatum. peccatum enim est opus 1 iniquitur multis modis peccatũ Dauid, adulterij, s. & homicidij. Primo quia diu noluit manere in peccato. Secundo quia grauiter in corde doluit: quod inde patet: quia statum fuit ei dimissum peccatum. Tertio quia si quãdoque sancti peccant: credendum est hoc eis contingere potius fragilitate naturæ, quàm peccandi libidine: vnde fortius resurgunt, adeo vt non videantur cecidisse. In secunda parte ponit differentiã inter peccatũ & iniquitatem. peccatum enim est opus iniquitatis: iniquitas est qualitas 2 mentis. vnde qui vult cauere à peccato, extirpet radicem ipsius peccati, scilicet iniquitatẽ.

2 al vitium

o ¶Ne exiguo.] Postquam redargutus est à Nathan.

p ¶Conscientiam.] Arg quod non dicitur quis morderi peccati conscientia, ex quo iam de eo pęnituit: vnde subire secure potuit sacramẽtũ. 8. q. 1. Attald' licet ar.

contra

Conscientia dupliciter sumitur.

cōtra sit su.15.dist.primū.Sed not.ꝙ conscientia dupliciter accipit. qñque enim dicitur conscientia delicti vt ibi;quandoque dicitur morsus peccati,vt hic,& secundum ꝙ dicit Horatius:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

a ¶Tran-

k ¶Conditionis.]humanæ.

l ¶Virtutis.]Inf.c.a.inter hæc hircum.

m ¶Donatur.] Donari dicitur quod nullo iure cogente conceditur.arg.su.dist.1 nullus eorum.ff de regitur. donari. Vnde cum primam gratiam nemo possit mereri, patet quòd gratia fit remissio peccatorum.

Gratiā primā nemo mereri potest.

Peccatum quādo dicitur donari.

diens: [Ada vbi es?] dixit: [Audiui uocem tuam Domine, & timui, quoniam nudus sum, & abscondi me.] Magnum bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam [n] eorum perseueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria.

IVdas pœnituit.] CASVS. Probatur in hoc c. ꝙ mala pœnitentia nulli veniã tribuit; quod probatur exemplo Iudæ & Esau, & exẽplo Caini: bona vero veniam cõcedit; quod probatur exẽplo Adæ & Esau. qui forte pęnituit de primogenitura vendita. [Iste,] Scilicet Iudas. [Neque pęnituit,] recte. Sed hoc H. intelligit de Esau, q̃ nõ pęnituit recte de odio cõcepto cõtra fratrẽ.
h ¶Esau.] De peccato forte primogenituræ venditę 7. q. 1. q̃ periculosum.
i ¶Magis.] Correctiuum est.
k ¶Neque pęnituit.] Vterque scilicet.
l ¶Aperitur.] Argu. ex sequentibus comprehendi præcedẽtia. ar. 50 di. si quis diaconus. arg. di. 18. peruenit. ar supr. 23. q. 4. qd crudele. arg. inf. 34 q. 1. cum per bellicam.
m ¶Ex hoc peccatũ.] mendacij: quia post homicidium secutũ est mẽdacium: quod magis fuit. arg. supra dist. 1. §. alij. econtra. cap. serpens.
n ¶Memoriam.] Supra dist. 1. c. quis aliquando §. his auctoritatibus verũ item illud. Ios n & hoc idem supra dist 1 valet. cõtrai soluitur ibi, memoria, scilicet, ad contritionem, non ad delectationem, infr. dist. 5. cap. 1. 1.

1 Subau. in quo loquitur præced. cap. valeat quod loquitur de mala memoria peccatorum. Arch.

α ¶Animi violenti.] *Græca est*, ἀλλὰ ἐπηρείας, καὶ θυμοῦ μᾶλλον, καὶ δείκνυσι τὰ ἑξῆς, *id est*, Sed potius cõtumeliosi impetus & iracundiæ: idque ostendunt. quæ secuta sunt. *Vetustus codex habet*, πικρίας, καὶ θυμοῦ *quæ duæ voces coniunguntur etiam à B. Paulo in epistola ad Ephesios, cap.* 4. *Sunt autem nonnulla in hoc capite partim ex manuscriptis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali emendata.*

Item Ambrosius in libro secundo de pœnitentia, capite xi.

C. XXXVII.

Psal. 136. Nonnullis verbis omissis.
IN salici-

d ¶Peccantibus.] Scilicet Nabad & Abiu.
e ¶Non relinquitur.] Cum. n. eos subito ignis cælestis consumpserit, non potuerunt purgari per hostiam, cũ & quædam crimina essent, quæ nullis sacrificijs mundabantur. vt 32. q. 1. quod autem. quale forsan & illud erat. Vel potest illud exponi de quolibet sic peccãte. i.

Crimina q̃dam nullis sacrificijs mũdabant.

IN salicibus.] CASVS. Hũc casum sic Ben. ponit. Dicit Dauid, Quomodo cantabimus canticũ Domini in ter-

in terra aliena? quod exponens Ambrosius ait: Terra aliena caro est, quæ imperio mẽtis non subiacet, sed si ista terra domari nõ põt, non debet quis accipere pœnitentiam. Nam si acceperit, & deferent, ipsa erit inutilis & aufert vsum posterioris: & hoc est quod dicit, in salicibus, &c.] Ego addo hoc, quod licet caro repugnet, mens semper Deo dedita sit, nec fides deseratur: quia dæmones semper incumbunt miseræ animæ, dicẽtes [Exinanite,] &c. exponit verba prophetæ. [In salicibus.] Id est, hereticis, vel valde malis. [In medio eius,] Id est, à medio malorũ remoueamus secreta fidei.

a ¶In salicibus.] Id est, à salicibus: per quas designantur mali.

b ¶In medio eius.] Qui sunt in profundo vitiorum.

c ¶Suspendimus.] Id est subtrahimus, & distulimus.

d ¶Organa.] Id est, orationes nostras, vel confessiones, quæ inutiles sunt, dum sumus in peccatis, peccatum enim comparatur salici propter infructuositatem. 1. q. 1. si fuerit. & organum orationi propter dulcedinem. 45. di. cũ beatus. 46 dist. hoc habet. Nã quomodo cantabimus, id est, opera fructuosa faciemus?

Peccatum cõparatur salici, & organum orationi.

e ¶Cultoris.] Aiæ.

f ¶Vsurpata.] Id est, nõ vere recepta, s. per peccati desertionem.

g ¶Aufert vsũ.] Quia non solẽt petere tales vt eis iterum iniungatur satisfactio pro illis, licet inutilẽ egerint pœnitentiam: immo nec debent. arg. infra. ead. c. quærat. §. illud aũt Gre. in fi. &c. pœn.

h ¶Posterioris.] Scilicet sui ipsius: quia postea non agitur secundum consuetudinem quarundã ecclesiarũ, infra ea. §. vlt & sup. ea. dis. c. quamuis. hoc. n. de solẽni ibi intelligit Hn. sed de alia intelligi s. põt nã loquitur Ambrosius de illo, qui adhuc delectat in peccato, nec proponit illud deserere. Iste melius faceret si quiesceret à confessione, & faceret bona, quæ posset, vt Deus illustraret cor eius, vt infra ead dist. 5. falsas. Si. n superficialem talis agat pœnitentiam, potius grauabitur, quàm iuuabitur, vt supra ead. quis admissa. secundum hunc intellectum procede sic. Melius est abstinere à satisfactione pęnitentiæ tibi iniunctæ à sacerdote, s. tamquam bene pœnitenti, quàm exercere confitendo. si quæras opera pœnitentiæ tibi iniungi à sacerdote, scilicet tamquam bene pœnitenti, videas ne in ipsa pœnitentia simulata facias quod postea indigeat pęnitentia, vt 17. q 4. sunt qui opes.

1 Idem no. supr. 2. q. a. ancillã. in fin. vbi videas.

i ¶Incumbant.] Scilicet dęmones.

k ¶Exinanite.] Hoc est dictum in templi destructione à Syrijs: & dic exinanite, id est, euacuate.

l ¶Vsq; ad fundamentum in ea.] Id est, vsquequo aliquod ædificium virtutum non remaneat in ea vsque ad fundamentum & sunt verba dæmonum exhortantium se ad concupiscentias carnis.

bus[a], inquit, in medio eius[b] suspendimus[c] organa[d] nostra. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?] Si enim caro menti repugnat: nec subdita est animi gubernaculo, & mentis imperio; aliena est terra, quæ non domatur exercitio cultoris[e]: & ideo non potest fructus charitatis, pœnitentiam pacis α afferre. Melius est ergo tunc quiescere; cum exercere non queas opera pęnitentiæ, ne in ipsa pęnitentia fiat, quod postea indigeat pœnitentia. Quæ si semel fuerit vsurpata[f], nec iure celebrata; nec prioris fructũ obtinet; & aufert usum[g] posterioris[h]. Sane & cum caro repugnat, mens ad Dominum debet esse intẽta: & si opera non sequuntur, fides non deseratur β: &, si impugnat vel carnis illecebræ, vel potestates aduersariæ, maneat mens Deo dedita. Tunc enim maxime vigemur, γ cum caro cedit, & sunt qui vehementer incumbant[i] miseræ animæ, quęrentes omne auferre pręsidium. Vnde illud est: [Exinanite[k] exinanite vsque ad fundamentum in ea.[l]] Quam miseratus Dauid ait: [filia Babylonis misera.] misera vtique, quia Babylonis filia est: quæ Dei filia esse desinit; cui tamen medicum inuitat, dicens: [Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.] hoc est, qui infirmas, & lubricas cogitationes allidat ad Christum, qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia, & disceptatione † comminuat. Ibidem.

† al. discretione

α ¶Pœnitentiam pacis] *In multis vetustis legitur.* pœnitentiæ, & pacis. *in originali autem impresso*, patientiam pacis.

β ¶Fides non deseratur.] *In aliquot manuscriptis est*, fides nõ deserat; *in vetustioribus B. Ambrosii operum editionibus*, fides desideret. *in recentiore Parisiensi*, fides desiderat.

γ ¶Vigemus.] *In nonnullis vetustis legitur.* vigetur, cum caro non credit.

Item Hieronymus super Matthæum ad c. 27.

C. XXXVIII.

Nihil Iudæ profuit egisse pęnitentiam; per quam scelus corrigere non potuit. Si † quãdo frater sit peccat in fratrem, vt emendare valeat[m], quod peccauit; potest ei dimitti: sin autẽ permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia. Hoc est, quod in psalmo de eodem infęlicissimo Iuda dicitur: [& oratio eius fiat in peccatum.] vt

Glos. ord. & Beda ad eundem locum. Sent. 4. dist. 15. *Psal.* 108.

† al. sed

Nihil Iuda.] CASVS. Dicitur, quod Iudas non recte pęnituit, & ideo veniam nõ impetrauit. Qui autem sic peccat vt valeat emendare; potest ei venia tribui à Domino. Si autem in malis operibus permanet, frustra voce tantum assumitur pœnitentia, [& oratio eius fiat in peccatum.] Quod de Iuda dr, [& oratio eius, &c.] De eo. s. Iuda, Sequens c patet, & per te videbis quod c. sic incipit, Sceleratior.

m ¶Valeat.] Id est, cõtingat ipsum emẽdare detestando &

do & abominando, & Deo digne satisfaciendo. non enim intelligitur hæc emendatio rei ablatæ recōpēsatio, vel restitutio delicti: sed detestatio delicti, & satisfactio. Vel si peccat in fratrē, vt per illum dolorem & p illā pniā valeat emēdare Deo. i. corrigere & dolere.
a ¶Sce-

ostensum est quæ sit vera pęnitentia, & quæ falsa, sed falsæ nulla indulgentia datur: vnde patet quod sententia illorum est falsa dicentium, ꝙ qui pluribus criminibus detinetur, potest de vno indulgentiam impetrare sine alio: quod pluribus auctoritatibus probare conatur: & postea auctoritate Naum prophetæ, dicentis. Non iudicabit Deus bis in idipsum.

non solum emendare nequiuerit proditionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderit.

♪ ¶Egisse pœnitentiam.] *Sic in glossa, ex qua videtur sumptum caput hoc: sed apud B. Hieronymum, & Magistrum*, ieta pœnitentia: *apud eundem vero Magistrum paulo post legitur deprauare*, emendare non valeat.

Glossa ordi. ad c.27. ad Matth.

Item Leo Papa in sermone, qui incipit, [Inter omnia.] id est tertio de passione Domini.

C. XXXIX.

SCeleratior omnibus ò Iuda, & infęlicior extitisti; quē non pœnitentia reuocauit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consummationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus informis lethi suspendium distulisses [a].

6 *His auctoritatibus*, [b] *quæ sit vera, quæ falsa ostenditur pœnitētia: & falsa nulla indulgentia dari probatur, in quo illorum sententia destruitur, quæ eum, qui pluribus irretitus fuerit peccatis, asseritur vnius delicti pœnitentia, eiusdem veniam consequi à Domino sine alterius criminis pœnitentia. Quod etiam multis auctoritatibus probare conantur. Quarum prima est illa Naum propheta, [non iudicabit † Deus bis in idipsum* [c].] *Sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit. Qui ergo à sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato à Domino iudicabitur.*

Naum 1. ex LXX.

† al. uindicabit

Item Gregorius super Ezechielem, homilia decima.

Iudas ante mortuus sit ante Christum.

a Sceleratior.] ¶Distulisses.] Hic inuitur Iudā morte præuenisse Christum, sed innuit contra Hiero. super Marcum. Cum iniquis deputatus est Dominus, id est, cum iniquis ueritas deputata, iniquum reliquit, id est, sinistrum; alterum assumpsit, scilicet dextrum, sic faciet in die iudici: & simili crimine dissimile stipendiū sortiuntur. alter præcedit Petrum in paradiso, alter præcedit 1 Iudā in inferno & ita videtur ꝙ mors Christi mortē Iudæ pūenerit. Respon. ꝙ magis in hoc credendum est Hie. quàm Leoni. uel forte mors Iudæ secuta est mortē latronis 2: pręuenit tñ mortem Christi. Christus enim prius quam latro est mortuus, unde non fregerunt eius crura. Vel etiam si morte non præcessit, præuenit tamen vulnus Christi lancea infixum, ex quo processerunt sacramenta nostrę redemptionis, & ita mors Christi præcessit. De hoc extra de baptism. & eius effe. maiores. 23. dist. qui episcopus.

1 Scilicet tempore.

2 Dicit H. quod eorū sit verius dubitatur, sed satis verisimile videt, ꝙ post quam pœnitētia ductus retulit argenteos, statum ex impatientia doloris & desperatione salutis se suspēdit.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est 9. pars distinct. in qua quæritur, si aliquis remanet in aliquo peccato, utrum dicatur uere pænitere. si de alijs seruat & pœnitet secundum mandatum sacerdotis? & est dicendum quod non: sed ualet ei postquam ab alio peccato recesserit. tamen allegat pro & contra Io. de Fan.

CASVS. Ostendit Gratianus per auctoritates positas ab illo §. [sine.] quæ sit uera pœnitentia, & quæ falsa. hic latenter aliam quæstionē subintrat: scilicet an pluribus irretiti criminibus possint de uno ueniam obtinere sine pęnitentia aliorum, & allegat G. pro vtraque parte. Est ergo casus §. talis. Supradictis auctoritatibus

b ¶His auctoritatibus.] Ab illo §. si aūt. ostensum est quæ vera, quæ falsa sit pœnitentia hic latēter subinfert aliam quæstionem, scilicet, an pluribus irretitus criminibus possit de vno obtinere veniam permanendo in alijs. Et primo probat tribus auctoritatibus, & vna ratione, vnum peccatum sine alio remitti posse, vsque ad §. sed ꝙ ibi allegat pro parte aduersa quasi quæstionem terminando per auctoritatem August. Tertio loco determinat auctoritates inductas pro parte illa in §. auctoritas. Est ergo determinatio magistri, ꝙ nullus potest consequi veniam de vno nec quo ad culpam, nec quo ad pęnam, nisi de omnibus satisfaciat: quod sic ostenditur. Qui dolet de vno aut ex charitate, aut non, si ex charitate, ergo Deum diligit, ergo qui nouit Deum diligere, diligit & odit quæ sibi contraria sunt, ergo quodlibet mortale odit: quod falsum est. si non ex charitate, ergo ille dolor est informis, cū nō sit charitate informatus, ergo non est opus alicuius virtus, ergo non est vitæ meritorius: sed indifferens. Forte dices per hanc inductionem non haberi propositum: quia non quærebatur an retentis cæteris posset quis promereri vitam æternam: sed an retentis cæteris possit de uno ueniam mereri? Respondet, immo idem omnino est, quia si quis dolendo non ex charitate posset de uno ueniam mereri, ergo eadem ratione de omnibus alijs: & ita aliquis est uel esse potest sine merito mortis, & sine merito vitæ ęternę, & ita nec bonus, nec malus: quod non est veru. sic ergo probato, ꝙ peccatū non dimittitur quo ad culpam, probatum intelligitur ꝙ nec dimittitur quo ad pęnam. nā ratione culpæ & pœna datur. bene tamen concedo, ꝙ tali pęnitenti pęnitentia non est deneganda. extra de pœ. & remi. quod quidam. quæ tamen, donec pęniteat de omnibus, inutilis est quo ad vitam æternam: sed cū pœnitet de omnibus, efficitur vtilis, nec alia satisfactio ei imponitur ab ecclesia pro illo peccato.

Veniā vnius peccati nō potest quis obtinere nisi de omnibus satisfaciat.

c ¶Bis in idipsum.] q. d. peccatum sufficienter punitū in hac vita non punitur in altera, vel non bis in idipsum, hic, s. per ministrum: quia ecclesia bis pro eodem peccato non punit. Vel potius hæc auctoritas intelligitur de his tantum, qui inter ipsa flagella commutantur in bonum, & corriguntur, & ad charitaté redeunt: profecto tales iterū nō puniūtur pro his peccatis: sed si

Deus non iudicat bis in idipsum qualiter intelligatur.

quid inde remansit.delebitur in purgatorio infr. ead. c.sunt plures.§. auctoritas.verti.intelligitur.

SED QVEM. CASVS. Dictum est supra, non indicabit Deus bis in idipsum : sed quem sacerdos iudicauit, qui est vicarius Christi, Deus iudicat, qui ergo à

la.] quidam dicunt, quòd sunt verba Hierony.

f ¶Non amplius.] Potest ergo aliquis non pœnitēs de mortali, debitam pro eo euadere damnationem. Sed quo sensu hoc dixerat Hieronymus, super eundē locū ostendit dicens :quærat hic aliquis,&c. vt inf.e.dist. quærat

C. LX.

PLuit Dominus super vnam ciuitatem, & super alterā non pluit: & eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit. [a] Cum ille, qui proximū odit, ab alijs vitijs se corrigit : [b] vna eademque ciuitas ex parte compluitur,& ex parte arida manet:quia sunt,qui cum quædam vitia resecant,in alijs grauiter perdurant.

Sent.4. dist.15. *Amos* 4.

¶*Similis summa verborum B. Gregorij est in glossa ordinaria ad c.4. Amos, non tamen eadem omnino,*

Item Ambrosius in 18.*octonario* [c] *psalmi* 118.

C. XLI.

Sermone 18. Gloss. ord.ibi, Zadic.

PRima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus: secunda per punitionem α ; vbi, etsi fides β desit, [d] pœna [e] satisfacit, & releuat.

α ¶Punitionem] *Antea legebatur,* compunctionem. *Emendatum est ex glossa ordinaria (cuius caput hoc est summa quadā:) & magis conuenit cum sententia B. Ambrosij: cuius tamen locum integrum præstat accurate legere.*

β ¶Fides.] *In glossa additur,* id est,conscientia, debiti. *& sic declarat Gratianus.infra c. quærat.*

Item opponitur de Hieronymo, qui super Naum sentire videtur, quòd si fidelis in adulterando interficeretur; de adulterio non amplius [f] *a Deo puniretur* [g]. *Item, si illa* [h] *satisfactio* [i] *non fuit,quam in adulterio viuens pro homicidio obtulit,cum adulterij eum pœnituerit,vtriusque ei pœnitentia imponenda erit : quod à ratione alienum ecclesiastica probatur consuetudine,quæ pro eodem peccato (nisi reiteratum fuerit)nulli bis pœnitentiam imponit* [k]. ¶*Sed quòd ei, qui crimen sibi reseruat, de alio venia non præstetur* [l]; *non solum præmissis probatur auctoritatibus Hesychij, Adamantij,Gregorij, Augustini,Smaragdi,Isidori, verum etiā alia auctoritate eiusdem Augustini in libro de pœnitentia. Ait enim.*

Sent.4. dist. 15. inf. ea.c.quærat aliqs. &c. ignis sup.23. q.5. quod ergo.

In lib. de vera, & falsa pœnitē tia,c.9.

sacerdote semel punitur pro peccato, non debet à Deo de hoc amplius iudicari, & ad hoc inducit duo sequentia cap. illa tñ conclusio Gratiani, [qui ergo.] falsa est: quia tunc tantum incipit esse vtilis pœnitentia vnius peccati, cum cœperit de alijs pœnitere.

PLuit Dominus.] CASVS. Primo ponunt verba Amos prophetæ, quæ Greg. inducit sup Ezechielem. Secundo verba illa exponit Greg. Secunda pars ibi, [Cum ille. Ciuitatem.] i. animam. Seq. cap. patet. [Fides]id est,coscientia alterius. [Desit] id est,non occurrit.

a ¶Relinquit.] Auctoritatem hāc exponit Gra.in f.ea.§.illud.

b ¶Corrigit.] Tribus modis qs se corrigit à vitijs, & ea resecat, [...] cum cessat ab actibus eorum, sed non confitetur ea. Secundo,cum cessat ab actibus eorum,& ea detestatur, ita q confitetur ea, sed nō ex charitate, nec cum charitate, cum occultat aliquod mortale peccatum. alias de his duobus modis intelligitur quod dicit Greg. Tertio, cū quis detestatur peccata & errata omnia ex charitate & deuotione, & ea confitetur, vt pro eis satisfaciat.de hoc sup.ea.dist. perfecta.

Peccata qs resecat tripliciter.

c ¶Octonario.]Nota q, à[Beati immaculati,] vsque, [Ad Dñm cū tribularer,] est vnus psalm⁹, & habet 22. dist.& quælibet dist.cōtinet 8.versus, & ita cōtinet 22. octonarios. nam 8. versus faciunt vnum octonarium, & hoc est quod dicit, in 18.octonario.

Beati immaculati cotinet 22. dist.

d PRima ¶Fides desit.] Id est, conscientia peccati alicuius:desit,id est,non occurrit.

e ¶Pœna,&c.] Id est, per patientiam & humilitatem, quæ habetur in ipsa pœnitētia inter ipsa flagella,& peccata,quæ ad memoriam nō occurrunt dimittunt. Hāc expositionē habes if. e.§.illud,ver. itē illud Ambrosij.

ITEM OPPONITVR.CASVS. Adhuc probat G. q potest aliquis veniā impetrare de vno peccato sine alio.nā Hie. sup Naū sentire vr. q si infidelis adulterādo interficiatur:de adulterio ,p quo satisfecit nō punietur. Nā si in adulterio manēs de homicidio satisfecit, si pœnitet de adulterio,pro vtroque peccato est ei pœnitētia imponēda iterū secūdum aliquo opinionem: quod est alienum à ratione: & sunt verba Gratiani. [Item si illa.] quidam dicunt, quòd sunt verba Hierony. ... rat.q.d.potius.hic ostēdit,q qui per temporale supplicium ob flagitium non corriguntur, postea æternaliter puniunt. agēs de deprehēso in adulterio decollato.

g ¶Puniretur.] Si vere cōfiteret. ar.23.q.5.quid ergo.

h ¶Si illa.] Verba magistri sunt. quidam dicūt q sunt verba Hieronymi vsq; ad illud; quod à ratione. & loquitur non secundum generalem ecclesiæ consuetudinem, sed particularem alicuius loci : sed q sint magistri, patet infra,ea §. auctoritas.circa finem.

i ¶Si illa satisfactio.]Id est,pœna, quæ ei inflicta pro peccato fuit.

k ¶Imponit.]Quasi dispensando.

SED QVOD.CASVS. Nūc Gratianus allegat pro alia parte, scilicet quod non conceditur venia pœnitenti tantum de vno peccato. Quod probat præmissis auctoritatibus, scilicet Hesychij, & Adamantij. & aliorū, qui sequuntur:ad quod inducit sequens cap.

l ¶Non præstetur.] su.23.q 5. quid ergo.su.ea.dist.ille pœnitentiam.su.ea.irrisor. & c.qui admissa. su ea.dist. pœnitentiam agite. su.ea.dist.cap pœnitentes.

Sunt

SVnt plores.]CASVS. Dicit Aug. quẽ pęnitet, omnino pęniteat: quia Christus nullum curauit, quẽ omnino nõ liberaret, quia liberauit surdũ & mutũ etiam à dęmonio, & habentẽ septẽ dęmonia de oĩbus liberauit: & languidum in corpore & anima liberauit. In fine

te nõ fi. sacerit in hoc iudicio. ff. de edeo l. j. §. pœn. & ar. ad quæstionem, an à pluribus excommunicatus diuersis de causis, possit ab vno absolui siue alijs.

d ¶Sanari.]& vnũ, nõ diuersis cõfiteri, inf. dist. 5. ca. 1. circa finem ar. ff. de arbi. itẽ si vnus. §. item si plures. l. quod tamen. & l. Labeo. — 1 Sub. & p hoc nos docuit. Arch.

a ¶Fidelis] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis, B. Hieronymo, & magistro. Nam antea legebatur,* Infidelis *quemadmodum etiam infra ead. c. quarat. & c. ignis.*

e ¶Potuerat.] Scilicet sanare septem nõ successiue, sed simul.

f ¶Simul eijcienda] ff. de ser. rusti. pręd. per fundum.

C. XLII.

Sent. 4. dist. 15.

Math. 12. SVnt plures, quos pœnitet peccasse: sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectantur [a]: nõ animaduertentes Dominum simul surdum & mutum à dæmonio liberasse: per hoc docens nos, numquam [b], nisi de omnibus [c] sanari [d]. Si enim vellet ex parte peccata reseruari; habenti septem dæmonia, manente vno, proficere

Math. 16. Mar. 5. potuerat [e] sex expulsis. Expulit autem septem, vt omnia crimina simul eijcienda [f] doceret. Legionem autem ab alio eijciens, neminem reliquit ex omnibus, qui liberatum possideret; ostendens, quòd etiam si peccata sint mille [g], oportere de omnibus pœnitere Laudatus est enim Dominus, quando eiecto dæmonio locutus est mutus. Numquam aliquem sanauit, quem omnino [h] non liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia

Math. 9. & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit; indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore [i]. Scio enim Deum inimicum omni criminoso [k]. Quomodo ergo, qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam? Sine

†al. indulgentiam amore Dei consequeretur veniam †, sine quo nemo vmquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim foret sine pœnitentia inuenire gratiam. Pęnitentia enim vera ad baptismi puritatem [l] confitentem conatur adducere. Recte enim pęnitens, quidquid sordium post purificationem contraxit, oportet vt abluat, saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare [m]: sed sciat culpabiliter se durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati lachrymis non ostendit. Non itaque est, vt quis excuset se non habere fontem lachrymarum, qui nonnunquam [n] lachrymis ostẽdit dolorem [o] temporalium. Quem ergo pęnitet, omnino pęniteat [p], &c.

10 *Auctori-*

g ¶Mille.] Sed nunquid pro vnoquoque mortali peccato septennis pœnitentia est imponẽda? ar. sũ. 33. q. 2. hoc ipsum. secundũ hoc ergo non sufficiet vita hominis ad explendam huiusmodi satisfactionem. Respon. sine dubio cuilibet mortali septenols pœnitentia debetur: sed tñ quia arbitrarię sunt hmõi pœnitentiæ, arbitrabitur, & arctabit eas iudex intra tempora congruum pœnitendi. ar. 26. q. vlt. 7. tempora pęnitudinis, & supra ea. dist. mensuram. — Pęnitentia septẽniscuilibet mortali debet.

h ¶Omnino.] Nota. sũ. ead. dist. cap. Nañ. §. item q. & cap. adhuc contra. sed non moc: secus erat cum leprosus esset: ideo de hoc non posset sanari, sũ. dist. 2. §. finali in fine.

i ¶Corpore.] Id est, in anima ministerio corporis nullõ enim peccatum est in corpore tantum: est tamen aliquod voluntatis tantum. — Peccatum nullũ est in corpore tãtum.

K ¶Criminoso.] Cũ autem et, qui in vno delinquit sit inimicus: patet quòd talia sit criminosus 2. — 2 Sub. quare nõ colequit veniã ab ipso Pe. nã nemo põt esse filius Dei & Diaboli supra, ea. dist. §. hoc idẽ si. ver. itẽ vt Christ' ait.

l ¶Puritatem.]Vt scilicet purificet, sicut baptismus.

m ¶Declarare.] Secus dicit lex in iudice. C. ad l. Corne. de fal. vbi. ff. de offic. præsi. obseruandum. sup. 23. quæstio. 4. est iniusta.

n ¶Nonnunquam.] Id est, aliquando.

o ¶Dolorem]Vnde Iuuenalis.

Ploratur lachrymis amissa pecunia veris. & alibi:
Minore tumultu funera planguntur nonnunquam.

p ¶Pœniteat.] Supra, dist. 4. c. quis aliquando. §. non sont. & ca quem pœnitet.

ne supponit, q non videtur vere pœnitere, qui nõ prorumpit in lachrymas, cum pro temporali damno promptus sit ad plangendum.

a ¶Delectentur.]Hæc est falsa pœnitentia, vt inf. dist. 5. falsas.

b ¶Nos nunquam]sup. ea. dist. §. Dauid, &c. Ille rex tantus. sup. dist. 1. §. alij econtra. c non potest quis.

Solutio partia nõ liberat pignus. c ¶Nisi de omnibus.]Sicut nec liberatur pignus licet de parte debiti creditori sit satisfactum. C. de distract. pig. quãdiu. & dicit lex, q qui aliquid facere tenet, faciẽdo pro parte nõ liberatur. ff. de ver. oblig. in executione. §. pęn. & sñia nõ debet pro parte teneri, & pro par-

AVCTORITAS. Hæc est 10. pars dist. in qua magister intendit probare per Naum prophetam, & per Apostolũ, & per Hiero. & per Aug. q si aliquis in hac vita fuerit sufficiẽter punitus, nõ punit postea, dum tantes

tas [a] illa Naum propheta, [non iudicabit Deus bis, &c.] non indistinctè ostendit omnia, quæ temporaliter puniuntur, non vlterius à Deo punienda. Quamuis enim Sodomitas, Aegyptios, Israelitas in eremo super eundem locum dicat Hieronymus temporaliter à Deo punitos; ne in æternum punirentur; non tamen de omnibus generaliter hoc intelligendum est. alioqui cuique scieleroso optandum esset, vt cælesti fulmine percussus, aut aquis submersus, aut à serpentibus vulneratus pro peccatis suis diuinitus interiret, vt æternos cruciatus breuis [b], & momentanea pœna terminaret. Illud etiam Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epistola ad Hebræos scribens ait: [propter incredulitatem suam non intrauerunt in terram promissionis.] Vbi probatur, quòd sicut merito suæ infidelitatis requiem illam amiserunt; ita propter eandem infidelitatem, veram requiem æternæ beatitudinis nullo modo intrauerunt. Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt: quam, & si breuem, & momentaneam, tamen non respuit Deus: sicut & illud prophetæ, [nō iudicabit † Deus bis in idipsum.] de his tantum intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius commutant [c]: super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est, præsentibus æterna connectunt, vt temporale suppliciū sit eis æternæ damnationis initium.

Vnde Augustinus in cantico [d] Deuteronomij.

Heb. 3.

Homo à alia vita apparebit filius Dei.

Naum 1.

† al. vindicabit

su. 23. q. 5. hoc tamen.

C. XLIII.

IGnis succensus est, &c.] Hoc est, vindicta hic incipiet, & ardebit vsque ad extremam damnationem.

Filij Dei erimus secundū animā & corpus.

Hoc contra illos notandum est, qui dicunt: [non iudicabit Deus bis in idipsum.] ad omnia pertinere flagella: quia quidam hic flagellis emendantur; alij & hic, et in æternum puniuntur: sicut Antiochus, & Herodes. Quod autem super eundem locum de adultero fideli Hieronymus sentire videtur, ex eiusdem verbis falsum esse probatur. Exemplo enim illius, qui Israelitas maledixerat, & qui ligna in sabbato collegerat, ostendit parua peccata breuibus & temporalibus supplicijs purgari, magna vero [e] diuturnis, & æternis supplicijs reseruari.

Sentētia ī glossa. or. Deut. 32. & apud B. Grego. moral. li. 18. c. 12.

Isidorus de sūmo bono, li. 3. c. 2.

Sent. ibidem.

Aut enim in primum caput Naum.

C. XLIIII.

QVærat [f] hic aliquis, si fidelis deprehēsus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur: [nō vindicabit Dominus bis [g] in idipsum in tribulatione:] aut non punietur;

su. 23. q. 5. quid ergo. §. quærat. Sent. ibidem.

inter illa flagella cōteratur. alioquin incipit hic pęna, & protenditur in infinitum. Io. de Fant.

CASVS. Soluit nunc G. auctoritates inductas ad probādum, quod quis agendo pęnitentiam de vno peccato sine alio, veniam consequitur de illo pro quo pęnitentiam egit: & dicit quòd illæ auctoritates intelliguntur de his, qui inter ipsa flagella & supplicia præsentia pęnitentiam egerūt, & commutantur in bonum: super quos non consurget duplex tribulatio: qui vero inter flagella duriores efficiuntur, vt Pharao, coniungunt æterna supplicia cum pręsentibus. Ad quod inducit seq. c.

a ¶Auctoritas.] Soluit auctoritates inductas ad probandum, quod quis agendo pœnitentiam de vno peccato, & non de alio consequatur veniam de vno, & non de alio.

b ¶Breuis.] Supra ead. distin. illud. §. ecce cuius, &c. talis mihi.

c ¶Commutant.] In bonum, & charitatem ad veram pœnitentiam.

d ¶In cantico.] Moysi scilicet. Audite cæli quæ loquar, &c. cuius cantici est versus ille ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

IGnis succensus.] CASVS. primo ponuntur verba Moysi in Deutero. quæ talia sunt: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Secundo ponuntur verba Aug. exponentis verba illa, scilicet pręsens pœna continuabitur cum æterna.

HOC CONTRA ILLOS. CASVS. Dicit nunc Grat. quòd supradicta auctoritas est contra illos, qui dicunt. Nō iudicabit Deus bis in idipsum, pertinere ad omnia flagella: quia nō pertinet nisi ad eos, qui inter ipsa flagella corriguntur. Postea respondebit illi. §. item obijcitur. de Hiero. Quidam tamen faciunt vnum §. ab illo §. auctoritas. vsque ad capit. quærat. cuius casus facilis est. præterea est pars illius c. quod habuisti sup. 23. q. 5. quid ergo. cuius casum ibi habuisti.

e ¶Magna vero.] Scilicet, quę temporaliter non puniuntur sufficienter.

f ¶Quærat.] Supra 23. q. 5. quid ergo.

g ¶Dominus bis.] i. nō punit aliquē pro aliquo facto iterum, pro quo sufficienter eum semel puniuit.

Sent. 4 dist. 15. su. scelerator.

g ¶Dosu. dis. 1. de pœ. c. quem ergo.

a ¶Fru-

a ❡Frustrentur.] Id est, euitent.
b ❡Mensuras.] Id est, scire quibus & quantis flagellis quælibet peccata sunt punienda.
c ❡Dehinc.] Id est, post hanc vitam.
d ❡Lui.] Id est, puniri.
e ❡Culpa

f ❡Compensata.] Hic aperte innuit Hier. grauia peccata, de quibus non agitur penitẽtia inter flagella, & hic puniri graui supplicio, & in futuro punienda æternaliter: leuia vero quæ hic puniuntur sufficienter, pro leui pœna compensatiunem vitæ æternæ recipere t: qđ in bonis fieri non ambigimus: & in malis forte ita fit, sed nõ credo: quia iam remitteretur pecatum quo ad pœnam confitendo de vno, & non de alio: quod negamus, supra ead. dist. §. his auctoritatibus.

Peccata grauia grauiter sunt punienda.

t Quia temporalis pœna succedit in locũ æternæ, quasi in recõpẽsationem. Pet.

& optandum est adulteris, vt in præsentiarum breui, & cita pœna frustrentur [a] cruciatus æternos. Ad quod respondebimus, Deum, vt omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras [b], & non præueniri sententiã iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ dehinc [c] pœnæ auferri potestatem; & magnum peccatum magnis, diuturnisque lui [d] † cruciatibus: si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat; tales postea non puniri: quia culpa leuis [e] præsenti supplicio compensata [f] sit.

† *elui*] orig.
Num. 15.

sup. c. pluit. Sent. ibidem.

Illud autem Gregorij: [Pluit Dominus super vnam ciuitatem, &c.] non ad criminis veniam; sed ad eius referendum est detestationem: ut ideo pars ciuitatis dicatur esse compluta; quia crimen, quod dilexerat, detestari incipit; non quòd eius veniam consequatur. Criminis autem detestatio pluuia vocatur; quia ex fonte diuinæ gratiæ cordi nostro instillatur; vt vel sic quisque ad veram pœnitentiam perueniat: aut eò minus à Deo puniatur, quo diuturniore delectatione peccati maius sibi supplicium accumulasset. Si vero ad indulgentiam criminis pluuia referatur; Euangelicæ sententiæ contraire videbitur. Si enim propter fraternum odium, etiam quæ dimissa sunt, replicantur ad pœnam; multo magis, quæ non sunt dimissa, ad vindictam reseruari probantur. Item si secundum Augustinum arbiter [g] suæ voluntatis non potest inchoare nouam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ; quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet, qui odij vetustatem non deposuit? Ad detestationem ergo criminis, vt dictum est, non ad eius indulgentiam pluuia illa pertinere probatur. Item illud Ambrosij: [Et si fides [h] desit, pœna satisfacit;] non de ea fide intelligitur, de qua dicitur, [fides, sine operibus mortua est:] sed de ea, de qua Apostolus ait, [omne, quod non est ex fide,] Idest, omne quod fit contra conscientiam, [peccatum est.] Deest ergo fides, cum non subest conscientia peccati. Sed quia delicta omnia nullus intelligit; est aliquando peccatum in homine, cuius non habet conscientiam. Vnde Apostolus ait: [Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.] Cuius ergo peccati deest conscientia; illius pœna, si patienter feratur, satisfacit, & releuat grauatum. Quod autem in fine obijcitur [i], [si satisfactio [k] illa fuit; veniam impetrauit: si autem veniam non impetrauit, satisfactio non fuit; si autem satisfactio non fuit, adhuc sibi pœna imponenda est,] non procedit argumentatio. satisfactio namque est, dum ipsius causa peccati exciditur, & eius suggestionibus aditus non indulgetur; sed eius fructus non percipitur [l], impeditus peccato, quod non deseritur:

sup. dist. 1 tres sunt.

sup. ead. prima consolatio.
Iac 2.
Rom. 14.
Psal. 18.
1. *Cor.* 4.
Supra prima cõsolatio.

ILLVD AVTEM. CASVS. Grat. hic respondet quibusdam obiectionibus inductis pro alia parte, & dicit quòd illa auctoritas Greg. pluit, &c. intelligitur dicta de eo, qui incipit detestari crimen, non quod de eo veniam consequatur: aliuquin sententiæ Euãgelicæ contradiceret. Et quod hoc sit verum, probat auctoritate Aug. Quod autem dicitur in ca. t. consolatio. & si fides, &c. pro conscientia fides sumitur: quod probat auctoritate Apostolica. Quòd autem dicitur in illo §. item ubi. obijcitur. dicit quòd non valet argumentatio ibi facta, sed tunc incipiet ei esse fructuosa pœnitentia de vno peccato, cum cœperit de alijs pœnitere. ad quod inducit seq. ca. quod satis patet cum sequẽti §: quamquã. & ad probandum §. inducit c. seq. [quorum primum.] Scilicet canendum patet.
g ❡Arbiter.] Infra de consec. dist. 4. omnis qui.
h ❡Et si fides.] Supra t. q. t. fertur. 28. q. t. c. omnes. §. ex his.
i ❡Obijcitur.] Hic patet illa fuisse verba magistri supr. ea. si illa, &c & supr. ead. §. item opponitur.
k ❡Satisfactio] Sup. ea. dist. satisfactio.
l ❡Non percipitur.] Ecce plane vt velle, quod particularis confessio facta, scilicet de vno peccato, adueniente charitate incipiat & viuere, & valere ad vitam æternam. Et quòd sic intelligat, per exemplum patet, quod inducit de baptizato, secundum quod dicitur de omnibus bonis, quæ fiunt sine charitate, quod mor-

e ❡Culpa leuis.] Et tamen mortalis. omnis enim culpa dicitur leuis, quæ temporaliter punitur, respectu illius quæ æternaliter, sicut quælibet pœna temporalis dicitur leuis respectu æternæ, infr. ead. dist. 7. c. vlt.

Culpa leuis est quæ tẽporaliter punitur.

Bona I peccato facta quo ad aliqua ꝓsūt.

incipiant viuere: quod tamen non credo, immo tantū illa bona, quæ fiunt cū charitate: & si postea sunt mortificata, iterū adueniente charitate reuiuiscunt si non aduenerit charitas, idem est ꝙ de eis quæ fiūt sine charitate: quia nec illa, nec ista valēt nisi ad bonum temporale 1 vel ad illustrandum, vel ad incommodum vitandū, vel ad minorem pœnam subeundam. Ad excusandum vero magistrum dicimus, quod intelligit eam ad hoc valere, quod vlterius ei pro illo peccato nō iniungitur à sacerdote satisfactio alia, vt supra ea. § item opponitur. ver. si illa satisfactio. sicut baptizatus licet ficte, non rebaptizatur. de consec. dist. 4. solet. quod tamen R. negat. sed melius distinguitur sic. Bona opera, cum charitate facta, & postea mortificata per peccatum, reuiuiscunt iterum per charitatem, ad vitam æternam cōsequendam: & sic facta olim sine charitate reuiuiscunt, & valent tantum ad temporale præmium, vel ad minus supplicium subeundum. ad idem valent bona facta cū charitate, & postea per peccatum mortificata, si homo nunquā ad charitatem redeat. secundū primū membrum intelligūtur illæ duæ auctoritates inf. ea. c. pium. &c. si quā, &c. Et intellige ꝙ in alio tempore fecerūt bona, s. cū erant boni: in alio tempore mala, s. cum erant mali. Vel sic dicatur, ꝙ eodem tempore intelliguntur illæ auctoritates iuxta secundum membrum a secundū ꝙ duplicem intellectum magister innuit. supponendo aliam solutionem ibi, quamquam, &c. secundum tertium membrum loquitur Ezechiel dicens: Si auerterit, &c. & Greg. in c. hoc nobis maxime, infr. 4. dist. §. finis Huiusmodi ergo bona sine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ comitatur mortalis culpa, quam non delet sequens pœnitentia, ad sensum temporalis commodi vel minoris pœnæ proficiunt, non ad vitæ æternæ fructum, ad quem proficiunt facta cū charitate & mortificata per peccatum, si postea redit ad charitatem. Hanc dist. magister innuit, infr. dist. 4 §. finis. Alij dicunt, ꝙ nunquam reuiuiscunt quo ad vitā æternam, sicut nec mala quo ad pœnam æternam: secundum quos ponit hic magister tres opiniones. Item in hac opin. e. a R. G. & H.

1 Vt infra ead. cauendum. 22. q. 2. si quælibet. Arch.

Bona mortificata reuiuiscunt: sed nō mortua.

a Sed ꝙ bona opera facta cū quis non est in charitate, immo facit mala eodē tēpore, prosunt, non quo ad vitā æternā, sed ad temporale cōmodū, vel ad minꝰ supplicium subeundum.

minori pęna in alia vita. Has tres opiniones ponit magister Laur.

b ¶Bonum.] Post illud bonum Laur.

ADDITIO. Id est, in illo qui post id bonum peccauit, & postea redit ad gratiam: qui diligitur ad remissionem

percipietur autem, cum eius pœnitentia fuerit subsecuta: sicut ad lauacrum ficte accedens regenerationis sacramentū accipit, non tamen in Christo renascitur: renascetur autem virtute sacramenti, quod perceperat, cum fictio illa de corde eius recesserit veraci pœnitentia.

Sicut etiam Augustinus scribit in libro de pœnitentia.

C. XLV.

Pium est [a] credere, & nostra fides expostulat, vt cum gratia Christi destruxerit mala priora in homine; etiam remuneret bona: & cum destruxerit quod suum nō inuenit; amet & diligat bonum [b], quod etiam in peccante plantauit.

In libr. de vera & fals. pœnitē-tia, c. 14. Sent. 4. dist. 15. infr. dist. 5. consideret.

¶Paulo aliter legitur in originali: sed Magister habet fere vt Gratianus.

Ex hoc sensu illud etiam Hieronymi dictum videtur ad c. 1. Aggæi.

C. XLVI.

Si quando videris inter multa † mala opera peccatorum facere quempiam nonnulla, quæ iusta sunt; non est tam iniustus Deus; vt propter mala multa, paucorum obliuiscatur bonorum.

Sent. ibidem. † *multa opera*] orig.

11 *Quamquam [c] memoria bonorum ad præsentem remunerationem possit referri: sicut Gregorius in homilia de diuite, & Lazaro scribit.*

In homilia 40. habetur sententia.

C. XLVII.

Cauendū [d] nobis est, vt si forte aliquid boni agimus, in præsenti sæculo remunerationem accipiamus: ne forte dicatur nobis; [receperunt mercedem suam.] Nisi enim diues iste [e] aliquid boni egisset, vnde in præsenti [f] sæculo remunerationem accepisset; nequaquam Abraham ei diceret [Recepisti bona in vita tua.]

Math 6.

Luc. 16.

Item Ioannes Chrysostomus homilia 67. ad populum Antiochenum.

C. XLVIII.

Qvid ergo [g] turbamur? nemo videns mali-

a Plum est.] Remuneret præmio ęterno. & secundū hoc est aliud in bonis, aliud in malis, quæ non reuiuiscunt. Vel de temporali bono intelligitur, vel de sionem æternam. P.

QVAMQVAM. Hæc est 11. pars distin. in qua dicitur, quòd nullum bonum irremuneratum, nullum malum relinquimus impunitum. Ioan. de Fant. & hoc probat per tres auctoritates.

c ¶Quamquam.] Alia solutio. Nota ꝙ in principio huius cap. debet esse, videris: aliàs vides. vbi est fides.

d Cauendum,] Id est, vitandum.

e ¶Diues iste.] De quo hic agitur.

f ¶In præsenti.] Tantum.

g Qvid ergo.] CASVS. Si videamus malos prosperari, & bonos aduersitatem pati, non debemus turbari: quia non est vera retributio boni vel mali. nā sæpe punitur hic innocens, & extollitur, qui non meruit. sed hic ostenditur, quòd in futuro erunt præmia & pœnæ, quod quidam non concedunt: & præterea in bonis sunt aliqua mala digna puniri, & in malis aliqua bona digna remunerari. Vltimo dicit quòd cum malus

Mali hic prosperantur, & boni patiuntur.

malus hic remuneratur, malo capitis sui fit: quia in futurum punietur, nec pœna eius mitigabitur.

a ¶Malignos.] Nam vt dicit Claudianus: Tolluntur in altum, vt lapsu graviore ruant.

b ¶Qui resurrectionem.] Negātes, scilicet retributionem

d ¶Bonus.] C. da vet, iur. enucl. l. j. §. his itaque tollitur.

POTEST ETIAM. CASVS. Ecce tertia solutio illorum c. prim est. & c. & si quando. & c. scilicet. vt quod ibi dicitur, referatur ad mitiorem pœnam habendam in alia vita. & ad hoc inducitur sequens cap.

gnos [a] prosperitatem habere, turbetur. Non est hic retributio malignitatis, neque virtutis: ac, si aliquando contingat, vt aliqua sit retributio vel malitiæ, vel virtutis, non tamen secundum quòd dignum est, sed simpliciter, veluti quidam gustus iudicij: vt qui resurrectionem [b] non credunt talibus doceantur. Quando itaque videmus malignum ditescere; non subruamur, & quando videmus bonum mala pati; non turbemur [c]. Illic corona: illic supplicia. Est & alia ratio: quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona: neque bonus [d] in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cum ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cum enim pro illis paucis retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur.

Sent. ibidem. *Potest etiam referri memoria bonorum ad mitiorem pœnam habendam; ut bona, quæ inter multa mala fiunt, non proficiant ad præsentis vitæ, vel futuræ præmium obtinendum: sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium subeundum, sicut de fide, & cæteris, quæ sine charitate habentur, Augustinus scribit in libro de patientia, c. 26.*

C. XLIX.

Ephes. 5. SI quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus, & vinculum pacis, quo catholica Ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christū neget, patitur tribulationes, angustias, famem, [sitim †, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormēta, gladium, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennæ †, & ignis æterni nullo modo ista culpanda [e] sunt: immo vero & hæc laudāda patientia est, (Non enim dicere poterimus, melius ei fuisset, vt Christum negando nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo:) sed existimandum, fortasse [f] tolerabilius ei futurum iudicium, quàm si Christum negando cuncta illa vitaret. Vnde & illud, quod ait Apostolus: [Si tradidero corpus meū ita vt ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.] nihil prodesse intelligitur ad regnū cælorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius supplicium subeundum. *& supra, c. 23.* ¶Hæc propter charitatem dicta sint: sine qua [g] in nobis non potest esse vera pœnitentia †; quia in bonis charitas Dei est, quæ tolerat omnia.

† abest ab orig.

† al. gehennarum] orig.

1. Cor. 13.

† patientia:] vera lectio.

12 *Pœnitentia ergo, ut ex præmissis apparet, nulli in peccato perseueranti utilis est [h]; non tamen alicui deneganda est: quia sentiet fructum eius, cum alterius criminis pœnitentiam egerit. Sic itaque pœnitentia definitio, & cætera auctoritates sibi consonantes negant eum agere pœnitentiam, qui perseuerat in crimine, utilem uidelicet sibi, & fructuosam.*

1 Quod tamen negandum nō est. extra de sūma trin. ca. 1. Archid.

nem eorum, quæ quisque in corpore gessit. Lau. 1

c ¶Non turbemur.] In alia vita.

vitandam, vel quo ad vitam æternam obtinendam: sed vtilis est quo ad pœnam temporalem; quia ecclesia

SI quis autem.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. quod si quis non habens charitatē aliqua bona facit, dummodo fidē non amittat, valēt ei ad mitiorem pœnam sustinendam, sed non prosunt ei ad obtinendam vitam æternam: quod probatur auctoritate Apostoli.

e ¶Culpanda.] Supr. 1. q. 1. teneamus.

f ¶Fortasse.] Nota est assertionis, supr. 13. q. 2. tp̄s, sup. 90. dist. neq; ad Cain. sup. 1. q. 1. vide contra. sed ibi de ijs, qui arrogāter hoc faciunt: hic de ijs, qui in faciendo zelū Dei habēt, & si non secundū scientiā diuinam.

g ¶Sine qua.] Supra dist. 2. cap. vt cognouerunt. §. opponitur. c. fugerat.

PÆNITENTIA. Hæc est 12. pars. dist. in qua soluit magister & bene, secundū Ioan. de Fant.

CASVS. Infert Gratia. ex supradictis, quod pœnitentia nulli perseueranti in peccato vtilis est, non tamen alicui deneganda: quia tūc fructum eius percipiet, cum de alijs peccatis pœnitentiam egerit. vnde definitio pœnitentiæ, & auctoritates sibi consonantes, quæ negant eum facere pœnitentiam, qui in crimine perseuerat, intelligūtur de vtili, vel fructuosa. Quòd autem dicitur, pœnitētia semel vsurpata, &c. de solēni pœnitentia intelligitur, quæ secundū consuetudinē quarundā ecclesiarum iterari non pōt: & de hac solenni intelligitur. Non est secundus locus pœnitētiæ, subaudi, in quibusdam ecclesijs.

h ¶Vtilis est.] Quo ad pœnam æternam

Pœnitentia perseueranti in peccato an sit vtilis.

sia

¶ *Illud autem Ambroſii:* [*Pænitentia ſemel vſurpata, nec vere celebrata, & fructum prioris aufert, & vſum ſequentis amittit.*] *de ſolenni intelligitur: quæ cum non vere celebrata fuerit & fructum prioris, id eſt, ſui ipſius ſecuturā præcedentis, amittit (quia veniam, quā impetrare potuit, contempſit) & vſum ſequentis aufert, ſecundum conſuetudinem quarundam Eccleſiarum, apud quas pænitentia ſolennitas non iteratur. De hac eadem pænitentia illud etiā intelligitur* [*Non eſt ſecundus locus pænitentiæ.*]

Sent.4. diſt.14. ſu. ca. in ſalicibus.

ſit.diſt. 50.ſi qs pōt. Hugo de S.Vict.lib.2.de ſacr.par.4 c.4.

DIST.IIII. Hugo l.2.de ſacra. p.15.c.fin. Sent.4. diſt.22.

QVia vero [a] *multorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt pænitentiam vere celebrari, & peccata vere dimitti et, qui aliquando in crimen recaſurus eſt; quæritur, an peccata dimiſſa redeant. Huius quæſtionis diuerſorum varia eſt ſententia, aliis aſſerentibus, aliis contra negantibus peccata ſemel dimiſſa ulterius replicari ad pœnam. Quod autem peccata ſemel dimiſſa redeant; multorum auctoritatibus probatur: quarum prima eſt illa prophetæ:* [*In memoriam redeat iniquitas patrum eius:*] *ſecunda illa, Euangelij:* [*Serue nequam omne debitum dimiſi tibi.*] [b]

Pſal. 108. Matth. 18.

Deinde in libro pſalmorum Auguſtinus ait ad pſalmum 108.

Et Proſper ibi

1 De hoc etiā legitur & not. ſu. e. §. illud. in fin. ibi vide as: & quod dicit iſta gl. de verbo ad verbum approbat Per. vſq; in fi. & idē H. & L. quorū fuit iſta gl. Arch.

ſia iterum ei non imponet ſatisfactionem pro illo peccato 1. nec ille tenetur amplius confiteri. ſi tamen digne pœnituerit omnium peccatorum, debet illud peccatum confiteri eccleſiæ, ſcilicet peccatum ſimulationis, quo decepit eccleſiam. Et nota, quòd illud peccatum primum, de quo ſatisfecit ſine charitate, non remittitur antequā incipiat habere charitatem; tunc enim ſtatim deletur. ſu.eo. § illud autem, verſus finem, &c.

QVia vero.] Hæc diſt. diuiditur in ſeptē partes, in quarum prima probat per ſeptem auctoritates, q peccata redeunt. Secunda ibi, [Eorū vero.] Tertia ibi, [Verum.] Quarta ibi, [Finis ergo.] Quinta ibi, [Qui autem.] Sexta ibi, [Verū illa. [Septima ibi, [Antiqua.] Io. de Fā. CASVS. Hic intitulatur quarta diſt. in qua magiſter continuat dicta dicendis, & ponit quæſtionem, an peccata dimiſſa redeant. Et ponit diuerſas opiniones, nā quidam dicunt, quòd peccata redeunt ad eſſentiam & reatum & pœnam, ſicut bona per ſequentem gratiam reuiuiſcunt. Alij dicunt, q illa non redeunt, ſed alia eiuſdem generis. Cum enim ſimile quid committimus, redire dicuntur quadam ſimilitudine, ſicut flores redeunt in vere. Tert.j dicunt peccata redire quo ad reatum tantum. Quarti dicunt peccata redire propter has tantum cauſas, ſcilicet propter odium fraternum, vt in Euāgelio, Serue nequam. Vel cum pænitet aliquem pœnituiſſe, vt arg. 17.q 4. ſunt qui opes; Vel propter contemptū pænitentiæ, Vel propter crimen apoſtaſię, vt inf. ea quęcumque. Alij dicunt q nullo modo redeunt: vt 23.q.4. ſi illic 50.diſt. miror. Nec ita eſt in malis vt redeant ſicut in bonis, vt arg. de conſe. diſt.4. quamuis. & hoc credo verum. Dicuntur tamen redire: quia ita damnantur pro ſequentibus, ac ſi nunquam eis dimiſſa fuiſſent. Primo igitur inducit auctoritates ad probādum, quòd dimiſſa peccata redeant, & circa hoc notat duas opiniones: poſtea quòd peccata dimiſſa non redeant. tandem G. approbat illam ſententiam, quòd peccata dimiſſa redeant. [In memoriam.] De Iuda dictum eſt: In memoriam redibit iniquitas patrum eius.

Peccata ſemel dimiſſa an redeant, ſūt opiniones.

a ¶ Quia vero.] Hic incipit. 4. diſt. in qua tractatur, an peccata ſemel dimiſſa iterū redeāt. Et quidam ſimpliciter dicunt q redeāt, nō ſolū quo ad reatū, ſed etiam quo ad eſſentiam & pœnam: & in hoc videtur declinare G. infra. ead. diſtinct. §. vlt. ſicut. & actio ſemel perempta reſtituitur. ff ſi ex noxā. cauſa aga. ſed alio iure in fi. Præterea ſicut bonum reuiuiſcit per gratiam ſequentem, quod prius mortificatur per culpam; ita mala mortificata per gratiam reuiuiſcunt per culpam iteratam ſupra. diſtinct. proxi. c. pium. & c. ſi quando. Alij dicunt quòd non redeunt illa: ſed alia eiuſdem generis. cum. n. forte ſimile cōmittimus, redire dicunt quadā ſimilitudine, ſicut flores redeunt in vere. Tertij dicunt peccatū redire tantū propter vnū iſtorum quat-

tuor criminū. ſ. propter odium fraternū: vt in Euangelio, ſerue nequam, &c. Itē propter crimen apoſtaſię, vt inf. ea quicunque. Itē propter pœnitentiam pęnitētiæ. ſu. 17.q.4. ſunt qui opes. Itē propter cōtemptū pænitentiæ. ſu. diſt. 3. ſi Apoſtolus. Alij dicunt q nullo modo redeunt.

consecutus.] Omnes quoque, qui in Christo renascuntur, & qui eius sanguine a diabolo redimuntur; prius ex Adam peccatores nascuntur, & diabolicæ seruituti obnoxij. Sicut ergo isti, quamuis sint futuri filij Dei; tamen prius sunt filij diaboli: sic hi, de quibus[a] *sermo habetur, quamuis recedendo à iustitia sint futuri filij perditionis æternæ; cum tamen pie, & fideliter viuunt; vere sunt filij Dei, & iusti, & æterna beatitudine digni. Vnde auctoritas non ait, cum viderentur pie, & fideliter viuere; sed [cum pie, & fideliter viuerent.] Nec veraciter*[b] *à bono in malum commutarentur, qui nunquam veraciter boni fuerunt.* sup. ea. si ex bono. *Dominus quoque, non ait per Ezechielem: si auerterit se iustus à iustitia sua, quam videbatur habere, sed [sua,] scilicet, quam veraciter habet. Quod autem in eadem auctoritate sequitur: [Non erant in numero filiorum, quando erant in professione filiorum,] ita intelligendum est.* Ezech. 18. fu. si ex bono. *Filij Dei duobus modis*[c] *appellantur. Dicuntur filij Dei, participatione hæreditatis æternæ: sicut Ioannes ait in Euangelio: [Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.] Et Apostolus in epistola ad Romanos: [Expectatio*[d] *creaturæ reuelationem filiorum Dei*[e] *expectat.] & infra: [Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis*[f] *in libertatem*[g] *gloriæ filiorum Dei.] & infra, [ipsi intra nos*[h] *gemimus, adoptionem*[i] *filiorum Dei expectantes.] Hinc etiam Augustinus eadem verba Apostoli exponens ait: [Modo tantum creatura*[k]*, cum nondum filiorum forma perfecta.] Hoc*[l] *ergo modo non sunt filij Dei, nisi participes æternæ*[m] *beatitudinis.* Ioan. 1. Rom. 8. *In præsenti etiam dicuntur filij tribus modis; vel prædestinatione tantum (sicut ij, de quibus Ioannes ait, [vt filios Dei, qui dispersi erant, &c.]) vel prædestinatione, & spe æternæ beatitudinis, (sicut illi quibus Dominus ait, [filioli adhuc modicum vobiscum*[n] *sum,]) vel merito fidei, & præsenti iustitia, non autem prædestinatione claritatis æternæ: sicut hi, de quibus Dominus ait, [si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c.] Hi ergo*[o]*, de quibus in præsenti agitur, filij sunt merito fidei, & præsentis iustitiæ; non sunt autem filij adoptionis æternæ.* Io. 11. Io. 15. Ps. 88. *Qui ergo peccata dimissa fatentur redire: secundum iustitiam, & non secundum præscientiam ea dimitti, necesse est vt confiteantur: sicut saluandis peccata secundum iustitiam ad æternam damnationem imputantur non secundum præscientiam*[p]*: quia & illis à bono in malum deficientibus, singula replicabuntur ad supplicium: & his vsque in finem in bono perseuerantibus, nulla imputabuntur ad pœnam, [æternam †.*

† Abest à plerisque manusc.

QVIA

¶In vetustis codicibus caput hoc est coniunctum superiori. Sunt enim Gratiani verba; qui more suo loca aliquot citat.
a. ¶Specie.] Sic est emendatum ex codice per vetusto. Nam antea legebatur, spe, qua vox valde sententiam turbabat.

QVIA AVTEM. CASVS. Hæc est 5. pars distin. in qua probat magister, quòd peccata non redeunt: quod verum est secundum Ioan. de Fan.
a ¶Qui autem.] Ab hinc vsque ad § verū. probat sententiam aliam, scilicet, peccata dimissa non redire: & hoc duabus auctoritatibus.
QVid est.] CASVS. primo quærit Grat quare per Moysen dr̄. [Qui reddis iniquitatē.] &c. Secūdo exponit illā auctoritatē, quā dicit intelligi de originali peccato, ꝓ quo originali peccato patris filius polluitur ante baptismū, sed post baptismum polluitur tātū pro suo peccato. Sequēs c. planum est, scilicet qui recedit. quod melius probat intentionem Gratiani.
b ¶Iniquit. tem.] Per hanc auctoritatem non probatur propositum, sed per sequentem optime L.
c ¶Filijs.] Non potest intelligi nisi de originali peccato: aliàs enim contradiceret auctoritas illa: filius nō portabit. &c. 1. q. 4 Iudæi.

β ¶Duobus modis appellantur.] *In vulgatis sequebatur.* [vno modo appellantur in futuro, altero in præsenti, qui triplex est:] *quæ absunt ab omnibus manuscriptis, & antiquioribus etiam editionibus.*

γ ¶Modo tantum creatura.] *In libro octuaginta trium quæstionum, quæst 67. post alia habentur hæc.* Et ipsa itaque creatura, id est, & ipsa, quæ nōdum vocatur filiorum forma perfecta: sed tantum vocatur creatura; liberabitur, &c. *quæ referuntur à Beda in epistola ad Romanos, c. 8. Sed apud glossam ibidem habentur eadem verba, quæ apud Gratianum.*

5 *Qui autem* [a] *dicunt, quòd peccata dimissa non redeunt; auctoritate Gregorij, et Prosperi sententiam suam confirmare conantur.*

Ait enim Gregorius in Moralibus lib. 15. c. 22.

C. XIII.

QVid est, quod dicitur: [Qui reddis iniquitatem [b] patrum filijs [c], ac nepotibus?] Peccatum [d] originale à patribus trahimus; & nisi per gratiam baptismi saluamur; etiam parentum culpam portamus, quia vnum adhuc cū illis sumus. Reddit iniquitatem patrum filijs †; dū pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursum non reddit iniquitatem filijs †: quia cū ab originali culpa per baptismum liberamur; non iam parentum culpas, sed quas ipsi comittimus, habemus [e].

† *in filijs*

† *in filijs*

¶*Verba ipsa huius capitis sunt in glossa ordinaria ad c. 34. Exodi, ex Gregorio in loco indicato: ex qua glossa sunt hic nonnulla emendata.*

Item in responsionibus Prosperi ad secundam obiectionem Gallorum.

C. XIIII.

QVi recedit à Christo, & alienus à gratia finit hanc vitam; quid, nisi in perditionem cadit? sed non in id, quod [f] remissum est recidit [g]; nec in originali [h] peccato damnabitur: qui tamen [i] propter postrema crimina α ea morte [k] afficietur, quæ [l] ei propter illa, quæ dimissa sunt, debebatur.

α Propter postrema crimina] *Addita sunt hæc ex originali, quibus sententia valde illustratur.*

Finis huius auctoritatis principio [m] *contraire videtur. Neque enim aliud est, dimissa peccata redire, vel in*

d ¶Peccatū.] Solum.
e ¶Habemus.] vnde patet, quòd originale peccatum dimissum nō redit, & ita peccata dimissa nō redeūt.

Peccatum originale dimissum non redit.

QVi recedit.]
f ¶Sed non in id quod.] su. 23. q. 4. si illic. su. 50. dist. c. miror. su. dist. 1. tres autem. Hug.
g ¶Recidit.] Hic expresse dicit iste, q̄ peccata non redeant, sed si contrarium tenere volueris, expone sic, non recidit omnino vel eadem quantitate, in qua prius est i.
h ¶Nec in originali.] Contradicit sibi, si sic exponatur.
i ¶Qui tamen.] su. c. prox. qui recedit.
k ¶Ea morte.] Id est, simili pœna æterna.
l ¶Quæ.] Id est, qualis mors æterna si sic exponatur, non contradicit sibi.

† Et illud verum est. secundum opi. illorū qui dicunt peccata dimissa redire nō quo ad effectū, sed quo ad reatū & pœnam. Pe.

FINIS HVIVS. CASVS. hic dicit G. quòd finis proxi. ca. vbi dicit, [ea morte,] cōtradicit principio, vbi dicit, [sed non illud.] sed hæc dictio, ea, facit, simplicem relationem. Qui autem dicunt q̄ peccata non redeunt, sic intelligunt auctoritates contrarias, quę dicūt peccata redire, quod dicitur in eis fieri, qui post remissionē abutuntur gratia Dei, & hanc sententiam dicit Gratia. fauorabiliorem esse, s. quæ dicit peccata redire: quā adhuc probat per sequētia, per quæ probat à cōtrario sensu, quòd peccata redeūt: quia bona præterita per peccatum mortificantur. sequentia 5. capitul. plana sunt, scilicet, si auerterit hoc nobis. de pertuso. si refugientes. intermittentes. & casus illorum cap. per te formabis.
[De pertuso.] verba sunt Aggæi prophetæ: quę Grego. exposuit super Ezechielem.
m ¶Principio.] Magister vocat principium vbi dixit, sed nō in id, &c. finē vero vbi dixit, q̄ tamē ca. & su. c. proxi.

originali peccato damnari, quàm pœnam [a] *peccato debitam post eiusdem remissionem excipere. Auctoritates vero sibi contrarias assertores* [b] *huius sententia ita determinant* [c] *: peccata dimissa redire dicuntur; quia quisquis post acceptam remissionem peccatorum ad vomitum redierit; tanto grauius punietur; quanto magis benignitate Dei abusus, singulorum remissionis acceptæ ingratus extitit,* [d]
6 Verum illa sententia fauorabilior videtur: quia pluribus roboratur auctoritatibus; & euidentiori ratione firmatur. Vt enim Dominus [e] *ait per Ezechielem, c.18.*

C. XV.

SI auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē secundum omnes abominationes, quas operari solet impius; nunquid viuet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur [f]: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit. Sent.4. dist.15.

Item Gregorius in explanatione eiusdem loci.

C. XVI.

HOc nobis maxime considerandum est, quia cum mala committimus, sine causa ad memoriam bona nostra trāsacta reuocamus [g]; quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum [h] præteritorum. Hom.11. ad ca. 3 Ezechielis. Sent.4. dist.15.

Idem in homilia quarta adc. primum Ezechielis.

C. XVII.

DE pertuso [i] quippe sacculo aliunde exit, quod aliunde immittitur †, quia indiscretæ mentes mercedem, quæ ex bono opere acquiritur, non aspiciunt, quomodo ex malo opere perdatur. † *al. mittitur*

Item Petrus in epistola secunda, c.2.

C. XVIII.

SI refugientes coinquinationes mūdi in cognitione Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur; facta sunt eis posteriora deteriora prioribus [k]. Melius [l] enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionē retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.

Paulus quoque scribens ad Hebræos ait, c.6.

C. XIX.

INtermittentes [m] inchoationis [n] Christi sermonem, ad

---

proxi. qui recedit. sed illud, ea, facit simplicem & nominalem relationem, non numeralem, sicut ibi, mulier quæ damnauit, saluauit.

g HOc nobis.] ¶Reuocamus. [In defensionem à pœna quo ad vitam æternam.

h ¶Bonorū.] Quin pro malis puniatur: mitius tñ punietur. Vel quo ad vitā æternā cōsequendā nō debet haberi fiducia. De hoc su. dis. 5. c. quætat. §. itē illud. licet quo ad minorē pęnā subeūdā possit haberi fiducia. H.

a ¶Quam pœnam.] Verum dicet si pro eodem peccato pœnam exciperet. Lau.

b ¶Assertores.] Id est, illi qui dicunt quod peccata dimissa non redeunt. L.

c ¶Determināt.] Gratianus aliter intelligit in sequenti. §.

d ¶Extitit.] Vel potius quia ita damnabitur quis pro sequenti peccato, sicut dānaretur si prima peccata non essent dimissa, scilicet æternaliter, sed non tantum punietur. Hug.

VERVM ILLA. Hæc est sexta pars distin. in qua probat per 6. auctoritates, quod peccata redeūt: & hoc probat superficialiter: nam auctoritates bene intellectæ non faciunt pro eo. Ioan. de Fant.

e ¶Vt enim Dominus.] Ab hoc loco vsque in fi. nititur Gra. conflare arg. huiusmodi, quod bona priora per mala sequētia mortificata reuiuiscunt, si postea bona fiāt. ergo à simili cū mala per pęnitentiam mortificētur: si iterum quis in malū reciderit, reuiuiscūt: & ita peccata redeūt, sed hæc argumentatio (vt prædixi in principio huius dist.) non procedit, quia aliud est in via, aliud in inuio, id est, aliud est in bono aliud in malo: quia bona communicantur, non mala. arg. de cons. distin. 4. quæris. arg. ff. de ser. expo. seruus. & probat primū vsque ad illum locum, hæc sicut. secundum autem probat vsq; ad illū locū, porro. exinde probat, quod eadem ratio est in bonis & in malis quo ad hoc. tandem concludit in § sed his ver. sicut ergo bona. L.

Aliud est ī via, aliud in inuio.

f SI auerterit.] ¶Non recordabuntur.] Ergo idē est ac si nūquam habuisset aliquod bonum propter quod peccatum sibi fuit dimissum. Et ita idem est ac si nūquam ei peccata fuissent dimissa. & sic omnia peccata taliter dimissa redeunt, & dicuntur redire per sequēs peccatū, sicut priora bona mortificata per peccata, dicūtur per pęnitentiā reuiuiscere. L. & ita argumētatur G. ex his auctoritatibus à simili per contrarium.

Bona mortificata, per pęnitentiā reuiuiscūt.

i DE pertuso.] Hoc continetur in Aggæo Propheta in 1. cap. Lau.

k SI refugiētes.] ¶Prioribus.] Ecce verbum pro quo inducitur capitulum.

l ¶Melius.] Id est, minus malum. Lau.

m INtermittētes.] i. dimittentes: quasi nō hoc tm̄ cō tēti, sed cum hoc habito ad vlteriora procedētes.

n ¶Inchoationis.] Id est, in quo Christus inchoat esse

in nobis per fidẽ scilicet qui sermo est de initio fidei quo rudes catechizantur, vt est symbolum, & dominica oratio. 10. q. 1. placuit. H.

a ¶Feramur.] Secundum intelligentiam scripturæ, & bonam operationem.

b ¶Ia- [cientes fundamentum – continued below]

tem c. pium est.

e ¶Hieronymus.] Non est, su. dist. 2. §. hæc itaque &c. non est H.

f ¶Recepturos.] Ergo à simili intelligatur per contrarium idem esse in malis, quod secundum horum sententiam reuiuiscent.

perfectionem feramur [a], non rursus iacientes [b] fundamentum pænitentiæ ab operibus mortuis.

Dicens opera mortua, priora bona significat Apostolus, quæ per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc, sicut peccando fiunt irrita, ita per pænitentiam reuiuiscunt, & ad meritum [c] æternæ beatitudinis singula prodesse incipiunt, etiam illa, quæ peccatis inueniuntur admista. Vnde Augustinus [d], [Pium est credere, &c.] & Hieronymus [e], [Non est iniustus Deus; &c.] Apostolus etiam scribens ad Hebræos, cum fidem, & dilectionem, & bona opera eorum breuiter commemorasset, horum omnium mercedem, quam amiserant peccando, post pænitentiam à Domino eos recepturos [f] ostendit. Porro [g], qui per prophetam dixit: [si auerterit se iustus à iustitia sua.] ipse per eundem prophetam [h] promisit † dicens: [si impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est. & custodierit vniuersa præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam; vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, viuet.] Filijs [i] quoque Israel per Assyrios captiuandis, veteris idololatriæ peccatum Dominus per Oseæ improperat: & peccatum quod Moyse supplicante patribus fuerat dimissum, hoc in filijs reuixisse ostendit, dicens.

su. dist. 3. de pœ. cap. pium.
su. dist. 3. si quando.
su. dist. 2. nõ est tam.
Ezech. 33.
† al. promisit
Exod. 32.

PORRO QVI. CASVS. Allegat nũc Grat. pro illa parte, scilicet quòd peccata dimissa redeunt: & hoc probat auctoritate Ezechielis prophetæ, quæ satis plana est, per quem Dominus loquebatur, & hoc probat à contrario sensu.

g ¶Porro.] Hic, porro, copulatiue tenetur, non aduersatiue, & inducitur sequens c. ad probandum, quòd bona mortificata reuiuiscunt. G. allegat pro alia sententia. scilicet quod peccata non redeant: vel si pro alia sententia intelligatur, sic accipiatur littera, quasi non solum per auctoritatem illam, si auerterit, &c. peccata redeant: sed & per auctoritatem illam.

Porro quoque copulatiue tenetur.

h ¶Eundem prophetam.] Id est, eiusdẽ prophetæ, qui prædixerat. & Ezechielem, vt supra §. fin.

FILIIS QVOQVE. CASVS. Adhuc probat Gr. quòd peccata dimissa redeunt. Et ad hoc probandum inducit c. sequẽs: per quod intendit probare, quod peccata dimissa redeunt. vnde dicit propheta: Væ eis, qui recesserũt à me per peccatum: quoniam damnabunt: quia in me præuaricati sunt, &c. & sũt verba Oseę prophetæ redarguentis filios Israel. Et c. væ eis. patet.

C. XX.

Ose. 7.

VAe eis, quoniam recesserunt [k] à me: vastabuntur [l] quia præuaricati [m] sunt in me. Et ego redemi [n] eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia [o]: & non clamauerunt ad me in corde suo; sed vlulabant [p] in cubilibus suis: super triticum, & vinum ruminabant [q], & recesserunt [r] à me, & ego erudiui [s] eos, & con-

b ¶Iacientes fundamentum.] Nos inquam dico laciẽtes fundamentum pænitentiæ. Quod prius dixit sermonẽ inchoationis, hic appellat fundamentũ: quia ad religionẽ Christianã venientibus prius proponitur, & super hoc quod perfectionis est, ædificatur. dicit ergo, nos dico iacientes fundamentum pænitentiæ, id est, pænitentiã quasi lapidem in fundamẽto, quod est pęna de peccatis, vel de hoc quod quis priora bona mortificauit per peccatũ iacientes dico, id est, nõ sicut olim, scilicet nõ ita negligenter sicut olim, vt sicut prius cecidimus, sic iterum cadamus. Vel non rursus, id est, non amplius nisi modo iaciamus, vt amplius iacere non sit opus.

DICENS OPERA. CASVS. Iste §. respicit finẽ præcedentis c. & dicit Gra. quod per opera mortua, priora bona significantur, quæ sicut per peccatum moriuntur, ita per pænitentiam reuiuiscunt. Vnde Gratianus intendit probare à simili per contrarium: ergo mala per peccatum redeunt. Et ad hoc inducit auctoritates sequentes.

c ¶Ad meritum.] Licet magister ad hoc istud allegat, non tñ per contrarium intelligendum, vt idem sit in malis. magister tamẽ ad hoc su. tres posuit opiniones.

d ¶Vnde Aug.] Piũ est. su. dist. 3. c. grat. cõtra. illud au-

t ¶Filijs.] Per quos omnem populum mystice intelligas colentem idola.

k VAe eis, quoniam recesserunt.] Per idololatriã vel peccatum immane. 45. dist. disciplina.

l ¶Vastabuntur.] Ab hostibus & miseri erunt.

ADDITIO. Id est, in captiuitatem ducentur. Pe.

m ¶Præuaricati.] Adorando vitulum, & trãsgrediẽdo meum præceptũ, de quo dixi: Non facias vobis Deos alienos.

n ¶Redemi eos.] Ab Aegyptiaca seruitute.

o ¶Mendacia.] Dicentes, Hi sunt dij tui Israel.

p ¶Vlulabant.] Luxuriæ vacantes.

q ¶Ruminabant.] Id est, non sicut homines comedebant: sed quasi iumenta.

q ¶Ruminabant.] Id est, abundantiam rerũ, quam habebant sæpius ad voluptatem quasi ad fauces renocabant: vt inde delectabilius pascerẽtur, nihil nisi cibos, & luxurias quærentes.

r ¶Recesserunt.] Dando se diabolo.

s ¶Erudiui.] Per Moysen & alios fideles.

a ¶Et

a ¶Et confortaui.] Id est, dedi eis fortitudinem bellā di in tempore Iosue.
b ¶In me cogitauerunt.] Qui tanta eis feci.
c ¶Malitiam.] Cum non possent nocere cogitatione sola, potentiam meam ad idola transtulerunt H.

de quo peccato nō puniuntur, quia patres peccauerūt; sed ideo puniuntur: quia mala eorum sequuntur eos. In fine concludit, quòd sicut bona per pœnitentiam reuiuiscunt ad præmium: sic mala reuiuiscunt ad supplicium. Et ad hoc inducit auctoritatem prophetæ.

fortaui [a] brachia eorum, & in me cogitauerūt [b] malitiā [c]: reuersi [d] sunt, vt essent absque iugo; facti sunt, quasi arcus dolosus [e]: cadent [f] in gladio [g] principes eorum [h] à furore linguæ suæ.

7 *Antiqua peccata parentum [i] filijs improperat sermo diuinus: & propterea principes eorum in gladio casuros prædicit. Sed per eundem prophetam contra Dominus se facere ostendit dicens.* Ibidem.

C. XXI.

NE forte dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum; nunc circumdederunt eos adinuentiones suæ; coram facie mea factæ sunt.

Item Hieronymus [k] ad c. 7. Oseæ.

C. XXII.

CVm ita [l] puniantur; ne cogitent, quòd pro veteribus peccatis patrum puniam eos: quia nunc, id est, in præsenti, pro malitijs suis, quas inuenerunt, circumdati sunt pęna: & mala eorum, sicut putant, non possunt me latere; sed potius ipsæ adinuentiones apertæ sunt coram facie mea, quæ omnia clare videt.

¶*Sententia huius capituli est quidem in commentarijs B. Hieronymi in c. 7. Oseæ: sed propria verba sunt in glosa interlineari ibidem ad ea verba,* Ne forte dicant in cordibus.

Idem [m] ibidem.

C. XXIII.

HAeretici non possunt vetera peccata contra Deū causari: cum antiquis operibus addant nouam impietatem, & suis ligentur peccatis: & cum Deum celare se putant, oculos eius uitare non possunt: quia vultus Domini super facientes mala. Ps. 33.

¶*Et hoc etiam capitulum est in glossa ordinaria in eundem locum ex B. Hieronymo.*

Item Gelasius Papa. su. 23. q. 4. si illic

C. XXIIII.

DIuina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire [n] non patitur.

Sed his auctoritatibus [o] docentur filij ab originali peccato expiati, non ideo puniendi, quia patres peccauerunt: sed ideo peccata patrum in eos redire; quia eorum [p] culpam sequuntur. Sic & bona, quæ peccato moriuntur, non proficient ad præmium, quia facta sunt,

d ¶Reuersi.] Ad id quod fuerunt antequam ipsos reuocarem. per Abraham & Moysen vt absque iugo legis & notitia Dei ferrentur in præceps. H.
e ¶Dolosus.] Deus incenderat eos contra aduersarios, ipsi vero contra Deum nitātur, & sagittas blasphemiæ contra Deū inijciunt.
f ¶Cadēt.] Principes.
g ¶In gladio.] Materiali, vel spirituali. H.
h ¶Eorum.] Qui uitulos ausi sunt vocare Deos.
ANTIQVA. Hæc est septima pars dist. in qua magister soluit quæst. Io. de Fan. CASVS. Verba sunt Gratiani interpretantis summatim verba Oseæ: postea per eundem prophetam vult allegare pro alia parte, scilicet quòd peccata dimissa non redeant. Et ad hoc inducit tria sequen. cap. scilicet cum ita, hęretici. diuina.
i ¶Antiqua peccata parentum.] Scilicet quòd non puniat filios pro peccatis parentum, sed potius pro suis, & hoc incidenter interserit G. & interserit quædam contra opinionem, quam illaturus est.
k ¶Hieronymus.] Super prædictam litteram Oseæ, scilicet ne forte, &c. L.
l CVm ita.] CASVS. Verba aūt Hieronymi exponentis prædicta verba Oseę, ne forte &c. Dicit .n. quòd Deus non punit homines pro peccatis patrū, sed pro suis iniquitatibus, quas quotidie faciunt. Sequentia duo cap. patent.
m ¶Idem.] Super eundem locum. Lau.
n DIuina.] Redire.] Supra. 1. q. 4. iam itaque. suprà 23. q. 4. si illic.
SED HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. induxit G. sn. c. proxi. quasdam auctoritates, quæ videntur dicere, quòd peccata dimissa non redeunt: sed quia sunt contra suam sententiam: ideo nunc eas soluit, & dicit quòd intelliguntur de originali peccato:

tæ. Quidam faciunt ibi c. putruerunt. sed H. non facit c. ab illo. §. [sed his.] vsque ad dist. 1.
o ¶Sed his auctoritatibus, &c.] Supra proxime relatis ab illo. §. antiqua. & illis superioribus capitulis, quod est, qui recedit, quę videntur dicere, quòd peccata dimissa non redeant. L.
p ¶Quia eorum.] Et sic non ostendunt, quòd peccata non redeant. L.

a ¶Si Iudas.] Supra, in prine huius dist.
b ¶Quid est.] Supra ea. dist. c. hanc § qui autem. H.
c ¶Traxerunt.] In ipsa origine carnis.
d ¶Amaritudinem.] Id est, causam amari peccati, vel causam amaram peccati.
e ¶Si-

dicente Domino ad Adam, Adam vbi es? ideo enim quæsiuit ut ipso consentiente peccatum, daretur forma alijs in posterum confitendi. sed quia in illa interrogatione Dominus minus expresse videbatur ad confitendũ monuisse, ideo post exquisiuit à Cain fratricida expressius, vbi est Abel frater tuus? Alij dicũt quod sub lege fuit primo instituta, quando Iosue præcepit Achor crimen suum confiteri, & le p. datus est. 45. dist. sed illud. Alij dicunt quod in nouo testamento a Iacobo dicente, Confitemini alterutrum peccata vestra, &c. Sed melius* dicitur eam institutã fuisse à quadam vniuersalis ecclesiæ traditione potius quam ex noui vel veteris testamenti auctoritate. Et traditio ecclesiæ obligatoria est vt præceptum, arg. 11. dist. in his rebus. ergo necessaria est confessio in mortalibus apud nos, apud Græcos non, quia non emanauit apud illos traditio talis: sicut nec conficiunt in azimis, sed in fermẽtatis sup. ea. dis. 1. c. si. Illud ergo Iacobi, Confitemini alterutrum peccata vestra, fuit cõsilij primo, alioquin ligaret & Græcos nõ obstãte eorum cõsuetudine. Est aũt facienda taliter, quod non solũ de peccato, sed de oĩbus circũstãtijs inf. ea. c. 1. Et

*Immo cõfessio est instituta à Domino, et est oib᷒ post baptismũ lapsis in mortale peccatũ à Græcis, quã Latinis iure diuino necessaria. Conc. Tri. sess. 14. c. 5.

sup. ea. si Iudas. supr. ea. quid est.

sed quia per pœnitentiam reuiuiscunt. Tale est & illud Augustini in libro psalmorum: [Si iudas [a] teneret adoptionem, &c.] Sic & illud Gregorij in Morabilius intelligitur: [Quid est [b], quod dicitur. reddis iniquitatem patrum in filios, &c.] Illis namque parentum iniquitas redditur; qui propterea puniuntur, quia in radice traxerunt [c] amaritudinem [d] peccati, illis autem non redditur, in quibus merito suæ iniquitatis non reuiuiscunt peccata parentis. Sicut [e] ergo bona, quæ peccato moriuntur, per pœnitentiam reuiuiscunt ad præmium; sic & mala, quæ per pœnitentiam delentur, reuiuiscunt ad supplicium. Vnde propheta ex persona pœnitentis deplorat dicens: [Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.] id est, plagæ per baptismum sanatæ. Hinc etiam idem propheta, quamuis fide, & sacramento circuncisionis ab originali peccato se mundatum cognosceret; tamen adulterio, & homicidio, quod commiserat, illud reuixisse intelligens, non sine causa inter cætera ipsum confitetur, & dicit: [Ecce enim in iniquitatibus conceptus [f] sum, &c.]

Ps. 37.

Psal. 50.

DISTIN. V. [g]

De vera, & falsa pœnitentia, c. 14. & 15. inter opera Aug. Sent. 4. dis. 16.

In pœnitentia [g] autem, quæ peccatorem considerare oportet, Augustinus in libro de pœnitentia docet, dicens.

C. I.

COnsideret qualitatem criminis in loco, [h] in tempore, in perseuerantia, in varietate [i] personæ, & quali [k] hoc fecerit tentatione [l], & in ipsius vitij multiplici executione. Opor-

e ¶Sicut.] Ecce qualiter induxit superiores auctoritates à simili. L.

Peccatum originale nõ tenetur confiteri.

f ¶Conceptus.] Arg. quod originale peccatum tenemur confiteri, quod non est verum: quia tantum commissa tenemur confiteri: at illud non est commissum, sed contractum, credo tamen contritionem exigi: quæ enim notabiliter fiunt, &c. vt ff. de iniu. l. item apud Labeonem. § hoc edictum. Lau.

IN pœnitentia autem.] Hæc dist. diuiditur in 4. partes. In quarum prima ponit modos pœnitentiæ. Secunda ibi, [Qualitas] Tertia ibi, [Falsas] Quarta ibi, [Fratres.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur quinta distinct. in qua notantur ea quæ pœnitentes debent considerare. & ponuntur in principio sequentis cap. & hoc etiam versu notantur.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. horum exempla colliguntur in principio capit. Debet ista considerare peccator, vt plus doleat: & sacerdos debet considerare, vt plus vel minus puniat.

g ¶In pœnitentia.] In hac dist. & alijs duabus sequentibus agitur tam de illa parte pœnitentiæ, quæ dicitur oris confessio, & operis satisfactio, quàm de alijs: & ideo videndum est quando oris confessio fuerit instituta, vtrum necessaria sit, vel tantum voluntaria: qualiter sit facienda, & cui, & quando. Dicunt quidam institutam fuisse in paradiso statim post peccatum,

g Vt Amb. pro hoc facit quod not. sup. ea. dist. 1. in princ. in glo. quia melior. est in pal. Arc.

est facienda sacerdoti si adest, vel proximo in necessitate, supr. dist. 1. quem pœnitet. Est autem facienda cum quis peccat statim: quia nec per momentum, &c vt supra dist. 3. ille rex. & hoc si est manifestum: si aũt est occultum, & conteritur, non credo eum peccare si differt oris confessionem vsque ad tempus pœnitentiæ deputatum per c. omnis. extra de pœn. & re. Sed qui differt cũ habet copiam sacerdotis, nunquid in quolibet instanti peccat mortaliter? non: quia omnes moræ illi circa vnum & idem tempus sunt: sed augetur illud ex diuturnitate. ff. de fur. eum qui extra de simo. non satis. & peccaret quidem mortaliter. Lau.

Confessio quando facienda est.

COnsideret.] CASVS. Hoc c. Aug licet sit prolixum, tamen facile est, & casus eius breuiter poni cõsueuit. A principio igitur vsque ibi, [cautus sit] Notantur ea quæ pœnitens debet considerare, vt illa confiteatur, & de illis doleat. Abinde vsque ibi, [Cautus.] Dicitur quod confitens nõ debet peccata diuidere, vt vni sacerdoti, partem confiteatur, & alij aliam partem. deinde dicitur quod vere pœnitens abstinere debet à cõmunione corporis Christi, & à vanitatibus sæculi, & diligere vere pœnitentes. Sic posuit breuiter Ben. hunc casum, & H. similiter paucis verbis posuit.

h ¶In loco.] Supra dist. 1. aut facta.
i ¶Varietate.] Agẽtis, & eius cũ qua agitur, sup. dis. 1. aut facta. quædã n. res in clericis tenentur, quæ non in laicis, vt 31 dist. c. 1. puta nubere.
k ¶Et quali.] Extra de humi. sicut dignum.
l ¶Tentatione.] An ab ea præuẽtus, an eã præueniendo,

a Nota, ꝙ quædã circũstãtiæ adhęrent ipsi peccato ꝓpriæ, quędã personæ ipsius peccantis, quędam nec peccato, nec personæ ipsius peccãtis, vt latius patet in Arch.

tet [a] enim pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status [b] aut officij, & secundum modum meretricis [c], & in modo † [d] operis sui, & qualiter turpitudinem suam peregit, si in loco [e] sacro, aut cui debuit excellentiam fidei (vt sunt domus dominorum [f], & aliorum multorum) si in tempore orationi constituto [g], aut in festiuitate sanctorum, & in tempore ieiunij. Consideret quantum perseuerauerit [h]: & defleat, quòd perseueranter [i] peccauerit, & quanta virtus [k] fuerit in pugnatione. Sunt enim, qui non solum non vincuntur, sed vltro se peccato offerunt: nec expectant tentationem, sed præueniunt uoluptatem, & pertractant secum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccent. Omnis ista varietas confitenda est, & deflenda: vt cum cognouerit, quòd peccatum est multum; cito inueniat Deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inueniat se, cuius ætatis fuerit, cuius sapientiæ, & ordinis, & statum omnem alterius non peccantis. [l] Immoretur in singulis istis, & sentiat modum criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem vitij. Defleat [m] virtutem; qua interim caruit. Dolendum [n] est enim, & dolore purgandum, non solum; quia peccauit; sed etiam, quòd se [o] virtute priuauit. Nam, licet speret se consecuturum veniam; dolere tamen potest, quia non promeruit vnde remunerari confidat. Anxietur, & doleat, quòd modo effugiens de præteritis pœnam, miser non inde expectet gloriam †; cuius omne tempus, quoniam breuissimum est [p], debuit decertasse ad consequendum præmium. Defleat etiam, quoniam in vno [q] offendens, factus est omnium [r] per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim [s] Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno, reus est omnium [t]: quia omnis virtus patitur detrimentum [u] ab uno vitio. Nam si quis cadit in

† *secundum modum*] vera lectio.

Offendens in vno, factus est omnium reus.

† *gratia*] orĩ.

Abstinẽdũ est qñq; ab vxore.

Pœnitentia interiori & exteriori dolendum est.

do, vt infra sequitur.

a ¶Oportet.] Ideo huiusmodi circumstantias tenetur confiteri: quia præsumuntur augere peccatũ, vel minuere. si tñ eas subticuit per obliuionem, non dico eũ teneri vt iterũ ei confiteatᷣ circũstantias: nisi tales circũstãtiæ essent, ꝙ alterius generis peccatum facerẽt, vt locus sacer facit sacrilegũ, vt supr. dist. 1. aut facta. Lau.

b ¶Status,] Supr. 11. q. 3. c. excellentissimus. &c. præcipue. ff. de re mil. l. ij. cõtra de cle. ve. c. epm. cõtra. ff. ad l. C. de sic. l. pe. contra. sed dic in epo est maior pœna suspẽdi tribus mẽsibus à communione, q̃ ab officio deponi. 1. q. 1. quisquis.

c ¶Meretricis.] An s. fuit pulchra, vel deformis: an soluta, vel obnoxia viro vel voto. arg. 27. dis. c. vlt. L.

d ¶Et i modo.] Quo ea abusus est, vtrũ ordinarie. vel extraordinarie. nã vterq; dãnabilis est 32. q. 4. meretrices. 33. q. 3. extraordinaria.

e ¶Si in loco.] Supra 17. q. 4. quisquis. ff. de incen. qui ædes. H.

f ¶Dominorũ.] Arg. sup. 22. q. 5. de forma.

g ¶Constituto.] Qd̃ ẽt à cõiugibus ẽ abstinendũ, inf. ea q. 4. c. 1. & 2. & fere per totũ.

h ¶Perseuerauerit.] Nam pseuerantia auget delictum. 24. q. 1. schisma ff. de furt. in ficiãdo. § infans. ecõtra mora & perseuerãtia excusat delictum quandoq;. 45. q. 8. c. 1. ff. de pœ. si diutino. ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. L.

i ¶Perseuerãter.] Iteratio. n. aggrauat. 25. q. 2. ita nos.

k ¶Et quanta virtus.] Id est, resistentia. H.

l ¶Non peccantis.] Vt si minorem aliquem se nõ peccantem viderit.

m ¶Defleat.] Quia abstinere non potuit à peccato, quemadmodum & minor se abstinuerit.

n ¶Dolendum.] CASVS. Instruit Aug. pęnitentem dolere tam in interiori q̃ in exteriori. pnĩa. n. interiori debet dolere de tribus, i. de malis commissis. & hoc ostẽdit vsq; illuc, [Defleat, &c.] Item & de bonis omissis. s. virtutibus, quæ ostenduntur omissæ. qm̃ qui deliquit in uno, &c. & hoc ab illo loco [Defleat,] Vsq; ad illum. [Animaduertere.] A quo loco vsq; ad illũ [In his omnibus.] Ostendit ꝙ dolere debet de malo exemplo quod dedit proximo peccando.] Ab illo aũt loco. [In his omnibus, &c.] Vsque ad illũ locum, [ꝙ ergo.] instruit pœnitentem in exteriori pęnitentia, quæ consistit in faciendo, vt sæculum relinquere, & similia. Ab illo loco, [ꝙ ergo, &c.] Vsque in finem instruit in interiori, quæ consistit in abstinendo. L.

o ¶Sed etiam quod se.] Supr. dist. 1. c. omnis. §. alij. ecõtra. &c. sunt qui arbitrantur. L.

p ¶Breuissimum est.] Supr. 23. q. 4. ipsa pietas.

q ¶In vno.] Scilicet mortali peccato. factus est omnium reus, scilicet peccatorum.

r ¶Omnium.] Id est, quo ad vitam æternam: ita. n. pro illo damnabitur ac si esset omnibus inuolutus. licet non tm̃ puniatur, vt infr. ea. dist. fratres Vel qui offendit in vno, s. mortali peccato: factus est reus omniũ virtutum, i. ex eo ꝙ per vnum peccatum mortificat in se omnes virtutes, vel qui offendit in vno, scilicet charitate: factus est omnium reus, i. ingratus omnium bonorum acceptorum. Lau.

s ¶Ideo enim.] Quo modo peccasset, si tanta bona habuisset? at est arg. quòd perfectus in eodem genere delicti plus peccet, quàm imperfectus. hoc tamen attendendum est secundum contemptum. 12. q. 1. cum renũciatur, supra di. 2. c. vt cognouerunt. §. item secundum hanc. & c. si enim inquit, supra 1. q. 1. multæ autem. 24. q. 3. Deus.

t ¶Reus est omnium.] Quo ad vitam æternam. ita. n. damnabitur pro isto ac si esset omnibus inuolutus. has duas expositiones innuit hic, & supra ead. dist. 2. cap. multi. §. non autem bene, H.

u ¶Detrimẽtum.] Id est, defectum, vt 32. q. 1. cum re-

nuncia-

nunciatur. Vel hoc quoad opera exteriora, non quo ad essentiam: quia si habet vnam, habet omnes. Lauren.

a ¶Quæ etiam si nō.] Quantum ad opera exteriora prioribus similia.

b Expellantur.] Reuera quo ad essentiam sui.

a ¶Quæ

auaritiam; largitatem destruit, & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret. Si enim propter Deum tanta adhuc castitas inest, vt nolit eam perdere; tamen saltem minori gaudio minore affectu tuetur eam, vbi videt inde procedere damnum pecuniæ; sicque & in alijs: quæ etiam si non [a] expellantur [b], tamen per conceptionem vnius vitij vel satis, vel parum minuuntur, vel intentione deteriorantur. Vnde omnis virtus cuicumque crimini [c] est deflenda, & de omnibus indulgentia est petenda. ¶Animaduertere etiam oportet, & animaduertendo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptam in malo confirmauit: etiam, quòd exemplum [d] extitit mali in operatione sui criminis: cui magis profuisset, si alijs fuisset causa conuersionis. Gemat itaque aliorum vitam in sua corruptam; vel incorruptam non conseruatam [e], & commodum proximi, quod dedisset exemplo boni. Doleat de tristitia, quam peccando [f] bonis intulit; & de lætitia, quā eis non adhibuit. Et non solum cogitet, quid & qualiter fecerit, sed quàm iniuste Deum, vt diximus, peccando offenderit. Timeat illam veritatis sententiam:

Matth. 6. [Non potestis duobus dominis seruire.] Timeat ergo, ne omnia bona, quæ fecit, dum in vno peccato perseuerauerit, ex contaminatione † mali perdiderit: vt qui seruiuit diabolo per crimen, Dei, quam obtulit, amiserit seruitutem. Pium [g] est tamen eredere, vt recepta Dei gratia, quæ in eo destruit mala priora, etiam remuneret bona: vt cum destruxerit quod suum non inuenit, amet, & diligat bonum quod etiam in peccante plantauit.

† al. communicatione]al. cōmunione

1. C. 15. *† al. in omnibus*

¶In his † omnibus dolens aut sæculum derelinquat, aut saltem illa, quæ sine admistione mali non sunt administrata, vt mercatura, & militia, & alia, quæ vtentibus sunt nociua, vt administrationes sæcularium potestatum: nisi his vtatur ex obedientiæ [h] licentia. Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui [i]: vt omnia eo iubente paratus sit facere pro reparanda animæ vita, quęcumque faceret pro vitanda corporis morte; & hoc cū desiderio: quia vitam recuperat infinitam, vt Deus [k]. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quę faceret pro differenda morte moriturus [l]. Semper deprecetur Deum, certus de venia, qui omnibus modis, & sine tędio, dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat à multis [m] licitis: qui per libertatem arbitrij commisit illicita. Semper offerat [n] Deo mentem, & cordis contritionem, & deinde quod potest de possessione, tunc quod offerat, securus offerat. [Respexit enim Dominus ab Abel, & ad munera [o] eius.] Sed prius

Gen. 4. respexit ad Abel, quàm ad munera. Sumens enim mentem, quam cognouit humilem, & puram, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cain vero non respexit, nec ad eius munera. Mentem enim eius, quam viderat, quo-

c ¶Crimini.] Id est, criminoso. aliàs habet cuiuscumque criminis. Et est sensus, omnis virtus id est, efficacia vel effectus cuiuscumque criminis est deflendus quasi dicat omne crimen cū suo effectu est deflendum: vnde & sequitur, & de omnibus, quasi sit expositio præcedentis. H.

Crimina sunt deflenda.

d ¶Quòd exemplū.] sup. 45. dist. sed illud Hug.

e ¶Non conseruatam.] Id est, confirmatam in malo per suum effectum.

f ¶Peccando.] Id est de peccato suo bonis tristitiam prouenisse, de qua dolēdum est, vt contristanti prosit ad vitam: vel non est absurdum si proprie de tristitia doleat qua & apostoli de passione Domini doluerūt, & nos de pœnis martyrum contristamur, ff. de iee. rui. nau. quo naufragium ff. de le. 1. etiam si patris. ff. de bo. lib. in seruitutem, ff. ad Syl. si quis in graui. §. si cum. ff. de verbor. oblig. l. antep. Lau.

Apostoli de passiōe Dñi doluerunt.

g ¶Pium.] Supra eadem distin. 3. §. illud autem. & c. pium est. Hug.

h ¶Ex obedientiæ.] sup. 23. quęst. 5. miles. Hug.

i ¶Sui.] Id est suorū peccatorum.

k ¶Vt Deus.] Est vita eorum infinita, vel habet vitam infinitā.

l ¶Moriturus.]

Vt corpus redimas, ferrū patieris & ignē.
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas alio quid quātolerare negabis?
At pretiū pars hæc corpore maius habet.

Versus.

Sanitatis causa multa tolerāda sunt.

Ouidius 47. dist. omnes. 38. dist. omnes. 12. q. 1. præcipimus. L.

m ¶A multis. 11. q. 1. aliud. H.

n ¶Offerat.] Ex quo mentem obtulit. H.

o ¶Et ad munera.] su. 3. q. 7. in grauib. H.

a ¶Non

Nescio vos id est, non approbo.

a ¶Non cognouit.]Id est, non approbauit, vt in Euangelio. Nescio vos, id est, non approbo. H.
b ¶Larga.]Aliàs largita.
c ¶Apud se.]Arg. quòd nō debet fieri diuisim causæ. arg. inf de consec. dist. 2. comperimus C. de iudi. nulli infr. ead. fratres.

Confessio non est diuidenda.

d ¶Confessionem.] Nota confessionē peccatorum non debere diuidi per plures sacerdotes: nã qui diuidit, veniã non consequitur. arg. ff de ser. ru. præ. per fundum. & inf. ea. fratres
e ¶Corpus.] De cōs. dist. 2. quotidie. H.
f ¶Bona.]Ergo à cōtrario sensu si malam habuit conscientiam separabit se à corpore Christi. ad hoc continuatur quod sequitur.
g ¶Iudicium.] Scilicet vltimum
h ¶Cogitet.] Quia sicut pro delictis separatur quis à corpore Christi, id est, Domini in hac vita nisi resipiscat: ita pro eisdem in futuro iudicio separabitur in ignē æternum cum hœdi separabuntur ab agnis, id est, peccatores à iustis. 11. quæst. 3. nolite. H.

Separatio à corpore Christi est quædam damnatio.

i ¶Vbi.] In quo iudicio.
k ¶Terribilius.]Quàm sit separatio à corpore Christi, quę est quasi quædã damnatio, vt infr. de consec. dist. 2. quotidie.
k ¶Terribilius.] Iudicium, scilicet damnatio.
l ¶Digni.]Id est, prædicti H.

NAM DINA historia. Legitur in Genesi. quòd cum Iacob venisset in terrã Sichimitarum, Dina filia eius egressa est vt videret mulieres regionis illius: quam filius regis illius terræ adamauit & rapuit & oppressit.

m ¶Dina.]Filia Iacob illud tãgitur quod legitur in Gen. cap. 34. scilicet quod cum Iacob veniret in terram Sichimitarum. Dina filia eius egressa est, vt videret mulieres illius regionis: quam videns Sichem filius regis illius terræ adamauit, & rapuit & vi oppressit eam. H.

Gen. 34. Dina filia Iacob fuit à Sichem oppressa.

n ¶Experimento.]Vnde Ouidius.
Qui semel est captus, fallaci piscis ab hamo.
Omnibus vnca 1 cibis æra subesse putat. Lau.

Deceptus semel cautius sibi cauet.

o ¶Impetret.]su. dist. 1. c. quē pœnitet, in fin. H.

Q ¶Valitas.]Hæc est secũda pars dis. in qua prohibet solēniter pęnitentes esse mercatores. Io. de Fant.

1 Id est placita: est casus accusatiui, & numeri pluralis: & adiectiuatur illi dictioni quæ sequitur æra id est, hamos Archidia.

niam non cognouit † [a], eius munera non recepit. In iudicio enim cordis consideranda est eleemosyna tribuētis: nec iam considerandum est, quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Vidua enim duobus, quæ habuit, larga [b] minutis plus omnibus misit. Qui ergo vult sua peccata redimere temporalium oblatione, caueat, vt offerat mentem prius. ¶ Cautus sit, ne verecundia ductus diuidat apud se [c] confessionem [d], vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni celant, quæ alij manifestanda reseruãt†: quod est, se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere; ad quam per frusta putat totam peruenire. Caueat preterita, quem vera delectat pœnitentia: non prius ad Domini corpus [e] accedat, quàm confortetur bona [f] conscientia. Sed in hac separatione tremendum Dei iudicium [g] cogitet [h], vbi [i] & maius β, & terribilius [k] impœnitentes separabit in ignem. Gemat, quòd nondum audet sumere, quem multum desiderat, cibum salutarem. Isti sunt digni [l] fructus pœnitentiæ animam captiuam elaqueantes, & in libertate seruantes. Cohibeat se præterea à ludis & à spectaculis sæculi; qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam Dina [m], si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non fuisset. Tanto igitur magis sibi caueat, & cohibeat se anima, quæ sæpe vel semel corrupta est & rapta: timeat iam docta experimēto, [n] quod ignorauit virgo: eligat, quem imitetur, non sequatur, quem animus suus damnat. Se enim iudicat, qui fructus pœnitentiæ non habentem à se non elongat. Laudet enim, & amet, quos digne fructificare non ignorat: quærat fructus dignos; & si non dignos pœnitentiæ. Sunt enim fructus digni, virtutum fructus: qui non sufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia enim grauiores expostulat, vt sic pacetur ecclesia; vt pacata dolore, & gemitibus, mortuis impetret [o] veniam.

† *cognouit humilem*] vera lectio

Matth. 12.

† *conseruãt*] orig.

Gen. 34.

α ¶Et quanta virtus.] *In originali est.* Et quanta victus fuerit impugnatione. *sed ob glossam non est mutatum. Multa autem alia & magni ponderis emendata sunt (vbi per eandem licuit) & ex ipso originali, & ex vetustis Gratiani codicibus.*

β ¶Vbi & maius.] *In originali legitur,* Vbi magis terribilis sententia peccantes separabit in ignem.

Item Leo Papa epist. 90. al. 92. ad Rusticum episcopum, cap. 9.

Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 2. c. 128. & l. 19. c. 95. Iuo p. 6. c. 202. & p. 13. c. 25. & 15. c. 107.

¶Pœnitentes negotiationis lucra abijciant.

C. II.

2 QValitas lucri nego-

CA-

CASVS. Hoc cap. cum tribus sequentibus patet, scilicet contrarium, si qui vero. & de his in quibus dicitur, q post pœnitentiam solennē non debet aliquis teneri ad negotiationē, vel militiam, vel negotia sæcularia. & intelligūtur hæc c.de pœnitētia solenni, secundū H. inuicem decipere. ff loca. item si pretio §. quemadmodum. & ff. de mino. in cau∫æ 2 §. idem.

d Contrarium.] Ad militiam. Hoc est verum cum est ei iniunctū, &c. vel deliquit in ipsa militia. sup. dist. 10 si quis post su. ead. q. 2. c. latorem. sup 26 q. 7. de his vero. & cap. pœnitentibus. & c. hoc sit. nam cum hoc est ei iniunctum nomine pœnitentiæ, ne ad sæcularia negotia vnquam reuertatur, tunc obseruare tenetur: aliàs excommunicatur inf. eod. c. de his. Sed si est ei iniunctum: siue priuatam, siue solennem egerit pœnitentiam, de cætero redire non potest ad sæcularia negotia, quia quasi persona ecclesiastica est: vt sup. dist. 1. cap. aliud inf. c. de his. nisi sit negotium, quod sine peccato expediatur. infr. ea. negotium.

Pœnitentia peracta an sit licitum ad sæcularem militiam redire.

a ¶Negotiantem ᵃ aut excusat α, aut arguit: quia est & honestus quæstus, & turpis. Veruntamen pœnitenti vtilius ᵇ est etiam dispendia pati; quàm periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non interuenire ᶜ peccatum.

α ¶Excusat.] *Sic ex originali, & Polycarpo, & Iuone, & Burchardo, nam in Gratiani exemplaribus erat*, accusat.

Idem ibidem, cap. 10.

¶Post pœnitentiam ad militiam sæcularem redire non licet. C. III.

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam ᵈ sæcularem: cum Apostolus dicat: [Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus:] Vnde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

Poly. l. 6. tit. 20. Burc. l. 19. c. 60. Iuo p. 15. c. 80. 2. *Tim.* 2.

Item ex Nicano concilio, c. 11.

¶Decennio pœniteant, qui post pœnitentiam ad sæcularem militiam redeunt. C. IIII.

SI qui ᵉ vero per Dei gratiam vocati, primo quidem ostenderunt fidem suam deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum sunt reuersi, vt & pecunias darent, ᶠ & ambirent redire rursum ad militiam; isti decem ᵍ annis sint inter pœnitentes post primum triennium ʰ, quo ˡ fuerint ᵏ inter audientes. Ab omnibus vero præcipue illud obseruetur, vt animus eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur ˡ. Quicumque enim cum omni timore, & lacrymis perseuerantibus, & operibus bonis cōuersionem suam non verbis solis, sed opere, & veritate demonstrant; cum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperint communicare; licebit episcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum ᵐ, & sufficere sibi, quòd intra ecclesiam introierint, arbitrantur; isti omnimodo tempora statuta complebunt.

¶*Caput hoc est posterior pars capitis vndecimi ex prisca versione: quæ versio est omissa in postrema quattuor tomorum Coloniensi conciliorum editione; & eius loco quattuor versiones posita, ex quibus facile corrigi possunt quæ in hac interdum obscure, & mutilate dicuntur. Quod vero ad sententiam canonis pertinet, legenda sunt, quæ à Zonara, ac Balsamone in ipsius explicatione, & à Ruffino libro* 10. *historia Ecclesiastica, cap.* 6. *& à Cardinali Varmiensi contra Brentium libro tertio afferuntur. Agitur enim de illis militibus, qui impio Licinio vetante, cingulum militiæ ab ijs retineri, qui fidem Christo datam seruare*

e Si qui] CASVS. Qui solennem pœnitentiam egerunt post ad militiam sæcularem sunt reuersi, x. annis pœniteant. Sed si de hac pœnitentia tres annos exegerint, communioni ecclesiæ restitui debent, & si pœnitentes vere extiterint: episcopus poterit de pœnitentia imposita relaxare, si autem negligentes, explere debēt prorsus tempora constituta. 27. quæst. 1. de notam.

f ¶Darent.] Ad vsuram, vel ad negotiationem. H. 88. dist. fornicari.

g ¶Decem.] 27. q. 1. deuotam.

ADDITIO. 82. distin. presbyter. Arch.

h ¶Triēnium.] i. primū tempus triennij.

l ¶Quo.] Triennio. supra ead. q. 2. latorē. de consec. distinct. 4. eos, quos.

K ¶Fuerint.] Extra ecclesiam 1 existentes, & audientes officium, supple, intrent ecclesiam, vel post primum annum intrent ad ecclesiam, sed vsque ad triennium sunt inter audientes, non tamen communicantes, vt sup. ead. quæst. 2. latorem. H.

1 De hoc de consec. dist. 4. eos. Petr.

Contrahentes se frequenter decipiunt.

a ¶Negotiantem.] Supra dist. 88. fornicari.

b ¶Vtilius.] Quia inhonestus quæstus arguit pœnitentem.

c ¶Interuenire.] Nā contrahentibus naturale est sese

l ¶Attēdatur.] Hæc clausula non pertinet ad præcedētia, sed hic pōt legi clausula superior post primam. L.

m ¶Lapsum.] Non curando quod lapsi sunt L.

a DE his, qui suscepta.] Supra dist. 50. c. vlt. H.
b ¶Separari.] Supra 27. q. 1. deuotam.

FAlsas pęnitentias.] Hæc est 3. pars dist. in qua probat quòd pęnitentia est falsa, quæ non imponitur secundum canones. Io. de Fan.

prælatos. ne laicos decipi falsis pœnitentijs patiantur. Secundo dicit, quòd falsa pęnitentia est. cum quis est in pluribus delictis, & vult tantum pœnitere de vno; quod probat auctoritate Iacobi. Tertio dicit, ꝙ falsa pęnitentia est, cum quis ab officio non recedit. quod sine

vellent, illum abijcere, quàm fidem frangere maluerant; ac tamen postea cupiditate terrena victi, illum recuperare conati fuerant, quod argumento erat ipsos à fide desciscere. In codice vero canonū hac est inscriptio huius capitis. De his, qui abrenunciauerunt, & iterum ad sæculum sunt regressi

Item ex concilio Aurelianensi, 1. c. 13.

¶A communione suspendātur, qui post pœnitentiam ad sęcularia redeunt. C. V.

DE his, qui suscepta [a] pęnitentia religionem suæ professionis obliti, ad sæcularia relabuntur; placuit eos & à communione suspendi, & ab omnium catholicorum conuiuijs separari [b]. Quod si post interdictum, cum eis quisquam præsumpserit manducare; & ipse communione priuetur.

Item Gregorius vij. in synodo Romana cebrata anno 1078. c. 6.

¶Quæ sit falsa pœnitentia. C. VI.

3 FAlsas pœnitentias dicimus, quæ non secundū auctoritatem [c] sanctorum patrum pro qualitate criminū imponuntur. Ideoque quicumque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit [d], si culpis grauioribus irretitus ad pęnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram pęnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire; nisi negotium derelinquat, vel officiū deserat, & odiū ex corde dimittat, bona, quæ iniuste abstulit, restituat [e], arma a deponat, vlteriusque non ferat, nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda [f] iustitia: Ne † tamē desperet [g]; interim quidquid boni facere poterit; hortamur, vt faciat: vt omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam.

Sent 4. dist. 16. Poly. l 6. ti. 20.

† al. nec

a ¶Arma.] *Totum hoc membrum, quod pertinet ad arma, in originali, & Polycarpo est ante verba illa,* negotium derelinquat. *Sed ob glossam ordo non est restitutus.*

Item Gregorius in homilia vigesimaquarta Euangel.

¶Post conuersionem ad negotium redire non licet, quod sine peccato agi non potest. C. VII.

NEgotium, quod ante conuersionem sinè peccato extitit; hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit [h], *& infra.* ¶Sunt enim pleraque negotia, quę sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt: Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.

Item Innocentius Papa secundus in concilio Romano, c. 22.

Et in conc. Vrbani secūdi apud Melphiā, c. 15. Et i cōc. Greg. vij. anno 1080. Sent. 4. dist. 15.

De eodem. C. VIII.

4 FRa-

CASVS. H. sic ponit hunc casum. primo ostendit quę sit falsa pęnitentia: postea ostendit, ꝙ si quis exercet tale officiū, quod sine peccato exerceri non potest, vel si aliquis bona alterius detinet iniuste, vel si qs odium in corde suo gerit, nullus talis potest agere veram pœnitentiam, nisi illud officiū relinquat, & si hoc non potest facere, pœnitentiam agere non potest. Item quidquid boni potest faciat: vt Deus cor eius ad veram pœnitentiam illustret. sequens c. scilicet, negotium. patet.

c ¶Auctoritatē.] Id est, non consideratis circunstantijs, vel si ibi certa pęna statuitur: si minori imponitur falsa est, nisi ex cā temperet 1. q. 7. c. 2. L.

d ¶Non possit.] Difficultas notatur, non impossibilitas. su. ea. qualitas. Lau.

e ¶Restituat.] 14. q. 6. si res.

f ¶Pro defendenda.] su. 23. q. 5. excommunicatorum. H. su. e. q. 2. latorem.

g ¶Ne tamen desperet.] Licet prædicta non faciat. Lau.

h NEgotiū.] ¶Nō fuit, &c.] Alij non habent, non. & tunc recte concordat cum duobus præcedētibus c. quia peccatū est, si exerceat prædictas negotiatiões. sed si habetur, non, bonū est: quia non est peccatū si excolat agros & vineas, aut cognoscat vxorē causa prolis: immo sicut sine peccato prius hoc faciebat: ita nūc facere debet, & potest. Hu.

FRatres.] Hęc est 4. pars distin. in qua ostēdit magister, qualiter intelligatur illud Iacobi Apostoli Qui peccat in vno, factus est omnium reus Io. de Fant.

CASVS. Monet Inn.

ſine peccato exteriori non poteſt: vel ſi odium gerit in corde. Vel ſi non ſatisfecit offenſo. Vel non indulget offendenti. Vel arma portat contra iuſtitiam.

a ¶Fratres.] Supr.ead.diſt.3.c.prima.§. item opponitur.ver.item ſi illa.Hu.

b ¶Reus

e ¶Cui autem.] Hic intitulatur.6.diſt.vbi q̃ritur cui ſit confeſſio facienda,& quali. & quidem facienda eſt ſacerdoti, ſi fieri pōt, & ſuo:ſi tñ fuerit intra eccleſiam, qui ſciat ſoluere & ligare:aliàs.n.ex iuſta cauſa cuicũque eſt facienda,& ẽt laico ſi vrgeat neceſſitas inf.e.c.1.& c. placuit ſupr.di.1 quem pœnitet. Similiter cui & quali:quia diſcreto & à crimine mundato infr.ea. c.1.

Confeſſio cui facienda eſt.

f ¶Cum dicitur.] Supra ead. diſt. 1. quem pœnitet.

tres [a] noſtros epiſcopos, & presbyteros admonemus, ne falſis pœnitentijs laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falſam autem pœnitentiam eſſe conſtat cum ſpretis pluribus, de vno ſolo pœnitentia agitur;aut cum ſic agitur de vno,vt non diſcedatur ab alio. Vnde ſcriptum eſt: [Qui totam legem obſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. [b]] ſcilicet, quantum ad vitam æternam: ſicut enim ſi peccatis eſſet omnibus inuolutus;ita ſi in vno tantum maneat ęternæ vitæ ianuam non intrabit [c]. Falſa etiam fit pęnitentia,cum pœnitens ab officio vel curiali, vel negotiali non recedit: quod ſine peccato [d] agi nulla ratione præualet: aut ſi odium in corde geſtetur, aut ſi non offenſo cuilibet ſatiſfiat, aut ſi non indulgeat offendenti offenſus, aut ſi arma quis contra iuſtitiam gerat.

Iaco. 2.

DIST. VI. 1 ps

In libro de vera, & falſa pęnitētia inter opera B.Auguſtini.

QVi autem [e] debeat fieri confeſſio, vel qualem illum oporteat eſſe, qui aliorum crimina iudicat: ex eodem libro de pœnitentia cap. o. docetur: cum dicitur [f].

C. I.

Sen.4. diſt.17. ſup.di.1. quem pęnitet.§. quate qui.

QVi vult [g] confiteri peccata,vt inueniat gratiam; quærat [h] ſacerdotem ſcientem ligare & ſoluere: ne, cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit. Tanta itaque vis confeſſionis eſt,vt ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo. Sepe [i] enim contingit, quòd pœnitens non poteſt confiteri coram ſacerdote: quem deſideranti nec locus nec tempus offert: & ſi ille cui confitebitur, poteſtatem ſoluendi non habet; fit tamen dignus venia ex deſiderio [k] ſacerdotis, qui ſocio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim ſunt leproſi, dum irent oſtendere ora ſacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor reſpicere,

Lu. 17.

QVi vult confiteri.] CASVS. Hoc cap.licet ſit ꝓlixum, facile tamen & vtile eſt. Diuiditur tñ hoc c. in tres partes In prima parte dr̃, ꝙ pęnitēs, qui vult agere pœnitētiā,& ſua peccata confiteri: quęrat diſcretū ſacerdotē ſciētē ſoluere, & ligare,& ſi ſacerdos haberi non pōt,confiteatur proximo, quia ex ſola contritione & deſiderio ſacerdotis impetrat veniā, q ſocio cōfitef. In ſecūda parte dicitur,ꝙ qui ex cōfeſſione vult veniā cōſequi, debet in vnitate eccleſiæ eſſe, & ſacerdotibus nō diuiſis ab eccleſia cōfiteri:alioquin inutiliter confitetetur, ſicut apparet in Iuda. In tertia parte dr̃, ꝙ ſacerdos, qui digne vult ſoluere vel ligare,debet in ſe iudicare qđ dicit in alio puniendū, & hr̄e ſcientiam diſcernendi inter lepram,& lepram, & diligēter de peccato inueſtigare, & de omni eius varietate: quibus ſic cognitis, ſit ipſe peccatori beneuolus, prout viderit expedire. In fine dicitur,ꝙ ſuperior non debet ſemper pęnitentem ſuæ dignitati reſtituere,nec à ſua dignitate ſemper eijcere [Hi qui.] Scilicet Phariſæi. Secunda pars incipit ibi [Laboret itaq;.] Tertia ibi, [Sacerdos itaque.] Quæ poſtea ſequuntur vſque ad diſtinctionem.plana ſunt.

b ¶Reus.] Supra ea.diſt.conſideret.86. diſt.paſce,&c. qui clementiam.H.argum. contra teſtes & inſtrumenta ſupra diſt.86.cap.3.Arg. contra.C. de tranſact. ſi ex falſis.

c ¶Non intrabit.] Non tamen tantum punietur. Hug.

d ¶Peccato.] Supra 25.diſt.qualis.H.

QVi autem debeat.] Hæc diſtin.diuiditur in tres partes.In quarum prima quæritur cui debet quis confiteri, & eſt dicendū ꝙ meliori ſacerdoti quem habere poſſit. Secunda ibi Caueat. Tertia ibi, [Quod autem.] Ioan.de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 6. diſt. in qua quæritur, cui ſit confeſſio facienda Et dicendum eſt,ꝙ debet fieri proprio ſacerdoti: ſi autem minus diſcretus ſit: cum eius conſilio & licentia ad diſcretum accedat.ſi autem ipſe nollet dare licētiam,faciat hoc ſuperioris auctoritate. 8.q.3. Artaldus. ſacerdos tñ debet ab eccleſia tolerari. In neceſſitate tñ poteſt etiam laico fieri. vt infr.ea.c.1.

g ¶Qui vult.] A loco iſto vſq; ad uerbum, laboret itaque,&c.habetur ſupra diſt.1.quem pęnitet.& ibi expoſitum eſt.Lau.

h ¶Quærat.] Hoc pōt intelligi, qñ eccleſia plures ſacerdotes habet. tunc.n. ad meliorem ſacerdotem dēt accedere. Vel hoc qñ prius confeſſus eſt ſuo ſacerdoti, poſtea vadit ad alium. ſi ſuus ignoret ſecundū qualitatem delicti ei pniam imponere.arg.inf.c. placuit,quia quanto pluribus confitetur,tanto citius veniam conſequitur ſupr.diſt.1.quem pęnitet. licet G. aliter intelligat.infr ea.c.ſacerdos §.quod autem.Lau.

Sacerdos melior pro cōfeſſione eſt eligēd'.

i ¶Sæpe enim.] Infra de conſe.diſ.4. ſanctum ſupr.26. q.6.ſi aliquis fuerit.H.

k ¶Ex deſiderio.] Infra 33.q 5.quod Deo.

dum ex necessiate prohibetur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt sani, & lęti: sed dum quærunt; antequam perueniant ad eos moriuntur. Sed Dei misericordia est vbique, qui & iustis † nouit parcere, & si non tam cito [a], sicut si soluerentur à sacerdote. Qui igitur omnino confitetur, sacerdoti meliori, quàm potest, confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis, vt grata sit oblatio muneris. *& infra, c.* 12. ¶ Laboret itaque pœnitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ vnitatem tendere: nisi enim vnitas ecclesiæ succurrat; nisi quod deest peccatori, sua operatione † [b] compleat; de manibus inimici non eripietur [c] anima mortui. Credendum est enim (& pietas fidei expostulat credere) quòd omnes eleemosynæ totius ecclesiæ, & orationes, & opera iustitiæ, & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem suam. Ideoque nemo digne pęnitere potest, quem non sustineat vnitas [d] ecclesiæ: ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate [e] ecclesiæ diuisos. Iudas [f] enim pęnitens iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos, nihil inuenit auxilij sed augmentum desperationis. Dixerunt enim: [Quid ad nos; tu videris:] si peccasti, tibi sit: non tibi succurrimus, non peccata tua charitatiue suscipimus, non comportanda promittimus: non qualiter deponas onus, docemus. Quid enim nobis, & misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? isset † [g] ad fratres, isset ad illos, qui orauerant pro socru Petri febricitante, qui Cananæam improbam misericordiæ obtulerant. Interrogasset Petrum pro se lacrymas effundentem: non fugisset Mariam, & Martham, quæ vitam Lazaro impetrauerant, non turbam plorantem, quæ vnicum filium acquisierat viduæ. Iuit ad diuisos [h], & diuisus perijt. *& infra c.* 20. ¶ Sacerdos itaque, cui omnis offertur † peccator, ante quem [i] statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus [k], quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat igitur se, & purget in se, quod alios videt sibi offerre. Caueat ergo, vt à se abiecerit, quidquid in alio damnosum [l] repperit: animaduertat, quod dicitur: [Qui sine peccato [m] est, primus in eam lapidem mittat.] Ideo enim liberauit peccatricem: quia non erat, qui iuste proijceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur, omnes crimine fuisse reos. Nam venialia semper remittebantur [n] per cæremonias. Si quod igitur in eis peccatum erat, criminale [o] erat. Deteriores itaque in hoc sunt sacerdotes, se prius non ædificantes, illis, qui Dominum obseruabant insidijs. In hoc itaque patentissimum est crimen sacerdotum; & vltra modum detestabile, qui non prius se iudicant, & alios alligant. Deberent enim in se timere crimen, quod in alijs timuerunt, [p] & detestabile senserunt. Illi quidem adeo cæci erant, quòd summam sapientiam sperabant capere suis insidijs. Quod illis [q] patuit quod tunc quisque [r] uitauit, vitet sacerdos, qui in hoc [s]

† *istis*] videtur legendū.

† *opitulatione*] orig.

Matth. 27.

† *scisset*] orig. antiquum.

Luc. 4.

Matth. 15.

Io. 11.

Luc. 7.

† *profertur*] orig.

Ioan. 8.

a ¶ Si non tam cito.] Quantum ad pœnam purgatorij. L.

b ¶ Operatione.] Scilicet, vt sit de sua vnitate, & in eadem complectitur. H.

b ¶ Operatione.] Scilicet, & alijs bonis operibus supr. e. dist. 1. §. alij. ca. multiplex. 26. q. 7. c. 1. arg. 13 q. 2. animæ. H.

c ¶ Non eripietur.] Si contempsit ecclesiæ suffragia. L.

d ¶ Vnitas.] Quia extra ecclesiam nemo saluabitur, vt 24. q. 1. quicumque. La.

e ¶ Ab vnitate.] Etiā in necessitate. 32. dist. c. præter §. verum. L.

f ¶ Iudas.] Supra ea. dist. 1. §. alij econtra, c. ijs potestatis. Hug.

g ¶ Isset.] Id est, ire debuisset. 1. H.

h ¶ Diuisos.] Ab vnitate ecclesiæ, scilicet ad Pharisæos, qui diuisi interpretētur. H.

i ¶ Ante quem.] 3. q. 7. iudicet. & c. qui sine.

k ¶ Iudicandus.] Peccant ergo dum in crimine sunt sacerdotes, iniungendo pęnitētiam: & verum est, vt supr. 3. q. 7. c. sacerdos. §. in Euangelio. Quid ergo si in necessitate suus parochianus petat ab eo pœnitentiam? Respon. conteratur, & statim iniūgere poterit. 13. dist. in summa H.

l ¶ Damnosum.] Id est, damnabile.

m ¶ Sine peccato.] mortali. H.

n ¶ Semper remittebantur.] 12. q. gloria infra de conse. dist. 3. aquam. H. Arg. quòd veniale sine mortali remittatur, quod non credo. hic ergo venialia dicuntur quędam, quæ reuera mortalia fuerunt. sed tunc venialia dicebantur: q a legis cæremonijs remittebantur, quantum ad pœnam legis euitandam, quo ad Deum autem non remittebantur. z.

o ¶ Criminale.] Hic criminale dicitur qđ cęremonijs legis non remittebatur, vt adulterium. argu. 32 q. 1. quod autem. L.

p ¶ Timuerunt.] Sacerdotes Iudæorum.

q ¶ Quod illis.] Scilicet quòd non debet alios iudicare. L.

r ¶ Quod tunc quisque.] Scilicet crimen iudicandum iudicare. L.

s ¶ Qui in hoc.] Quod iudicandus iudicat. L.

a ¶ Sciat

1 Adhuc tunc potuisset veniam impetrare vt sup. ead. di. c. his potestatis. Penitētiam iniūgēs debet esse sine peccato.

Veniale sine mortali non remittitur.

a Venialia ergo dicebantur in lege, quæ sine morte vel mutilatione dimittebātur: mortalia quæ morte vel mutilationē expiabant. Ar.

Iudex non sit iuris ignarus.

a ¶Sciat.] Arg. quod iudex ignarus iuris non debet esse, nisi habeat peritiam & experimenta causarum per consuetudinem. in auth. de iud. in princ. colla. 6. arg. extra de consue. ex literis. Lau.
b ¶Cognoscere.] 38. dis. nulli sacerdotum. &c. oẽs. H.
c ¶In- [continued below]
d ¶Erigere.] Supr. ead. dist. 5. consideret. H.
e ¶Consolando.] Scilicet pro ipso orando, prout sequitur.
f ¶Doleat.] Id est, dolorẽ pro ipsius peccato ostendat.
g ¶Perdat.] Per negligentiam. 81 dist. dictum. L.

errore peior illis Iudæis extiterit. Caueat spiritualis iudex, vt sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet.n. vt sciat [a] cognoscere [b] quidquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc ex postulat, vt quod debet iudicare, discernat. Diligẽs igitur inquisitor & subtilis inuestigator [c] sapiẽter, & quasi astu te interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel uerecundia uelit occultare. Cognito itaque crimine, uarietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera, quæ supra diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis adsit beneuolus; paratus erigere [d], & secum onus portare; habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in uarietate: adiuuet confitentem orando, eleemosynas dando, & cætera bona pro eo faciendo: semper eum iuuet leniendo, consolando [e], spem promittendo, &, cum opus fuerit, etiam increpando. Doleat † [f] loquendo: instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps uult fieri gaudij: doceat perseuerantiam: caueat ne corruat: ne iuste perdat [g] potestatem iudiciariam. Licet enim pœnitentia ei possit acquirere gratiam; non tamen mox [h] restituit in potestatem primam. Et si enim Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non est tamen necesse, ut hoc omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Inuenitur enim auctoritas, quæ concedit, & quasi imperat: inuenitur alia, quæ minime concedit, sed uetat: quæ scripturæ non repugnãt; sed concordant si locus, & tempus, & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum enim tot sunt, qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex auctoritate † defendant, & quasi ausum peccandi sibi faciant, rescindenda [i] est spes ista. Si uero locus est ubi ista non curtant; restitui [k] possunt qui peccant. Itaque pontifex iustus, atque discretus non cogitur sacerdotes suos semper abijcere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit à Romano Pontifice.

† *Doceat*] vera lectio.

Vide Isidorum in pfatione de summo bono.

† *al. auctore*

Sent. 4. dist. 21.

Caueat sacerdos, ne peccata pœnitentium alijs manifestet. Quod si fecerit, deponatur.
Vnde Gregorius.

¶Deponatur sacerdos, qui peccata pęnitentis publicare præsumit. C. II.

Pęnitẽs est interrogandus specialiter.

Poly. l. 6. tit. 20. Ans. l. xı. c. 25.

SAcerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur peccata, alicui recitet [l], non propinquis, non extraneis, neque quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus uitæ suæ ignominiosus peregrinando [m] pergat.

h ¶Mox.] Id est, statim. arg. 50. dist. absit. vel mox, i. indifferenter. quædam n. non restituuntur, vt dixi. 50. dist. miror.
i ¶Rescindẽda.] 50. dist. vt constitueretur contra. Sed hoc est quãdo peccatum suum defendere volunt ex auctoritate, vt supra 82. distin. plurimos. Vel hoc cum non est scandalum multitudinem puniri. L.
k ¶Restitui.] Nisi in enormibus, vt 50. dis. miror.
l SAcerdos, &c.] ¶Recitet.] Pone quòd sacerdoti confitetur aliquis aliquod crimen, & excommunicat episcopus omnes huius criminis cõscios, nisi veritatem reuelauerint. est in qõne, an presbyter ei reuelare teneatur. Videtur hic, quod non. & argu. extra de offic. ord. si sacerdos. & extra de adult. significasti. præterea hoc probare non potest presbyter, igitur dicere non debet. 6. q. 2. placuit. sup. 2. q. 1. si peccauerit. & q. 7. plerumque. præterea nonne secretũ fuit? ergo celare debuit. 22. q. 5. de forma. Item ille non dẽt dici sciẽs. 15. q. 5. presbyter. In contrarium facit, quod hęc pœna maior est in ecclesia, ergo magis vitari debet & formidari. 11. q. 3. nihil. Item in excommunicatione non est tantum animæ detrimentum, sed & corporis. 11. quæst. 3 nihil. Sol. Dicunt quidã quod in secreto episcopo dicere põt, vtpote qui prodesse possit, non obesse. 22. q. 5. hoc videtur. Alij contra. *. Vel dic ibi sciuit vt homo, hic vt Deus. & præterea ille nõ cõfess, nec sciens dici debet.
m ¶Peregrinando.] Vt ita agat publicãm pœnitentiam & etiam solennẽ, si non habetur spes de eius restitutione, vt 50. dist. illud. §. hanc autem pœnitentiam, supra. 6. q. 2 placuit. contra. sed illa pœna non excludit hanc. Vel aliter ibi dixit.

* *Et isti vere dicũt. Nunquam n reuelanda cõfessio, nisi de consensu confitentis.*

1 Quod de singulis circunstantijs, sit quærendum à peccatore: est argu. 30. q. 5. iudicantem, 23. q 8. occidit.

c ¶Inuestigator.] Arg. quod specialiter à pęnitente quærendum est an hoc vel illud commiserit. 1. ar. 43. dis. sit rector. versic. quia increpando. ff. de quæst. l. 1. §. quoniam. extra de pęn. & re. omnis.

dixit episcopus eum peccatum commisisse in genere, non descendendo ad species: sed hic specificat. Vel ibi facta fuit confessio episcopo, vt socio vel homini, non vt Deo. supra 6. q. 2. c. 1. & 2. L.

a Placuit.] ¶Cui prius.] 16. q. 1. §. ecce in hoc.

tenendum sit: sed quia in talibus verbis terrere vult nos, vt in sanitate agamus pœnitentiam. præcisè autē est respondendum ad hanc quæstionem per auctoritatem Euangelij: quia in quacumq; hora peccator ingemuerit, &c. sup. dis. 1. c. facili⁹. §. hoc idē, Procedit ergo hoc

3 *Quod autem dicitur, vt pœnitens eligat sacerdotem, sciētem ligare & soluere, videtur esse contrarium ei, quod in canonibus inuenitur, vt nemo videlicet parochianum alterius iudicare præsumat. Sed aliud est fauore, vel odio proprium sacerdotem contemnere, quod sacris canonibus prohibetur: aliud cæcum vitare, quod hac auctoritate quisque facere monetur, ne, si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadant.*

sup. ī principio capitis, qui vult
Sent. ibidem.

Vnde Vrbanus Papa 2.

¶Cuilibet sacerdoti commissum, nisi pro eius ignorantia, alter sacerdos ad pœnitentiam non suscipiat. C. III.

Placuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdotis ad pęnitentiam suscipere sine eius consensu, cui prius [a] se commisit [b]; nisi pro ignorantia [c] illius, cui pęnitens prius confessus [d] est. Qui vero contra hæc statuta facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

supra 9. q. 2. placuit
Sent. ibidem.

DISTIN. VII.

Tempus uero pœnitentiæ est usq; ad ultimum articulum uitæ. Vnde Leo Papa, epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 5.

¶De eodem. C. I.

Nemo desperandus est [e] dum in hoc corpore constitutus † est: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore [f] perficitur.

Sent. 4. dist. 20. sup 32. q. 2. ancillā. §. nemo.
† al. constitutus

2 *Quamquam de differentibus pœnitentiam Augustinus scribat in libro 50. homil. hom. 41.*

C. II.

Si quis positus in vltima necessitate ægritudinis suæ voluerit accipere pęnitentiam, & accipit [g], & mox reconciliatur [h], & hinc vadit; fateor vobis, non illi negamus quod petit; sed non præsumimus, quòd bene hinc exit: si securus hinc exierit, ego nescio: pęnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico,

Sent. ibidem.
Poly. l. 8. tit. 1.
Ans. l. 11. c. 117.
Burc. l. 18. c. 12.
Iuo p. 15. c. 22.

a ¶Prius] Nota qđ prius debet confiteri suo sacerdoti, licet, alteri postmodum confiteatur. L.

Sacerdos pprius pp imperitiam pōt deseri, & alius adiri.

b ¶Commisit.] Id est cuius parochianus est ab alio enim non potest ligari vel solui. extra de pœn. & remiss. quod autem.

c ¶Pro ignorantia.] ergo pro ignorantia eius, auctoritate hui⁹ canonis poterit ire ad aliū, † sine licētia hominis, s. illius presbyteri imperiti. sufficit hoc à iure cōcedi. ar. ff. de cōdi. Insti. q. sub. §. vlt. Sed nūquid credet ille extraneus sacerdos simplici verbo eius pęnitētis, qui dicit suum sacerdotem imperitum? Sic, quia non est verisimile, qp cum mēdacio veniat ad pœnitentiam. cap. sancimus. 1. quæst. 7. Sed nunquid est vtilis talis confessio, quam quis accipit à non suo iudice contra hanc constitutionem? nam ordinatus à non suo episcopo recepit veritatem ordinis. 7. q. 1. episcopus Sed dico eam inutilē. Væ ergo scholaribus, qui vadunt ad inclusos pro pœnitentia, & non vbi audiunt diuina per annum, quia & ibi decimas personales debent dare. extra de deci. nouum genus. Lauren.

† Ista fuit sentētia L. quā sequit̄ La. prout no extra de pe. & remi. omnis.

Scholares quibus confiteri dēnt.

d ¶Confessus.] Vel quia non vult pęnitētiam dare, vel pro alia iusta causa. Lau.

Pœnitentia ī mortis articulo iniūcta, vtrum sit vtilis.

Tempus.] In hac dist. tractatur de pœnitentia finali, scilicet, quæ in fine vitæ quæritur & accipitur, scilicet, an valeat ad æternam vitam consequendam, vel non: & quid si fiat non ex charitate, sed tm̄ metu diuini iudicij: Et diuiditur in duas partes, in prima quarum dicitur, quod dictum est. Pe. Secunda ibi, [quamquam.] Pet.

TEMPVS VERO. CASVS. Hic intitulatur 7. di. qua quærit̄ vsq; ad qđ tp̄s peccator sit recipiendus ad pniam, hoc est an utilis sit pnia, quæ iniungitur in mortis articulo. & vr̄ August. in hoc dubitare, nec vult (vt vr̄) in hoc præcise respondere. arg. inf. ea. si quis positus. Et forte ideo dubitauit: qa considerauit qđ de facto contingit: quia vix aliquis potest digne pœnitere in mortis articulo constitutus, dum mundum considerat, dum respicit filios & vxorem 2. infr. e. §. vlt. Vel dubitare se ostendit. non quia dubitet quid in hoc casu

2 Dicit Hierony. Si ex collo tuo tibi nepos paruul⁹ pēdeat: si in limine pater tuus iaceat senex: si vbera qb⁹ te lactauit mater tibi ostēdat, siccis oculis ad crucem euola, pcalcatum perge patrē, percalcatam perge matrē. & gladium tenet hostis: & tm̄ cogitabis ď lachrymis matris.

hoc modo G. primo probat vno c. qp pęnitenti nunquā est pœnitentia deneganda: postea adducit in contrarium duo cap. vsque ad §. hoc autem, quæ contraria capitula per alias auctoritates Aug. soluit

e Nemo desperandus est.] Id est de nemine desperandum est. Ar.

f ¶Maturiore.] 32. q. 2. ancilla. cuius hæc pars est. L.

QVAMQVAM. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, qp si quis vere vult pęnitere, hoc sanus faciat. Pe.

Si quis positus.] CASVS. Quæsitū fuit ab Aug. an dāda sit pnia in mortis articulo cōstitutis, & an sit eis vtilis. Et respondet dicens, qp nulli est pœnitentia deneganda, sed non præsumit, qp eis sit vtilis, neq; eis securitatem promittit: vnde hortatur quemlibet, vt in sanitate pęnitentiam agat, si digne vult veniā ubunere.

g ¶Accipit.] Notificatam non autem impositam, quia in tali articulo nō imponitur, vt 26. q. 6 presbyteri. & c. agnouimus. & q. 7. cap. 1. Lau.

h ¶Reconciliatur.] Quia fortè erat excommunicatus vel

damnabitur? Sed non dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? vis, quod incertum est, euadere? age pœnitentiã, dum sanus es. Si sic agis dico tibi, quòd securus es: quia pęnitentiam egisti eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando iam peccare nõ potes; peccata te dimiserunt [a], non tu illa [b].

1. q. 1. Saluator.

¶Hac, & duo sequentia capitula accepta sunt ex homilia 41. B. Augustini, sed primum hoc ordine multisque verbis mutatis. Atque ideo Burchardus, & Iuo non ex Augustino sed ex dictis Augustini citant. Quare nihil mutatum; sed prastat omnino homiliã ipsam legere. Eadem in bibliotheca sanctorum patrum, tomo 7. tribuuntur B. Cæsario Arelatensi episcopo.

Idem in eadem homilia paulo superius.

C. III.

Qvi egerit veraciter pęnitentiam, & solutus fuerit à ligamento, quo erat adstrictus †, & à Christi corpore separatus, & bene post pęnitentiam vixerit, sicut ante pœnitentiam viuere debuit; post reconciliationem quandocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem [c] vadit, regno Dei non priuabitur, à populo † diaboli separabitur.

† *al. abstrict⁹*

† *al. consortio*

Idem ibidem.

C. IIII.

SI quis α [d] autem, &c. *& infra.* ¶Baptizatus ad horam securus hinc exit: fidelis bene viuens securus hinc exit: agens pęnitentiam, & reconciliatus, cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, s. securus hinc exit, ego non sum securus. Vnde securus sum, dico, & securitatem do: vnde non sum securus, pęnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. *& post pauca,* ¶Sed vnde scis β (inquis) ne forte Deus dimittat mihi? verum dicis: vnde? nescio. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse [e], non tibi darem. [f] Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

Sent. ibidem.

α ¶Si quis autem.] *Apud B. Augustinum sequuntur verba, quæ relata sunt paulo ante in capite,* si quis positus. *&c. ad ver.* bene hinc exit.

β ¶Sed vnde scis] *Hac apud B. August. sequuntur post vltima verba eiusdem capitis,* si quis positus.

Hoc autem quare Augustinus dixerit, Cyprianus ostendit, libro 4. epist. 2. ad Antonianum dicens.

C. V.

IDcirco frater charissime pęnitentiam nõ agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus à spe communicationis, & pacis; nisi in infirmitate, atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit: nec dignus est iu morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum.

In lib. de vera & falsa pęnitẽtia.

Item Augustinus in libro de pœnitentia, c. 17.

vel absolutus per officium sacerdotis à pęnitentia, quę ei imponi debebat. Lau.

a ¶Dimiserunt.] Id est videmur dimisisse te.

b ¶Non tu illa.] More humano loquitur, semper enim præsumitur contra illum, quòd non vere pœniteat: nisi euid[en]s signum appareat arg. 57. dist. si quis in ęgritudine. Hug.

QVi egerit pœnitentiam.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis egerit veraciter pœnitentiam, & bene post pœnitentiam vixerit, post reconciliationem securus hinc exit, sicut post baptismum: qui autẽ in articulo mortis pœnitentiã agit, vtrum securus hinc exeat, dicit Au. se dubitare. H. autem vnũ c. facit ab illo cap. [si quia positus.] vsque ad § hoc autem.] qui § per se patet.

c ¶Ad requiem.] Scilicet recta via, ita ꝙ nec purgatorium sentiat pro illis peccatis pro quibus pęnituit * Lau.

* *Id est, integre etiã satisfecit.*

d SI quis.] Hoc habes su. dis. 3. §. vltimo in cap. si quis autem. H.

e ¶Tibi nihil prodesse.] C. de proba. ad probationem.

f ¶Non tibi darẽ.] supra 95. distin. illud. argu. Hug.

IDcirco.] CASVS. Dicit hic, ꝙ qui veram pœnitentiam non agunt, & ex toto corde, prohibendi sunt à spe communionis & pacis: quia tales compellit ad pœnitẽtiam necessitas articulus, & nõ delictũ.

Nul-

NVllus expectet.] CASVS. Dicit Au. quòd nullus debet expectare vt agat pœnitentiam in morte. Nec debet ex eo sumere auctoritatem, quod pœnitentiam latronis Christus in eius fine suscepit: quia ille nõ solũ pœnituit, sed etiã baptismum recepit. vnde non est mirũ, si statim volauit ad patriã sicut est de quolibet qui in suo fine baptizatur: secus est de eo qui pœnitet sine baptismo. Supponit etiã, quod quilibet in morte sua non tantum debet timere pœnã, sed etiam sperare gloriã. QVOD QVONIAM VIX. CASVS. Dicit H. quod hæc sunt verba Aug. vsque ibi, [Dixit conuersum.] Vel potest dici, quod omnia sũt verba Aug. vsque ad finẽ, & loquitur Au. de se in tertia persona, vt dicit H. & casus facilis est, & eum per te videbis: quia multa repetit, quæ superius dixit.

Quod

C. VI.

NVllus expectet, quando iam non possit peccare. Arbitrij enim quærat libertatem, vt dolere † possit commissa, non necessitatem. Qui prius itaque à peccatis relinquitur, quàm ipsa relinquat, ea non libere, sed quasi ex necessitate condemnat. Licet enim latro veniam meruisset in fine de omni suo crimine; non tamen dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est, qui tunc primum in cruce Christum confessus est. Pœnitentia enim si in extremo hiatu vitæ aduenerit; sanat & liberat in ablutione baptismi, ita quòd nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizantur: sed ipsi ditati bonis sanctæ matris ecclesiæ sunt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem, qui cum potuerũt, nunquam conuerti voluerunt, confitentes, cũ iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt quod volunt. Oportet enim, vt pœnitentia fructificet ad hoc, vt mortuo vitam impetret. Scriptum est enim, sine charitate neminem saluum esse. Non itaque in solo timore viuit homo. Quem ergo sero pœnitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed & iustum diligere: non timeatur pro pœna, sed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni eius prædicta varietate. ¶ Quod quoniam * vix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare. Credo quidem illi, qui dixit: [Quacũmque hora peccator ingemuerit, & cõuersus fuerit, vita viuet.] Dixit conuersum, non tantum versum, vita viuere. Versum quidem puto, qui dolet de crimine: conuersum, qui dolet de omni † eius, quam exposuimus, varietate. Vertitur à peccato, qui iam vult dimittere peccatum: conuerritur qui iam totus, & omnino vertitur, qui iam non tantum pęnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat. Quæ conuersio, si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix, vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de pęnitẽte sero. Quẽ enim morbus vrget, & pœna terret, ad veram vix veniet satisfactionem; maxime, cũ filij, quos illicite dilexerit, sint præsentes, vxor, & mundus ad se vocent. Multos enim solet serotina pęnitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potẽs est, semper etiam potest in morte iuuare quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructifera pęnitentia; inspirare eam potest, quandocũque vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pęnitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat. Si quis est igitur, qui verã tunc quærat pęnitentiam; expectet Dei clementiam, maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequitia. Sed si etiam sic conuersus euadat, vita viuat, & non moriatur; non tamen promittimus, quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud sæculum distulit fructum cõuersionis. Hic autem ignis, etsi æternus non sit, miro tamen modo est grauis. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Numquam in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta sustinuerunt † supplicia. Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat talem pœnam tolerare. Quædam enim peccata sunt, quæ sunt mortalia, & in pęnitentia fiunt vitalia †, non tamen statim sanata. Sæpe enim quidam ægri morerentur nisi medicarentur: non tamen statim sanantur: languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impęnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cru-

Margin notes: Sent. ibidem. — † al. dolere — Luc. 23. — 1. Cor. 13. — su. si quis autẽ. — Ezech. 33. — † al. mi] ori. — † al. sæpe sustinuerunt — † venialia] orig.

† *al. moritur, vel finitur*
† *al peccandi*
† *torquetur*] orig.

ciabitur. Qui enim impenitens finitur †; si semper viueret, semper peccaret. At Dei est miserentis, quòd operatur finem peccantis †: ob hoc etiam sine fine torquebitur †, quia nunquam ditabitur virtute · semper plenus iniquitate, semper sine charitate, torquebitur sine fine.

a ¶Quoniam vix licet] *Sic est emendatum ex editione Plantiniana. Nam antea legebatur*, Quod quamuis licet de eius salute Augustinus, &c. *Neque accusare, sed interpretari voluit Augustinum hic auctor sine dubio ipsius sectator. Multa vero alia in hoc capite partim ex vetustis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali sunt emendata.*

QVAESTIO IIII.

In vigilia Paschæ de esu agni.

1 p *Vod autem* [a] *orationis tempore coniugali operi uacare non liceat, beatus Hieronymus in quodam sermone scribit, ita dicens.*

¶Tempore quo vxori debitum redditur, à carnibus agni abstinere oportet C. I.

Sent.4. dist.32. Iuo p.8.c.87.

SCiatis fratres charissimi, quoniam quicunque vxori debitum reddit, vacare non potest orationi; nec de carnibus agni comedere debet. *Item paulo post.* ¶Si panes propositionis non poterant ab ijs, qui vxores suas tetigerant, comedi; quanto magis panis ille, qui de cęlo descendit [b], non potest [c] ab his, qui coniugalibus paulo ante hæsere complexibus [d], violari, atque contingi [2] non quo nuptias condemnemus (hoc enim non dicimus;) sed quòd eo tépore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare operibus carnis non debeamus [e].

¶*Prior pars huius capitis vsque ad vers.* Item, *de industria videtur in summam collecta: reliqua autem ex originali est emendata & aucta.*

Item Augustinus sermone 2. de tempore: [id est, de 2. Dominica Aduentus.]

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in quattuor partes. In quarum prima probat magister superficialiter, quòd tēpore festiuo vel ieiunij nullus debet vxorem suam cognoscere: quod est cōsilium. Secunda ibi, [Cum propria.] Tertia ibi, [Hinc etiam.] Quarta ibi, [Hæc autem.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quarta quæstio, qua quæritur an tempore orationis quis valeat reddere debitū vxori, vt tempore quadragesimali, & ieiunijs statutis, & vigilijs Apostolorum, & similibus: & dicit H. quòd exactus semper tenetur reddere: alioquin mortaliter peccat, vt supra, 27. quæst. 2. si tu abstines. sed vtrum possit exigere, de hoc diuersa sunt opiniones. Nam quidam inhærentes istis, dicunt quod tempore orationis non debet quis reddere debitum vxori. Alij intelligunt ea de consilio. Tu autem dicas quòd causa incontinentiæ vel filiorum potest eam cognoscere, & exigere debitum, nec præcipitur ei vt abstineat, sed sub forma prohibitionis dissuadetur ei. sed ex causis saturandæ libidinis non debet exigere: quia tunc mortaliter peccat secundum H. secundum alios venialiter. Et hoc intelligas in exigente.

a ¶Quod autem.] Omisit magister quæstionem positam in themate tanquam nihil dubitationis habentē, quia quocunque tēpore exactus, semper tenetur debitum reddere. 27. q. 2. si tu & infr. prox. q. ca. 1. & ponit aliam satis affinem, an liceat tempore orationis vacare coniugali operi in exigendo, & super hoc notat diuersas opiniones. nam quidam [1] inhærentes isti cap. dicunt, quòd tēpore orationis non debet quis cognoscere vxorem suam. Alij vero intelligunt ea de consilio, tu mediā viā teneas. [Maior enim medijs gratia rebus inest.] Dic ergo quòd quandoque est præceptum non cognoscere eā, quandoque consiliū. Præceptum est, quòd in his diebus non cognoscat eam causa saturandæ libidinis. nā cum aliàs peccat venialiter, maxime tamē causa incontinentiæ, secūdum nos: sic eam cognoscendo in his dieb' peccat mortaliter. Consiliū vero est: vbi vult cognoscere eā causa sobolis, vel vitandæ fornicationis: hæc omnia intelligas in exigente. nam vt præmisi, semper exactus tenetur reddere debitū licet exigens hoc tēpore peccet. arg. inf. c. q. 5. noluit dicunt tamen quidam, quòd si ei constaret, quòd vxor peteret debitum causa libidinis explēdæ nō ei reddet.

Operi coniugali an liceat tēpore orationis vacare.

1 Vt B. & Isido.

Marit' exactus semp. tenet reddere debitum.

SCiatis.] CASVS. Ostenditur in hoc cap. quòd continentia præcedente debet quis accedere ad Eucharistiam, & hoc probat Hiero. argumentando de pane propositionis ad panē, qui de cęlo descendit nō quòd nuptias condemnaret. sed quia eo tempore quo manducaturi sumus agnum, est à carnalibus operibus abstinendum. Sequētia cap. plana sunt vsq; ibi, [qui in castigatione.] & intelliguntur secundum præmissam distinctionem, vel de consilio, vel cum exigitur debitum causa libidinis saturandæ.

b ¶Descendit.] Qualiter descendit habes de consecr. dist. 2. sicut est verus.

c ¶Non potest] Propter reuerentiam sacramenti. Vel intellige cum causa saturandæ libidinis commiscetur ei: vel consilium est aliàs, cum ex necessitate tenetur reddere, vt inf. q. prox. c. 1. quare puniretur 2, cum tantum pro mortali abstinendum sit à corpore Christi infra de consec. dist. 2. quotidie, &c. si non sunt.

d ¶Complexibus.] Et causa libidinis explendæ secundum quosdam.

e ¶Debeamus.] Quantū in nobis est: alter tamen peccat exigendo, sed reliquus non peccat reddendu. nam & si peccat, qui præcipit, non tamé peccat, qui obedit. 23. q. 1. quid culpatur. versus finem.

2 Arg. 23. q. 4 Nabuchodonosor, C. de adulte. l. Gracchus.

Quo-

a Q Votiescumque.] ¶Festiuitates.] De quibus innenio in his capitulis. & inf. de consec. dist. 3. c. 1. Hog.
b ¶Ab infidelium.] Infideles eos vocat, qui peccant mortaliter arg. 23. q. 4. forte. Vel quia non seruant fidem amicis suis. Vel ad differentiam fidelis. 34. distinct. Christiano.

mine orationis tempus deputatum ieiunijs, quibus sic frequentius nititus oratio, intelligitur, vt tempus quadragesimale, quattuor temporum, & sanctorum vigiliæ. extra de obser. ieiu. consilium.
m ¶Nam secundum legẽ.] Forensem, id est, Romanã, vt

Infideles quæ dicuntur.

¶A coniugali concubitu in sanctorum solennitatibus est abstinendum. C. II.

QVotiescumque aut dies natalis Domini, aut reliquæ festiuitates [a] adueniunt; sicut frequenter admonui, ante plures dies, non solum ab infidelium † [b] concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinete. Sent. 4. dist. 12. † *in felici*] vera lectio.

Item Ambrosius in sermone de aduentu Domini.

¶Diebus ieiuniorum à proprijs vxoribus abstinere oportet. C. III.

FRatres [c] non solum debetis ab omni immunditia abstinere: sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime contineatis. Nullus [α] omnino vxori suæ ieiuniorum diebus coniungatur.

α ¶Nullus] *In hoc sermone, qui habetur in manuscriptis in bibliotheca Vaticana, hinc vsque ad finem non habentur. Sed in alio sermone manuscripto de Quadragesima hæc leguntur.* Nullus omnino vxori suæ iungatur ante octauam Paschæ. *In plerisque vetustis codicibus Gratiani hoc loco absunt ista verba*, ieiuniorum diebus: *de quibus tamen B. Ambrosius loquebatur: & ideo sunt etiam in rubrica.*

Idem super epistolam primam ad Corinthios, in c. 7.

C. IIII.

SI causa procreandorum filiorum ducitur vxor; non multum tempus concessum [d] videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi, & dies processionis † [e], & ipsa ratio conceptus [f], & partus iuxta legem [g] cessari temporibus his debere demonstrant. Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 14. Pann. l. 6. c. 22. † *al. purgationis* sup. dist. 5.

Idem Augustinus in libro quæstionum veteris, & noui testamenti, quæst. 127.

Vxoris vsus certis diebus cessare iubetur. C. V.

CHristiano [h] cũ vxore sua conuenire aliquando licet, aliquando vero non licet [i]. Propter dies enim processionis aliquando non licet cõuenire: quia etiam à licitis [k] abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Vnde Apostolus ex consensu [l] ait abstinendum ad tempus, vt vacetur orationi [m]. Nam secundum legem [n] in ieiunio cędere †, & iurgari non licet; postea licet; quia maior reuerentia debetur Dei causis. Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 89. 1. Cor. 7. Esa. 58. † *al. cadi*] or.

Item Ioannes Chrysostomus.

Non vere pœnitentiam agit, qui continentiam non seruat. C. VI.

QVi in castiga-

c ¶FRatres.] Consilium est.
d ¶SI causa.] ¶Concessum. Et ita videtur, quod aliquod tempus prohibitum sit, in quo non debeat vxorem suam cognoscere causa sobolis procreandæ, & ita non est consiliũ. sed fac vim in eo quod dicis, videtur. non enim dixit, non est. Vel intelligas I casu, in quo loquitur cap. quando scilicet cognoscit eam causa sobolis. quia forte in eo casu non debet ad eã accedere secus si causa incontinentiæ.
e ¶Processionis.] Id est, Rogationũ, vt infra, de consec. dist. 3. pronunciandum.
f ¶Conceptus] Ex quo scilicet partus incipit moueri. hoc etiã consilium est secundum nos. sicut etiam de menstruata. dis. 5. ad eius vero. licet H. contradicat.
g ¶Legem.] Supra dist. 5. § 1. Ioan.
h ¶CHristiano.] 28. q. 1. sic enim.
i ¶Non licet.] Id est, non expedit, & ita licitum dupliciter dicitur.
k ¶A licitis.] Propter hoc & illud. infr. ea. nec vxorem. Dic omnia hæc de consilio intelligenda.
l ¶Ex cõsensu.] Hoc nõ est I Apostolo, sed ibi est sensus auctoritatis Apostoli. vnde est argu. quod potius sit sẽsus auctoritatis Apostoli attẽdendus, quam verba. extra de verb. sign. propterea.
m ¶Orationi.] Sed dicit auctoritas, Non desinit orare, qui bene facit. sed quilibet reddendo debitum bene facit. ergo orat: quare ergo cessabit, vt orationi vacet? Resp. orare hic stricte sumitur, secundum quod oratio fieri debet in ecclesia. Vel hoc de exigẽte: aliud in reddente. extra de conuer cõiug. quidã. Itẽ nonne quotidie est orandũ? Videtur ergo quod iugis cõtinentia indicẽda sit cõiugatis. sed non-

Licitũ dupliciter dicitur.

Orare non desinit, qui bene facit.

Ad hoc 32 dis. c. a. & c. si laic⁹. 36. dist. ca. vlt.

vt C. de fer. quadraginta. vel Mosalcain, vbi dicitur; ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. 18. dis. ĩpietatis. Vel canonicã. 15 q. 4. placita. 10.

QVi in castigatione.] CASVS. Dicitur hic, quod si quis inter Dei flagella peccatũ cognoscit, & pœnitet, quãtũ in se est, ab operib⁹ carnis dẽt abstinere.

a ¶Qui

1 Scilicet quia flagellatur & castigatur à Deo, secundum. Hug.

a ¶Qui in castigatione.] Scilicet flagellorum 1.
b ¶Victus.] Id est, cõuictus & compũctus. Vel melius victus genitiui casus, quasi in abstinẽtia & parcitate, scilicet ieiunando, & in ieiunijs se castigando.
c ¶Nisi egrediatur.] Quantum in se est: vel si vxor cõsentiat,

nitur, & dicitur tamen de eo quòd grauius delinquat, quàm in primo casu.
e ¶Intrare.] Videtur ergo q multo fortius quis prohibendus sit ab ingressu ecclesiæ pro mortali, cum hic impediatur pro veniali: & ita qui est in mortali, non debet ecclesiã ingredi, quod quidam admittunt. 2 r. di cleros. in fi. & 11.q.3. nullus sacerdotum. & de pę. dist. 1. qui sanctus sacerdos est, quod non est verum: nisi sit excommunicatus. 11. q. 3. excõicatos, &c. cum excommunicato. vel interdictus. extra de offi. deleg. sane. de illis cõsilat. vel nisi sint contumaces. 11. q. 3. qui iubente. vel pœnitentes. 50. dist. in capite. & quidam sacrilegi. 81. distt. si qui. 5. q. 2. præsenti. & 12. q. 2. de uiro. aliàs quilibet potest ingredi, vt de consec. dist. 1. episcopus nullum. 1. q. 1. qui studet. vbi dicitur, quòd Dominus admisit oẽs peccatores intrare ecclesiam præter simoniacos. potius enim frequentabit ecclesiã, qui est in mortali, vt Dominus eũ conuertat per verba sacerdotis, vt supr. de pęn. disti. 5. falsas. in fi. Quod ergo hic dicitur, dictũ est propter reuerentiam sacri loci, & propter corporalem viri inquinationem magis quàm propter peccatum.

Ecclesiæ ingressus an sit alicui ꝓhibendus.

tione [a] uictus [b] se dicit agere pœnitentiam; frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur [c] de cubili suo, & ieiunio continentiam addat. *Ioelis 2.*

¶Caput hoc apud B. Ioannem Chrysostomum, ex quo citatur non est inuentum. Sed eadem fere leguntur in commentarijs B. Hieronymi ad c. 2. Ioelis, & copiosius etiam exposita.

Item Gregorius in responsione 10, ad interrogationes Augustini.

¶Ab ingressu ecclesiæ temperare se debet uir cum propria uxore dormiens. C. VII.

Sent. 4 dist. 31. Poly. l. 6. tit. 7. Iuo p. 8 c. 88.

2 Vir cum propria coniuge [d] dormiens, nisi lotus aqua intrare [e] ecclesiam non debet: sed neque lotus intrare statim debet. *& infra.* ¶Quamuis enim de hac re diuersæ hominum nationes diuersa sentiant, atque alij alia custodire uideantur; Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus [f] fuit post admistionem propriæ coniugis, & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reuerenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse coniugium; sed quia ipsa licita admistio coniugum sine uoluptate [g] carnis fieri nõ potest [h]; à sacri loci ingressu abstinendum est: quia uoluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Non enim de adulterio, uel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus fuerat, qui dicebat: [Ecce enim in iniquitatibus [i] conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea.] *& infra.* *Psal. 50.*

sentiat, vt infra ead. Apostolus.

Vir cum propria.] Hæc est 2. pars q in qua probatur, quando est peccatum cognoscere vxorem suam, & quando non. Ioan. de Fant.

CASVS. Ben. sic ponit hũc casum. Greg. hic primo tractat de eo, qui causa incontinentiæ vitandæ suam cognoscit vxorẽ. Secundo de eo, qui causa prolis habendæ. Tertio de eo, qui causa libidinis suæ saturandæ. In primo casu consulit ab ingressu ecclesiæ temporaliter cessandum, & hoc consilium approbat vsus Romanorum, non ad condemnationem nuptiarum, sed q̃a cõiugalis commistio non põt fieri sine culpa, vt ꝓbatur auctoritate Dauid. In scđo casu reliquit arbitrio viri an intret ecclesiam vel non. In tertio casu ꝓcepit, q̃ ante ablutionem mentis ad sacram cõionem non accedat. Hu. vero sic ponit. in principio loquit̃ q̃n vir accedit ad uxorem causa incontinentiæ: in medio q̃n causa liberorum: circa finem q̃n causa libidinis exsaturandæ. In primo casu consulitur uiro vt lauetur aqua. & aliquantulum cesset ab ingressu ecclesiæ: quod fit ad reuerentiam loci ꝑ peccatum, quod fit in tali coitu, & propter corporalem coinquinationem. In secundo casu relinquitur suo arbitrio, & de intrando ecclesiã, & de accipiendo corpus Christi. In tertio nil de hoc vel de illo statuitur, sed ostenditur q̃ peccat grauius, quàm in duobus primis casibus.

d ¶Vir cũ propria cõiuge.] CASVS. In prima parte loquitur de eo, qui causa incontinẽtiæ ad vxorẽ accedit. Tali cõsulitur ab ingressu ecclesiæ abstinere vsq; ad vesperã. In scđa de eo, qui cã prolis eã cognoscit. iste talis si vult, nõ solũ intrare ecclesiã, sed et corpus Christi accipere, permittitur. In tertia de eo, qui causa libidinis explendæ: huic in isto cap. pœnitentia non impo-

f ¶Vsu.] Arg. pro cõsuetudine Romanæ ecclesiæ seruanda, & verum est, cum hoc docet. 11. dist. nolite.

g ¶Voluptate.] Et ita coitus non potest fieri sine peccato. hic applaudit sibi Hu. & sumit opinionem, quod nunquam opus coniugale sine peccato potest exerceri. vnde etiam qui debitum reddit, peccat venialiter: quia semper est ibi quiddam pruritus & voluptas in emissione spermatis. & ideo Christus noluit nasci ex coitu: quia non potest fieri sine peccato, &c. 27. q. 2. omne, ad finem videtur ergo quòd teneatur aliquis peccare: quia tenetur reddere debitum, vt 27. q. 2. si tu. & infra q. prox. c. 1. nec potest reddere nisi peccet, ergo tenetur peccare. sed hoc arg. non valet. Instat H. presbyter tenetur cantare Missam, nec potest cantare nisi habeat linguam. ergo tenetur habere linguam. & secundum H. peccat homo ea necessitate in primis motibus: & ita erit quis perplexus secundum H. inter veniale, quod surgit ex primis motibus & mortale. Nam de primis motibus dicit Apostolus: Ago quod nolo. & surgunt in nobis, & sine nobis. de pœ. dist. 2. inter hæc. P. manducator dixit contra, vt not. 17. dist. in. nerui a. Item ex hoc sequeretur, quòd bene faceret, & male: quia reputatur ei ad sanctitatem, si reddit debitum, vt infra ead. quæst. proxi. cap.

Opus coniugale an possit sine peccato exerceri.

h ¶Non potest.] De facili: & ideo quia dubium est, aqua aspergitur.

i ¶Iniquitatibus.] Id est, voluptatibꝰ: iniq̃tas n. ꝓprie designat crimẽ. de pę. dist. 3. §. qđ autẽ. cap. ille tex. vel dic, iniquitatibus. i. originali peccato, siue fomite: vnde theologi colligunt ex hoc, q̃ plura sunt originalia huiusmodi, & tunc dic, iniquitatibus. i. cum iniquitatibus.

Originalia secundum aliquos sũt plura.

a ¶Vi-

Oportet itaque legitima ª carnis copula vt cauſa prolis ſit, non uoluptatis, & carnis commiſtio creandorum liberorum ſit gratia, non ſatisfactio vitiorum [a]. Si quis ergo ſua † coniuge, non cupidine voluptatis captus, ſed ſolummodo liberorum creandorum gratia vtitur; ipſe profectò de ingreſſu eccleſiæ, ſeu de ſumendo corporis Dominici, ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt relinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi [b] non debet accipere, qui in igne [c] poſitus neſcit [d] ardere. Cum vero non amor procreandæ ſobolis, ſed voluptas [e] dominatur in opere commiſtionis: habent coniuges etiam de ſua commiſtione, quod defleant [f]. *& paulo poſt.* ¶ Tunc autē [g] vir, qui poſt admiſtionem coniugis aqua lotus fuerit; etiam ſacræ communionis myſterium valet accipere: cum ei iuxta præfinitam ſententiam eccleſiam etiam licuerit intrare.

† *al. ſuam coniugem*] orig.

ª ¶ Legitima] *Ita emendatum eſt ex varijs codicibus B. Gregorij. Antea legebatur*, oportet itaque legitimam carnis eſſe copulam *Multa etiam alia ſunt emendata.*

3 *Hinc etiam* [h] *in diebus abſtinentiæ nuptiæ celebrari, prohibentur.*

Vnde in Laodicenſi concilio, c. 52. legitur.

¶ In diebus Quadrageſimæ nuptias celebrare non licet. C. VIII.

NOn oportet in Quadrageſima aut nuptias, vel quælibet natalitia [i] celebrare. Iuo p. 8. c. 49.

4.

Item ex concilio Martini Bracharenſis, c. 48.

¶ De eodem. C. IX.

NEc illud.] Hæc est 5. pars q. in qua ostēdit magister causam, quare fuit vnum principium, vnus homo. Io. de Fan.

f ¶Otiosum est.] Id est, sine causa & mysterio factum.

g ¶Costa.] Non de pede, ne omnino videretur famula, nec de capite, ne videret domina: sed de costa vt collateralis videretur

Eua quare de costa Adæ facta est.

h ¶Multarum.] Quo ad numerū, vel multarum quo ad genus humanum.

i ¶Et disparium.] Quo ad sexū. Vel disparium quoad speciem. & respicit ad primam creationem hominis.

k QVidam vir in captiuitatem ductus est.] Q: a in præcedēti causa dixerat matrimonium separar: propter frigiditatem, & quòd viro viuente se parata posset alij copulari, & dubitari posset, an idem videretur

tur faciendum propter hostilem calamitatẽ vel captiuitatem: iõ subdit causam illã,, in qua ostendit quid iuris sit si qs tenetur in captiuitate, & vxor eius interim nubat alij, vt aũt hæc, &c. Et not. ꝙ hic tractatur de illo impedimento quod dicitur ligatio: ligatio est cũ quis ligatur alteri vinculo matrimonij, & quodlibet impedimentum matrimonij dici potest ligatio sumendo large siue communiter, non proprie. arg. 26. q. 1. §. 1.

Impedimẽtum ligationis quale ẽ.

CVm per bellicam.] CASVS. H. sic ponit hũc casum. De duobus quæsiuerat iste. quædam dum putarẽt viros suos esse mortuos, nupserũt alijs. aliæ vero sciebant viros suos viuere, sed credebant nunquam eos liberãdos de captiuitate, sed reuersi sunt postea viri istarum.

1 *Nunc primum quæritur, an sit ista rea adulterij, quæ uiuente uiro suo, alteri nupsit.*

2 *Secundo, an redeunte primo sit cogenda recedere à secundo, & redire ad primum.*

QAESTIO I. & II.

VTraque quæstio [a] terminatur auctoritate Leonis Papæ, qui scribens Nicetæ Aquileiensi episcopo, epist. 77. capitul. 1. & sequentibus ait. In Cod. canonum, c. 42.

¶ Quæ alij nupserit putans uirum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur. C. I.

CVm per bellicam cladem, & per grauissimos hostilitatis incursus ita quædam dicatis diuisa esse coniugia, vt abductis in captiuitatem viris fęminæ eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarint, aut nunquam à dominatione crederent [b] liberandos, & ad aliorum coniugium solicitudine † [c] cogente transierint: cumque nunc statu rerum auxiliante Domino in meliora conuerso, nonnulli eorum, qui putabantur perijsse, remeauerint; merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ alijs coniunctæ sunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quòd à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt quod Deus iunxit, homo non separet; necesse est, ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit [d], vnicuique hoc, quod legitime habuit, reformetur: omnique studio procurandum est, vt recipiat vnusquisque, quod proprium est. ¶ Nec tamen culpabilis iudicetur, & tamquam alieni iuris peruasor; qui personam [e] eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt: & tamen plenum iustitiæ est, vt eisdem reuersis propria reformentur. Quòd si in mancipijs, uel in agris, aut etiam in domibus,

Sent. 4. dist. 38. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 22. Burc. l. 9. c. 55. Iuo p. 8. c. 244. & 190. 191. 192. Pann. l. 6 c. 87.

† *solitudine*] orig.

Matth. 19.

Eiusdem epistolæ, c. 2.

Burc. l. 9. c. 56. Iuo p. 8. c. 191.

VTraque.] Hæc qõ. diuiditur in 6. partes. In prima quarũ probat per duos canones, ꝙ mulier non debet contrahere donec sit certa de morte coniugis. Ioan. de Fant. Secunda ibi, [Non satis.] Tertia ibi, [Si autẽ.] Quarta ibi, [Quod autẽ.] Quinta ibi, [Hinc etiam.] Sexta ibi, [De simpliciter.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 1 & 2. q. in secunda nulla est dubitatio. In prima quæstione distinguitur: nam si illa, quæ nubit viro viuente, & absente, credit uel scit illum viuere: in veritate adulterium committit. si autem nec scit, nec credit, sed habet iustam causam credẽdi contrariũ per ignorantiam facti, quæ etiam peritissimos fallit, excusatur. qualitercumq; autem nubat, reddenda est primo reuertenti. vtraq; autem quæstio terminatur per cap. sequẽs.

a ¶ Vtraq; quæstio.] Si mulier credit suũ maritum mortuum, & habet iustam causam credendi, licite potest contrahere. si autẽ dubitat de morte viri & contraxit, licet non debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti. sed ipsa non potest exigere, vt extra de secun. nup. dominus noster. & ita in tali casu vir potest eam remouere propter adulterium, cum non habuerit probabilem causam mortis suæ. sed si audierit eum mortuum, licet per falsum rumorem, & tunc nupserit: vir non potest eam de tali adulterio accusare: nisi ipsa procurauerit illum rumorem, vt ff. de adulte. miles. §. mulier. Sed pone quòd mulier credit eum viuere & est mortuus, & contrahit, nũquid est matrimonium ibi? sic: ipsa tamen adulterij rea tenetur, licet adulterium non committat. nam dicit lex ꝙ tenetur quis actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat. C. de fur. si quis seruo. minor tamen pœnitentia ac pœna ei imponitur.

Mulier si credit maritũ mortuũ: an possit alij nubere: Hic videas quod le. & no. extra vt li. nõ cont. qm̃. § si vero. ver. si autem. in glo. p famã. &c. & de spõsa. in p̃sentia. Archid.

Furtũ non committẽs q̃que furti tenetur.

rum: quæsierat ergo iste quid faciendum esset in vtroque casu. Et respondemr in primo casu, ꝙ separandæ sunt à secundis, & reddendæ primis: & quæ nolunt separari à secundis, sunt excommunicandæ. In secundo vero casu nihil videtur responderi: quia nulla & friuola erat quæstio quamdiu enim aliqua scit vel credit vel dubitat virum viuere, non debet alij nubere; & si nupserit, adultera erit, vt 32. q. 5. puto.

b ¶ Crederent.] Hæc ratio friuola est, & ideo non curat ei respondere.

c ¶ Solicitudine.] Incontinentiæ, vel paupertatis.

d ¶ Hostilitas intulit.] Sic supra 16. q. 3. prima.

e ¶ Qui personam.] Supr. 2. q. 1. in primis. nam similitudo attenditur inter illum, qui succedit inuasori, vt ibi: & illum de quo hic.

a ¶ In

Ecclesia est vxor clerici.

a ¶In coniugiorũ.] Arg. ꝙ ecclesia clerico debet resti tui de captiuitate redeunti per, quantumcunque tempus detentus fuerit, si probat nullum impedimentum 1: cũ ecclesia sit vxor clerici. 7. q. 1. sicut. & dix: 7. q. 1. pastoralis. 13. q. 2. vnaquæque.
b ¶Per- mitur ex præterito circa futurũ. C. de cõdict. fur. l. vlt. quandoque præsumitur ex futuro circa præteritum. ff. de cond. inde. si non fortem. § si decem, aut Stichum.
d ¶Remissio.] Id est, dimissio secundorum virorum.
e ¶Quod conditio.] Quod necessitas cogit nõ est imputandum. 22. q. 4 inter cętera. 7. q. 1. pontifices. inf. de cõl. dist. 5. discipulos.

1 Istam gl. dicit sing. Brix. in suo dictio. versic. carcer. ad hoc ꝙ clericus detentus in carceribus per quantumcunque longũ tempus non perdit beneficiũ suum.

ac possessionibus rite seruatur; quanto magis in coniugiorum [a] redintegratione faciendum est? vt sic, quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur?

C. 3. Burc. l. 9. c. 58. Iuo p. 8. c. 193.

¶Et ideo, si viri post longam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant [b], vt eas cupiant in suum redire consortium; omittendum est, & inculpabile iudicandum est, quod necessitas intulit; & restituendum, quod fides poscit. *& infra c. 4.*

Burc. l. 9. c. 57. Iuo p. 8. c. 192. Pann. l. 6. c. 88.

¶Sin autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ; vt malint his cohærere, quàm in legitimum redire consortium; merito sunt notandæ: ita vt etiam ecclesiastica communione priuentur, quæ † de re excusabili contaminationem criminis elegerunt: ostendentes [c] sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio [d] poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione coniugia: neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio [e] necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros suos nolunt, impiæ habendæ sunt; ita illæ, quæ in affectum initum ex Deo redeunt, merito sunt laudandæ † iudicio.

† al. quia inexcusabiliter contam. &c.] orig.

† al. laudabiles iudicãda.

Item Innocentius Papa Probo, in epistola nona.

¶Viro, vel vxore de captiuitate redeuntibus propria redintegrantur coniugia. C. II.

Iuo p. 8. c. 245. Pann. l. 6. c. 89.

CVm in captiuitate Vrsa mulier teneretur; aliud coniugium cum restituta Fontanum † commisisse [f] cognouimus. Sed fauore Domini reuersa Vrsa nos adijt; & nullo diffitente vxorem se memorati esse perdocuit [g]. Qua de re domine fili merito illustris, statuimus fide catholica suffragante illud esse coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum, conuentumque secundæ mulieris priore superstite, nec diuortio eiecta [h], nullo pacto posse esse legitimum.

† Fortunium inisse cognoscitur orig.

Item Hieronymus ad Amandum presbyterum.

¶Quæ primo viro relicto, secundo adhæserit: nisi secundum relinquens, primo reconciliari non potest. C. III.

Sent. 4. dist. 35. Polyc. l. 6. tit. 4.

NOn satis animaduer-

CVm in captiuitate.] CASVS. Quædam mulier nomine Vrsa cum in captiuitate teneretur, vir eius aliam duxit. Vrsa postea reuersa Papam adijt, & nullo contradicente se vxorem illius esse probauit coram Papa: quare Papa eam vxorem legitimam iudicauit, & non secundam.
f ¶Commisisse.] Peccatum notat interuenisse in contrahendo si scienter contraxit: sed si ignoranter contraxisset: quamuis non est matrimoniũ secundum: nati tamẽ filij inde habentur pro legitimis quo ad successionem. similiter vbi per consanguinitatem fit diuortiũ. quod verum est vbi ignoranter coniuncti sunt. arg. extra qui fi. sint legit. cum inter: si autem scienter, quo ad scientem legitimi non sunt. arg. 32. q. 2. solet. arg. C. sol. ma. si ignorãs & C. de ince. & inuti. nup. qui contra. Sed licet. Hu. & L. ita distinguunt: falsa tamẽ est distinctio 3. sufficit enim alterius ignorantia vt sint legitimi: vt extra qui fil. sint legi. ex tenore, absurdum enim est vt aliquis sit partim legitimus, & partim illegitimus. arg. ff. de li. caus. l. duobus.

Matrimonio ꝓpter consanguinitatem separato an filij prius nati sint legitimi.

3 De hoc ẽt no. infr. 35. 7. in sũma.

b ¶Perseuerant.] Et ita videtur, quòd ipsi non compellantur ad eas redire si noluerint, sed supplent hic quidam, maxime. Alij intelligunt hoc de illis mulieribus, quæ viros non credebant mortuos, & tamen contraxerunt. quod no. in prin. cap.
b Perseuerant.] sup. 32. q. 5. puto. in princ. cõtra. sed illud quãdo maritus vel vxor scitur adhuc viuere: illud quando certis indicijs putatur mortuus esse. de pę. dis. 7. c. 3 30 q. 5. cap. si quis. § incerta.
c ¶Ostendẽtes.] Arg. ꝙ ex cõsequẽtia operis ex facto præsenti præsumitur circa præteritum 2 vt hic, & 33. q. 1. requisisti. & su. 22. q. 2. ꝙ ait. & C. de adult. si q. quãdoque præsumitur ex præcedenti facto circa præsens: vt 2. q. 1. in primis. in fine. & q. 7. non potest. quãque ex præsenti circa pręsens: vt dixi 50. dist. si quis diaconus. quandoque ex eo quod solet fieri, pręsumitur & timetur in futurum, vt 3. q. 5. accusatores, quãdoque pręsu-

Præsumit ex pręsenti circa præteritum, &c: 2 Arg. d pę. dis. 3. ca. Iudas. vbi de hoc. & 54. dist. multi.

Sed si ambo parentes sciunt impedimentum, vel affectant ignorare, quia non contrahunt, præmissa denunciatione trina coram ecclesia: licet pro legitimo habitum fuerit, tamen filij non sunt legitimi, vt extra de clan. despon. cum inhibitio.
g ¶Perdocuit.] Sed qualiter probabit hoc? dic 4 H. per testes 4 nam in præiudicium matrimonij secundi non crederetur etiam ei & viro iurantibus: nisi fama esset de hoc, vt 35. quæst. 6. si duo. Sed nunquid crederetur viro & secundæ vxori iurantibus? Dicunt quidam, ꝙ sic, licet videatur esse causa ipsius viri: quod non concedo: immo nec confessio ipsorum nec fama sufficit extra de eo qui cog. consan. vxo. suæ. super eo.
h ¶Eiecta.] Maxime: vt 32. q. 1. c. omnis in fin. & quæst. 7. licite. & c. vlt. nisi propter impedimentum aliquod factum est diuortium.

4 Dicit hic H. ꝙ hic nõ erat opus testibus, cũ nullus d[i]ffiteretur illã esse vxorẽ: licet à quibusdã crederetur mortua esse. Archid.

NOn satis.] Hæc est 2. pars q. in qua ponit qualiter

punitur mulier, quæ ad primum virum non vult redire. Ioan. de Fan.

CASVS. H. & Ben. ſic ponunt hunc caſum. Quidam rapuit vxorē alterius: quæ poſtea conſentiens raptori ad proprium virum redire nolebat. dubitans ergo Amandus presbyter ſuper hoc articulo, duas fecit quæſtiones Hieron. Prima fuit an illa poſſit remanere cum raptore? huic quæſtioni reſpondet Hie. dicens, quod non poteſt remanere cum eo: ſed debet ab eo diſcedere, & agere pœnitentiam: quia conſenſit in illum. Et reſponſio protenditur vſque ibi, [Rem nouam, &c.] Alia quæſtio fuit, ſi tunc illa iure ſuo poſſit repetere virum ſuum, vt ille cogatur eam recipere. Et ad hoc reſpondet Hier. & dicit, quod non poteſt illam repetere, vel ille cogi recipere eam. Et hoc probat auctoritate vet. teſta. vtens arg. à maiori. ſi enim in veteri teſtamento non licebat ei, qui dederat libellu repudij poſt adulterium recipere vxorē; multo minus licet in nouo cogere nolentem ad recipiendam adulteram. ibi enim præceptum erat, vt vir non reciperet vxorem adulteram: ergo non eſt mirum, ſi nunc eſt permiſſum viro vt eam non recipiat, ſi non vult. arg. 32. q. 1 quod autem. & hæc reſponſio protenditur vſque in finem. Intendit ergo Hier in hoc c. probare, quod non poteſt remanere cum ſecundo, & quòd primus non eſt cogendus eam recipere. [Quod dicere.] id eſt, ſignificare voluit hæc oratio, quam in epiſtola tua potuiſti, ſcilicet [alio, &c.]

tere [a] potui; quid ſit, quod dicere voluit [b], [alio viro per vim accepto.] Quid eſt, per vim accepto? cōgregata videlicet multitudine nolentem rapuit. Et quare [c] poſtea raptorem rapta non dimiſit [d]? legat [e] libros Moyſi, & inueniet deſponſatam viro, ſi in ciuitate [f], fuerit oppreſſa, & non clamauerit [g]; puniri [h] quaſi adulteram: ſi autem in agro [i] oppreſſa ſit, innoxiam [k] eſſe à ſcelere, & violentum legibus ſubiacere. Ergo & iſta ſoror, quæ, vt dicit, vim paſſa eſt, vt alteri iungeretur, ſi vult corpus Chriſti accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiā: ita duntaxat, vt ſecundo viro, qui non appellatur vir, ſed adulter, à tempore pœnitentiæ non copuletur. Quod ſi durum ei videtur, & ſemel dilectum non poteſt derelinquere, nec præferre Dominum voluptati: audiat Apoſtolum conclamantem: [Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini communicare, & menſæ dæmoniorum.] & alio loco: [Quæ communicatio luci, ac tenebris? qui conſenſus Chriſto, & Belial [l]?] Rem nouam loquor, immo non nouam, [m] ſed veterem; quæ veteris teſtamenti auctoritate firmatur. Si reliquerit ſecundum virum, & recōciliari priori voluerit; non poteſt. Scriptum eſt enim in Deuteronomio: [Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam in conſpectu eius propter aliquam fœditatem: ſcribet libellum repudij, & dabit in manus eius; & dimittet eam de domo ſua. Cumque egreſſa adultera † [n] maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, aut certe mortuus fuerit; non poterit [o] prior maritus recipere [p] eam vxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram Domino; ne † peccare facias [q] terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradidit tibi poſſidendam.

Deut. 22. — *1. Cor. 10.* — *2. Cor. 6.* — *Deut. 24.* — *† alterum*] ue ra lectio — *† al. nec*

¶*Verba huius capitis in epiſtola Beati Hieronymi: & in Polycarpo proxime ſequuntur poſt ea, quæ referuntur ſupra 32. q. 7. c. omnes cauſat.ones. Ideoque apud ipſos initium hoc ita habet.* Neque ſatis animaduertere.

a ¶Animaduertere.] Hoc dicit deridendo ipſum: quia malam epiſtolam compoſuerat, vel quia verba non erant accomoda ſenſui ad quem aſſumebantur. inſtit. de dona. § eſt & aliud.

b ¶Voluit.] Epiſtola tua, vel hæc oratio, ſ. alio, &c.

c ¶Et quare.] Quem habebat prius, aliàs, & quare.

d ¶Dimiſit.] Nolendo ad eum redire.

e ¶Legat.] Scilicet quicunque de tali facto dubitauit.

f ¶Si in ciuitate.] Arg. quòd ratione loci præſumitur cōtra aliquem 1. & quod imputatur alicui ſi non fecerit id quod ei prodeſſe poſſit. ut C. de incest. nup. cum ancillis. quia præſumitur conſentire cum poteſt reclamare ff de noxa. ſi ſeruus ſciente.

1. omnis facit pſomi contra aliquē. — v De hoc no. 11 q 2. diffinimus.

g ¶Et non clamauerit.] Arg. aliquem tacite conſentire vt 28 diſt. diaconi.

h ¶Puniri.] Arg. vbi teſtimonium de auditu valet.

i ¶In agro.] Niſi & coloni ibi eſſent, nec clamauit.

k ¶Innoxiā.] ſu. 32. q. 1. finge. aliàs eſt pars cap. de pudicitia contra. ſu. 15. q. 1 ſi quis non iratus. contra. ſed ibi lex, ſcilicet canonica, vel promotionis.

l ¶Ad Belial.] Belial interpretatur apoſtata.

m ¶Non nouam.] Id eſt, non de nouo traditam his, qui audierunt. & eſt arg. quod ſi epiſcopus iurauit, quod non daret nouum feudum, & aliquod feudum de antiquis ad eum peruenerit, bene poteſt ipſum dare, vt extra de donat. per tuas. & extra de feu. c. 2.

n ¶Adultera.] Non conuicta de adulterio.

o ¶Non poterit.] Arg. ex quo mulier ſeparata eſt à viro auctoritate eccleſiæ, non poteſt auctoritate ſua vir eā ſibi reconciliare. quod nō eſt verum: vt C de adult. authen. ſed hodie. ſed quid erit ſi adultera velit recōciliari, & vir nolit? videtur quod vir non compellitur.

p ¶Recipere.] Vt cogatur à lege eam recipere 2: immo ipſa lege prohibetur eam recipere, ſed modo rempore gratiæ non prohibetur. argum. ſup. 32. q 1. quòd autem.

q ¶Ne peccare facias.] Inducendo malum exemplū 11. q. 3. præcipue.

2 Vt C. de adul. caſtigari.

3 *Si autem ineuitabili necessitate cogente vir in aliam prouinciam fugerit, & vxor eius eum sequi noluerit; illo uiuente illa innupta permaneat.*

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶Quæ virum in captiuitate ductum sequi noluerit; maneat innupta, quamdiu vir eius vixerit. C. IIII.

Burc.l.9.c.54 Iuo p.8.c.189. Pann.l.6.c.92.

SI quis necessitate ineuitabili cogente in alium ducatum, seu prouinciam, fugerit, & eius vxor, cum valet, & potest, amore parentum, & rerum suarum eum sequi [a] noluerit; ipsa omni tempore, quamdiu vir eius, quem secuta non fuit, viuit, semper innupta permaneat.

Quod autem de coniugatis auctoritate Leonis [b] *Papæ dicitur, hoc etiam de virginibus intelligendum est; vt si præter conscientiam uiro nupserint alieno, non teneantur.*

Vnde Augustinus in libro de fide & operibus, c.7.

Polyc. ibide n.

¶Non est adultera virgo; quæ nesciens uiro nupsit alieno. C. V.

SI uirgo nesciens uiro nupserit alieno; hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat; iam ex hoc esse incipiet, ex quo cum alieno uiro sciens cubauerit: sicut in iure prædiorum tamdiu quisque bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere [c] ignorat alienum: cum uero scierit [d]: nec ab aliena possessione recesserit [e]; tunc malæ fidei possessor perhibebitur, tunc iuste iniustus uocabitur.

¶al. Sic

5 *Hinc † etiam ignorantia excusat eum, qui nesciens dormiuit cum sorore uxoris suæ.*

Vnde in concilio Triburiensi.

SI AVTEM. Hęc est 3. pars q. in qua quęritur qualiter & quid fiat de fœmina, quæ non vult sequi virũ transeuntem de prouincia in prouinciam. & dicitur ꝙ manebit innupta. Io. de Fan.

CASVS. hic dicit Gra. allegando, ꝙ vnaquæque mulier virum suũ sequi tenetur, vt dicit H. vt 13. q. 2. vnaquæque. sed facit hoc vt induceat c. sequens.

SI quis necessitate.] CASVS. maritus ea causa necessaria in aliã prouinciam iuit: quæritur vtrum vxor eum sequi teneatur? Respondetur, quamdiu vir eius viuit contineat, vel eum sequatur. Sequens §. patet.

Mulier an teneatur se qui virum vagabũdũ. 1 Istã sententiã tenẽt Alex. Vin. Tan. & Gofre. prout. not. in præ dic. c. perue nit vbi idẽ nor. Inno.

a ¶Eum sequi.] Si. extra de coniu. lepro. peruenit ad nos. sed secundũ H. & hoc c. & illa decre. est abrogata, & dicit adhęrendũ decreto. qđ est su. 13. q. 2. vnaquęq; Alij dicũt ꝙ illud decretũ est cõsiliũ. 13 q. 2. vnaquæque. vnde si vir vult vagari 1. nõ tenetur eũ sequi: sicut nec libertus patronum cui operas debet. ff. de oper. lib. quod nisi. aliter mulier nõ posset eligere aliam sepulturam, quàm viri: quod falsum est, extra de sepul. de vxore. Tamen dicunt quidam, quòd tenetur eum sequi quoad forum. ff. ad munic. filij §. 1. sed etiam si aliqua scienter contrahit cum histrione, tenetur eum sequi vagabundum. Vel dic quòd recedẽtem tenetur sequi ex honesta causa. ff. de his qui no. infa. l. quod ait prætor §. ignominiæ. 15. q. 1. si quis insaniens. 2.

2 De hoc no. supra 32. q. 5. vxorem.

QVOD AVTEM. Hæc est 4. pars q. in qua proba magister quòd non tenetur mulier inscia viro alieno copulata. Io. de Fant.

b ¶Leonis.] Supra ea c. 1. Io.

SI virgo.] CASVS. Quædam virgo nupsit alicui viro, quẽ solutum esse credebat. quæritur vtrum sit adultera? Et respondetur ꝙ nõ, quamdiu hoc credit: sed si veritate comperta cum eo remanserit, adultera erit, sicut qui possidet rem alienã bona fide. quamdiu credit suam esse, non peccat: sed ex quo scit alienam esse, peccat si eam non restituit. Sequens §. patet.

c ¶Possidere.] Nõ dicit, possedisse. nam post completam præscriptionem non scit se possidere alienum, sed possedisse. nec habet tunc conscientiã rei alienæ: vnde non tenetur restituere: licet Hug. hoc consulat vbi consciẽtia remordet. 27. q. 1. §. 1. & extra de præscrip. cap. vlti.

d ¶Cũ vero scierit.] certũ est quòd in præscriptione exigit continue bona fides, vt extra de pręscri. quoniã omne. Sed quid si postea percipiam, ꝙ ille à quo emerã, non fuit Dominus? si statim restituam eam domino, non possum agere de euictione: vt ff. de euict. si rem. §. 1. Dicunt quidã, quòd debeo subijcere personã, quæ a me petat rem illam, vt à me euincatur. vt ff. de negot. gest. at qui natura. §. cum me absente. sed adhuc eadem videtur restare quæstio: quia ille qui sic à me subiectus est cum non habebat mandatum à domino, potuit obijcere exceptionem procuratoriam: quod tamen non feci. & sponte p[illegible] à me rem euinci. ergo non potero agere de euictione vt d. e. t. illa l. si rẽ. & l. si dictũ. Ad hoc põt dici, ꝙ huiusmodi exceptiones, quæ sunt dilatoriæ iudicij, pot aliquis omittere, sed non illas, quæ sunt dilatoriæ solutionis: vt ff. mand. si fideiussor. ff. quędam. Item qualiter iurabit ille de calumnia, cũ sciet se mala fide possidere? potest dici, ꝙ sub hac forma iurabis. Iuro ꝙ veni ad litigandum causa mei iuris consequendi, vt ff. de bo. lib. si quis liberum. Dominus meus dicit ipsum posse confiteri, ꝙ res non sit sua, quia pudori suo debet parcere. ff. man. quintus. qualiter autem iurabit ille qui submissus est.

Emptor inter præscribendum si percipiat venditorẽ non fuisse dominum qđ faciet.

e ¶Recesserit.] Arg. quod etiam post pręscriptionem ex quo scit rem alienã se emisse, teneatur reddere rẽ præsertim ecclesiæ: cum omne id quod irreprehensibile est, defendit ecclesiæ, vt 25 q. 1. omne quod. argum. dist. 54 generalis. in fine.

HINC ETIAM. Hæc est 5 pars q. in qua quæritur, si aliquis aliquam polluit, quam credit suam vxorem, vtrum peccet? & dicendum ꝙ non. Io. de Fant.

¶Non cogatur legitimam dimittere vxorem, qui nesciens dormiuit cum eius sorore. C. VI.

IN lectum[a] mariti absente vxore soror iuit vxoris: quam ille vxoré putâs suam esse, dormiuit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem[b] veram hoc probauerit[c], quod inscius fecerit hoc scelus: pœnitentiam[d] quidem, quæ sibi indicta fuerit, agat, & legitimum suum cõiugium habere permittatur. Illa vero vindicta digna affligatur, & in æternum coniugio priuetur.

Burch.l.17 c.4. & lib.19.c.273.

[*Item Hermes in libro Pastoris, mandato quarto.*]

PALEA. C. VII.

Ino p.8.c.241. Paon.l.7.c.38. Sent.4. dist.35.

EGo dixi pastori: domine, si quis habuerit vxorem fidelem in Domino, & inuenerit hanc in adulterio; núquid peccat vir, si cum illa concumbit † ? Et dixit mihi. Quamdiu nescit peccatum eius, sine crimine est vir viuēs cum illa. Si autem scit vir vxorem suam deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & coierit † vir cum illa; reus erit peccati eius, & particeps mœchationis illius. Et dixit illi. Quid ergo, si permanserit in vitio suo mulier? & dixit. Dimittat illam vir, & vir per se maneat. Quòd si dimiserit mulierem suā, & aliam duxerit, & ipse mœchatur. Et dixi illi. Quid, si mulier dimissa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reuerti; nonne recipietur à viro suo ? Et dixit mihi. Immo, si non receperit eam vir suus, peccat, & magnum peccatum sibi admittit: sed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit. Ergo non debet dimissa coniuge sua vir aliam ducere. Hic actus similis est in viro & muliere.

† *conuenit*]or. ex1. de adult. si vir.

† *cõiunxit*] or.

¶*In hoc capite emendata, & addita nonnulla sunt ex originali, & cæteris collectoribus.*

6 *De simpliciter vero fornicantibus, vel cum duabus sororibus, vel cum matre & filia; vel cum patre & filio, idem accipiendum: vt ignorantibus coniugia non negentur, scientibus perpetuo prohibeantur.*

Vnde in eodem concilio Triburiensi legitur.

¶Matrimonia non prohibentur contrahere, quorum incestum ignorantia excusat. C. VIII.

SI quis cum duabus[e] sororibus fornicatus fuerit, & sororem soror ab eodem antea stupratam nescierit, vel si ipse α sororem eius, quam antea stuprauerat, non intellexerit; si digne pœnituerint, & se continere non valuerint, post annos septem coniugia illis non negentur. Si autem non ignorauerint[f], vsque ad mortem à coniugio abstineant.

Bur.l.17. c.5.& lib.19.c.273.

¶*Burchardus etiam citat ex Triburiensi, c.9. Et quiddam simile habetur in Triburiensi impresso, c. 45. quemadmodum etiam in Vormaciensi, c.33.*

α ¶Vel si ipse.] *Sic restitutum est ex Burchardo. Antea legebatur,* vel se sororem.

IN lectum.] CASVS. Mulier quædã sub specie sororis suę intrauit lectum mariti sororis, ille deceptus eam cognouit, quærebatur vtrum possit vti vxore sua de cętero? Et respondetur, quod si probauerit quod eam putauerit esse suam vxorem, pœnitentiam agat, & vxore sua vtatur; sed illa grauiter pęniteat & semper contineat. Sequēs §. patet.

Adulteriũ nõ cõmittitur, si cõiugata ignoranter cognoscitur.

a ¶In lectum.] Ex hoc c. colligitur, quod qui cognoscit coniugata ignoranter, non committit adulterium 1. arg. extra de sen. excom. si vero aliquis. nam si locaui militi tanquam pagano ignorans, possum mercedem exigere. non enim disciplinam cõtemnit qui militem ignorauit. ff. locati, si ignorans 2.

1 Adde tex. in l. vxor. cũ ibi not. C. de adul. Cy. in au. hodie cod. tit.

2 De hoc no. extra de hom. significasti.

b ¶Per securitatem.] Id est, iusiurandum. 35. q. 3. extraordinaria. testes enim habere non possunt de huiusmodi. & sic patet, quod per iuramentum probatur ignorantia, vt extra de sen. exc. si vero 2.

Ignorantia iuramento probatur.

c ¶Probauerit.] Arg. quòd allegans ignorantiã eam probabit. 1. q. 1. si quis à simoniacis. 9. q. 1. ordinationes. 3. q. 9. indicas. extra de ele. innotuit.

d ¶Pęnitentiam.] Id est, aliquam satisfactionem ad maiorem cautelam, ne disciplina ecclesię deseratur. 23 q. 5. excommunicatorum. sup. dist. 10. presbyteros. 15. q. 1. si quis insaniens. 2. q. 5. consulisti. su. dist. 10. quia te cõtra. & ideo dicit, scelus. Vel dicit hoc propter speciem facti. nã adulterium sine dolo non committitur. ff. de adul. l. pęn.

Adulteriũ nõ fit sine dolo.

DE SIMPLICITER. Hæc est 6. pars q. in qua dicitur, quod incestuosi voluntarij non contrahant: inscientes autem post pęnitentiam vij. ann. contrahant. Io. de Fã.

SI quis cum duabus.] CASVS. Quidã cognouit sororem eius cum qua fuerat fornicatus: quærebatur vtrum possit vnquam contrahere? Et respon. si veritatem ignorabant, post pœnitentiam vij. ann. possunt. Si autem sciebãt, nũquam possunt. Sed duo c. plana sunt, & ea per te videbis.

e ¶Siquis cum duabus.] sup. 32. q. 7. si quis viduam, & c. siquis cum nouerca.

f ¶Non ignorauerunt.] Sed quare prima punitur: quia forte

Item ex eodem.

¶De eodem. C. IX.

inf.35.q.2.si qs cum matre. Burc.l.17.c.12. Iuo p.9.c.72.

SI quis cum matre, & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre; ille nunquam accipiat vxorem: illæ vero, si voluerint, accipiant maritos. si autem hoc scierint [a], ipsæ fœminæ, absque maritis perpetuo maneant.

¶*Gratianus hoc idem caput, quod hic citat ex Triburiensi, infra 35.q.2. refert ex concilio apud Vermerias; itemque Burchardus, & Iuo sententia habetur in Vormaciensi, c.63.*

Item in eodem.

¶De eodem. C. X.

Concordat Triburien.impressum.c.41. Burc.l.17.c.16. Iuo p.9.c.76. † *al. resciscere-ret*

QVidam fornicatus est cum quadam muliere: postea filius nesciens factum patris, stuprauit eandē. Quod cum pater resciret† de se, filioque [b] confessus est. Statuerunt melius esse, vt taliter lapsis, [c] cum digna pœnitentia, legitima permittantur coniugia; quàm forte deterius delinquant. Fornicaria autem sine spe coniugij maneat.

CAVSA XXXV.

QVidam vir mortua uxore sua aliam sibi in matrimonio copulauit, quæ vxori defunctæ quarto gradu consanguinitatis, viro autem sexta linea† adhærebat. Post triennium uero liberis ex ea susceptis accusatur apud ecclesiam: iste prætendit ignorantiam.

† *al. linea cognationis*

1 *Hic primum quæritur, si liceat aliquam ex propria cognatione duci in uxorem.*

2 *Secundo, si ex consanguinitate uxoris aliqua possit in coniugem duci.*

3 *Tertio, usque ad quem gradum debeat quisque abstinere siue a proprijs, siue ab uxoris suæ consanguineis.*

4 *Quarto, quare usque ad sextum gradum consanguinitas computatur, ita quod nec ultra protenditur, nec infra subsistit.*

5 *Quinto, quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt.*

6 *Sexto, qui iureiurando propinquitatē firmare debeant.*

7 *Septimo, an illi, qui de incestuosis nati sunt, filij reputentur.*

8 *Octauo, si ignoranter de consanguinitate, uel affinitate aliqua in uxorem ducta est, an ex dispensatione possit uiro suo adhærere.*

9 *Nono, si contigerit ecclesiam decipi, & causa consanguinitatis aliquam à uiro suo separare, quæ post quadrie nium nuptijs hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda coniugia sint rescindenda, & priora sint redintegranda.*

10 *Decimo, si relicta alicuius de propria cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta possit pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris uiri.*

forte post cognitam fornicationem sororis iterū fornicata est cum illo, vel quia celauit crimen suum sorori cum sciret eā sic facturam, vt infra pro xi. causa. q.2. si quis, similiter intelligas in sequen. cap. Sed hæc solutio reprobatur infra prox. q.2. si homo.

a SI quis.] ¶Hoc scierint.] Vt sup. 33.q.2. si quis cū duabus. contra. sed solue vt ibi. Vel aliud est vbi cum duabus sororibus, vt ibi: aliud vbi cū matre & filia, propter identitatem personæ infra prox. caus. q.3.c. contradicimus. § hac auctoritate. & insuper postea se cognosci ab illo permiserunt.

b QVidam.] ¶De se filioq;.] Filio quidem confitente & præsente in iudicio, alias nō p̄iudicaretur filio. extra de adult. significasti. 15. q.5. presbyter.

c ¶Lapsis.] Quia pater cognouit eam postea.

QVidā vir.] CASVS. Expeditus fere oībus impedimentis matrimonij, quasi in extremis agit de consanguinitate, & affinitate, qa de hoc Impedimento plura erant dicenda. Ostendit ergo G. vsque ad quotum gradum prohibeatur copula cōsanguineorum, vel affinium: & qualiter gradus computentur in consanguinitate, & affinitate, & quibus accusantibus matrimonia talia sunt dirimēda. Vt aūt hæc & alia faciat præmittit thema, de quo x. elicit quæstiones. verū quia pauca e de hac causa leguntur, & maxime vsque ad 7. q. ideo ego Bart. Brix. nihil, vel fere nihil in hac causa mutaui, sed ne de hoc opere aliquid prætermittatur, qd̄ scriptum inueni, solūmodo diligēter correxi. Leges autem c. in quibus inuenies

uenira poſitum apparatum, cum omnia alia fere ſint abrogata per Innocẽtium niſi in 6.9.& 10 q̃ſtionibus.

a Q Vod aũt conſanguineas.] Hic depingiẽ q.prima, an ſ. liceat alicui ducere cõſanguineã ſuã? Sup hoc dicit H ꝙ in linea trãſuerſali extenditur ꝓhibitio vſque ad 7.gradum.hodie vſq; ad quartum. extra eo. nõ debet. in linea vero deſcendente vſq; i infinitũ inſt. de nupt § 1. vbi dicit in infinitũ. vñ ſecũdũ eũ Adã ſi hodie viueret, nõ poſſet cõtrahere cũ aliqua i Alij vero nõ faciũt differentiã inter lineã trãſuerſalẽ & aſcendẽtẽ.arg. infr.ea.q.5.ad ſedem. ver.illa quoq;. ibi vltra quos nec conſanguinitas reperiẽ. Procedit aũt G. hoc modo in qõne iſta. Primo probat, ꝙ conſanguineæ duci poſſunt, & hoc vſq; ad [§ his ita.] Secundo probat contrarium vſque ad [§.hae itaque.] Ab illo loco vſq; ad finem qõnis ponit diuerſas ſolutiones, quare in veteri teſt. nõ fuit prohibitum, & modo ſit prohibitum conſanguineam ducere.

Cõſanguinitas vſque ad quotum gradũ impedit matrimonium.

Adã ſi viueret. vxorẽ habere non poſſet.

i Concor. rex.in l.nupt.ç 3.& ibi bona gl. ff. de nup.

b ¶Vxoris.] Hoc pertinet ad ſecundã quæſtionem, non ad hãc.

c ¶Conſobrini.] Melius diceret, fratris patruelis: quia Batuel & Sara de duobus fratribus fuerunt, ſ. Nachor & Arani.

IN LEGE. Hiſtoria legitur in lib. Numer ꝙ de præcepto Domini numerati sũt filij Iſrael, vt eis daretur terra ꝓmiſſionis:& præterita eſt dumus Salphaat:quia non reliquerat filium:quod audientes quandoque ipſius filiæ ſteterunt ad oſtium tabernaculi coram Moyſe & Eleazaro & alia multitudine,& dixerunt, Pater noſter mortuus eſt in deſerto pro peccato ſuo, non habuit mares filios, cur tolitur nomen eius de familia? date nobis poſſeſſiones inter nos & cognatos noſtros. retulit Moyſes cauſam earũ coram Domino,qui dixit: Iuſtam rem poſtulant,danda eis. Earum ergo cognati dixerunt Moyſi, ſi nupſerint viris alterius tribus: quia filij patris familiam ſequuntur,minuetur hæreditas tribus Ioſeph. & reſpondit Moyſes, ex præcepto Domini, nubant quibus uolunt:tamen ſuæ tribus hominibus. & viri ducant vxores de tribu ſua, & cuncta fœminæ maritos de eadem tribu accipient.

d ¶Præcepit.] Hæc fuit vna cã, quare copula conſanguineorum fuit permiſſa,ſ.ne ducerent alienigenas 2.

a Quia per eas irẽt ad Deos alienos vt 28. q.1.in prin. ci. Arch.

e ¶Peruenit.] Aliàs non tenetur 82. diſt. propoſuiſti. Ex hoc patet Iudæos canonibus non ligari.

f ¶Præceptis.]Supr.32.q.4.dixit.

g ¶Apoſtolicis.]id eſt,apoſtolorũ, vt inf.e.§.vlt.in fi. vbi exponas apoſtolis,id eſt Apoſtolorum.

h ¶His ita] Hucuſque allegauit: modo reſpondet & ſoluit hoc tantum de cauſa neceſſitatis,in ſequenti vero § exequitur de alijs.H.

i ¶Neceſſitatis.]Vt in princ.

k ¶Ce-

QVAESTIO PRIMA.

QVod autem conſanguineas[a] noſtras, ſiue vxoris[b] noſtra in coniugium nobis ducere liceat, exemplis,& auctoritatibus probatur. Abraham namque Sarai filiam fratris ſui, ſororem videlicet Loth in coniugem duxit. Iſaac Rebeccam in vxorem accepit,qua erat filia conſobrini[c] matris ſua. Iacob duas ſorores, Liam videlicet, & Rachel filias Laban auunculi ſui ſibi matrimonio ſociauit. ¶ In lege quoque pracepit Dominus Moyſi, vt nullus duceret vxorem, niſi de propria tribu, & familia. Item ſi aliquis abſque liberis moreretur, pracepit[d] Dominus, vt frater eius vxorem defuncti ſibi copularet, & ex ea ſemen fratri ſuo ſuſcitaret. Porro ad quoſcumque lex ipſa peruenit[e], eius praceptis[f] probantur obnoxij,niſi qua vel Euangelicis mandatis, vel Apoſtolicis[g] inſtitutis euacuata monſtrantur. Nullo autem Euangelij pracepto, vel Apoſtolico inſtituto conſanguineorum coniunctiones prohibita inueniuntur. Vnde ſicut ab initio, ita & nunc licita probantur. ¶ His ita[h] reſpondetur. Conſanguineorum coniunctiones aliàs cauſa neceſſitatis[i] permiſſa, aliàs cauſa iuſta rationis inueniuntur imperata †. Cum enim vnus uir ab initio,atque una ex latere eius mulier à Deo formaretur, neceſſario ſorores fratribus copulabantur. Quod autem cogente neceſſitate ſit, ceſſante[k] neceſſitate pariter ceſſare oportet. Tanto ergo nunc damnabilius uſurpatur conſanguineorum coniunctio; quanto minus neceſſaria probatur. Vnde huiuſcemodi copula poſtea lege prohibita inuenitur, Domino dicẽte per Moyſem[l]: [Turpitudinem ſororis[m] tua non reuelabis.]

Gen. 11. Gen. 24. Gen 29. Num. 36. Deut. 25.

† al. impetrata

Leuit. 18.

Hinc Auguſtinus[n] ait in lib. de ciuitate Dei 15.c. 6.

¶Quare conſtitutum ſit,ne conſanguineas ducamus uxores. C. I.

CVm igitur genus humanum poſt primam copulam

Iuo p.8.c 39. Pann.l.7.c.52. Gen. 2.

k ¶Ceſſante.] Supra 1.q.1. quod pro neceſſitate & q. vlt quod pro remedio.

l ¶Per Moyſem.]Glo.ſuper Leuiticũ c 18.primo quidem propter hominum raritatem tantum duas perſonas Dominus excluſit à coniugio, ſcilicet vt nec filius matri,nec filia patri,copularetur. Sub lege vero excepit fere xii.matrem,nouercam,ſororem,neptem,amitam, materteram, vxorem patrui, vxorem fratris. ſed hoc recipit determinationem:,8.q.1. olim,priuignam, filiam priuignæ,ſororem vxoris. paucas tamen excluſit, vt multipl carentur homines.Sub tẽpore vero gratiæ plurimæ excluduntur.extra eod.cap. non debet.

Matrimonium inter paucas perſonas olim fuit prohibitum.

m ¶Sororis.] Sed nomine ſororis ſecundum vet. teſt. neptis intelligitur,vt 22.q 2. quæritur. quomodo ergo Abraham duxit neptem ſuam,vt in prædicto c.colligitur? Dic ꝙ Abraham legem præuenit, & ideo non cõmiſit in legem,vt 32.q 4.dixit.

n ¶Nunc Auguſtinus.] Id eſt, ad oſtendendum quòd cauſa neceſſitatis permiſſæ ſunt conſanguineorum copulæ,&c.

CVm igiẽ genus.] CASVS. Quærebaẽ cũ olim ſorores ducerent licite, quare nõ licet hodie. Et rñdet Aug.

Aug. ꝙ cum non erant nisi filij Adæ, & eius filiæ, ad multiplicandū genus humanū oportuit, ꝙ fratres ducerēt sorores suas, & ēt factum fuit causa charitatis dilatandæ, vt qs plores haberet amicos: & postea cessante necessitate fuit ꝓhibitum, & à gentibus obseruatū.

a ¶Religione.] Argu. quòd consanguinitas non impedit matrimonium, sed constitutio ecclesiæ infra ead. quæst. 3 coniunctiones. & extra de diuort. gaudemus. frigiditas enim sola, & coactio, & error personæ (cum non sit ibi consensus) matrimonium impediunt sine constitutione ecclesiæ. Item pupillaris ætas, & membri abscissio.

Matrimonium multipliciter impeditur sine constitutione ecclesię.

a ¶Re-

viri facti ex puluere, & coniugis eius ex viri latere, marium, fęminarumque coniunctione opus haberet, vt gignendo multiplicaretur, nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent; viri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate; tanto postea factum est damnabilius religione [a] prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines, quibus esset vtilis, atque honestissima † [b] concordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vna multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius colligandam † plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe, & socer duarum sunt necessitudinum [c] nomina. Dum ergo habet *a* quis alium patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. Vtrumque autem unus Adam esse cogebatur &, filijs & filiabus suis, quando fratres, sororesque connubio iungebantur. Sic & Eua uxor eius utrique sexui filiorum fuit & socrus, & mater: quæ † si duæ fęminæ fuissent, mater altera, & socrus altera; copiosius se socialis dilectio colligaret. *& infra.* ¶ Sed hoc, unde fieret, tunc non erat: quando nisi fratres & sorores ex duobus illis primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit, quando potuit, ut existente copia inde ducerentur uxores, quæ non erant iam sorores: & non solum istud ut fieret, nulla necessitas esset, uerum etiam, si fieret, nefas [d] esset. *& infra.* ¶ Quod humano genere crescente, & multiplicata etiam inter impios Deorum multorū, falsorumque cultores sic obseruari cernimus, ut etiam si peruersis legibus [e] permittantur fraterna [f] coniugia: melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam, & cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis tēporibus omnino licuerit; sic auersetur, quasi licere nunquam potuerit. *& infra.* ¶ Copulatio ergo maris & fęminæ, quantum attinet ad genus mortalium quoddam seminarium *ϲ* est charitatis: cælestis uero ciuitas [g] opus habet, ut noxam generationis euadat [h].

† honesta] corrig.

† al. colligendam

† al quid

a ¶Dum ergo habet] *In codicibus B. Augustini impressis, & apud Iuonem, & in Pannormia legitur.* Vt ergo alium quisque habeat patrem *Sed visa est melior lectio Gratiani.*

ϲ ¶Seminarium] *Iuo & Pannormia habent cætera vt Gratianus: tantum loco,* charitatis *habent,* ciuitatis *Integer vero locus B. Augustini hic est:* Copulatio ergo maris & fęminæ, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium est ciuitatis. Sed terrena ciuitas generatione tantummodo, cælestis autem etiam regeneratione opus habet, ut generationis noxam euadat *Verum ob glossam uer* ciuitas. *nihil est mutatum. Alia vero multa ex ipso potissimum originali sunt emendata.*

Hac itaque consuetudine, quæ ab ipso exordio humanæ propagationis originem habuit, quam nulla lex contra iubendo euacuauerat, excusantur Abraham, Isaac & Iacob, & cæteri, qui de propria cognatione ducebant vxores. Quā

b ¶ Honestissima.] hic est arg. ꝙ affinitas non surgat ex coitu fornicario. nam illa concordia non est honestissima. nam infideles sunt ipsæ fornicariæ. 33 q. 4. quotiescumque. Item est ex hoc cap argu. ꝙ si hodie vnus solus homo esset cum sorore sua, posset eam cognoscere licite, & sobolem suscitare. nam tunc non ad a, reuolaret. 35. di. ab exordio. & esset etiam religiosis hoc facere. 32. q. 4. dixit Sara. Item est ar. ex hoc cap ꝙ diuersitas temporis diuersitatem factorum inducit. 23. q. 4. si ecclesia.

Frater ex sorore si casu posset ꝓlem suscitare.

c ¶ Necessitudinū.] Id est, dilectionum.

d ¶Nefas esset.] Id est, execrabile haberetur post prohibitionem. L.

e ¶Legibus.] Secundum leges enim hoc permittitur. C. de nu. l. celebrandis & infr. ea q. 3. quędam lex. 1

f ¶Fraterna.] Id est, inter duorum fratrū filios.

1 Caueas tibi o canonista simplex ab eo, quod hic legitur & no. cum textus dicat, fraterna coniugia, vt plenius videre poteris in Archid.

g ¶Ciuitas.] Quia nō est opus ea quantum ad ciuitatem militantem, sed triumphantem: vbi neque nubent, neque nubentur. 31. q. 1 Deus.

h Euadat.] Id est, liberetur ab originali peccato, cuius causa contrahitur ab ipsa generatione.

HAC ITAQVE CONSVETVDINE. CASVS. Prosequitur magister solutionem suam, & ostendit in hoc §. quòd copula consanguinitatis olim præcepta fuit propter idololatriam fugiendam: & quæ fuit olim permissa causa mysterij nunc est prohibita. Præmittit tamen quandam specialem causam quare ante legē

fuit

fuit legitima talis copula: quia adhuc nõ erat lex, quæ hoc prohiberet, & sic excusat patriarchas, qui duxerunt in vxores consanguineas. & hoc triplici ratione, scilicet, quia nondum erat prohibitum, & vt idololatria vitaretur, & vt in populo Dei ecclesia instimeretur. sed non indigerent excusatione: quia licitum erat de iure naturali. Prima excusatio est in principio Secunda ibi, [Quamuis.] Tertia ibi, [Est autem alia.]

ILLVD AVTEM. CASVS. Hic respondet obiectioni factæ in 1 §. & duplicem subijcit responsionem. [sed cum omnia,] Hæc est prima [quamquam,] Hæc est secunda & verior q. sic respondeat, [quamquam] & aliter possit responderi. scilicet, quia sicut, &c.

i ¶Il-

nis etiam alia causa rectissimæ rationis, qua id factum sit, possit intelligi. Cæteris idololatria fœdatis, sola familia[a] Heber in cultu vnius Dei remansit. Vnde Abraham à Chaldæis[b] cum fratre suo Aram in ignem, quem adorare noluit, proiectus est, vt numen suæ diuinitatis exurendo sentiret, quem venerando colere contempsit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad idololatriam prolaberentur, & ita Deum offenderent, sicut quondam ante diluuium filij Dei[c] commisti filiabus hominum, ipsum ad iracundiam prouocauerant; rectissime cautum est ut Patriarchæ viri sanctissimi non nisi de propria cognatione, id est de familia fidelium sibi vxores acciperent. Hinc etiam cum filij Israel intraturi terram promissionis à Domino audirent ne filias Chananæorum sibi in uxores acciperent, nec suas eis nuptui traderent; statim subiunxit Dominus: [ne faciant nos recedere à Deo nostro, & fornicari cum Dijs alienis.] Hinc etiã Esdras, Idumæas atque aliarum nationum mulieres, per quas filij Israel ibant ad Deos alienos, ab eis separari iussit. Est etiam alia causa, quare consanguineorum coniunctiones in populo Dei primum permissæ, uel potius impetratæ fuerunt. Deus.n. sic ab initio salutem humani generis dispẽsauit, ut primitiuam ecclesiam in illo populo institueret, qui sibi carnis consanguinitate erat propinquus. Vnde de plebe iudaica primum Apostolos elegit, quos quasi fundamentum ecclesiæ instituit, quorum prædicatione de eadem plebe multi ad Deum conuersi, in seipsis originem ecclesiæ per stiterũt. Deinde in cæcitate suæ perfidiæ iudaica plebe relicta ad gentes, quæ tam fide, quàm cognatione carnis à Christo[d] erant alienæ, prædicatio Euangelica translata est: & quasi consanguineæ copulam Christus aspernatus, de aliena cognatione sibi uxorem elegit, adimplens illud, quod per prophetam promiserat: [In peccatis[e] vestris dimisi matrem vestram[f], quasi adulteram & repudiatam[g].] Et item per alium prophetam[h]: [vocabo non plebem meam, plebem meam.] In huius ergo rei sacramentum consanguineorum coniunctiones primum in Dei populo permissæ sunt: nunc autem prohibitæ. Et quia non in vna familia tantum, sed in omni multitudine gentium populus fidelium inuenitur; non de propria cognatione, sed de qualibet alia cuique uxorem ducere conceditur. ¶ Illud autem[i], quod præcepta legis seruanda dicuntur, quæ nec Euangelicis, nec Apostolicis institutis euacuata probantur; verum quidem est: sed cum omnia figuralia Apostolus probet ad tempus esse data, atque ideo veniente veritate affirmet illa non vltra esse seruanda, hoc autem, vt supra monstratum est causa sacramenti à Deo institutum esse probetur: & hoc cum cæteris figuralibus euacuatum certissime constat: quamquam, sicut Apostolus quæ

Gen. 11. — Gen. 6. — Deuter. 7. — 1. Esdra 10. — Esa. 50. — Osea 4. — Osea 2. — Rom. 9. — Gal. 5.

Hebræi vnde dicunt.

a ¶Familia Heber] A quo descendit Abraham Vnde & Hebræi dicti sunt, secundum Iosephum. secũdum Augustinum dicuntur Hebræi quasi Abrahæi ab Abraham.

Chaldæi ignem pro Deo colebant.

b ¶A Chaldæis.] Hi ignem pro Deo colebant: quia sicut dicitur Deus esse vbique Ita ignis in omni loco etiam in lapidibus inuenitur, ideo Deũ dicebant ignem: vnde dixit: ego sum, qui eduxi vos de Hur Chaldæorum. vnde Abraham compulsus est cum fratre suo adorare ignẽ: & quia noluit, in ignem proiectus est, vt numen suæ diuinitatis sentiret. sed quia non dubitauit, quòd Deus non erat ignis, ideo de igne exiuit illæsus, Aram, qui dubitauit, dicitur, quòd sit combustus.

Filij Dei & filij hominum qui dicuntur.

1 Qui successit loco Abel.

c ¶Filij Dei.] Filij Dei dicti sunt qui descendunt de familia Seth 1: quia non colebant idola amore vxorum suarum: & ideo concessum fuit eis vt acciperent uxorem de tribu sua. filij Cain, qui colebant idola, dicti sunt filij hominis.

d ¶A Christo.] Non tamen ex toto: quia omnes ex eodem parente descendimus.

e ¶In peccatis.] Vestris, ò Iudæi.

f ¶Matrem vestrã.] Id est, synagogam.

Sacramentum fuit inter Christũ & synagogam.

g ¶Et repudiatam.] est arg. hic, quòd sicut per auctoritatem Domini separatum fuit sacramentum, quod fuit inter Christum & synagogam: ita hodie auctoritate Domini posset matrimonium separari.

h ¶Prophetam] Scilicet Oseæ 4. c. vnde expone, id est per aliam prophetiam eiusdem Oseæ.

i ¶Illud autem.] Hic respondet 2 tacitæ obiectioni factæ in 1. §. nam videtur esse præceptum, quòd accederet ad personas non prohibitas: sicut ad fratris vxorem. 8. quæst. 1. olim.

2 Et duplicem subijcit responsionem. H.

a ¶Con-

a ¶Consulẽdo.] Sicut de consilio nubẽdi, & de non dimittenda infideli. 28. quæstio. 1. sic enim.

Via ergo.] CASVS. Hic doctores sine arte docẽtes multa scripserũt de consanguinitate & affinitate: de quibus cõmodius dicetur infr. ea. q. 5. & sufficit si hic soluantur secunda quæstio & tertia: quæ ideo simul tractantur, quia quædam cap. promiscue loquebantur de his, vt inf. ea. q. nullum. & cap. æqualiter tertiæ quæstionis, quam Grat. præmittit hic. & secũdæ est hæc solutio, quod non debet quis contrahere cum consanguinea sua in linea transuersali vsque in vij. gradum. in recta autem linea supra vsque in infinitum, secundum Bene. & H. vt infra eadem quæst. nulli. & separatur contractum, vt infra ead. quod qui propinquam, ita nisi à Papa fuerit dispensatũ, vt inf. eadem. quæst. §. sed idem. & c. quædam. §. quod scripsi. & q. 5. ad sedem. Secundæ quæstionis solutio apparet ex eo quod dicitur inf. ead. q. nullũ æqualiter.

dam consulendo [a] *addidit, quæ Euangelicis præceptis non inueniebantur definita: nec tamen ideo tanquam temeraria, uel superflua ab alijs Apostolis sunt repudiata; sic & ecclesia post Apostolica instituta, quædam consilia† perfectionis addidit, utpote de continentia ministrorum, de confectione mysteriorum, de celebratione officiorum: quæ nullatenus respuenda sunt, sed diligenti ueneratione suscipienda. Consanguineorum ergo coniunctiones, quamuis Euangelicis, & Apostolicis præceptis non inueniantur prohibitæ, sunt tamen fugiendæ, quia ecclesiasticis institutionibus inueniuntur terminatæ†.*

†*al. consilio*

†*al. interminata*

QVAESTIO II. & III.

Via ergo à consanguineorum [b] *coniunctionibus, sicut probatum est, abstinere oportet; videndum est usque ad quem gradum à consanguineis proprijs abstinere oporteat, uel si ex cognatione propria uxoris aliquam duci in uxorem liceat.*

De his ita scribit Gregorius Papa in concilio [a] *Meldensi.*

a Concilio Meldensi.] *Burchardus, Iuo, auctor Pannormiæ citant tantum ex concilio Meldensi. Magister Gregorium: Polycarpus ita habet,* Gregorius in decretis. *Ac fieri facile potuit. vt Gregorij decretum in aliquo Meldensi concilio referretur: unde orta sit illa Gratiani citatio.*

b ¶Quia ergo à consan.] Quæ dicuntur in hac quæstione, fere per totum sũt correcta per constitutionem nouam, quæ incipit, non debet, extra de consan. & affinit. nec est opus ea legi. B.

¶Vsque ad septimam generationem nullus de sua cognatione ducat uxorem. C. I.

Concor. Nicol. I cõc. Roman. Sent 4. dist. 41. Poly l 6. tit. 4. Burc. l. 7. c. 16. Iuo p. 9 c. 51. Pann. l. 7. c. 81.

De affinitate † consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita, usque ad septimum [c] gradum protendit hæredum successionem. Non enim succederent, nisi eis de propagine cognationis deberetur.

† Adde affinitatem pro propinquitate hic accipi. si. est in l. sancimus. C. ne pœni.

De affinitate.] CASVS. Statutum est vt consanguinitas vsque ad vij. gradum obseruetur: quia per leges hæreditas cognationis vsque ad hunc gradũ defertur.

c ¶Ad septimum.] imino vsque ad decimum gradum defertur hęreditas, vt infra ea. q. 5. ad sedem. sed potes dicere, quod minor numerus non excludit maiorẽ: non enim qui minora cõcessit, prohibuit maiora. 27. quæst. 2. sunt qui dicunt, sic 95. dist. illud. 50. distin. si quis diaconus. ff. de arbit. diem. §. si plures. arg. contra. 31. q. 1. quomodo. ff. de vulga. & pup. subst. ex facto. §. item quæro 1. Vel dic quod loquitur hic de cognatis, qui de iure prætorio succedunt vsque ad vij. gradum, vt instit. de succes. cogn. §. vltimo.

Numerus minor nõ excludit maiorem.

1 Ibi dicit quod qui decedit intra annum x. nõ dicitur decedere intra xiiij. Arch.

Item Calixtus Papa epist. secunda ad episcopos Galliæ.

¶Infamia notentur, qui consanguineas ducunt uxores. C. II.

Poly. ibidem. Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 9. c. 22.

Coniunctiones consanguineorum fieri prohibete: quando has & diuinæ, & sæculi prohibent leges. Leges ergo diuinæ, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, nõ solum eijciunt, sed & maledictos appellant. Leges vero sæculi infames tales uocant, & ab hæreditate repellunt. Nos uero sequentes patres nostros, & eorum uestigijs inhærentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi: nec eos uiros, nec accusationes eorum, quos † leges sæculi reijciunt, suscipere debemus. & *infra*. ¶Eos autem consanguineos dicimus, quos diuinæ, & Imperatorum†, ac Romanorum, atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæredita-

Simile in cõcilio Inocẽtij ij.

†*al. quas*

†*al. Imperatorum Romanorum*

Coniunctiones.] CASVS. Cõtraxerant

te suscipiunt, nec repellere possunt.

Item Fabianus Papa.

¶Affines in quinta generatione copulari possint: in quarta si fuerint inuenti, non separentur. C. III. — Sent. 4. dist. 41.

DE propinquis, qui ad affinitatem per virum, & vxorem veniunt, defuncta vxore, vel viro, in quinta generatione coniungantur: in quarta, si inuenti fuerint, non separentur. In tertia vero propinquitate non licet vxorẽ alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir coniungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & vxoris suæ consanguineis post mortem suæ vxoris.

sup. e. c. æqualiter. Polyc. l. 6. t. 4. ex Iulio.

Idem.

C. IIII.

QVi propinquam sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis, quamdiu vtrique uiuunt, alias uxores sibi in coniugio sociare: [nisi ignorantia excusentur.]

Fortasse ista Gratiani.

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶Non prohibetur ducere vxorem, qui ignoranter incestum committit. C. V.

SI quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre; ille nunquam accipiat uxorem; illæ uero, si uoluerint, accipiant maritos. Si autẽ hoc scierint ipsæ fœminæ, absque maritis perpetuo maneant.

su. 34. q. 1 & 2. Si quis cũ matre.

¶*De capite hoc dictum est supra 34 q. 1 & 2.*

Item ex eodem.

C. VI.

SI homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens eandem duxerit uxorem; frater eo quòd fratri crimen celauerit, septem annos [c] pæniteat, & post pœnitentiam nubat. Mulier autem usque ad mortem pæniteat, & sine spe coniugij maneat.

Burc. l. 7. c. 14. Iuo p. 9. c. 71.

¶*Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio apud Vermerias c. 5. sententia vero habetur in Triburiensi. c. 44.*

c ¶Septem annos.] *Hæ duæ voces absunt à Burchardo, & Iuone. Apud Burchardum tamen libro 19. c. 5. vbi sacerdos de hoc peccato interrogat pænitentem, et consilium dat, hæc leguntur:* si fecisti, eo quòd fratrem tuum crimen celasti, septem annos per legitimas ferias pæniteas. *In Triburiensi autem,* prædura arceatur pœnitentia, & condigna castigatione.

De his uero qui ignoranter coniunguntur, cæteræ auctoritates intelligendæ sunt.

Vnde Iulius Papa.

¶Ex propinquitate sui sanguinis, uel uxoris vsque in septimum gradum nullus ducat uxorem.

C. VII.

NVllum in utroque [a] sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, uel uxoris vsque ad septimum generis gradũ vxorem ducere, uel incesti macula copulari †. Præterea quoq; illud adiecimus, quoniam sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris suæ coniugem ducere propter carnis unitatem [b].

Sent. 4. dist. 41. Burc. l. 17. c. 13. Iuo p. 9. c. 49. Panu. l. 7. c. 79. † al. commaculari. — sup. 27. q. 2. quæ ... ... latam.

---

rant quidam cum cõsanguineis suis matrimonium: quærebatur utrum isti essent ad accusationem recipiendi, & utrum eorum filij essent legitimi? Et respondet quod non; quia huiusmodi matrimonia in lege & canone sunt prohibita: & canon taliũ filios non appellat legitimos, & lex tales vocat infames.

DE propinquis.] CASVS. Titius & Titia consanguinei erant: eis mortuis uxor Titij & maritus Titiæ uoluerunt contrahere: quæritur utrum possint? Et respondetur, si in quinto gradu erant, possunt: sed si in quarto, non contrahant: si tamen contraxerint, non separentur. in tertio vero gradu nõ contrahant aliquo modo: consanguineas uero uxoris sicut proprias debet quis uitare.

SI quis cum.] CASVS. Hoc capitu. habetur. supr. proxi. qõ. 2. circa finem causæ.

NVllum in utroque.] CASVS. Prohibetur hic: ne quis contrahat matrimonium cum sua uel uxoris suæ consanguinea usque ad septimum gradum.

a ¶Nullũ in utroq;] loquitur de illud in primo genere affinitatis.

b ¶Vnitatem.] Ergo tantum per carnis cõmistionem contrahitur affinitas. inf. e. sane. quod H. dicit t. sed tamẽ prohibetur contrahere cum aliqua consanguinea illius, propter publicæ honestatis iustitiam, ut 27. qõ. 2. si quis uxorem. Sed contra 4. qõ. 3. ca. placuit. §: item in criminali. & c. si testes. §. Item lege. sed ibi gener appellatur sponsus: non quod reuera sit, sed quo ad quoddam beneficiũ.

Affinitas tantum per carnis commistionem cõtrahitur. t Argu. contra sup. e. q. t. c. t. ubi de hoc in glo. hic est arg. ibi plene ui xi, & ibi uideas. pro dicto hoc facit dictum Apostoli dicẽtis: Qui adhæret meretrici unum corpus cum ea efficitur. Arc.

De

DE incestis coniunctionibus.] CASVS. Querebatur de his, qui per incestum cõtraxerunt: vtrũ sine separatione possent veniã impetrare? Et respondetur, quod nõ: & enumerantur personæ cũ quibus quæ contrahunt, incestuosi sunt, & cum catechumenis vsque ad satisfa ctio-

¶*Caput hoc vsque ad vers.* Præterea *Burchardus, Ivo, & Pannormia (nam magister vt Gratianus) citant ex concilio Aurelianensi, c. 10. Ac sane in 3. Aurelianensi impresso, c. 10 multa leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua vero huius capitis pars in Pannormia (nam cæteri collectores non habent) ex eodem concilio refertur: sed à Gra. supra 27. q. 2. c. qui desponsatam, tribuitur Gregorio.*

Etiã Arel. 3. c. 2. in Epaunensi c. 30. in Turonico. 2. c. 22. in c. adiectis, c. 100.

Item ex concilio Agathensi, c. 61.

¶Incestuosi nullo sunt digni nomine coniugij.
C. VIII.

Burc. l. 7. c. 4. Ivo p. 9. c. 25. & 40.

DE incestis [a] coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus [b], nisi cum adulterium [c] separatione sanauerint. Incestuosos † vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestũ [d] est. ¶Hos enim α censemus esse: si quis relictam fratris (quæ pene prius soror extiterat) carnali coniunctione polluerit: si quis frater germanam vxorem acceperit: si quis nouercam duxerit: si quis consobrinæ [e] suæ se sociauerit: si quis relictæ [f], vel filiæ auunculi misceatur, aut patrui filiæ, aut priuignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam cõsanguineus habuit concubitu [g] polluerit, aut duxerit vxorem. Quos omnes [h] & olim, & † nunc sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos [i] vsque ad legitimam satisfactionem manere, & orare [k] præcipimus. Quod ita præsenti tẽpore prohibemus, vt ea, quæ sunt hactenus constituta † [l], non dissoluamus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebũt β [m] ineundi melioris coniugij libertatem.

† al. incestos

† al. atq; sub hac

† al. instituta

α ¶Hos enim] *Ita est in Agathensi. In Arelatensi autem 3. c. 2. (vbi idem repetitur) & apud Ivonem hæc coniunguntur cum superioribus, & legitur,* hos esse *In Epaunensi c. 30. (in quo idem tractatur argumentum) ductus orationis longe diuersus est. In secũdo autem Turonico, c. 21. (vbi refertur caput illud concilij Epaunensis) ita scribitur:* Incestus vero, nec vllo coniugij nomine prædicandos, præter illos, quos denumerare funestum est, hoc esse censemus. *In capitularibus adiectis c. 200. sunt nonnulla partes huius capitis ex epistolis Gregorij Papæ B. Bonifacio archiepiscopo Moguntino missis.*

β ¶Habebunt] *Sic in Agathensi, & apud Ivonem In Epaunensi legitur,* non habebunt. *Sed in Turonico, in quo citatur Epaunense,* habebunt. *Sic etiam infra q. 8. c. hæc salubriter. Ex Gregorio In capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur:* Sed quibus illicita cõiunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 4.

c ¶Cum adulterium.] Id est, fornicationem 1. 32. q. 4. nemo.

d ¶Funestũ.] i. turpe, & indecẽs. su. 34. dis. presbyteri.

e ¶Consobrinæ.] Consobrini dicuntur quasi consorores, hi sunt proprie duarum sororum filij a. sobrini vocantur consobrinorum filij.

f ¶Aut priuignę suę.] patrui: & secundum hoc exaudi de priuigna ex secundis nuptijs. Vel dic, suę, id est, propriæ.

g ¶Concubitu.] Arg. quod affinitas contrahitur per coitum fornicarium sicut per legitimum, vt inf. ca. nec.

h ¶Quos omnes.] multi alij sunt, qui non numerantur hic.

i ¶Et inter catechumenos.] De hac materia dicunt quidã speciale esse in incestuosis, qui non debent admitti vsq; ad Missam catechumenorũ tantum. nam dicunt eos suspensos ipso iure quantum ad hoc: sicut simoniacus, quilibet suspẽsus est quo ad diuina officia. 1. q. 1. qui studet. & cap. quibusdam. de consec. dist. 1. episcopus nullum. abrogatum est. nam dicunt, quòd Iudæus, sarracenus, hæreticus non præcisus bene possunt stare vsque ad Missam catechumenorum. arg. de cons. dist. 4. Iudæi. nec contradicit 11. q. 3. cum excommunicato & 1. q. 1. non liceat. nam omnia illa intelliguntur de præcisis, id est, nominatim excõmunicatis, vel de illis. qui sequuntur hæresim iam damnatam.

k ¶Et orare.] Supra dist. 25. cap. 1. contra. inf. de consec. dist. 4. eos quos: contra. sed ibi grauius fuit delictum, & ideo 3 &c.

l ¶Constituta.] Dist. pensando. & est arg. pro opi. Hug. quod scilicet dispensatio est eius, vt not. 33. q. 2. in adolescentia. & c. interfectores.

l ¶Constituta.] Id est, antiquos canones.

m ¶Habebunt.] Ante incestum de iure communi, vel post si adolescentes sunt, vel etiam senes incontinentes ex dispensatione. 33. quæst. 2. in adolescentia.

1 Glo. est simi. in l. inter liberos. ff. Iulianus. aliàs est l. Iulianus ff. ad legem Iu.

Consobrini qui sũt. a Sic etiam dicit Isid. in li. 9. Etymo. c. agnati.

Incestuosi quantũ ad aliqua sũt ipso iure suspensi.

3 Subau. est grauius iudicatum. 34. q. 1. non asseramus.

ctionem orare debent, non cum Christianis.

a ¶De incestis.] su. 3. q. 4. cõsanguineorũ inf. q. 8. c. vlt.

b ¶Reseruamus.] Scilicet, vt remaneant insimul.

a DE his.] ¶Vsque ad missam.] Id est, vsque ad sursum corda, vel vsque ad cõsecrationem corporis Christi. nam tunc catechumeni de ecclesia expellebantur 1: vel vsque ad Euangelium.
b ¶Nec cibum.] Hoc fit in detestationem criminis, sicut aliàs aliquis toleratur ab ecclesia, non tamen ei communicatur in cibo, vt de vxore clerici, vt 33.q.2. placuit.

¶Incestuosi vsque ad satisfactionem excommunicentur. C. IX.

DE his, qui incesti † pollutione se maculant, placuit, vt quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, vsque ad missam [a] tantum catechumenorum in ecclesia admittantur: cum quibus etiam nec cibum [b] sumere vlli † Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit †.

Burc. l. 7. c. 3. Iuo p. 8. c. 29. † al. incesta. † al. vllum. † al. oportet.

Item Greg. Papa ad Fœlicem, Mesanæ ciuitatis episcopum, libro 12. epi. 31.

¶Nullus ducat in vxorem à cõsanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam. C. X.

NEc eam, quam aliquis ex propria consanguinitate cõiugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli profectò licet Christianorum, aut licebit †: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus. Incestuosos vero, nullo coniugij nomine deputandos à sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

Iuo p. 9. c. 26. su. ca. de Icestis. † Ex isto tex. infero quod affinitas per illicitã copulam cõtrahitur. no. in l. nõ facile. §. sciendũ. & §. affines. ff. de gra. cogna.

Natura [c] *videlicet ordine: si uero extraordinarie, non sic.*

Ait enim Vrbanus Papa secundus Hugoni Gratianopolitano [α] *episcopo.*

α ¶Gratianopolitano.] *Antea legebatur,* Vrbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo. *Emendatum est ex Polycarpo & huius Hugonis mentio est apud Segebertum anno* 1084. *& apud Trittemium in Guidone S. Chartusiæ abbate.*

¶Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

EXtraordinaria [d] pollutio non nisi [β] in naturalibus admissa, vel [e] sæpius [f] reiterata † citra maritalẽ [g] affectũ [γ] si præbitis sacramentis [h] ita esse constiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est litteris; non videtur matrimonium impedire [i], quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis.

Poly. l. 6. tit. 20. † al. repetita.

β ¶Non nisi.] *In Polycarpo est*, nisi in naturalibus admissa.
γ ¶Affectum] *In eodem legitur,* effectum.

Item Iulius Papa.

¶Nullus ducat in coniugem relictam cõsanguineorũ vxoris suę [δ] vsque in tertiam generationem. C. XII.

δ ¶Vxoris suæ] *Sic emendatum est ex vetustis. Nam in vulgatis erat,* suorum.

ET hoc quoque statutũ est, vt relictã patris vxoris suæ

Sent 4. dist. 41.

NEc eam.] CASVS. Prohibet hic aliquis eam ducere in vxorem, quam eius consanguineus habuerat, vel cũ qua fornicatus fuerat: quia cum talibus non est matrimonium, sed incestus.

c ¶Naturę.] Respicit illud verbum, maculauerunt.

EXtraordinaria.] CASVS. Quidã polluerat mulierem extra membrum ad hoc deputatum, & nõ cõtraxerat matrimonium cum ea, & hoc poterat constare per iuramentum quæsitum est, vtrum eius consanguineus illam ducere posset? respondetur quod potest.

d ¶Extraordinaria.] Id est, citra vel circa naturalia [z] & non intra: ita quod non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat.

e ¶Vel.] Id est, etiã.

f ¶Sępius.] Quia qua ratione non impedit prima, eadem nec secunda nec aliqua: secus autem esset forte si in non naturali mẽbro, tunc impediret propter enormitatẽ criminis. 32.q.7. adulterij. & 32.q.2. ca. hoc ipsum. §. hoc autem.

g ¶Maritalem.] Affectum. nam si maritalis affectus intercessisset, impediret arg. extra de spons. iuuenis. nõ propter factũ, sed propter consensum. 27.q.2. si quis vxorem.

h ¶Sacramẽtis.] Polluentis & pollutæ. nõ enim testificatur pro se, sed pro eo qui eã ducere vult. Et mirum est quod contra tam violentã præsumptionem probatio admittitur. Et ideo est contra. 32.q.1. dixit. sed hoc fit in defectum probationum. C. de here. l. pe. & obtinet forte hoc cum virgo erat. & volebat probare per aspectũ corporis. 27.q.1. nec aliqua. & quod iurat est ex superabũdanti. & ad cautelam. ar. 34.q.2. in lectum. Item auditur hic criminosus. testis, & turpitudinem suam allegans. immo non est testis, sed interrogatur de facto suo. 4.q.3. c. si testes. §. itẽ serui.

i ¶Impedire.] Talis pollutio nõ dẽt impedire cũ, qui possit ducere cõsanguineã illius: quia nec fecit sãguinis mistionẽ: nec carnis vnitatẽ. Sed quid si aliquis reseraret illas seras, & nõdũ processit ad cõsũmationẽ operis: nunquid talis cõmistio carnis impedit matrimonium cũ cõsanguineis illius? Dic quod nõ: quia nec est ibi sãguinis cõmistio, nec carnis vnitas. sn. ea. nullum, &c.

ET hoc.] CASVS. Statuitur hic ne de relictis consan-

§ Huic cap. vi cõtra infra, de cõs. dis. j. episcopus nullũ. Sed dic vt ibi no. su. c. proxi.

z Id est, circa membrũ ad hoc à natura cõcessum. Hu.

Probatio admittitur contra violẽtam præsumptionem.

Affinitas non nascit sine carnis commistione.

relictam fratris vxoris suæ, relictam filij vxoris suæ nemo sibi in matrimonium sumat: relictam consanguineorum vxoris suæ, vsque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat: in quartam autem, & in quintam, si inuēti fuerint, non separentur.

Idem.

¶A consanguineis proprijs, vel vxoris pariter cuique est abstinendum. C. XIII.

supr. ea. de propinquis. Sent. 4. dist. 41. Poly. l. 6. ti. 4. Burch. l. 7. c. 7. Iuo p. 9. c. 43.

AEqualiter vir coniungatur consanguineis proprijs, & consanguineis vxoris suæ.

Item Isidorus ex concilio Maciensi.

¶*In Pannormia citatur, vt hic Hugo autem*, ex concilio Matiscensi, *Burchardus*, Matisconsi, *Iuo* Matisceno, *nulla Isidori mentione facta. In Polycarpo coniunctè ponitur cum c. coniunctiones supra eadem, quod quidem est Calixti. Extat autem in concilio Cabilonensi 2. c. 29. & in Vuormaciensi est secunda pars canonis 78.*

¶In parentela propria, & coniugis eadem consanguinitas est obseruanda. C. XIIII.

Hugo de S. Vic. de sacra. l. 2. p. 11. Sent. ibidem. Burc. l. 7. c. 8. Iuo p. 9. c. 44. Pann l. 7. c. 69.

SAne consanguinitas, quæ in proprio viro obseruanda est, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne vna; communis illis vtraque† parentela censenda est, sicut scriptum est: [erunt duo in carne una.]

†*al. utrinque* *Gen. 2.*

Item Augustinus lib. 22. contra Faustum, c. 61.

¶Nurus non est aliter deputanda, quàm filia. C. XV.

SI vir & vxor non iam duo, sed una caro sunt; non aliter est nurus deputanda, quàm filia.

In regesto B. Gre. l. 12. ep. 31. ad Fœlicem.

Item Gregorius Papa episcopis Galliæ.

¶*Burchardus & citat & refert vt Gratianus. Hugo, auctor Polycarpi, & Magister citant absolute Gregorium. Anselmus, & Iuo ex epistola Beati Gregorij ad Fœlicem. In Pannormia est coniuncta utraque inscriptio, hoc modo,* Ex epistola Gregorij episcopis Galliæ missa, epistola 31 lib. 12 *Extat vero caput hoc in capit. l. 6. c. 80 & in adiectis est prior pars capitis 100. quod in indice tribuitur Gregorio Papæ ex epistolis B. Bonifacio archiepiscopo Moguntia missis. Ac sane in ultima Gregorij II. epistola tomis conciliorum inserta legitur prior pars vsque ad ver.* Generationem.

¶Vsque ad septimam generationem progeniem suam vnumquemque seruare oportet. C. XVI.

Hugo ibidem. Sent. 4. dist. 40. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 40. Burc. l. 7. c. 11. Iuo p. 9. c. 26. Pann. l. 7. c. 76.

PRogeniem suam vnumquemque α usque ad septimam decernimus obseruare generationem: & quamdiu se agnoscant affinitate propinquos, ad cōiugalem copulam accedere denegamus: Quod si fecerint, separentur. β

α ¶Vnumquemque.] *Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem hoc loco sunt hæc intersecta,* de his qui fideliter edocti sunt, & iam firma radice plantati stant inconuulsi.

β ¶Quod si fecerint, separentur.] *Hæc non habentur, nisi apud Burchardum. Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem sequuntur coniunctè cum superioribus verba capitis, nec eam supra ead.*

Item Nicolaus Papa II. Amalphitanæ ecclesiæ suffraganeis.

Habetur in synodo episcoporum 113. in basilica Constantiniana, c. 11. & 12. Sent. ibidem.

¶De eodem. C. XVII.

DE consanguinitate sua uxorem nullus ducat usque post † generationem septimam, uel quousque parentela cognosci poterit. Laicus uero uxorem simul & concubinam habens non communicet ecclesiæ.

†*al. ad*

Item ex concilio Vuormaciensi, c. 32.

---

sanguineorum vxoris vsque in gradum tertium aliqua ducatur. In quarto vel quinto gradu ducta non separetur. Cap. æqualiter. patet.

SAne consanguinitas.] CASVS. Sicut mulier debet consanguineos proprij viri vitare: ita & vir consāguineas vxoris suæ, cum enim vna caro sint, vtraque parentela est illis communis.

PRogeniem suā.] CASVS. Consanguineam suam vsque ad septimum gradum debet quis vitare, & quamdiu cognoscūt se esse affines.

In copu-

IN copulatione.] CASVS. Consanguinitatis gradus hic non definit, sed quousque agnoscũtur, obseruari iubentur.

NVlli ex ꝓpinquitate.] CASVS. Cum cõsanginea nõ debet quis contrahere vsque ad septimum gradum: nec sine benedictione sacerdotis.

QVadã lex.] CASVS. Petebat August. vt permitteretur Anglicis contrahere matrimoniũ secundum ius humanum. Et respondet Greg. ꝙ lex humana permittit commisceri filios fratrum & sororum, sed non solet ex talibus proles bona prouenire: & ideo Christiani non debẽt in quarto vel quinto gradu propinquis cõiungi.

QVOD SCRIPSI. CASVS. Mirabatur Felix Gregorium Anglicis scripsisse, vt liceret eis in quarto gradu contrahere, & quęsiuit vtrum hoc esset ius generale? Et respondet Grego. se illis hoc specialiter cõcessisse quamdiu iuxta Apostolum essent in fide noui: qui de neophytis ait: Lac dedi vobis potum, non escam.

Porro

¶Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur; sibi inuicem non copulentur. C. XVIII.

IN copulatione fidelium, generationis numerum non definimus: sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione uxorem accipere, vsque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur. Burc.l.7.c.1. Iuo p.9.c.39. Pann.l.7.c.76.

Item ex concilio Lugdunensi. Capi.l.6.c.128.

¶Ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum nullus ducat vxorem. C. XIX. Sent. ibidem.

NVlli ex propinquitate sui sanguinis, vsque ad septimum gradum vxores ducant: neque sine benedictione sacerdotis. Qui autem nupturi erunt; à sacerdote bene dicti nubere audeant, nec aliter præsumant. Burc.l.7.c.13. Iuo p.9.c.48. Pann.l.7.c.78.

¶*Cæteri etiam collectores citant ex Lugdunensi In nonnullis Gratiani codicibus est*, ex Lugdensi. *B Bonifacius in epistola ad Zachariam Papam mentionem facit synodi Lugdunensis habita à discipulis B Gregorij, in qua de incestis actum fuerat Simile habetur in capitul l.6.c. 128. In concilio etiam Rhemensi Trosleiano. c.8. inter alia multa leguntur hæc:* Et alibi canonibus præceptum vt nemo vsque ad affinitatis lineam & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere præsumat.

Præmissis auctoritatibus quisq; prohibetur à coniunctione consanguineorum vsque ad septimam generationem.

Sed obijcitur illud Gregorij ad Augustinum Anglorum episcopum, c.6. Ioan. Diacon. in vita B. Gregorij.l. 2. c. 37. & 38., Beda l. 1. hist.c.27.

¶Anglis permittitur, vt in quarta, vel in quinta generatione copulentur. C. XX.

QVædam lex terrena in Romana rep. permittit, vt siue fratris & sororis seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere: & sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, vt in quarta, vel quinta generatione fidelium licenter sibi coniungantur. Sed idem humillimus pater Gregorius post multum temporis à Fęlice Messanæ Siciliæ ciuitatis præsule requisitus, vtrum Augustino scripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur, inter cætera talem responsionem reddidit. Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo, de sanguinis coniunctione, ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat, metuendo austeriora, recederet specialiter, & non generaliter cæteris me certissime scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis existit. Nec ea intentione hæc illis scriptis mandaui, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est vsque ad septimam generationem iungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sæpissime eos prius illicita docere, † & verbis ac exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait: [Lac dedi vobis potum, non escam,] ista illis modo, non posteris, vt præfixum est temporibus, tenenda indulsimus; ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur: sed aliquantulum firmaretur, & vsque ad perfectionem custodiretur.

Hugo de S.Vic. l 2. p 1.c. 16. Sent 4. dist. 40. Iuo part. 9. c.6. 55.56. Burc.l.7. c.19. & 20. Pann l.7. c. 56. & 71. Ansl.l.10.c.31. Poly.l.6 tit 4.

Lib. 12 epis.31.

† al. docere vitare

1. Cor.3.

Verba huius capitis vsque ad vers. Sed idem. *sunt apud Beatum Gregorium. Verum simul hæc & sequentia sunt apud Ioannem Diaconum in vita Beati Gregorij, lib. 2. cap. 38. al. 37 Hugo, Burchardus Iuo, & Pannormia citant,* ex epistola Ioannis Constantinopolitani episcopi ad Felicem episcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem Beati Gregorij verba in duabus epistolis Alexandri II. vna, qua refertur ab Iuone par. 9. c. 6. & in Pannormia l. 7. c. 55. & 56. altera, quæ refertur infra quæst. 5. c. ad sedem. Multa autem in hoc capite restituta sunt ex B Gregorio & Ioanne Diacono.*

a ¶In quarta] *Apud B. Gregorium, nec multo secus apud Ioannem Diaconum est,* necesse est, vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda, quam diximus, à se omnino debet abstinere *& hoc modo recitatur in epistola Alexandri, infra q. 5. c. ad sedem § hanc computationem. In altera tamen eiusdem Alexandri epistola qua proxima superiore notatione est indicata, legitur,* iam quarta, vel quinta. *Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco casum apposuit.*

Item obijcitur illud Cabilonensis concilij.

¶In quinta, vel sexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

Hug. ibidē Sent. ibid. Burc. l. 7. c. 18. Iuo pa. 9. c. 54. Pann. l. 7. c. 70.

CONtradicimus, vt in quarta, vel in quinta, sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, separetur.

¶*Ex Cabilonensi citant cæteri etiam collectores, & Hugo. Extat libr 5. capitular. cap 99. Exceptis autem verbis illis,* vel quinta sextaque. *reliqua fere eadem leguntur in concilio Moguntino sub Carolo, cap 54. & altero Moguntino sub Rabano, cap. 30. & in Vuormaciensi in priore parte canonis 78. Nam posterior pars est. c sane consanguinitas, supra allatum.*

Sent. ibidē. *Hac auctoritate, dum sexta generatione interdicitur coniugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam varie computantur. Alij namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum vna caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ consanguinitatis copulam vsque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu: ille vero, quæ vsque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant: atque ita fit, vt eædem personæ secundum hanc diuersitatem inueniantur in sexto, vel septimo gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, videtur esse contrarium illi decreto Iulij Papæ. Sicut non licet vlli Christiano de sua consanguinitate vxorem ducere; sic etiam non licet de consanguinitate vxoris suæ coniugem ducere propter carnis vnitatem.] Similiter etiam inuenitur contrarium illi capiti Gregorij: [Nec eam, quam ex propria consanguinitate coniugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus, vel personis inter se affinitate coniunctis, vt sunt vxores duorum fratrum; si contigerit vnam earum alicui matrimonio copulari; post mortem eius uir non poterit affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde qui nouercam alicuius in vxorem duxerit, post mortem eius vxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait: [Relictam consanguineorum uxoris suæ (non ait cōsanguineam uxoris suæ, sed relictam consanguineorum uxoris suæ) usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem.] Paschalis uero Papa secundus scribens Rhegino episcopo, tertium genus affinitatis assignat; cuius copula non vltra secundum gradum inuenitur prohibita. Ait enim.*

supr. ea. de ppinqui.
sup. e. nullū. §. præterea.
sup. ea. nec eam.
supr. ead. & hoc

PORro duorum.] CASVS. Duobus consobrinis mortuis quæsitum est, vtrum eorum vxores vni viro nubere possent vna post alterā, & respondetur, quod non tum propter canonis prohibitionē, tum propter publicā honestatem. Mo-

¶Duorum consobrinorum coniuges vni eidemque nubere non possunt. C. XXII.

Polyc. l 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 34.

POrro duorum consobrinum coniuges quamuis diuersis temporibus, viro vni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, præter auctoritatem canonicam, publicæ honestatis iustitia contradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab vxoris, sicut a uiri consanguineis abstinendum est.

Illud autem Gregorij, & Iulij Papæ intelligitur de consanguinitate viri, uel uxoris; ut post mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est, usque ad quem gradum quisque à propria consanguinitate, uel cognatione suæ uxoris abstinere debeat.

QVAESTIO IIII.

Modo quæritur, quare vsque ad sextum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. De his ita scribit Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 6. — Ex Aug. l. 15. de ciui. Dei, c. 16.

¶ Quare vsque ad sextum gradum consanguinitas obseruetur. C. I.

Consanguinitas, dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens, vsq; ad vltimũ gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit; eam rursus lex matrimonij vinculo repetit, & quodammodo reuocat fugientem. Ideo autem vsque ad sextum generationis † gradum consanguinitas constituta est; vt sicut ex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur; ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur. — † *al. generis*

¶ Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 16. Vnde primo videtur sumptum.

QVAESTIO QVINTA.

De gradibus vero consanguinitatis, quomodo computandi sint, Isidorus sic loquitur. — lib. 9. Etymolo. c. 5. sensus, non verba ipsa.

¶ Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis. C. I.

Series consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus: illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediũtur isti ramusculi, nepos, neptis, primus: pronepos, proneptis, secũdus: abnepos, abneptis tertius: atnepos, atneptis quartus: trinepos, trineptis, quintus: trinepotis filius, & trinepotis filia, sextus. — Sent. 4 dist. 40. Burc. l. 7. c. 10. Ino p. 9. c. 46. Pann. l. 7. c. 75.

¶ Burchardus. & Iuo & auctor Pannormiæ qui citant partim Isidorum, partim ex dictis Isidori, ex hoc & capite, consanguinitas. *supra q. 4. vnum caput faciunt, & habent,* Series consanguinitatis, septem gradibus, &c.

Item Alexander Papa II. omnibus episcopis, & clericis, nec non iudicibus per Italiam constitutis.

¶ Sic est emendatum ex Hugone Anselmo, & Polycarpo, qui hanc eandem epistolam recitant. Ab Iuone autem & in Pannormia referuntur duo capita alterius epistolæ eiusdem Alexandri eodem cum hoc argumento, scripta clericis Neapolitanis siue vt in Pannormia, Metropolitanis. Et apud Gratianum erat coniuncta vtraque inscriptio, hoc modo: Neopolitanis, clericis, & omnibus episcopis, atque iudicibus per Italiam constitutis. *Ex ijsdem vero. Hugone, Anselmo, & Poly carpo multa in toto hoc capite sunt emendata.*

¶ Quomodo sint computandi gradus consanguinitatis. C. II.

Ad sedem Apostolicam perlata est quæstio nouiter exorta de gradibus consanguinitatis: quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eosdem propinquitatis gradus cõtra sacros canones, & ecclesiasticum moré numerare nituntur; nouo & inaudito errore affirmantes, — Hugo ibidem. Poly. ibidem. Ans. l. 11. c. 92. Iuo p. 9. c. 6. Pan. l. 7. c. 55.

Modo.] Hic ponitur quarta quæstio.

Consanguinitas.] CASVS. Interrogatus Isidorus, quare dicit consanguinitatẽ in se primo gradu terminari; respondet, cõsanguinitas in persona spargitur donec finiatur, & vsque ad septimum gradum obseruatur: quia tot ætatibus distinguitur mundus, quot hominis status.

De gradibus.] CASVS. Hic intitulatur quæstio quinta, hic etiã legendæ sunt arbores, & glossæ earum.

Series.] CASVS. Sex gradus computat hic Isidorus, cõstituens filium, & filiam truncum, & procedit vsque ad trinepotis filium, quem dicit esse sextum gradum

Ad sedem.] CASVS. Quidam gradus consanguinitatis secundum leges numerabant, & dicebant consanguinitatem terminari in sexto gradu legali: & matrimonium contrahi licite post illum gradum. Hunc errorem congregato concilio reprobauit Papa ostendens primo diuersitatem & diuersitatis rationes inter legalem & canonicã computationem. Secundo probat consanguinitatem protendi vltra sextum gradum legalem: & hoc per legem, per Gregorij auctoritatem per arboris rationem, cuius rami vltra protenduntur vsq; in septimum gradum canonicum: vltra quem cognatio eius non protenditur: nec graduum nomina inueniuntur. Tertio ostendit eos, qui tantum sex gradus canonicos constituunt, in consanguinitate & in sententia non differre à canonica septem graduũ com-

quòd germani fratres, vel sorores inter se sint in secunda generatione; filij eorum, vel filiæ in quarta; nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Talique modo progeniem computantes, & in huiusmodi sexto eam gradu terminantes dicunt, deinceps viros, ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi prosanum errorem confirmandum in argumentum assumunt sæculares leges, quas Iustinianus Imperator promulgauit de successionibus consanguineorum. Quibus confisi, ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiæ terminantes, numerationem sanctorum patrum, & antiquam ecclesiæ computationem ad nos vsque perductam peruersa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente, hanc quæstionem discutere curauimus in synodo habita in Lateranensi consistorio, cōuocatis ad hoc opus episcopis & clericis, atque iudicibus diuersarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distinctè inuenimus ob aliam atque aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidē ob nihil aliud ipsorum graduum mentio facta est; nisi vt hęreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, vt aperte monstretur, vsq; ad quotam generationem à consanguineorum fit nuptijs abstinendum. Ibi præscribitur, vt hæreditas propinquis modo legitimo conferatur: hic vero vt rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus distinctè non numerātur gradus, nisi vsq; ad sextum: in canonibus autem vsque ad septimā distinguuntur generationē. Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram personam; idcirco curauit sæcularis Imperator in singulis personis singulos præfigere gradus. Quia vero nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Vtraque tamē cōputationē si attente, ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, & eandem esse in eis sententiam, atque ad eundem terminum conuenire manifestissimum erit. Iustinianus namque vsque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definiuit. Canones vero vltra septimam, nullam numerauere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator: [Hactenus ostēdisse sufficiat: quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe persona semper gradum adijcit.] Ecce in his breuibus verbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti computant, non tantum vsque ad sextum, verumetiam vltra numerari debere; quippe cum vltra sextum vlteriores gradus numerandos esse decernat. Vbi enim vlteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo esse gradus; sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipse firmauerit Imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum decimum nominat, non esse tantummodo sex luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis, si possum, intendant; quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero, vbi secundum leges iuter agnatos vel cognatos defertur successio; consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelæ vinculo tenerentur. Succedunt autē iuter se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quòd, si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas (vt isti fatentur) in sexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu? aut nō. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus illi nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quòd si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu; falsidici erunt isti, qui vltra illum sextum gradum nolunt computare cōsanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, vt veridicæ leges, & veraces sint canones, dicamus hoc, quod veritas habet, scilicet, quòd non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundum canones in septimo gradu. Vtraque enim computatio, sicut superius diximus, vno fine concluditur. Namque duo gradus legales vnum gradum canonicum cōstituunt. Fratres itaque, qui secundum sæculares leges dicūtur in secūdo gradu †; iuxta canones numerātur in primo Filij fratrū, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secūdo; nepotes vero, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octauo, & de-

Inst. l. 3. tit. 5. & 6.

eod. tit. 6. Isidorus l. etym. 9. ca. 5.

†Concor. Alex. de Imo. in l. si aue frater. in fi. C. de suc. edic.

cimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est; vt qui secundum canones dicuntur in sexto, vel septimo; secundum leges accipiantur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dū quæreretur, in quota generatione cōiungi fideles debeāt; ipsas sæculares leges in testimoniū adducēs, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: [Quedā terrena lex in Romana rep. permittit, vt siue fratris & sororis, siue duorū fratrum germanorum, seu duarum sororū filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse subcrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia, vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam à secunda, quam prædiximus, omnimodo debent abstinere.] Ecce hic aperte monstratur, filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et, si fratrum filij, & filiæ numerantur in secunda; fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in prima. Quòd si fratres computantur in prima, filij eorum in secunda; dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis vsque ad septimam. Sed sunt quidam qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, vt in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iuste facere posse; quod prudentissimus doctor sua sentētia diffiniuit. Isti itaque, qui se hoc velamento defendere nitūtur, aduertāt in eiusdē patris sentētijs, hoc nō generaliter cūctis, sed specialiter Anglorū gēti mādasse. Nam postmodū à Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus, an hoc, quod Augustino mandauerat, generaliter cunctæ ecclesiæ tenendum esset; apertissime firmauit, non alijs hoc, quàm illi genti mandasse: ne bonum, quod cœperant metuendo austeriora, desererent: sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati, & vniuersali Ecclesiæ, censuit semper esse tenendum: vt nullam de propria consanguinitate, vel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat cōiugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex verbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papæ Gregorij, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipsos reuincat aduersarios. Nam si, vt ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes qui in prædictæ arboris pictura numerātur ex vna parentela consistunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari: veluti non sine danno cuiusq; personæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes trūcari. Illa quoque sacrorum præceptio canonum, quæ iubet à propria abstineri consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. Nam in septem gradibus, si canonice, & vsualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina graduū reperiūtur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne vero in hac consanguinitatis cōputatione, aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere; aliam, quam quidā faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam †. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, sed à filijs eorum, id est, patruelibus, vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo cęteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec illa graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa. Isti enim, qui numerandi initium sumunt à filijs fratrum, non progrediuntur vltra sextam generationem: sed sicut totius mundi sex ætates existunt, & humanæ vitæ itidem sex; ita & in consanguinitate sex tantummodo autumant computandas esse generationes. quibus finitis, nouæ coniunctionis dicunt posse fieri initium, vt quasi fugiente n possit reuocare consanguinitatem. ¶Hæc itaque computatio, quæ incipit à fratrum filijs, & numerat vsque ad sextam generationem, tantundem valet, quantum ea, quæ incipit à fratribus, & computat vsque † ad septimam. Nec vlla in sensu existit diuersitas: quamuis in numero graduum varietas videatur. Vltima enim generatio, si initium numerandi sumat à fratribus, septima inuenitur: si à filijs fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica vos auctoritate monemus fratres, & filij; vt omnibus sic fetiem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodū sancitu

Marginal notes: su. ead. q. 2. & 1. c. quędam. lex. — su. ead. q. 2. & 3. c. in computatione. — † al. discutiendam — sup. ea. q. 4. consanguinitas. — † al. computat septimam

cti patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctæ, & vniuersalis ecclesiæ per longa tempora olim computasse monstratur. Nam, si quis peruersa, & obstinata mente a recto tramite Apostolicæ sedis deuiare voluerit, & aliter, quàm nos, in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit†; primum pro sua temeritate celesti pœna plectetur: postmodum vero gladio perpetui anathematis se nouerit iugulandum. Data Romæ, &c.

† al. attentauerit

Item Gregorius Papa.

¶ Quare consanguinitas vxoris ad virũ pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computanda. C. III.

Sēt.4.di.41. Pol.ibidē.

PORRO de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus vna caro, profecto mihi, & illi mea, suaq; parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus: filius † vero eius in secundo gradu erit a me, neptis vero tertio: idque † vtrinque in ceteris agendum est successionibus. Vxorem vero propinqui mei, cuiuscumq; gradus sit, ita me oportet attendere; quẽadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cũctis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt: a quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

† al. filia
† al. eoque modo vtique

¶ In Polycarpo caput hoc item ac sequens recitatur ex Zacharia. Ac sane Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat caput hoc fuisse etiam Zachariæ.

Item Zacharias Papa.

¶ Qualiter parentelæ gradus computantur. C. IIII.

Sēt.4.di.40. Pol. ibidē.

PARENTELÆ gradus taliter computamus. siquidem ego & frater meus vna generatio sumus; primumque gradum efficimus, nulloq; gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius, secunda generatio sunt: ac gradum secundum faciunt, nec a se aliquo gradu separantur. Atq ad hunc modum ceteræ successiones numerandæ sunt. Porro de affinitate, quam dicitis parentelam, &c. *vt superiore capite Gregorij.*

Item Alexander Papa secundus.

¶ Aequiuocatio est, cum soror vxoris cognata vocatur. C. V.

QVÒD autem frater, sororve vxoris tuæ cognati tui dicuntur; æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quàm vlla causa cognationis. Vxor enim fratris fratrissa† potius, quàm cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices a, quasi eandem ianuam terẽtes, vel per eandem ianuam intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis autẽ vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater

† al. fratria

computatione. in fine prohibet sub anathemate, ne in quæstionibus de matrimonio quis cõputet gradus alio modo q̃ hic dicitur in hoc c.

PORRO.] CASVS. Assignatur hic ratio, quare affinitas obseruetur: quia vir & vxor sunt vna caro, & ideo vxoris meę cõsanguinei in eodem gradu sunt affines mihi, & meorũ cõsanguineorum vxores sunt mihi affines, & affines vxoris meæ sunt vitandi in omni gradu, vt mei consanguinei: qui aliud dicit, tanquam Antichristus est vitandus.

Ex Isidoro l. 9. Etym. c. fin. Sēt.4.di.41. Pol. ibidē.

PRIMO gradu.] CASVS. In hoc cap. prosequitur Isidorus legalem graduum computationẽ vsque ad septimum gradum, ostẽdens in quo gradu sunt personæ.

¶ In Polycarpo etiã refertur proxime post c. ad sedem vt ad eundem Alexandrũ pertinere videatur. A Verbo autem, vxor, vsq; ad finem habentur apud Isidorum lib. 9. c. fin.

a ¶. ianitrices] Ita etiam legebatur in lege non facile. ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato esset restitutus, lib. 2. disp. c. 23 Quamobrem nihil mirandum, si Isidorus, aut alius quispiam allatã hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa est, εἰνατέρες.

Item Isidorus†.

† Isi l. 9 c. 5 In sentẽtijs Iulij Pauli, lib 4. tit. 11. de gradib⁹.

¶ Nomina graduum superiorum, siue inferiorum, siue ex latere venientium. C. VI.

PRIMO gradu, superiori linea continentur pater, mater; inferiori filius, filia: quibus nullæ aliæ personæ iunguntur.

Hugo de S. Vict. par. xi lib 2. c. 14. Bur. l. 7 c. 28. Iuo p. 9. c. 64. Paun. l. 7. c. 89.

¶ Secundo gradu continentur, superiori linea auus, auia; inferiori nepos, neptis, transuersa frater, soror: quæ personæ duplicãtur. Auus enim & auia tã ex patre, quàm ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. [Istæ personæ secundo gradu ideo duplices appellãtur: quia duo aui sunt, paternus, & maternus.] Item duo genera nepotum sunt, siue ex filio siue ex filia procreati.] Frater & soror ex transuerso veniunt, [id est aut frater patris, aut frater matris: qui aut patruus, aut auunculus nominatur:] qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

Anian⁹ interpres Pauli.

¶ Tertio gradu veniunt supra pr oauus, pro-

auia

auia; infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, sororisque filius, filia, patruus, amita, id est, patris frater & soror, auunculus, matertera, id est, frater matris & soror.

¶ Quarto gradu veniunt supra abauus, abauia; infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est patrui filius, filia: consobrinus, consobrina; id est, auunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id est, amitæ filius, filia: itemq; consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur: quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est, aui paterni frater & soror; auunculus magnus, matertera magna, id est, auiæ tam paternæ, quàm maternæ frater & soror.

¶ Quinto gradu veniunt, supra quidem atauus, atauia; infra atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris & sororis pronepos, proneptis; fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinæ, consobrini, consobrinæ filius, filia, propior consobrinus †, propior consobrina †, id est patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia: his accrescunt propatruus, proamita.

† al. sobrinus

† al. sobrina

¶ Hi sunt proaui paterni, frater & soror, proauunculus, promatertera.

¶ Hi sunt proauiæ paternæ, maternæque frater & soror, proaulq; materni [Hæc species nec alijs gradibus, quàm scripta est, nec alijs vocabulis declarari potest.]

Anianus Interpres.

¶ Sexto gradu veniunt, supra tritauus, tritauia; infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinæ, cõsobrini, consobrinæ nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnæ, auũculi magni, matertere magnę nepos, neptis, id est propioris sobrini filius, filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt, propatrui, proamitæ, proauũculi, promaterteræ filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi sunt abaui paterni frater & soror) abauunculus, abmatertera.

¶ Hi sunt abauiæ paternæ, maternæq; frater, & soror, abauique materni.

¶ [Hęc quoq; explanari amplius non potest, quàm vt auctor ipse disseruit.]

¶ Septimo gradu, qui sunt cognati recta linea supra, infraque proprijs nominibus non appellantur: sed ex transuersa linea continentur fratris, sororisque atnepos, atneptis, consobrini filij, filiæque. Anianus.

¶ Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia vlterius per rerum naturã nec nomina inueniri †, nec vita succedentibus prorogari potest: [In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continẽtur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.

Anianus. †Idẽ Alex. in l. in ius vocari. col. 3. ff. de in ius voc. & plene per Imol. in l. si vero. § de viro. ff. sol. ma. & gl. in § penul. instit. de gra.


¶ Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro sententiarum Pauli, ad ditis non vno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraque tamen habentur etiam apud Isidorum, lib. 9. c. 5.

a ¶ Id est aut frat. et.] *Hec vsque ad vers.* Qui & ipsi. *non sunt loco indicato: sed tantum apud collectores.*

De gradibus consanguinitatis, uel affinitatis, quot sint, quomodo computandi, quibus etiam appellentur nominibus, auctoritate Isidori, atque Gregorij, & Alexandri sufficienter monstratum est.

ARBOR

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra:
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA Arborea licet ad septimũ deberet gradum protendi, cum vsq; ad eum secundum decreta sit prohibitio cõiugalis. su.q. 3. cap. de affinitate. & extra de clande.despon.c. cum inhibitio. tñ quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto c.cum inhibitio. & de consan. & affini. c.nõ debet, ideo vsq; ad quartum duntaxat figuram hanc duximus extẽdendam. Nec idipsum graduum cognitionem quoquo pacto impedit Qui.n. duorum, aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quàm aptissime hęc imprimantur, tum consanguinitatis tũ affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causæ trigesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinẽtia personarum ex eo proueniens, q vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadẽ. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descẽdentium carnali propagatione contractũ. Et dicitur à con, quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodẽ stipite descendentium gradus cõtinens, & numeros distinguẽs. & est triplex, scilicet graduum descendentium ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distãtium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA Regula magistralis pro linea recta.] Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta. tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus à Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & intermedijs, quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sunt gradus: & sic de alijs.

¶ Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.

¶Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum stipitẽ inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat à stipite quarto gradu: ergò inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exẽplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur: computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quàm computatio Decretistarum.

¶Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationẽ, recurre ad Ioannis Andreæ declarationẽ.

CIRCA LECTVRAM. Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouũ modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io. Andr. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam: nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria: Secundo, an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶Primæ quęstionis ex superius dictis patet solutio. Probatio enim ad oculum alias vincit. instit. de gradi. §. agnationis. 27. q. 2. nec aliqua. Ex ostentione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione, extra de donat. Apostolicæ. vet. fi. Hinc est, quòd ægrotum mentio subijcitur oculis. 16. q. 3. inter. de præscrip. quia indicante. C. fi. reg. l. 3. Ventris inspectio: an mulier sit prægnans. ff. de ven inspi l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de prob. propossuisti. an arcta, de frig. & ma. fraternitatis, vel aliter impedita, eod. titu. ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio ff. de ser l. 2. Et litteræ Papales an sint veræ vel falsæ de cri. fal. licet. — Oculis multa subijciũtur.

¶Ad secundum dic, quòd arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori, & Alexandri 35. q. 5. c. 1. 2. & vltim.

¶Ad tertium dic, q quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisq; famosum, quod repetita lectio probat. C de emend. Iu. co. L vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem cõsanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit consanguinitas, & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formet: & quare sic formetur, & quare sic punctetur. & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quędam notanda, & quasdam quæstiones.

¶Ad primum dico, q cõsanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum: quod satis est idem Dicitur aũt cõsanguinitas, quasi sanguinis vnitas: à cun & sanguine: q a de communi sanguine descẽdunt Et quo ad probationem coniugij non distinguo, an tales cõsanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de proba per tuas. — Consanguinitatis diffinitio.

¶Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus cõtinens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium, vt infra patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. iurisconsultus. — Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas.

¶Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iurisconsultus. § gradus. — Gradus descriptio.

¶Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendentium: secundo descendentium: demum collateralium. — Arboris cõsanguinitatis formatio.

lum. Aſcende ſuper cellolam vacuam: quæ remanſit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere: cum aliæ cellolæ (exceptis his, quæ per genitiuũ nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellolam nominare, quam dicimus filiũ patris, fratrem fratris, patrem filij, & ſic de ſingulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij trũcum. nos autem à nomine bidelli noſtri uocemus eam Petrucium. Et ſcire debes, quod competẽter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentium diniderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerẽtur nomina mariũ, vt abauos, proauos, &c. à latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia poſiti a latere dextro deſcendunt à maribus, & econuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum ſupra, & vnum infra. Supra illam eſt cellula auus, auia, continens duo puncta ſupra, Et duo infra. Supra illam eſt cellula proauos, proauia continens tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illã eſt cellula abauus, abauia, habens quattuor ſupra, & quattuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua eſt cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum ſupra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta ſupra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta ſupra, & quattuor infra.

Ius canonicum eſt excellẽtius ciuili.

¶Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quod punctorum numeratio eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum: puncti inferiores ſecundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum, quo inſtruimur in matrimonijs, quæ licite contrahi poſſint necne: & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipue lex minor eſt canone. extra de ſecun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrumque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſunæ per carnis propagationem gradum ad.jcit.

Regula lineæ rectæ.

¶Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrumque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus q̃ritur, cõputatis intermedijs una dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantũ diſtat abauus a Petrucio: vtroq; computato & intermedijs, quinque ſunt perſonæ: deme unam, quattuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinq; perſonas: & ſic quattuor ſunt gradus. Si uelis ſcire quot diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erũt gradus. Scias autem quod iſte P. non habet totam ſuam computationẽ in arbore. Scias.n. quod quilibet habet duos parentes: quattuor auos: octo proauus: ſedecim abauos: & ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſſibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea eſt perpetua.

¶Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartũ gradum? Et dicit Goffre. in ſum. de conſangui. & affini §. item quantum, quod non, per decre. non debet. eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 3. progeniem. & duobus capitulis ſequent. in quibus dr̃, quod olim non ſolum vſq; ad ſecundum gradum, ſed etiam in quãtum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem & alterũ aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem inſt. t. de nup. §. t. ff. de ritu nup. l. nuptiæ & hoc uerum puto.

Regula collateralium

¶Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrẽ & ſororem. & cauſa breuitatis proſequendo ſolum partem mediã arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per ſe patet. dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. eſt cum P. in primo grado ſecundum canones: in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones: in quarto ſecundum leges. Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecundum canones: in quinto ſecundum leges. & ſic debet eſſe vtraq; punctatio, & illi ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac cõſequenter ſtipitem de auo ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, ſoror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis ẽt ſecundo gradu: filius in tertio nepos in quarto ſecundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraq; punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem, & habet filios patruum magnum, amitam magnã, auum & auiam, auũculum magnum, & materteram magnã. illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus, propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. diſtat à proauo quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori ſubrino tertio, & à filio tertio, & à nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. Secundum leges vero diſtat P. à patruo magno quarto, à propriori ſubrino quinto, & à filio ſexto, à nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filijs, ſcilicet propatruo, proauo & proauunculo, de proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Illi oẽs ſunt cũ P. in quarto gradu, quia P. diſtat à ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges pro patruus diſtat v. filius vj nepos vij. pronepos viij. & ſic debet eſſe vtraque punctatio.

¶Nunc videndum eſt quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ unam trado regulam ſecundum canones.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.

¶Collateralium in linea æquali quoto grado quis diſtat à cõmuni ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent: hoc ſecundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.

¶Secundum leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto grado quis diſtat à cõi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione, quod p̃dicti P. & pronepos propatrui diſtant viij. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones vero duæ perſonæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P in primo gradu ſecundum canones, in ſecundo, ſecundum leges: ſed computatio eorum ob aliud ſit, q̃ noſtra. 35. q. 5. ca. 2. Bene ergo dr̃ ſecundum leges, quod in æquali linea collateraliũ ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis, non eſt reperire diſparem gradum. vide in linea paris numeri ſecunda, vel iiij. diſparis numeri j vel iij In prima ij. gradus, in ſecunda iiij. in tertia vj. in quarta viij. quod non eſt ſecundum canones, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparẽ gradũ: quia in prima primũ, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis.

Regula canonica in linea inæquali.

¶Nunc reſtat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula ſecundum canones. Collateraliũ in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à cummuni ſtipite: toto diſtãt inter ſe. Exẽplum pone faciendo abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt

sunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori, .s. à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio, propatrui iiij. & idem in descendentibus vsq; ad lineã æqualitatis: & hoc est quod dicimus, ꝙ persona addita personæ vsq; ad lineam æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus, filius, eius nepos, & proponepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus. vnde P. à stipite distat iiij. à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supradictis quòd P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat. n. à summo, scilicet ab auo: ab imo, scilicet à nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: à medijs citeriori: per quod satis patet, ꝙ cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa cõtrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli. sed naturalia sunt immutabilia. 5. dist. in princ.


¶Scire debes, ꝙ communiter dicunt doctores, ꝙ abauus & proauus & auus sunt bigami, dicentes, ꝙ si non essent bigami, non possent filij eorum coniungi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadẽ ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, ꝙ personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quattuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam. ergo tu meam. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam. ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea ęquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

¶Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus est in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Hosti. ꝙ non. & hoc not. extra eod. quod dilectio. & c. tua. & in summa huius tit. de consan §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censentur. C. de impu. & alijs sub. l. vlt. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filijs stipitis bene facit prædicta decre. tua. vbi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex glo quam ponit supra eod. tit. cap. vlt & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ supra eod. ca. vlt. dum dicit ibi: descendentium ab eodem. sed certum, est quòd propatruus descendit à stipite. Præterea aut dicis, ꝙ est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quòd certum est filium P. non descendisse à propatruo. Est ergo prohibitio collateralium: sed certum est, quòd isti distant quinto. quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video. Io. Andr.

Quæstio notabilis.

ARBOR

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam: quæ modo clara patet.



AFFINITATIS

DECLARATIO.

AFFINITAS secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10 fraternitatis.

¶Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem côtrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia secundum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. consan. vxo. suæ, c. discretionem. & ca. penul. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierê, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duo fratres côtrahunt cû duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de côsang. & affini. quod super his.

REGVLA. Quotiescumque inter vnam personarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradû inclusiue, nulla est prohibitio: vt inter me & coniugê nepotis mei nô potest esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradû.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

AD ARBOREM Affinitatis, & eius materiam transeamus. Et primo videndum est quid sit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

Affinitatis definitio.

¶Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. hoc secundum canones: sed secûdum leges est proximitas proueniês ex nuptijs, & requiritur secundum leges, quòd legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas ff de gradi. l. non facile § sciendum Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quòd duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. § affines.

Affinitas per coitum oefarium côtrahitur.

¶Sed quòd per fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan vxo suæ, c discretionem, & eod. tit. c pœnul. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere ff de gradi l. iurisconsultus in prin. & ff. de testi. l. 3. & 4 quæst. 3. § item in criminali. versi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda consideravit vnionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quòd concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine, & publica honestas interdum sine affinitate, vt si cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentum est publicæ honestatis, & affinitatis si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quòd possis contrahere cum illa, non obstante quòd sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, nô tamen sublatum est impedimentum publicæ honestatis Debes ergo facere exprimi, quòd possis cû tali contrahere non obstante impedimento publicæ honestatis pro eo, quòd desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & non obstante, quòd est tibi affinis in quarto, pro eo quòd dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam cognoscitur.

¶Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierê, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu: si ille aliam mulierê cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secûdo gradu. Sed quia solû primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit. extra

de

de consan.& affi.c. nō debet. hic circa hoc nō insisto. ergo si persona mihi consanguinea cōiungat sibi aliā personam carnali copula, persona iūcta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri cōmisceat, illa attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quòd affinitas nō habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradū: licet affinitas non habeat suam specialem cōputationem graduum: sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secūdum regulas, quas tradidi in proxima arbore; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Affinitatis gradus cōputātur sicut gradus consanguinitatis.

Arboris affinitatis formatio.

¶Nunc formemus arborē, & in medio arboris sunt quattuor cellulę, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur: quare ponantur in medio fratris & sororis. Secūdo, quare, nō exprimant attinētiā, dicēdo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primū dic, hoc fuisse, vt detur intelligi, quòd affinitas oritur ex cōsanguinitate, & quòd ab vtroque sexu virili & fœmineo affinitas cōtrahatur. Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressam: vt illa computatio graduum ad cōsanguinitatem & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu cōsanguinitatis, & frater & vir sororis sunt ī primo gradu affinitatis, & sic de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineę ponit' alia linea quattuor cellulas cōtinens. In prima scribitur frater, in secūda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, in quartū prima scribitur vxor fratris olim relicta, in secūda uxor filij fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sūt alię quattuor cellulæ: quarum prima soror, secūda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harū sūt alię quattuor: prima vir sororis olim relictus, secūda uir filiæ sororis, tertia uir neptis sororis, quarta uir ꝓneptis sororis. Ponūtur ēt aliæ duæ cellulæ, una à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à sinistris, relicta relicti sororis, quæ secūdm oēs ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum gña affinitatis, quæ hodie prohibitionē non habēt. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una orit' in cellula fratris, & terminatur in cellula uiri sororis: in qua scribitur primū genus affinitatis. Itē alia linea reflexa, quę oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

Quæstio.

¶Circa hoc quæro, quare in cellula, uxor fratris scribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus einsdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse ꝑp cellulam, quæ ponitur ad dorsum illius q. d. frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio uiro: illa demum mortua iste relictus à relicta fratris uult contrahere cum sorore, nunquid potest? Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu. hodie uero potest. Idem sit repetitum quo ad cellulam viri sororis.

Regula magistralis gradus affinitatis, & genus manifestans.

¶Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, q̄ ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralē. Per carnalem copulam uiri & mulieris inter consanguineos mulieris & uirum, & inter consanguineos uiri & mulierem cōtrahitur affinitas primi generis, & einsdē gradus. cuius est consanguinitas Quare dicat' in regula, per carnalem copulā uiri & mulieris, & non uiri & uxoris, collige ex his, quę in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & uirū, & consanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter uirum & mulierē non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Itē inter consanguineos uiri & consanguineos mulieris nulla est affinitas: unde duo fratres contrahunt cū duabus sororibus, pater & filius cū matre & filia. Sed est affinitas inter cōsanguineos mulieris & ipsum uirū, & consanguineos uiri & ipsam mulierem. extra de consan.& affi. quod super his Primi generis, quare dixerim, ēt ex superioribus patet, & eiusdem gradus cuius est consanguinitas. Vide hoc in arbore: nam frater & soror sunt in primo gradu cōsanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic uxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis. Vnde uir ꝓneptis sororis attinet fratri & omnibus descendētibus, qui sunt in arbore quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam ęqualitatis, & sic attinet quinto gradu, secundum regulas traditas in ꝓprima arbore.

Affinitas per notabilia declaratur.

¶Post hoc notandum est, illud precise non sequitur, ego & tu sumus affines: ergo filius, quē procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum ti

bi affinis,& ipse consanguineus interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdū nec mutat genus, nec gradum Exemplū, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta cōsanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, nō affinis sed si ego maritus cōsanguineæ tuę ex alia muliere filiū procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis Si vero tu consanguineus vxoris meę filiū procreas, hic filius nō mutat genus attinētiæ, quia tu pater es mihi affinis,& ipse affinis. sed si tu & vxor mea in tertio gradu eratis in inæquali,& eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis cōsanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio,& tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis;& ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu, Item nota, quòd illud etiam non sequitur; ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere. quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, ut dixi, & probatur extra de consangui. & affinit. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto. & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohib. n.o inter ascendētes & descendentes est pp'tua.

¶Non quæritur an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum usque ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Goffre de qua dixi supra ī arbore proxima circa mediū, diceremus quòd usque ad quartum gradum tātum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quòd ita abstinere debemus à consanguineis uxoris, ut à proprijs extra de consangui & affin c. 1. 35 quæst. 3 de propinquis. &c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem instit. de nupt §. affinitatis. & dicit lex, quòd tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum,& liberorum ff. de gradi l. non facile § & tenio. in fi. Eodem modo posset formari quæstio de affinibus, quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima, in fi. An autē liceat diuersis temporibus habere in vxores duas cognatas, scilicet vxores duorum fratrum,& an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc vide nor extra de consanguinit. & affinit. cap. non debet.

Consanguinei, & affines quo iure prohibētur coniungi.

¶Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio consanguineorum vel affiniū cōiungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quòd olim propter necessitatem frater necessario habuit cōtrahere cum sorore,& consanguinei cum consanguineis vnde tunc in collateralibus nō erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adę. hoc etiam fuit post diluuiū in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitę fuerunt fere duodecim personæ, quas vide nota. extra de restitu. spolia litteras. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit cōsanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori: quæ prohibitio postea vsque ad quartū gradū est restricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur,& extra de testi. cap. licet ex quadam. per quod patet, quòd prohibitio partim procedit ex iure diuino,& partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales cōtrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur 35. quęst. 1. § 1. cap. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idē esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, & c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet: in qua vniuersi fideles, & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Ratio prohibitionis matrimoniorū inter aliquas personas de iure positiuo.

Nunc

Nunc quæritur.] Hæc quæstio diuiditur in septem partes: in prima quarum probatur pec tria c. ꝙ consanguinei debent cōputare parentelā ad coniungendū vel separandū matrimoniū: & si defuerit parentela, vicini antiquiores. Secūda ibi, [Ecce.] Tertia ibi,] Hoc iuramentum.] Quarta ibi, [Ad hoc] Quinta ibi, [Qui vero.] Sexta ibi, [Occasione.] Septima ibi,] Recepturus.] Ioan. de Fant.

vicini

CASVS. Hic proponitur sexta quæstio, quæ satis vtilis est: & locum habet in causis de facto.

a ¶Nunc quæritur.] Hæc qō sexta expeditur infr. ead. c. 1. & 2. & extra qui mat. accu. pos. videtur. & extra de sen. & te. iudi. tenor. nam consanguinei præferūtur extraneis ea rōne, quia melius possunt scire suam cōsanguinitatem cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorum, & alijs argumentis. hoc tñ quod dicitur de consanguineis in testimonijs admittendis, exaudi tantum cum de consanguinitate agitur. nam si super alio ageretur, non sunt admittendi nisi cum eo temperamento quod dixi 3. q. 5 in prin. & hoc probatur extra de testi. super eo. Item licet soli consanguinei accusare possint matrimonium: tñ quilibet potest denunciare, vt extra de cogna. spi. tua. & licet per denunciationem nō agatur nisi ad penitentiā, vt extra de ac. super his. tñ qa in hoc casu nō pñt penitere nisi separentur, iudex ab officio suo eos separabit 1. ar. 24. q. 3. ecce.

Consangui nei præferū tur extraneis qñ sup matrimonio est qō.

t Ad hoc facit qđ not. supr. 2. q. 1. si peccauerit frater. in t glo. in fi. Archid.

Consanguineos.] CASVS Dicitur hic, ꝙ matrimonium potius accusare debent cōsanguinei, quàm extranei. sed vbi consanguinei desunt, extranei audiendi sunt & consanguinitas ꝓbetur, matrimonium separetur.

QVAESTIO VI.

1
2 Nunc quæritur [a], quibus accusantibus, uel testificantibus, consanguineorum coniunctio dirimenda sit.

De his ita decreuit Fabianus Papa.

¶Consanguinei tantum, vel, si progenies defecerit antiqui, & veraces propinquitatem in synodo computent. C. I.

Sent. 4. dist. 41.
Polyc. l. 6. tit. 4.
Ans. l. 10 c. 60.
Burch. l. 7. c. 21.
Iuo p. 9. c. 57.
Pann. l. 7. c. 84.

Consanguineos extraneorum [b] nullus [c] accuset [d], vel consanguinitatem in synodo computet [e]: sed propinqui [f], ad quorum notitia n [g] pertinet, id est pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorū procreatio. Si autem progenies tota defecerit [h]; ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit [i], episcopus canonice perquirat; & si inuenta fuerint propinquitas, separentur.

[*Cælestini Papæ decretum ecclesiæ Florentinæ missum.*]

PALEA C. II.

Extra qui matrim accu. pos. c. videtur.

Videtur nobis, quòd secunda, quam contra prohibitionem ecclesiæ duxit, non sit vxor, etiam si primam nō haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum, & ordinem ecclesiæ factum est; tanquam inordinatum, ratū non haberi tam diuinæ, quàm humanę legis proclamat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate superduxit, prohibitione renitente, vxor non est, cogendus est eam recipere, quam iurauit, & desponsauit, & ex ea prolem genuit: vt iuramenti religio non vilipendatur, & fides adinuicem promissa seruetur, & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur, & alij exinde occasionem peierandi †, & aliàs decipiendi assumere non valeant. Quòd autem parétes, fratres, & cognati vtriusq; sexus in testificationé suorum ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua cósuetudine, quàm legibus ap-

† al peccandi

b ¶Extraneorum.] arg. ꝙ peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiantur in causa consanguinitatis, & quòd propinqui exteris personis præferantur, si contradixerint: quod est verum, vt extra qui ma. accu. pos. videtur.

c ¶Nullus.] Nisi deficiente parentela, vt hic in fine.

d ¶Accuset.] Improprie secundum H. argu. C. de inoffic. testa. parentibus vbi ponitur accusare pro agere. Et nota quòd causa matrimonialis nō est criminalis, nec ciuilis, etiam vbi de crimine agitur in foro ecclesiastico. sed mista. extra de proc. tuæ.

Matrimonialis causa est mista.

e ¶Vel consanguinitatem in synodo computet, &c.] Hoc referas ad testem. Et est arg. ꝙ non potest idē accusator esse & testis in causa criminali: quod verum est, licet quidam consentiant dicentes hoc speciale esse in matrimonio, vt idem sit accusator & testis: sicut est speciale, ꝙ non iuretur in eo de calūnia, cum sit quæstio spiritualis. extra de iuramēto calum. literas. & ꝙ consanguinei admittuntur & ꝙ non omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius extra vt lit. non contest. ad hoc Deus. & ꝙ valet testimonium de auditu infra ca. de parentela. & ꝙ post publicationem attestationum testes possunt induci. extra de testi. series. & c. licet.

Accusator & testis idē esse nō pōt in causa criminali.

f ¶Propinqui.] Hic præferuntur propinqui, & in accusatione adulterij C. de adult. l. quamuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libe. homi. exhi. l. 3. § penul. & in accusatione de effusis & eiectis. ff. de effu. & eiect. si vero §. cum autem.

Propinqui præferūtur alijs in certis casibus.

g ¶Notitiam.] Arg. ꝙ non sit idoneus testis in hac causa, qui non habuit notitiam consanguineorum, quos computat, si suo tempore fuerint.

a Sed qñ dicitur mota quæstio? dicit Vin. ex quo matrimonij intētio est. extra de offic. deleg. consultationibus.

h ¶Defecerit.] Quia non sunt vel nesciunt, vel sunt infantes

i ¶Nota sit.] Ante motam quæstionem. extra de consanguinita. & affin. ex literis a.

Videtur.] Hoc cap. fuit olim extra de matr. cōtract. contra interdict. eccle. cap. 1. sed hic est Palea.

Argu. 22. q. 1. hoc videtur. Arch.

NOtificamus.] CASVS Quidam mortua vxore sua duxit aliã, quæ dicebatur primæ cõsanguinea fuisse. dicitur hic quod si duo vel tres de consanguineis viri, vel mortuæ uxoris, vel alij testes idonei dixerint iurati consanguinitatem, separentur. si vero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc non fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerunt.

a ¶Defunctæ.] Mortua enim erat uxor eius, cuius consanguineam postea accepisse dicebatur, vel affinem.

Matrimonium serui an possit ad testimonia seruorũ dissolui.

b ¶Bonæ famæ.] Argum. quòd debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, vt extra de testibus, in litteris. & extra eo.tit. licet. Sed quid si criminosus seruus vel infamis contraxit, nunquid possunt admitti ibi homines similis conditionis? Videtur quòd sic. 2.q.7. si hæreticus. C. de inoffi. testa. in arenam. Dico quòd non, sicut nec dico aliàs criminosos testes contra criminosum admittendos. nec.n. habet ibi locũ replicatio. extra de except. à nobis.

c ¶Eis.] Id est, accusatoribus. Testes.n. non puniuntur antequàm dixerint testimonium. arg. C. de testi. nullum. est tamen arg. hic pro H. quod idem possit esse accusator & testis in huiusmodi causa 1.

1 Nõ est falsum secundũ id quod no 4.q.4.c. 1. in gl. ibi. sed no. sup. ea. in sum. vide quod dr hic. Arch.

d ¶Contraxerint.] Sed forte nõ bono zelo diffamauerunt matrimonium, vt C. de adulte. quamuis. in fine.

SI duo.] CASVS. Quidam contraxerunt, & erat fama cõtra eos esse consanguineos. dicitur quod si hoc constiterit testium approbatione, vel eorum confessione, separentur. si neutrum erit, ab episcopo adiurentur, & si negauerint, sibi sunt relinquendi: scientes quod si aliud habent in conscientia, in mortali peccato sunt vsque ad separationem, &c.

e ¶Confessi.] Si tamen eos consanguineos fama publica nunciet: quæ habetur pro vno teste, idem est si vnus confitetur, secundum Boz.

f ¶Sicut est fama.] Nam sine fama non sufficeret eorũ confessio, vt extra de eo, qui cog. consan. vxor. suæ, super eo. licet H. dicat sufficere si vterque inter septima manu. 33.q.1. requisisti. sed contra eũ est extra de eo, qui cog. consang. vxor. suæ, super eo. vbi dicitur, quod rumor, &c. Sed dici põt quod aliud est vbi se consanguineos dicunt, vt hic: aliud vbi turpitudinẽ allegant, vt ibi: quia nec tunc familiares testes admittuntur, vt extra de testi. in litteris. Vel facias vim in eo quod dicit, rumor, &c. quia aliud est, quam fama 2. Item si adest præsumptio uiolenta cum fama, sufficit, vt extra de testi. præterea.

Consanguinitas nõ probatur per coniuges, nisi fama concurrat

2 Rumor est quando aliqua pars viciniæ vnũ dicit, fama est quando tota ciuitas dicit siue clamat, secundum Host.

probatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione maiorum scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quàm illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita vt, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secũdum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, [pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris] in criminalibus causis, & contractibus verum est: in matrimonio vero coniungendo, & disiungendo, ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congrue recipiuntur †.

ff. de testib. le. testis idoneus.

† al. admittuntur

¶Hac Palea deest in plerisque vetustis exemplaribus. Habetur extra qui matrimonium accus. poss. c. . ex Clemente iij aliàs Calestino, Florentino episcopo. alias ecclesia Florẽtina: indeq, & ex aliquot manuscriptis est emendata, verbis aliquot & additis & sublatis.

Item Vrbanus Papa Richardo † Genuensi episcopo.

† al. Cyriaco

¶Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. C. III.

Sent 4. dist. 41. Iuo p.9.c.33. Pann.l.7.c.85.

NOtificamus tibi, vt postquam tres, aut duo ex propinquioribus iam defunctæ [a] vxoris, eius, qui accusatur, vel viuæ, hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquioribus Genuensibus, quibus hæc propinquitas nota est, qui bonæ famæ [b], & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, & omni malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmauerint; sine omni mora coniugia dissoluantur. Quòd si propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatem testãtur, & iuramento probare vel noluerint, vel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur: sed competens eis [c] pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (si forte in hac re contraxerint [d] aliquam) iniungatur.

Item ex concilio Vrbani Papa habito in Apulia.

In codice peruetusto ex Eugenio ij.

¶Suæ confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus iureiurando affirmat. C. IIII.

Sent. ibidem. Iuo p.9.c.53.

SI duo, vel tres viri cõsanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsimet forte confessi [e] fuerint; coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit; episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi in uera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, vtrum se (sicut est fama [f]) cõsanguineos recognoscant: si negauerint, sibiipsis relinquẽdi sunt: ita tamen, vt si aliud in conscien

a ¶Ali-

a ¶A liminibus segregatos, &c.] Sed dic segregatos quo ad sacramenta: sicut quilibet in mortali peccato existens. 1. q. 1. sacerdotes.
b ¶Atque infames.] Infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam. 6. q. 1. infames.
c ¶Do-

tia habeant, se à liminibus [a] ecclesiæ: à corpore, & sanguine Domini, à fidelium communione nouerint segregatos, atque infames [b] effectos, donec [c] ab incesti facinore desinant. Si se episcoporum iudicio segregauerint; si iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur [d].

2 *Ecce, quibus accusantibus [e], uel testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimendæ. Cuiusmodi uero iuramentum ab accusatore [f] sit exigendum; ex Romano ordine a habetur. Est autem huiusmodi.*

a ¶Ordine] *Cæteri collectores citant non ex ordine sed, ex concilio Romano sub Gregorio iij. Ex quibus collectoribus, & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & in sequentibus capitibus.*

¶Iuramentum accusatoris. C. V.

Polyc. l. 6. tit. 4.
Ans. l. 10. c. 74.
Burc. l. 7. c. 25.
Iuo p. 9. c. 61.
Pann. l. 7. c. 86.

j DE parentela illa, quam dicunt esse inter illum N. & istam eius coniugem N. quidquid inde scis, & audisti [g] à tuis vicinis, aut à tuis propinquis antiquioribus, quòd tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per † præmium, aut per † consanguinitatem celabis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere [h] iusserit; quandocumque [i] te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ.

† al. propter

¶Iuramentum testium. C. VI.

† al. Istud

Burc. l. 7. c. 26.
Iuo p. 9. c. 26.
Pann. l. 7. c. 87.

ILlud † sacramentum [k], quod iste iurauit de illa parentela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quòd tu illud obseruabis, inquantum sapis, aut audisti [l]. Sic te Deus adiuuet.

3 *Hoc iuramentum non est separationis [l], sed synodale, institutum ab Eutychiano Papa. Ait enim.*

c ¶Donec.] Arg. quod infamia per pœnitentiam abolétur.
d ¶Non prohibeantur,] Ratione iuuenilis ætatis, vel ipso iure si ignoranter coniuncti sunt. arg. 35. q. 2. inter fectores & cap. in adolescentia. & 34. q. 1. §. 1.

ECCE. Hæc est 2. pars huius quæstionis.

Sacramentum quadruplex est circa causas matrimoniales.

De ea.] Hic depingitur x. quæstio, quæ hēt duo membra, scilicet vtrum ex secundis nuptijs soboles suscepta possit cōsanguineis viri prioris matrimonio copulari: & vtrum affinitas deleatur in superstite. & in vtraque respondetur negatiue. infra ead. capit. 1. sed illud corrigatur extra de consangui. & affini. non debet.

¶A prædecessoribus depositi, à successoribus restituuntur. C. VIII.

Burc l. 1. c. 233. Ivo in præfatione. Pann. in Præfatione, c. 32.

Gregorius quartus, Theodosium, quem Eugenius antecessor eius presbyterij, honore priuauerat, ecclesię Signinæ consecrauit episcopum. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit; sed postea in Antiochia Patriarcha fuit. Misenum episcopum à Fœlice Papa damnatum Gelasius successor eius & communioni reddidit, & ecclesiæ restituit suæ.

¶Hæc eadem ordine tantum mutato habentur supra dist. 50. cap. Ioannes Chrysostomus. §. Misenum episcopum. Et caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus ponitur ante c. graue. sine nomine Palea.

C. IX.

Sicut ergo sententia Romanæ sedis in melius commutari ualet: sic cuiuslibet ecclesiæ sententia, cum per subreptionem data cognoscitur, rationabiliter reuocari potest.

QVAESTIO X.

De ea uero, quæ ad secundas nuptias transit, utrum in eadem affinitate consanguineorum prioris uiri remaneat, an soboles ex secundis nuptijs suscepta consanguineis prioris uiri copulari possit, merito quæritur. De his ita scribit Gregorius Papa Venerio Caralitano episcopo.

¶Affinitas in superstite non deletur. C I.

Hug de S. Vict. lib. 2. par. 11. Sen. 4. dist. 41. Polyc. l. 6. tit. 4. Ans. l 10. c. 53. Iuo p. 9. c. 38. Pann. l. 7. c. 68.

†Sagax dicitur acutus, peritus, astutus, præscius futurorū, prouidus, velox à sagio sagis, sagacitas, id est, astutia, velocitas. Pap.

Fraternitatis vestræ studiosæ sagacitati †, frater amande, quas debeo, refero grates. Quoniam quæsisti, quæ debuisti; iucūdū me reddidisti. Vnde placide ad inquisita respondeo. Sedem Apostolicam consulere decreuisti, si mulier [a] copula nuptiali extraneo viro coniuncta cognationi eius pertineat [b], si eo defuncto [c] cognatio maneat, vel si sub altero [d] viro cognationis vocabula dissoluantur, vel si susceptæ [e] soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Est enim verbum Domini validum, & forte, est durabile, est immutabile, est perseuerabile, non momentaneum, non transitorium. Ait enim per se ipsa veritas, quæ Deus est, & verbum Dei, [Cœlum, & terra transibunt [f], verba autem mea non transibunt.] (Lu. 21.) Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit Adam: [Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.] (Gen. 2.) cui non contradixit Dominus. Deinde cum veritas oriretur de terra in terram, & visibilis † [g] in humanitate appareret; interrogatus est si licitu n esset homini vxorem relinquere. (†al. inuisibilis) (Matth. 3.) Quod prohibens, fieri vetuit; nisi forte fornicatio excluderet maritalem copulam. Vnde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam, quam ante sęcula manens cū patre verbum inspirauerat Adę, ipse cōfirmans [h],

Fraternitatis.] CASVS. Quærebat iste episcopus an fit affinis vxor consanguineis viri, & si est, vtrum affinitas illa morte viri finiatur. vel si vltra protenditur, virū tunc saltem deleatur. cum illa secundo viro, possit iungi cōsanguineis prioris viri? Primæ quæstioni respondetur, quòd sic: alijs tribus quòd nō. Et hanc rationem assignat: quia vir & vxor sunt vna caro: sicut dictum est à Domino, cuius verbum manet in æternum. Addit etiam similitudinem de imagine facta de luto ex quatuor elemētis, ex quibus compositum est corpus humanum: & de liquoribus & coloribus, qui si mixti sint, separari non possunt. Et scias, quòd in hac causa nihil mutaui: sed solummodo scripturam in falsam correxi: & si verbis audacia detur, per hoc poteris deprehendere, vtrum in alijs locis sit aliquid in melius reformatum.

a ¶Si mulier.] Prima quæstio.

b ¶Pertineat.] Ad hoc probandum inducit omnia illa, quæ sequuntur in littera, vbi dicit antequam Deus &c.

c ¶Si eo defuncto.] Secunda quæstio.

d ¶Vel si sub altero] Tertia quæstio.

e ¶Vel si susceptæ.] quarta quæstio.

f ¶Transibunt.] Nō quo ad essentiā, sed quo ad formam, scilicet de qualitate in qualitatem: iuxta id quod dicit Apostolus: Præterit figura huius mundi.

g ¶Et visibilis.] Quia de Maria carnem assumpserat. de consecra. distinct. 2. reuera.

h ¶Confirmans.] ad litteram hanc continuatur littera supradicta. est enim verbum Domini, &c.

a ¶Quo-

quod ipse homo primus protulit.[Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.]si vna caro fiunt; quomodo potest [a] aliquis eorum propinquus pertinere vni, nisi pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credendum est. Porro † [b] vno defuncto, in superstite [c] affinitas non deletur [d]: nec alia copula [e] coniugalis affinitatem prioris copulæ soluere potest. Sed neque alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri transire consortium: pro eo, quod verbum Domini validum est, & forte: &, vt inquiens dixit propheta [f]: [Verbum Domini manet † in æternum.] Et alius propheta: [Quoniam ipse dixit [g], & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt: statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.] Nam potest per verbum suum, atque præceptum efficere Deus duos carnem vnam [h], id est masculum & fœminam; qui innumeram multitudinem vtriusque sexus non destitit secum facere vnum: sicut per se veritas dixit: [Non pro his tantum rogo, sed etiam pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.] Si quis ergo temerario, & sacrilego ausu in defuncto quærit propinquitatem extinguere, vel sub altero affinitatis vocabulo dissipare, vel susceptam sobolem alterius copulæ [i], propinquitati prioris credit legitime sociari; hic negat Dei verbum validum esse, & forte: & qui tam facile, & tam velociter quærit dissoluere; hic non credit verbum Dei in æternum permanere [k]. Cônfice terram ex quattuor locis magna intercapedine à se distantibus; & confectam, & conglutinatam finge cuiuscunque figuræ, vel immensitatis corpus volueris; nunquid erit humanum ingenium, quod ipsas quattuor partes ab inuicem valeat segregare, vt vnaquæque per se possit agnosci? Sic à quattuor auis duo [l] conficiuntur in vnum [m]; & de duobus [n] fit vna concreatio [o]. Hanc similitudinem de quattuor elementis, vnde concreatus est homo, colligere potes; si eorum vnumquamque speciem, quæ in multis diuisionibus partita est, per discretas inter se partes assinguaueris. Fit idem in metallis; hoc etiam in liquoribus: probat etiam in coloribus pictor, qui sequitur arte naturam, colores admiscendo *a*, ex visibilibus fucis corpora fingens.

Matth. 19.

† al. Nam

Esa. 40.

Ps. 148.

† al. stabit

Io. 17.

a ¶ Admiscendo.] *In Polycarpo & apud Anselmum, vnde præcedentia verba sunt restituta, hoc loco sic legitur,* fucis miscendo colores, ex inuisibilibus corpora fingens. Sed ne Domini constitutio, & c *multa enim apud ipsos sequuntur.*

a ¶ Quomodo pôt.] hæc est responsio primæ quæstionis.
b ¶ Porro.] Hæc est responsio secundæ quæstionis.
c ¶ In superstite.] Id est, inter superstitem & consanguineos defuncti.
d ¶ Non deletur.] Supra 3 q 7 §. tria. contra. Sed verba canonum legi præscribût, id est, præiudicât. Vel potius non deletur re uera secundum leges 1 vt non sit, sed deleatur quantum ad illud beneficium. de cons. dist 4 c. 1.
e Nec alia copula.] responsio tertiæ quæstionis.
f ¶ Propheta.] Laudate Dominum de cęlis, &c.
g ¶ Quoniam ipse. dixit.] Id est, sicut leue fuit ei dicere, ita & facere.
h ¶ Carnem vnam.] videtur non esse mirum si dominus fecit virum & mulierem carnem vnam, cum multitudinem fidelium fecerit vnum secum, s. per charitatê vel humanæ naturæ assumptionem de côsecr. dist. 2. in Christo.
i ¶ Copulæ.] Id est, secundæ. nam cum sobole ex prima posset contrahere. Vnde quandoque pater & filius habent matrem & filiam.
k ¶ Permanere.] Durum verbum contra Innocentium extra co. non debet.
l ¶ Duo.] Scilicet vir & vxor.
m ¶ Vnum.] In carnem vnam.
n ¶ Et de duobus.] scilicet viro & vxore.
o ¶ Concreatio.] Idest, vna proles.
p SI cuius.] Hæc duo cap. non tenent.

1 Concor. tex I l. 2. §. 1. & ibi gl. & quæ no. per do. ff. de post. & per glos. in § affinitatis institu. de nup.

Multitudinem fidelium fecit Deus vnû secum.

Filiam.

Item Innocentius Papa.

¶ Soboles ex secundis nuptijs genita consanguineis prioris viri copulari non debet. C. II.

SI cuius [p] patruus, vel auunculus vxoratus obierit, & illa virum alium postea duxerit, & filios, filiasue ex illo genuerit; cum his omnibus modis commisceri prohibemus: quia vir & mulier vna caro sunt.

Item ex Romana synodo.

Filiam.]CASVS. Pertractatis 13. impedimẽtis matrimonij: quia raptus videbatur impedimentum matrimonij, vel impedite matrimonium; ideo vltimo loco supponit de raptu, ostendens qui dicantur raptum committere, & qua pœna puniendi sint raptores, & qualiter rapta possit copulari raptori. Vt autem hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo duas elicit quæstiones.

¶De eodem. C. III.

j SI qua mulier ad secundas nuptias transierit, & ex eis sobolem genuerit; nullo modo potest ad consortium cognationis viri prioris pertingere.

Item Higinus Papa.

¶De eodem. C. IIII.

Sup. 4. dist. 4t.

ij SI qua mulier transierit ad secundas nuptias: & ex eis prolem habuerit; ipsa proles non potest se copulare cognationi prioris viri vsque ad quartam generationem.

Vnde Innocentius Papa.

¶De eodem. C. V.

Ansl. 10. c. 67.

iij SI qua mulier ad secũdas transierit nuptias, & filios & filias ad secundum maritum genuerit; debere eas nepotibus prioris mariti coniungi, sancta Romana synodus prorsus inhibuit.

CAVSA XXXVI.

Filiam cuiusdam [a] *ignorante patre quidam muneribus illexit, & ad conuiuium inuitauit: finito conuiuio, iuuenis virginem oppressit. Quo comperto à parentibus, iuueni traditur puella, ac more nubentiũ à iuuene dotatur, & publice in vxorem ducitur.*

1 *Quæritur primo, an ille raptum admiserit.*

2 *Secundo, an rapta raptori nubere possit, patre assensum præstante.*

QVAESTIO PRIMA.

Quòd autem [b] *ille raptum admiserit, multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Isidorus lib. 5. Etymol c. 26.

¶Quid sit raptus. C. I.

27. q. 2. raptus. Iuo par. 8. c. 26. Pann. l. 6. c. 53.

RAptus [c] quoque illicitus coitus à corrũpendo est dictus [d]: vnde qui raptu [e] potitur, stupro fruitur.

¶Iuo habet fere vt Gratianus hic. & supra 27. q. 2. c raptus. nec multo aliter Panormia. In codice Isidori impresso sic legitur, Stuprum raptus proprie est illicitus coitus, à corrumpendo dictus *Vnde Virgilius*, rapto potitur, *id est*, stupro fruitur.

ex Seruio in 4. Aeneid.

Vnde Gelasius Papa.

¶Vbi raptus admittitur. C. II.

27. q. 2. lex illa i Cod. Theod. l. 9. tit. de raptu vir. le. 1. extra de raptor. c. cũ causa. Polv. l. 6. tit. 4. Ansl. l. 10. c. 9.

LEx illa [f] præteritorum principium ibi raptum dixit cõmissum esse, vbi puella, de cuius ante nuptijs nihil actum fuerat, videatur abducta.

a ¶Filiam cuiusdam.] Post 13. impedimenta matrimonij tractat hic magister de raptu: quia videbatur matrimonium 1 impedire, & vtrum inter raptam & raptorem possit esse matrimonium.

1 Subaudi & qui raptũ committere dicãtur, & qua pœna puniantur raptores. Arch.

Quòd autẽ.]CASVS. Hic intitulat 1. q. qua quæritur, an ille raptum commiserit, de quo dictum est in themate, & certum est, quod sic. distingue tamen cum magistro, quod raptus quandoque committitur in re ipsa, quandoque in vsu rei, vt inf. ead. § vlt. Seq. duo c. plana sũt.

b ¶Quòd autem.] de hoc nullum est dubium, quin raptum cõmiserit iste. distinguas tamen cum magistro, quia quandoque raptus committitur in re ipsa: quandoque in vsu rei, vt inf. ea. § vlt.

c RAptus.] Supra 27. q. 2. raptus.

d ¶A corrumpendo est dictus.] Et ita simplex dicitur à composito: sicut aliàs exponit lex simplex per compositum 2, vt ff. ad leg. Aquil. si seru°. §. inquit lex. nam ibi veteres omnes intellexerunt rupisse, id est, corrupisse. Ioan.

2 Dicas in assignatione, quæ fit hic per Isi. causam respexit, nam ideo rapit quis vt corrumpatur: vnde illud a, non notat originem, sed causã. Ar.

e ¶Qui raptu.] Id est quia est illicitus coitus, à corrũpendo.

f LEx illa.] sup. 27. q. 2. lex. C. de rap. vir. raptores. contra. Sol. Iustinianus ibi correxit legem, de qua hic mentionem facit Gelasius, qui præcessit Iustinianum: sed tñ illud Iustiniani corrigit infr. e. q. 2. si qs virginẽ, & extra de rap. cum causa, &c. sequenti. Sed quare nõ cõmitto raptum in sponsa mea, vt committo in alia re mihi debita, vt si vẽditã mihi rẽ rapiã sic incido in constitutionẽ, si qs in tãtã. C. vnde vi, vt ff. de acq. r.

Raptũ in spõsam suam qs non committit.

pos. si ex stipulatione. & similiter furtũ committo in propria re, vt ff. de fur. eum qui. §. 1. Sed potest esse ratio, quia præsumitur, q̃ re sua nemo vitiose vtatur, vt ff. pro socio. merito vel forte ratio est: quia matrimonium nunquam dissoluitur alij contractus sic: vnde nunquam põt aliquis in casu incidere in cõstitutionẽ illam, placuit, 16. q. 6. nec in illã, si quis in tantã. & quia res ista nunquã potest alienari à vero domino. & quia libera persona non possidetur, & ita nõ est necesse vt expectet quousq; in eum trãsferat possessio sponsæ. itẽ quia inte li, & vt eã possidere quam cito sponsalia intercesserunt. vnde non vere dicitur raptor, cũ sua possessione vtatur. ff. de iniu. l. iniuriarũ. §. si quis, extra de elec. ecclesia Vulterana.

CVM ERGO. CASVS. iste diuiditur in duas partes. In prima concludit G. ex supradictis, quod hæc de qua agitur in themate, dicitur rapta. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Sed nõ ois.] dr̃ quid sit furnicatio, quid stuprũ, quid adulterium, quid incestus, & quid raptus: & ad fi. §. inducit sequẽs. c. [Corrupta in vxorẽ.] supple, maxime. [Hic morte,] secundum leges.

Stuprum in quibus personis cõmittitur.

a ¶Aliud in adulteriũ.] 32. q. 4. nemo §.

b ¶Cuiuslibet.] Supra 33. q. 4. meretrices. & q. 7. non solũ.

c ¶Proprie.] Bene dicit ꝓprie: nã & aliàs stuprum dicitur committi in vidua vel virgine, vel puero. ff. de adu. inter liberas. §. 1. de ver. sig. inter stuprum & quandoque ẽt stuprũ sumitur pro adulterio. 31. q. 4. nemo. 28. q. 1. idololatria.

d ¶Non reuocante.] Idem esset si reuocaret: quia nihilominus esset stuprum. si tamen non reuocat, cessat actio iniuriarum post annum. insti. de iniu §. vlt.

e ¶Abusus.] Vel vbi est iustitia publicę honestatis, ibi est raptus. 35. q. 3. nec eam 1.

f ¶Hic scilicet.] Raptor talis, vel raptus.

g ¶Mulctatur.] Antiquo iure, non antiquissimo 2.

h ¶Confugerit.] C. de his qui ad eccl. confug. l. vlt. §. vltimo.

1 Cõtra tex. in simi. in l. plenum. §. 2. cũ ibi no. per gl. & doct. ff de vsu & habita.

2 Dic clarius q̃ hic tex. obtinet secundum leges C. eo. titu. l. vna. sed secundum canones puniẽ vt habetur 1. q. 2. c. 1 2. & 3. & cap. nullus. Ar.

tur satisfactione simili.

l ¶Vel pœnarum.] Corporalium: à talibus liberatur 3. hic auctoritate canonum: non autem à pœna pecuniaria, quam sustinet, infra ea. q. 2. denique. sed & publica pœnitentia mulctatur. 27 q. 2. raptor.

3 Et hoc ꝓpter fauorem & priuilegiũ ecclesiæ non autem liberatur à pecuniarijs. Arch.

k ¶Ad

Cum ergo hæc illicito coitu sit corrupta, cumque ita sit abducta, id est, à domo patris ducta, quod de eius nuptijs nihil ante actum fuerit, raptam appellandam negari non potest. Sed non omnis illicitus coitus, nec cuiuslibet illicita defloratio raptus appellatur. Aliud enim est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium [a], aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio autẽ, licet videatur esse genus cuiuslibet [b] illiciti coitus, qui fit extra vxorem legitimam, tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum: vel meretricum, vel concubinarum. Stuprum autem proprie [c] virginum est illicita defloratio: quando videlicet non præcedenti coniugali pactione, vtriusque voluntate virgo corrumpitur, patre iniuriam ad animum statim post cognitionem non reuocante [d]. Adulterium vero est alieni thori violatio. Vnde adulterium dicitur, quasi ad alterius thorum accessio. Incestus est, consanguinearum, vel affinium abusus [e]. Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis, & affinibus abutuntur. Raptus admittitur, cum puella violenter à domo patris abducitur, vt corrupta in vxorem habeatur: siue puellæ solummodo, siue parentibus tantum, siue vtrisque uis illata constiterit, hic [f] morte mulctatur [g]. Sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit [h], priuilegio ecclesiæ mortis impunitatem promeretur.

Sent. 4. dist. 42.

Vnde in Aurelianensi concilio primo, c. 4. legitur.

¶Si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit, quid fieri debeat. C. III.

Ansl. 10. c. 57. Burc. l. 3. c. 191. Iuo p. 3. c. 108. Pann. l 2. c. 72.

DE raptoribus autem id constituendum esse censuimus, vt si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & feminam ipsam, violentiã pertulisse constiterit; statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarũ [i] impunitate concessa: aut ad † seruiendum [k] subiectus [l] sit; aut redimendi [m] se liberam habeat facultatem. Si vero, quæ rapitur, patrem [n] habere constiterit, & puella raptori consenserit [o]; potestati patris excusata [p] red-

† *seruiendi cõditioni subiectus*] vera lectio.

DE raptoribus.] CASVS. Quidam rapuit quandam puellam, & cum ea fugit ad ecclesiam: quęritur quid iuris sit? Et respondetur, si puella non consensit raptori, quæ patrem non habet, debet statim auferri raptori, & reddi consanguineis: & raptor non puniatur corporaliter, sed puellæ seruiat, vel ab ea se redimat. Si vero patrem habet & consentit puella: apud patrẽ excusetur, & ei restituatur, & raptor patri tenea-

K ¶Ad seruiendum.] Inops est. secus est in debitore, quia nõ cogit̃ seruire creditori 4 vt C. de act. & obl. obæs. Sed vsq; ad quod tempus seruiet ei? Sit in arbitrio boni viri, ex quo lege non exprimitur. ar. ff. de iure de liber. l. 1. § ait prætor. extra de of. deleg de causis. Vel seruiet ei per v. annos, ad instar illius, qui redẽptus est ab hostib9, C. de cap. & postli. reuer. diuersarũ. & licet iste seruus non sit, parũ tñ differt (vt dicit lex) à seruo, cum ei abire non liceat cum vult. ff. de li. ho. exhi. l. 2.

Debitor nõ cogitur seruire creditori.

4 Ad hoc extra de pig. c. 2.

l ¶Subiectus.] In pretium pudicitiæ eius. inf. e. quęst. 2. tria.

m ¶Redimendi.] Et hæc erit optio raptoris. ar. 27. q. 2. multorum ff. de cont. emp. si in emptione. §. penul. ff. de iure do. plerumque.

n ¶Patrem.] Videtur, quòd in primo casu patrem nõ habeat, licet magistraliter interpretetur, s. in §. sequ.

5 Argu. ad hoc ff. de rei. ven. qd̃ inf. ns.

o ¶Consenserit.] In fornicatione: aliàs non redditur.

p ¶Excusata.] A pęna legis vt non puniatur à iudice etiã si sit nubilis. nam innubilem ętas excusat 5. pater

tamen

tamen bene poteſt eam exhæredare ſi vult. C. de inoff. teſtamen. ſi filiam. niſi maior eſſet xxv. annis. tunc enim ſi pater diſtulit eam copulare, ſi alicui adhæſerit, remanebit cum illo etiam inuito patre. nec exhæredabitur, vt in authent. vt cum. de appel. cog. §. cauſas ver. ſi præ-

Pater tenetur dotare filiam quæ eo inuito nupſit.

d ¶Aliquando.] Idem dicit lex in furto, quod quãdo que committitur in re, quandoq; in vſum rei, vt ff. de furt. l. 1. §. furtum, & inſtit. de ob. quæ ex delic. naſc. §. furtum.

Furtum in duobus cõmittitur.

e ¶Prohibente.] Aut neſciente. ſic ff. de fur. qui vas. §. vetare.

datur, & raptor patri ſuperioris conditionis ſatisfactione teneatur obnoxius. *Hic tamen [illegible]*

Ex hac auctoritate liquet, quòd aliquando vis infertur parentibus, & non puellæ, cum dicitur: [ſi puella raptori conſenſerit.] Aliquando vtrique violentiam perferunt, cum præmittitur: [ſi raptor cum rapta perfugerit, & fœminam ipſam, violentiam pertuliſſe conſtiterit.] Puellæ autem, non parentibus vis infertur, cum voluntate patris puella violenter abducitur, vt eius patiatur concubitum, cuius copulæ nunquam conſenſum adhibuit. hic autem[a] neque parentibus, neque puellæ vim intuliſſe videtur, cum neque illis prohibentibus, neque illa renitente[b] violenter ſit abducta. Aliud eſt enim promiſſionibus aliquam ſeducere; aliud ſibi vim inferre. Vnde quia neutri vis illata probatur, raptor hoc iure dici non debet[c]. Sed rapina dupliciter fieri dicitur. Aliquando[d] enim res ipſa rapitur: aliquando ipſius rei vſus tantummodo violenter eripitur. Res ipſa tunc rapitur, cum violenter domino eripitur, ut in perpetuum teneatur. Aliquando vero non res ipſa affectatur: ſed vſus eius domino prohibente[e] violenter vſurpatur. Hic ergo raptum admiſit, quia florem virginitatis puellæ renitenti violenter eripuit.

QVAESTIO SECVNDA.

1
2

NVnc quæritur[f], an purgato vitio rapinæ, raptor in vxorem poſſit raptam accipere: quorum coniunctio auctoritate canonum ſanctorum penitus prohibetur.

& in 6. Syno. c. 92. Capit. l. 1. c. 104.

Legitur namque in concilio Calcedonenſi, cap. 27.

¶Raptores puellarum, & conſentientes excommunicentur. C. I.

Poly. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 49. Burc. l. 9. c. 35. Iuo p. 8. c. 173. & 122. Pann. l. 6. c. 55.

EOs, qui rapiunt[g] mulieres ſub nomine ſimul[h] habitandi, aut cooperantes, aut conniuentes raptoribus, decreuit ſancta ſynodus, vt ſi quidem clerici ſunt, decidant proprio gradu: ſi vero laici, anathematizentur[i].

NVnc quæritur.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes, in quarum prima probatur, quòd raptor non poteſt contrahere cum rapta. Secunda ibi. [His auctoritatibus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2. quæſt. qua quæritur, an raptor cum rapta poſſit matrimonialiter copulari. Et ſimiliter dicendum eſt, quòd ſic, vt infra ead. tria & c. denique. niſi aliud impedimentum interueniat. Allegat tamen Grat. pro vtraque parte: & primo probat, quòd nõ. Quæ aut ſequuntur vſque ad cap. de puellis. patent.

f ¶Nunc quæritur.] hæc quæſt. 2. dubia nõ eſt, quia raptor bene ducere poteſt raptam in vxorem t. peracta pœnitentia. extra de adult. c. 1. & 2. & extra de rap. cum cauſa. & infra ead. denique. & expreſſum eſt extra de rapt. accedens. niſi ſit ſponſa alterius de præſenti. Tunc enim illi reddenda eſt. 27. q. 2. deſponſatam. ſed ſi ſponſa de futuro, non cogitur eam recipere, vt 27. q. 2. raptor. & c. ſeq. ſecundum leges tamen nõ poteſt cum ea contrahere. C. de rapt. virgi. l. vna. §. ſin autem. Capitula ergo quæ dicunt, quod rapta reddenda ſit patri, vel quæ dicunt, quod non poſſit contrahere cũ raptore, intelligenda ſunt quando rapta nun conſenſit in matrimonium raptoris: ſed potius in ſtuprum. Vel intelligit quando aliquid ſponſam alterius rapuit de præſenti, ad hoc extra de ſponſa duorum, cap. tuas dudum.

Raptor raptam bene ducit.

t Adde quod de iure ciuili eſt ſecus. l. vni, cum ibi not. per glo. & doc. C. de ra. vir.

ſi præter. coll 8. ſed ſi filia inuito patre adhæſerit alicui matrimonialiter, dummodo dignum eligat, pater tenetur eam dotare, vt ff de ritu nup. qui libetos.

EX HAC. CASVS. Hucuſque allegauit magiſter: modo ponit ſolutionem bonam, diſtinguens, quod aliquando vis infertur parentibus, & non puellæ, aliquãdo vtriſque, aliquando puellæ tantum. ſed illi, de qua hic agitur, vel eius parentibus nulla vis fuit illata. In fine diſtinguit, quod raptus quandoq; committitur in re ipſa quandoque in vſu rei, ſicut fuit in puella, de qua hic loquitur.

a ¶Hic autem.] De quo agitur in themate.

b ¶Renitente.] Nam ſpontanea fuit in abductione, inuita in corruptione.

c ¶Non debet.] Allegando dicit, vnde ſtatim ſubdit ſolutionem.

g EOs qui rapiunt.] Hoc c. & ſequens a loquitur de illis, quæ cum ſint nubiles, raptoribus non conſentiunt. Vel de innubilibus, quæ ſemper parentibus ſunt reddendæ à raptoribus ſeparatæ, vt ſupra ea. q. 1. c. vlt. Et hoc exaudi cum conſentiunt in illicitum coitum, & non in matrimonium.

a Scilicet il lod de puellis. & ca. ſi quis virginem. & ca. nullus.

h ¶Simul.] Tamen illud non proponunt facere.

i ¶Anathematizentur.] Et hoc cum nolunt agere pœnitentiam publicam. ſupra. 27. q. 2. raptor. & capit. ſtatutum.

a RAptores.] ¶Volentes vel inuitas.] Voluntas illius non t excusat. sic 16.q.6. placuit. sic 92. dist. si quis episcopus. quia illæ moniales velle non habēt. 12.q.1. non dicatis. immo ipsum velle mulieri ab insidijs nequissimi hostis, qui rapinam meditatur, inducitur a C. de rapt. virg. l. vna. circa finem. Nam & qui volētem retinet, dūmodo circumuentum, non sine dolo retinet. ff. de lib. ho. exhib. l. 3. §. si quis volētem. Immo etiam ageretur hic cōtra raptorem inuitis raptis, sicut pater iniuriarum agit inuito filio. ff. de iniur. l. 1. §. usque adeo.

s Scilicet monialis. Moniales velle nō habent.

a Sub. vnde pro velle non habet.

b SI quis.] ¶Attentare.] Argumentum quòd interdum conatus sine effectu punitur, vt 19. distin. Anastasius. immo & tentare est ad actum perducere, siue procedere, quia est agere vt de pudico, &c. de pœnitentia. distinc. 1. si quis tamen masculum. & ita non est hic tantum conatus. in maximis tamen criminibus punitur solus conatus 6. q. 1. §. verum. vers. si quis cū militibus, in minoribus nō: quia non sum fur etiam si ad aliquē actum processi. ff. de fur. vulgaris. §. qui furti. & l. si certe.

Conatus solus quandoque punitur.

DE puellis.] CASVS. Bene sic ponit hunc casum. Ex eo quod Chalcedonēse concilium præcipit raptores puellarum & cōsentientes & clericos deponi, & laicos excommunicari; apparet hic non licere raptori raptam ducere. Quæ autem sequūtur vsque ad c. tria. plana sunt.

c ¶In Chalcedonensi.] Supra ead. q. eos qui.

d ¶Quibus.] Dicit H. & bene. quòd hic non debet esse §. argumentatur Cabilonense cōcilium ex verbis Chalcedonensis concilij: si enim hoc non esset de isto c. quare poneret Grat. hic hoc c. cū statim superius illud posuerit, scilicet cap. eos.

e ¶Nullatenus.] Huic est derogatū, vt inf. ea. c. tria. & extra de rap. accedens. Sed secundum leges adeo interdicitur, quod si mulier cum raptore nubit, amittit dominium rerum raptoris in auth. de rap. mu. quæ raptoribus nubūt, circa fi. coll. 9. Sed credo & illā pœnā cessare: cū & interdictio cesset per canones, nisi cū sponsa alterius de præsenti rapitur, vt 27. q. 2. statutum.

Rapta nubēs raptori punit secundum leges.

f SI quis virginem desponsauerit.] Argu. quod violentia excusatur ratione iuris quod quis habet, arg. infra ea. inf. ea. deniq;. 16. q. 6 placuit cōtra sup. 27. q. 2. lex illa. sup dist. 92. si quis episcopus contra. Io. de Fan. 3.

g NVllus. aut regis.] Quia libera debent esse matrimonia, extra de sponsa. requisiuit. & ti. de verb. oblig. stipu. Et talis qui per legem vxorem postulat, deportari

3 Solue per id quod not. supra ea. q. 1. c. 2.

Item Symmachus Papa, epistola ad Cæsarium, c. 3.

¶Ob immanitatem sceleris abijciantur raptores viduarum, vel virginum. C. II.

RAptores igitur viduarum, vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur: illos vehementius persequendo, qui sacras virgines, vel volentes, vel inuitas [a] matrimonio sociare tentauerint. Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate à communione suspendi præcipimus.

Poly. l. 6. tit. 8. Ans. l. 10. c. 58.

Item Codicis libr. 1. titu. de episcopis & clericis Ioninianus Imp.

supra de pœnitētia dist. 1. si quis non dicam t. in cod. Theod. li. 9. tit. 25. leg. 2.

¶De eodem. C. III.

SI quis non dicam rapere, sed attentare [b] tantummodo † matrimonij iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit; capitali pœna feriatur.

† Concor. text. in l. si qui cum telo, & ibi gl. & Doc. C. ad le. Cor. de sica. & l. si quis non dicā. in glo. 1. & 2. C. de epis. & clericis.

Item ex concilio Cabilonensi.

In Turonico 2. c. 21. capitular. lib. 1. c. 104. & l. 7. cap. 183. In conc. Trosleiano c. 8. Burc. l. 9. c. 36. Iuo p. 8. c. 174. Pann. l. 6. c. 55. sup. ea. eos, qui.

¶De eodem. C. IIII.

DE puellis raptis, necdum desponsatis in Chalcedonensi [c] concilio statutum est, eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes, & conniuentes raptoribus, decreuit sancta synodus, vt si quidem clerici sunt, decidant proprio gradu: si vero laici, anathematizentur. Quibus [d] verbis datur intelligi, qualiter huius mali auctores damnandi sint; quando participes consilij & conniuentes tanto anathemate feriūtur, vt iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi iure vendicare nullatenus [e] possint.

Item Gregorius Papa II. in synodo Romana.

¶Excommunicentur raptores viduæ, vel virginis cum sibi fauentibus. C. V.

SI quis virginem, vel viduam, nisi desponsauerit [f], rapuerit, vel furatus fuerit in vxorem: cum sibi fauentibus anathema sit.

Ans. l. 10. c. 49. Burc. l. 9. c. 18. Iuo p. 8. c. 149. Pann. l. 6. c. 54.

¶ *Factum est hoc caput ex x. & xi. decreto Gregorij secundi, qui in codice canonum iunior appellatur.*

Item ex concilio Parisiensi 1. c. 6.

¶Excommunicetur qui viduam, vel filiam alterius extra voluntatem parentum rapuit, aut regis beneficio postulat. C. VI.

NVllus neque viduam, neque filiam alterius extra uoluntatem parentum aut rapere præsumat; aut regis [g] beneficio æstimet postulādā: Quod si fecerit, ab ecclesiæ

Iuo, p. 8. c. 25.

portari debet. C. si nuptiæ ex rescrip. per l. 1. Sed no. quod duo præmittit, quòd nec rapiat, nec regis, &c. Vnde ar. quod ista delicta paria sunt: ergo pari pœna sunt punienda 15. q. 3. sane.

Delicta paria pari pœna sunt punienda.

a ¶Remotus.] No. casum, in quo auctoritate principis non

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est secunda pars, in qua probat in contrarium, & verius, scilicet quod raptor cum rapta potest contrahere. Io. de Fan.

b ¶Quod raptor.] Id est, quamdiu tales sunt, quod istis nominibus appellentur.

† al. damnatione plectatur

communione remotus [a], anathematis gladio † feriatur.

His auctoritatibus euidenter datur intelligi, quod raptor [b] in vxorem, raptam ducere non valet. Sed raptor & rapta, nomina sunt vitiorum, non personarum. Vitia autem, cum per pœnitentiam purgata fuerint; nomina eorum [c] abolentur.

hom. 29. in Euã.

Vnde in quadam homilia Gregorius ait.

C. VII.

verba ipsa Grego. habens sup. 32. q. 1. apud misericordem.

Apud [d] omnipotentem quippe Dominum non ille fallax habetur, qui culpam mendacij per pœnitentiam delet.

Prohibetur ergo præmissis auctoritatibus rapta copulari raptori, antequam vitium rapinæ aboleatur; donec ille raptor, & illa rapta iure appellantur. Cæterum cum illa patriæ potestati restituta fuerit, & raptor suæ rapinæ pœnitentiam egerit; cum voluntas parentum vtriusq; in vnum conuenerit; non prohibentur ad inuicem copulari.

Vnde Hieronymus ait.

¶Quot sunt legitima coniugia, & quòd voluntate patris rapta raptori nubere potest. C. VIII.

Iuo p. 8. c. 40. Pann. l. 6. c. 33. 30. q. 5. aliter. & qualis.

Tria legitima [e] coniugia in scripturis leguntur. Primum legitimum coniugium est, virgo casta in virginitate viro data legitime: & reliqua, quę sequuntur in prędictis [f].] Secundum, virgo in ciuitate deprehensa à viro, & illi per vim copulata; si uoluerit pater eius, dotabit eã iste vir, quantum iudicauerit [g] pater; & dabit pretium pudicitię eius. Tertium, filia prędicta deprehensa, si non fuerit voluntas patris, trahet eam [h] à prędicto viro, & tradet eam alij; & dotabit eam, & legitima erit ei. Sed primum his duobus prefertur.

ex c. 22. Deute.

¶Post hoc caput apud Iuonem & in Pannormia sequitur c. additur aliud supra 27. q. 2. ex Hieronymo item citatum.

Item Ambrosius in Apologia Dauid, c. 8.

¶Cum voluntate parentum raptas in coniugium habere permittitur. C. IX.

Deuter. 22.

Denique & puellę pater illius, quę vim concubitus nulli desponsata [h] pertulerit, quinquaginta drachmas [i] † argenteas accipiet: ipsa autem in coniugio permanebit.

† didrachmata argentea] ori. ex lxx.

Item ex concilio Meldensi, c. 65.

Burc. l. 9. c. 39. Iuo p. 8. c. 170. & 177. Pann. l. 6. c. 56.

¶Post pœnitentiam raptori, vel raptę licite coniugia concedantur. C. X.

SI au-

c ¶Nomina eorũ.] arg. 50. distin. ferrum. 23. q. 6 vides.

d APud.] Vt 32. q. 1. apud.

ADDITIO. Apud præpositio, per id, describitur: quia veteres pro apud, ad, sæpe vsi sunt? duabus literis subtractis. Archidia.

TRia legitima.] CASVS. Legitimum matrimonium fit tribus modis. Primo, si aliquis virginẽ duxit vxorem. Secundo, si rapta nupsit raptori patre consentiẽte. Tertio, si pater abstulerit eam raptori & alij dederit. Seq. c. patet.

e ¶Tria legitima.] hoc c. nititur veteris legis testimonio, quia in moralibus vim obtinet Euãgelicam, & ideo ei standum est: & additur istis quartum, vt 27. quæst. 2. additur.

Lex vetus vim Euangelicam obtinet in moralibus.

f ¶In prædictis.] In alia parte capituli: & habes c. 30. quæst. 5. aliter 1.

1 Vel dic in prædictis s. partib. vel capitulis mei operis vbi tractatur de talibus. Ho.

f ¶Iudicauerit.] Id est, debuerit iudicare secundum legis taxationem Mosaycæ, vt infra proxi. ca. denique. vt tamen legitimum nõ excedat modum, s. 50. drachmas argenti. Vel cum hic non taxetur, summa deferenda est ad arbitrium boni viri 2, vt consideretur nobilitas raptæ, & persona raptoris, & aliæ circumstantiæ. sic extra de iniu. & damno dato. c. 2.

2 Arg. extra de iureiur. Quintauallis. ff. de l. 1 si sit legatũ ff. de oper. lib. si Libertus. Archi.

g ¶Trahet eã.] Quãdo filia non consensit in matrimonium raptoris, sed in stuprum. supra ead. c. in summa.

h DEnique.] ¶Desponsata.] Secus esset si desponsata esset alij: vt 27. q. 2. statutum.

non excusatur quis, vt 25. q. 1. omne supr. 16. q. 1. in canonibus. & supr. 16. q. 7. si quis deinceps. & supra disti. 18. si episcopus Metropolitanus. sed contra supr. 12. q. 2. de rebus. & supra 12. q. 2. vobis.

i ¶Drachmas.] Drachma (vt dicunt) est siclus. quid autem sit siclus, habes 1. q. 1 iud. ces.

Drachma est siclus.

SI autem.] CASVS. Statuit hic concilium Meldense de raptoribus. puellarũ vt nisi ante promulgationẽ

huius edicti nupserint eis, raptæ separentur ab eis, & parentibus reddantur: & publica pœnitentia raptoribus indicatur, qua peracta, si iuuenes sint, & placuerit vtriq; parti, poterunt coniungi, sed mortua rapta raptor non ducat aliam nisi ex dispensatione episcopi.

ri post pœnitentiam, sed alij: similiter & raptor post pœnitentiam aliam accipiat: alioquin frustra diceretur, quod est in fine c. remanebit. Hoc falsum est, quia non semper talis remanet, vt dicit H. Sequens cap. loquitur de desponsata alij per verba de præsenti. Vel est

tem [a] nec dum eas, quas rapuerant, cum voluntate parentum sub desponsionis, vel dotalitij nomine in coniugium [b] duxerunt, † quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab eorum coniunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur: raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Peracta vero pœnitentia publica, si ætas, & incontinentia exegerit: legitimo, & ex vtrisque [c] partibus placito coniugio [d] socientur. Nam in his non regulam constituimus; sed (vt verbis magni Leonis vtamur) quid sit tolerabilius, æstimamus. Quòd, si vnus ex coniugatis obierit, & is, qui pœnitentiam publicam [e] egerit, superstes extiterit; iterare coniugium non præsumat, nisi [f] episcopus aliquam forte præuiderit concedere indulgentiam, vt grauiorem possit amouere offensam.

† al. sumptas habent

Hac auctoritate Meldensis concilij non permittitur raptori rapta post pœnitentiam copulari: sed permittitur vtrique post pœnitentiam legitimo coniugio copulari: vt rapta videlicet non raptori, sed alij post pœnitentiam nubat. Similiter raptor post pœnitentiam non eam, quam rapuit, sed aliam permittitur habere vxorem. Cum enim raptor, & rapta [g] pœnitentiæ subijci præcipiuntur; si vtrisque † copulam auctoritas illa permitteret; frustra circa finem capituli diceretur, [quod si vnus ex coniugatis obierit, & is qui publicam pœnitentiam egerit, superstes extiterit: iterare coniugium non præsumat.] Eorum namque quolibet decedente, qui pœnitentiam egit, superstes remanebit. Non ergo hac auctoritate raptor probatur in coniugium raptam posse accipere. Potius inuenitur in concilio apud Aquisgranum, quòd nec etiam voluntate parentum ad inuicem possunt copulari. Sic enim in præfato concilio legitur.

† al. vtriusque

¶Nec etiam cum voluntate parentis, raptores raptas possunt habere coniuges. C. XI.

Placuit, vt hi [h], qui rapiunt fœminas vel furantur, aut seducunt; eas nullatenus habeant vxores: quamuis [i] eis postmodum conueniat, aut eas dotauerint: vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint.

Burc. l. 9. c. 33. Iuo p. 8. c. 171.

¶Burchardus etiam. & Iuo citant caput hoc ex Aquisgranensi, c. 3. Habetur lib. 7. capitul. c. 395. & in.le refertur in concilio Rhemensi. Trosleiano, c. 8.

a ¶Si autem.] CASVS. Aliqui in adolescentia costinati spōsas aliorum de futuro rapuerunt. Vnde statuit concilium Meldense, quòd si ante concilij tempus nondum cum eis matrimonium confirmarunt, separentur: & raptoribus publicæ pęnitet. ę sup positis, raptæ parentibus restituantur. Acta autem pœnitentia, raptores possunt cum alijs matrimonium contrahere: ita tamen quod si contingat uxores eorum decedere, non possunt iterum contrahere, nisi ex dispensatione episcopi. 31. quæstio. 2. §. de pœnitentibus. Hu. breuissime ponit casum in hunc modum. Raptor acta pœnitentia potest cōtrahere cum rapta: & ea mortua non ducat aliam, propter enormitatem criminis.

b ¶In coniugium.] Supra 34 q. 2. non satis. in fi. extra de fur. c. 1. contra. Vnde videtur, quod raptores in lege morte puniebantur: sed in illis contrarijs de adulterio loquitur, & hic de fornicatore, qui non rapit alterius sponsam.

c ¶Ex vtrisque.] Scilicet raptorum & raptarum. aliàs ex vtriusque.

d ¶Coniugio.] Non interfeci qua vt dicūt cum illa contrahere nō potest. præterea si non intelligeretur de sponsa alterius, nihil esset quod dicitur à Gratiano.

e ¶Publicam.] Raptori imponitur publica pęnitentia, non raptę: quia non ita cōstat an rapinæ consenserit, licet Grat. aliter sentiat in sequenti.

Pœnitentia publica imponitur raptori.

f ¶Nisi] Ecce arg. quod licet sit dispensatum cum aliquo in vno matrimonio, non ideo in sequenti, vt 33. q. 2. c. vlt. Idem in dignitate, vt 12. dist. nos consuetudinem. Item in ordine, vt 34. dist. Lector.

HAC AVCTORITATE MELDEN. CASVS. Soluit nunc Grat. pro cōtraria parte, & dicit quod hac proxima auctoritate non permittitur rapta raptori copula est ei derogatum per auctoritatem Hiero. & Ambr. & vete. testa. & per Melden. concilium. Sequens §. in quo Grat. ponit bonam solutionem, patet.

g ¶Et rapta.] Hoc non dicitur in c. præcedenti, quòd raptæ imponatur pęnitentia publica 2.

h Placuit vt hi.] Derogatur huic c. p. Vel intelligitur de desponsatia alijs per verba de præsenti.

i ¶Quamuis.] Supr. 16. q. 6. placuit. & sup. distinct. 92. si quis

2 Snbau. iō male dicit Gratian⁹ infra ca. dum dicit, Frustra, &c. cū tantum raptor publice subijci debeat pęnitentiæ, cū rapta nō cōsentit. Io. de Fant.

Hæc auctoritas non præiudicat auctoritati [a] *Hieronymi: maxime cum illa testimonio diuinæ legis nitatur. Legitime igitur post pœnitentiam peractam raptor poterit sibi copulare quam rapuit, nisi pater puellæ illam raptori detrahere voluerit. Item Cod. lib.5.tit. de nuptijs.* [*Nec filium quidem familias inuitum ad ducendā vxorem cogi legum disciplina permittit. Igitur, sicut desideras, obseruatis iuris præceptis, sociare coniugio tuo quam volueris, non impediris: ita tamen, vt in contrahendis nuptijs patris tui consensus accedat.*] *Item in eodem, le.20.*] *In coniunctione filiarum in sacris positarum, patris expectetur arbitrium.*] *Item Dig. de ritu nuptiarum, le.2.* [*Consistere non possunt nuptiæ, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt, quorumque in potestate sunt.*] *Item Instit. lib.1. tit. de nuptijs.* [*Iustas autem nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt: masculi quidem puberes; feminæ autem viri potens, siue patres familias sint, siue filij familias: dum tamen filij familias consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere & ciuilis, & naturalis ratio persuadet intantum, vt iussus parentis præcedere debeat.*]

tit.4.leg.12.

tit. 10. in principio.

si qs episcopus vacās. a ¶ Auctoritati.] sup. dist.20.§.1. cap.2. cōtra vbi dicitur, quòd in causis decidendis præferuntur concilia auctoritatibus sanctorum patrum. huic præiudicat auctoritas Hier. vt supra ea. tria. sed hoc ideo, quia corroboratur auctoritate vete. testa. & etiam auctoritate Meldensis concilij. supra eadem si autem. Ioan.

DE

DE CONSECRATIONE
DISTINCTIO PRIMA.

¶Hæc distin. diuiditur in 27. partes. In quarum prima probat, quòd non debemus celebrare nisi in locis consecratis ab episcopis, & in sacratis vestib', & in vasis & aris ab episcopis & sacratis hominibus. Secunda ibi, [Oēs basilicæ.] Tertia ibi, [De locorum.] Quarta ibi, [Nemo ecclesiam.] Quinta ibi, [Sicut non alij.] Sexta ibi, [Solennitates.] Septima ibi, [Ecclesia.] Octaua ibi, [Null' presbyter.] Nona ibi, [Tribus.] Decima ibi [Ligna.] Vndecima ibi, [Vasa.] Duodecima ibi, [Iacobus.] Decimatertia ibi, [Noste.] Decimaquarta ibi, [Sacramēta.] Decimaquinta ibi, [Solēt.] Decimasexta ibi, [In ieiunijs.] Decimaseptima ibi, [Sufficit.] Decimaoctaua ibi, [De hymnis.] Decimanona ibi, [Nullus episcopus.] Vigesima ibi, [Episcopus Deo.] Vigesima prima ibi, [Omnes fideles.] Vigesimasecunda ibi, [Eps nullū.] Vigesimatertia ibi, [Apostolica.] Vigesimaquarta ibi, [Omnis Christian'.] Vigesimaquinta ibi, [Quādo autē.] Vigesimasexta ibi, [Inuenimus.] Vigesimaseptima. ibi, [Visum.] de Fantu.

a Onsecratiōē ecclesiarū] CASVS. Expleto tractatu matrimonij, quod est commune omnium nationum, explicitis etiam varijs causarum conflictibus, agitur de sacramentis, quæ necessaria sunt ad salutem: & hoc ordine. Primo de ecclesiarū cōsecratione. Secūdo de sacramento Eucharistiæ. Tertio de solēnitatibus festiuitatū. Quarto de sacramēto baptismi. Quinto de cōfirmatione & diuinis officijs & ieiunijs. Et in fine de spiritu sancto. & sic tractatus ille in 5. distinct. est distinctus. Et no. φ cū in alijs tractatibus magister interfuit suos §. & solutiones: in hoc tractatu non nisi duos ponit §. vnū in prima, aliū in quarta distinctione. hoc ideo, qa de sacramētis sobrie est loquēdū: in qbus ēt vera loq periculosū est. In hac ergo distinctiōe ostēdit ecclesias esse cōsecrādas, & à quo, & qualiter, & cuius auctoritate, & φ nō sit iterāda cōsecratio nisi in casu. & quo ordine Missæ sunt celebrādæ: & quot debeant celebrari in die. tamen dicitur à quibusdam, quòd hoc verbum scilicet, de consecratione, non in serie, sed in titulo originalis capituli reperitur & incipit c. de Missarum, &c.

Notandum est, quòd sacramētorū generatim sūpto hoc vocabulo, quædā sūt salutaria. q̄dā veneratoria: q̄dam ministratoria: q̄dam præparatoria.

Salutaria sunt illa, quæ ad salutem vel vnicuique, vel in ecclesia sunt necessaria, vt baptismus eucharistia confirmatio, pænitētia, extrema vnctio, ordo, & matrimoniū. Veneratoria sunt, festiuitates q̄ per certa anni tempora in alicuius sacræ rei memoriam venerabiliter celebrantur. Ministratoria sunt officia omnia ecclesiastica nocturna siue diurna. Et dicūtur ministratoria quia per ea ministrat, & exhibet latria Deo: & quia per ea reliqua sacramenta ecclesiastica conficiuntur, ministrantur & celebrantur. Præparatoria sūt quæ omnib' sacramentis præfatis celebrandis præparantur & fiūt, vt ecclesia, altaria, ecclesiastica vasa ornamenta: & generaliter omnia ecclesiastica vtensiliā & eorum consecratio secundū H.

TAbernaculum.] CASVS. In hoc c. Felix ostendit exemplo veter. test. ecclesias esse ędificādas & cōsecrandas à Christianis, nam Moyses Domino præcipiente tabernaculum fecit & consecrauit. Dauid autem cultum Dei ampliauit, & templum Deo facere voluit: quod quia prohibitus fuit perficere, Salomō eius filius perfecit. Si Iudæi hęc faciebant, multo fortius hæc fieri debent à Christianis, vt non celebretur in alijs locis quàm ecclesiasticis: nisi in necessitate: nec celebrare debent aliæ personæ quàm ab episcopis consecratæ quod probatur auctoritate Laodicen. concilij.

b ¶Delibuti.] Id est, deliniti.

c ¶Et Leuitæ.] Non subdiaconi: quia non erat subdiaconatus sacer ordo. hodie autem bene ferūt sacra subdiaconi: quia sacer est hodie. extra de æta. & quali. or. à multis.

d ¶Reperitur.] In Leuiti. cap. 8.

e ¶Amplificauerit.] Instituēdo ibi xxiiij. sacerdotes, vt quilibet vice sua poneret incensum Domino.

f ¶Prohibitus est.] Sed mirū est, quare hoc dictū est: cum quilibet homicida templum possit construere: cū etiam Moyses, qui fuit homicida, vt 23. q. 5. nō in inferenda. cōsecrauerit ecclesiam, vt hic dicitur in princ. huius c. maxime cū olim fuit licitū sacerdotib' interficere,

DE CONSECRATIONE
DISTINCTIO PRIMA.

C. I.

COnsecrationem † ecclesiarum [a], & Missarum celebrationes non alibi, quàm in sacratis Domino locis, absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus, quibus sunt nota veteris & noui testamenti præcepta.

Ex Felice IIII. in epistola olb. Episcopis, c. 1. Burc. l. 3. c. 57. Iuo p. 3. c. 60. Pan. l. 2. c. 31.

† al. De ecclesiarum consecratione, & de Missarum celebrationibus.

¶Verba capitis sequentis in vetustis Gratiani exemplaribus non sunt seiuncta à superioribus, quemadmodum neque in ipsa Fœlicis quarti epistola, neque apud cæteros collectores. Sed ob citationes doctorum non est mutatum. Nonnulla autem emendata sunt.

C. II.

TAbernaculum enim † Moysem Domino præcipiente fecisse, & sacrasse cum mensa, & altari eius, & æreis † vasis, & vtensilibus ad diuinum cultum explendum legimus, & non solum diuinis precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei vnctione, Domino iubente, perlinisse nouimus. Qualiter autē hæc facta sint, & quomodo ipsa sacra nō alij, quàm sacerdotes sacra vnctione delibuti [b], Dominoque cū vestibus sanctis sacrari, & leuitæ [c] tractabant, ferebant, erigebant, & deponebant; in ipsis institutionibus, quæ iubente Domino conscriptę sunt per Moysem, in lege Domini reperitur [d]. Qualiter ergo Dauid regum pijsimus amplificauerit [e] cultum Dei, & templū Domino ędificare voluerit, sed propter multum sanguinem, quem effuderat, prohibitus est, [f] & ipse college-

Ibidē apud Felicem & col ectores

† al. vero

† al. altaris

Exo. 31.

Num. 7.

Leui. 8.

2. Reg. 7.

ficere, vt 2. q 7. §. Item cum Balaam. Ad hoc dicas q licet Dauid fuerit in vete. test. fuit tamen præfigurator noui testamenti. 32. q 1. c. quod autem. ideo in figura istius temporis dictum est ei: Non ædificabis, &c. & est arg. à minori. si enim propter homicidiũ repulsus fuit à con-

Dauid interfecerat? Respon. omnia futura sunt Deo præsentia. 2. q. 1. Deus omnipotens. vnde cum iam esset homicida in conspectu Dei, non licuit ei, q ædificaret. Vel dic q dr effudisse: quia fuit occasio effundendi. dist. 50. §. econtra. quia enim ex superbia numerauit populum, perierunt xxiiij. millia hominum. 1. q. 4. §. itē peccato. ver. item Dauid. vnde in recompensationē instituit xxiiij. sacerdotes in tēplo. Vel dic quòd reuera fuit homicida. iuxta illud: Saul percussit mille, & Dauid decē millia, &c. 2. q. 7. §. item obijcitur.

Dauid quare fuit prohibitus tēplum ædificare.

rat [a] expensas, Salomon quoque filius eius idipsum, quod ipse facere optauerat, iubente, & auxiliante Deo perfecit, & templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum cōsecrauit; in libro Regum legitur. *& infra.*

1. *Paral.* 22. 2. *Reg* 16. 3. *Reg.* 8.

¶Fecit ergo α Salomō in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cū eo multitudo magna ab introitu Emath vsque ad riuum Aegypti coram Domino Deo nostro septem diebus, & septem diebus, id est, quattuordecim diebus; & in die viij. [b] dimisit populos. Iudęi ergo loca in quibus sacrificabant Domino, diuinis habebant † supplicationibus consecrata; nec in alijs, quàm Deo dicatis locis, munera Domino offerebant. Si enim [c] Iudęi, qui vmbrę legis deseruiebant, hęc faciebant; multo magis nos, quibus veritas [d] patefacta est, & gratia [e] per Iesum Christum data est, templa Domino ędificare, & prout melius possumus, ornare, eaque diuinis precibus, & sanctis vnctionibus suis cum altaribus, & vasis, vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus deuote, & solenniter sacrare, & non in alijs locis, quàm in Domino sacratis, ab episcopis, & non à choriepiscopis [f] (qui sępe prohibiti sunt, nisi, vt prędictum est, summa exigente necessitate [g]) Missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus. Et hoc si summa β necessitas agere compulerit, non in domibus γ (quia in sacris canonibus sacrificia in domibus [h] offerri prohibita sunt) sed in tabernaculis diuinis precibus à pontificibus dicatis, & in mensis Domino sacratis, & sacra vnctione à pontificibus delibutis, pro summa, vt pręfixum est, necessitate, & non pro libito cuiusquam, & pigritia agatur. *& infra* †.

Burc. l. 3. c. 58. Iuo p. 3. c. 61. † al. *supplicationibus consecrabant.*

Io. 1.

¶Si autem, vt legitur in concilio [i] Laodiceni, c. 26. hi, qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesijs, quàm in domibus exorcizare non possunt; multo magis maioris gradus ministeria [k], nisi ab eis, qui ad eos gradus sunt consecrati, quibus fungi debent, officia [l] agi, vel sacrificia offerri non licet †. Quod autem, vt paulo superius prę libatum est, oblationes in domibus offerri non debeant, in eodem concilio, cap. 58, prohibitum habetur, ita: [Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis, & presbyteris ζ.]

a ¶Collegerat.] Ad fabricandum templum.

b ¶In die viij.] Respectu secundi septenarij, id est, in quintodecimo.

c ¶Si enim.] Si enim gētiles faciebāt hoc, multo magis facere debemus nos. & sic est ar. q possumus argumentari ab exemplis infideliū. sup. 11. q. 3. Imperatores. 23. q 4. quando. su. 12. q. 1. dilectissimus. su. di. 81. nō oportet. su. 35. q 1. cap. 1. sup. 33. q 5. cum caput. su. 12. q 5. gloria. ver. Crates. su. dist. 21. submittitur. 86. dist. non satis 10. q. 1. hanc consuetudinē. & dist. 31. ab exordio. arg. contra. 12. q. 2. gloria. versic. neqi vero mihi. Sed illud loquitur quando imminebant capitiui redimendi. C. de sacrosan. eccl. sancimus.

d ¶Veritas.] Id est, promissorum adimpletio.

e ¶Gratia.] Id est, peccatorum remissio.

f ¶A choriepiscopis.] di. 62. choriepiscopi.

g ¶Necessitate.] Qđ hic dicitur de necessitate, non refertur ad proximum dictum choriepiscopis: sed ad præcedens, scilicet sacratis locis: & est illa necessitas cum aliquis non habet ecclesiam. inf. ea. concedimus, vt in exercitu. cum tabula tamē cōsecrata †.

† Aliàs missas ibi celebrare nulla necessitate licet, sed alia officia ibi fieri possunt, licet nō sit locus sacrat' nec altare viati cum sit ibi consecratū secundum Hu.

α ¶Fecit ergo.] *Ante hæc verba in epistola ipsa Fælicis inseruntur omnia, quæ in capite 8. tertij libri Regnorum his antecedunt. A Burchardo autem, & Iuone etiam hæc omittuntur, & concludunt caput in ver.* consecrauit

β ¶Si summa.] *Burchardus habet,* nisi summa.

γ ¶Non in domibus.] *Hic locus vsque ad ver.* agatur, *& emendatus, & locupletatus est ex originali, Burchardo, & Iuone.*

à cōstructione: multo potius à ministerio. 1. q. 7. si quis omnem: Est ergo hic arg. q cum homicida non pōt dispēsari. 50 dist. sacerdotes. cū cap. seq. & c. miror. quod non est verum: quia hic notorius erat. Item hoc mirū est: quia cum Dñs ei dixerit, non ędificabis, &c. nondū

Homicida nō admittitur ad sacra.

h ¶In domibus.] Infra ead. vnicuique.

i ¶In concilio.] sup. dist. 69. non oportet.

k ¶Ministeria.] Id est, officia.

l ¶Officia.] i. officiales personæ: sicut clerici, qui sunt talis officij. su. dist. 59. si officia. Ber.

Omnes

OMne basilicæ.] Hæc est 2. pars dist. in qua dicitur q̄ cum Missæ celebratione debent ecclesiæ dedicari. Ioan. de Fantu.

CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ omnes ecclesiæ cum Missarum celebratione sunt consecrādæ: & de his quæ sunt dirutæ, vel superfluæ in numero vel quantitate, prouideat episcopus quomodo possint itare & restaurari.

& nouis concordat. sed ne locus ille iam Deo deuotus diu permaneat sine officio, præcepi ei vt ecclesia cōsecretur: & ibi Missæ desideranti populo celebrentur.

e ¶Et in vtraque parte.] In canonibus & præceptis synodalibus.

f ¶Au-

Nam antea legebatur, nō in domibus offerri prohibita sunt, *longe à canonis sententia.*

δ ¶Et infra.] *Quæ hic in epistola inseruntur, habentur infra ead. c. sicut.*

ε ¶Offerri non licet.] *In originali est,* offerri licet, *Sed in eodem, paulo superius, vbi in textu est,* multo magis, *in margine est,* al. multo minus *Burchardus quidem, & Iuo habent vt Gratianus.*

ζ ¶Et presbyteris.] *Coniuncte cum his in originali. & apud Burchardum habentur verba capitis, solennitates dedicationum. infra eadem.*

Item Higinus Papa, c. 5.

¶Ecclesiarum consecratio absque Missa fieri non debet. C. III.

1 OMnes basilicæ cum Missa [a] debent semper consecrari. Vt ecclesiæ destructæ, vbi aut plures sunt, quàm necesse sit, aut maioris magnitudinis, quàm vt ex rebus ad eam pertinentibus restaurari possint [b], episcopi prouidentia modus inueniatur, qualiter consistere possint. — Poly. l. 3. tit. 3. Ansl. l. 5. c. 83. Burch. l. 3. c. 27. & 21. Iuo p. 3. c. 32. & 26. Pann. l. 2. c. 13.

¶*Caput hoc vsque ad ver.* consecrari, *apud plerosque collectores citatur ex* Euaristo, *aut,* ex decretis Euaristi. *Reliqua autem verba aliis capite relata ab eisdem tribuuntur Higino.*

Item Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, c. 27.

¶Absque præcepto sedis Apostolicæ noua non dedicetur ecclesia. C. IIII.

3 DE locorum consecratione [c] sanctorum, quamuis superius strictim fuerit comprehēsum, nobis quoque patefactum est, quòd absque præcepto [d] sedis Apostolicæ nonnulli factas ecclesias, vel oratoria facere præsumant. — Ansl. l. 5. c. 80. Burch. l. 3. c. 21. Iuo p. 3. c. 26.

Idem.

¶Sine auctoritate summi Pontificis noua non dedicetur ecclesia. C. V.

PRæcepta synodalia, quæ ante paucos menses de sede nostra ad prouinciam sunt directa, & antiquis α canonibus consentiunt, & ea, quæ minus probatur esse, addidimus: & in vtraque parte [e] constat sine summi Pōtificis auctoritate [f] ecclesiam nouiter conditam non posse dedicari, teque ex hac basilica, quæ taliter ad cultum fuerat processionis [g] adducta [h], suspendisse Missas probabiliter — Poly. l. 1. tit. 12. Ansl. l. 5. c. 5.

Missa an sit de consecrationis substantia.

a ¶Cum Missa.] Qualiter ecclesiæ sunt cōsecrandæ, scilicet cū Missa, ostendit: & dicunt quidam, q̄ Missa est de substantia consecrationis. Hug. contra. Item dicit H. q̄ si episcopus consecret, & presbyter cantet Missam: consecrata erit ecclesia. Alij contra. arg. 24. distin. quorundam.

b ¶Possint.] sup. 16. q. vlt. si plures. & q. 1. & temporis. sup. 21. q. 2. sicut. & cap. præcipimus. sup. distin. 70. sanctorum. & supra 10. q. 3. vnio.

DE locorū.] Hæc est tertia pars distin. [1] qua probat per 5. ca. q̄ ecclesia sine licentia Papæ consecrari non debet: quod hodie non tenet. Io. de Fant.

CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui ecclesias faciebāt & consecrabant sine licentia & præcepto Papæ. Quod dicitur in his 5. c. intelligitur de episcopali ecclesia: Vel olim obtinuit cum raræ erant ecclesiæ, & Papa bene poterat consuli: vel de ea intelligitur, quæ sit in episcopatu alterius: vel cum populus ad fidem cōuertitur.

c ¶De locorum consecratione.] Cuius auctoritate ecclesiæ sunt consecrandæ, ostendit Gr. 5. capitulis.

d ¶Absq; præcepto.] 12. q. 2. bonæ rei 1. contra. inf ea. nemo. Sol. hæc quinq; cap. non tenent hodie: vel fuerūt localia, vel casualia. Vel exaudi de ecclesia episcopali, licet contradicat finis illius c. certum. Nam sicut non potest mutari de loco ad locū episcopus. 7. q. 1. mutationea. similiter nec fundari episcopalis ecclesia, vt 16. q. 1. felix. & c. p̄cipimᵒ. Quid fieri debeat in hac parte, Papæ est æstimare.

1 Ibi loquitur de fundatione: hic de consecratione.

PRæcepta.] CASVS. Ecclesia quędam fuit ædificata & consecrata sine licentia Papæ & pręcepto, & frequentia populi erat ibi in Missa. episcopus loci illius interdixit ibi officium, & dum Papæ hoc scripsit, Papa eum de hoc facto cōmendat: quod canonibus antiquis

f ¶Auctoritate.] Speciali vel generali.

g ¶Processionis.] Id est, frequentationis 2.

h ¶Adducta.] Non dicit consecrata. nam in sequenti verbo, consecrabis, aduersaretur, cum semel consecrata iterum consecrari non possit, nisi in casibus notatis infra super cap. ecclesiæ, vel altaria.

2 Sic 34. di. presbyteri. 16. q 7. Frgentius Archid.

ADDITIO. Sub. quòd olim fieri non poterat sine licentia Papæ, infr. ead. ecclesia. sicut nec hodie sine licentia episcopi infra ead. nemo, 18. quæst. 2. quidam. Archidia.

h ¶Adducta.] Id est, deputata, vt ibi fieret diuinum officium, & populi frequentatio.

a ¶Quia

a ¶Quia deuotus.] Id est, Deo deputatus.
b ¶Permanere.] Nisi destruatur infra ea. ecclesiæ. extra de noui oper. nuncia cum ex iniuncto.
c ¶Martyrum.] Arg. ecclesiam ante consecrationem locum deuotum appellari.
d ¶Re- rei multo fortius ergo inferiores contra eos facere vel attentare non debent.
e ¶Potestatis.] Supra dist. 71. per totum sup. 9. q. 2. per totum, supr 21. q. 2. cap. 1.
f ¶Cum enim.] Ordo.

computamus. Sed quia deuotus [a] locus non debet à ministeriorum gratia diu vacuus permanere [b]; frater charissime, eorum martyrum [c] nomine, quos † relatio [d] continet, auctoritatis nostræ suscepta serie consecrabis: vt populorum frequentatio, quam illic auide conuenire mandasti, seruatis regulis ecclesiasticis, & canonibus, integrum habeat firmata religione conuentum.

† al. quorum

a ¶Antiquis canonibus] *Socrates in ecclesiastica historia, l. 2. c. 8. & 17 refert tanquam antiquissimum canonem, sine Romani episcopi auctoritate nullam ecclesiam posse dedicari.*

Idem episcopis per Lucaniam, c. 6.

¶Non dedicentur basilicæ, quæ præter auctoritatem Apostolicæ sedis fuerint ædificatæ. C. VI.

Poly. l. 3. tit. 3. Ans. l. 5. c. 4.

Basilicas nouiter institutas non petitis ex more præceptionibus dedicare non audeant: nec ambiant sibimet episcopi vendicare clericos potestatis [e] alienæ. *&c. xi.* ¶Cum enim [f] decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio [g] etiam illa, quæ pro alicuius vtilitatis [h] compendio fortasse [i] videantur, laxanda credamus †, cumque nobis contra salutarium reuerentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cum sedes Apostolica superior his omnibus, fauente Domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa, pio, deuotoque studeat tenere proposito; satis indignum est, quemquam vel pontificum, vel ordinum subsequentium hanc obseruantiam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere [k]: satisque conueniens sit, vt totum corpus ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quam illic vigere conspiciat, vbi Dominus ecclesiæ totius posuit principatum.

† al. concedamus

supr. dist. 11. nolite.

¶*Verba capitis huius vsque ad ver.* alienæ. *habentur etiam in Vuormaciensi, c. 48.*

Idem Ioanni episcopo Sorano.

¶Publicæ processiones non fiant in oratorijs, quæ præter auctoritatem sedis Apostolicæ consecrantur. C. VII.

Ans. l. 5. c. 8.

Certum est quidem, & nostris præceptionibus cōstitutum, ne quis in ecclesia, aut in oratorio, quod sedis nostræ non legitur permissione dedicatum, processionem [l] publicam putaret impendi: ne conditores furtiuis subreptionibus contra regularum statuta prosilirent. Sed quia Megetia spectabilis fœmina petitorij nobis oblatione suggessit, in possessionibus proprijs suorū corpuscula [m] cōdi-

d ¶Relatio.] Id est, scriptura nobis lata.

Basilicas.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. Nullus episcopus debet consecrare ecclesiam sine licētia Papæ, vel sibi vēdicare clericos alterius iurisdictionis. & hoc continetur in canonibus. & si nos, qui sum' domini & conditores canonum, volumus eos obserua-presbyteri supra 16. q. 7. Frigentius.

m ¶Corpuscula.] Ita eo ipso fecit religiosum locū a. ff. de relig. l. a. nam vbicunq; sepeliatur homo voluntate Domini, locus religiosus efficitur. secus si contra Domini voluntatem, vt ea l. §. si vsusfructus.

m ¶Corpuscula.] Si locus ille nō est cōsecratus de cōsensu

g ¶Dispendio.] Non principis priuilegiū nulli debere præiudicare, vt not. 9. q. 3. nunc vero.

h ¶Vtilitatis.] Quasi dicat, ita seruamus ea quòd nec alicuius vtilitate infirmamus: quia etiam ea, quæ vtilitas suadet relaxari, non relaxamus in præiudicium canonum 1.

i ¶Fortasse.] Fortasse ideo dicit: q a quandoque pro vtilitate alicuius statutum infirmatur. 40. dist. vt cōstitueretur.

k ¶Et docere.] Et hoc ideo additur, q a quædam sequitur Romana ecclesia, quæ non docet sequenda, & ea sequi non cogimur supra dist. 11. nolite. arg. pro consuetudine Romana seruanda. inst. de satisda. tut. in fin.

Certum est.] CASVS. Hu. sic ponit hunc casum. Megetia in quadam sua possessione sepeliuit corpora suorum: & ædificauit ibi quoddam oratorium, & illud fecit consecrari præter auctoritatem domini Papæ. sed quia nobilis & potens erat illa domina: ideo ad petitionem eius intuitu pietatis & misericordiæ Papa dispensatiue concedit ei, vt officia defunctorum priuatim ibi celebrentur, sed non officia viuorum: quia ibi ædificium erat consecratum præter auctoritatem domini Papæ: & ideo de iure communi debebat ibi officiū interdici. qd' in principio ostendit, dicens, [ædificatum,] Id est, fabricatum.

l ¶Processionem.] Id est, frequentationem populi supra dist. 24.

1 Scilicet q a ipsi canones ī suo statu pmaneāt: & obtineāt causa illa cessante. P.

2 Dicas q licet in aliquo loco sit sepultus aliq s sine pontifice, non pp hoc locus sacer efficitur secū dū cano. licet. secus sit secundū leges, secundum Inno. qui ita no. extra de sepult. c. pen. De hoc 13. q. 2. in ecclesiastico.

sensu Papæ, quomodo vult Papa, vt in eo diuina celebrentur? si autem vt consecretur, quomodo præcipit vt solummodo nomine mortuorum in eo celebretur? nisi forte in pœnam constitutionis factæ absque licentia Romanæ sedis. Vel non petit vt pro viuis ibi diuina fierent. & sic aliqua ecclesia est, in qua non cantatur nisi pro mortuis. sic extra de præbend. significatum.

præb. de monachis. & erunt ad minus duo clerici 1. extra de fi. presbyt. proposuit. & 7. q. 1. illud.

k ¶Domum.] Quam complere debet intra quinque annos, si est oratoriū. si est prochotrophiū vel xenodochiū, intra annū. in authen. de eccl. t. t. §. si quis ædif. eationem.

1 Dic, id est, rector & minister ad hoc extra de vita & hone. cler. c. 3. sic & loquitur decre. hic all. proposuit.

disse: frater charissime, humanitatis intuitu, quod priora statuta non maculent † [a] funeribus, & sepulchris tantum, in comprehensis petitorio locis ministeria † noueris pro solennitate [b] præstanda: vt defunctorum [c] nomine solummodo diuina celebrentur officia, publica frequentatione & processione cessante.

† *maculet*] vera lectio.

† *al. mysteria*

Item Nicolaus Papa electo, & clero Nonensis ecclesiæ.

¶Sine nutu sedis Apostolicæ ecclesia non debet institui. C. VIII.

ECclesia [d], id est, catholicorum collectio, quomodo sine Apostolicæ sedis instituetur nutu; quando iuxta sacra decreta, nec ipsa debet absque præceptione Papæ basilica nouiter construi, quæ ipsam catholicorum intra semet amplecti cateruam dignoscitur? Ansl. 5. c. 42.

Item ex concilio Aurelianensi.

¶Sine dignitate episcopi loci, noua non dedicetur ecclesia. C. IX.

Capitul. l. 5. c. 228. & l. 7. c. 73. Nouella Iustin. 67. c. 1. & 131. c. 7. apud Iulianū. & in authē. const. 17. col. 3. Ordo Roman. pag. 107.

Pol. l. 3. t. 2. Bur. l. 3. c. 6. Iuo p. 3 c. 6. Pan. l. 2. c. 6.

4 NEmo ecclesiam [e] ædificet, antequam episcopus ciuitatis veniat [f], & ibidem crucem [g] figat, publice atrium designet, & ante præfiniat, qui ædificare vult quæ ad luminaria [h], & ad custodiam, & ad stipendia custodum [i] sufficiant; & ostensa donatione sic domum † [k] ædificet; & postquam consecrata [l] α fuerit, atrium eiusdem ecclesiæ sancta aqua conspergat.

† *al. demum*

α ¶Et post quam consecrata.] *Plenius, & aptius in ordine Romano.* Postquam ergo episcopus crucem in loco, in quo altare fabricandum est, fixerit; tunc aspergat locum aqua benedicta, hanc canendo antiphonam, &c.

Item ex concilio Bracharensi 2. c. 6.

¶Non consecretur ecclesia, quæ pro quæstu cupiditatis ædificatur. C. X.

SI quis basilicam non pro deuotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, vt quidquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat [m], co

a ¶Non maculent.] Id est, non præiudicēt episcopo decreta, quæ dicunt quòd ecclesia inuito episcopo non potest cōstrui vel consecrari. & si contra factum fuerit, nullum seruitium Dei debeat celebrari. supra eadem præcepta.

b ¶Pro solennitate.] quasi pro magno beneficio reputet.

c ¶Vt defunctorum.] arg. ꝙ speciales Missæ pro defunctis fieri possunt, similiter ergo dici posset pro viuis, vt dicto c. significatum.

ECclesia.] CASVS. Quærebatur vtrū collegiū præter auctoritatē Papæ institutū dicat ecclesia catholica? Et respondet ꝙ non: cum nec etiam ipsa basilica debeat construi sine licentia Papæ.

d ¶Ecclesia.] CASVS Ex quo ecclesia non potest construi siue auctoritate Romani pontificis, multo potius aliqua noua secta sine eius auctoritate non potest constitui.

NEmo.] Hæc est quarta pars distinctionis, in qua dicit & probat per duos canones, ꝙ nullus debet ecclesias fundare sine licentia episcopi. Io. de Fant.

CASVS. Hactenus ostendit cuius auctoritate ecclesiæ sunt consecrandæ. Nunc vero ostendit cuius auctoritate sint ædificandæ. Dicit ergo ꝙ qui ecclesiam vult cōstruere, coram epō ciuitatis debet assignare quæ necessaria sunt ecclesiæ: & tunc episcopus per se vel per interpositam personam ibi crucem figat, & atrium designet, vt sic ecclesia cum fuerit constructa, cōsecretur, & postea atrium aqua benedicta aspergatur.

e ¶Nemo ecclesiam.] Cuius auctoritate ecclesiæ debeant fundari siue consecrari, ostendit 1. q. 2. placuit.

f ¶Veniat.] Per se, vel per aliū. arg. infr. ea. nullus presbyter in ecclesia. arg. 30. dist. si quis. & infra ea. si quis.

g ¶Crucem.] In authen. de mona. §. illud. coll. 1. & orationes episcopus dicat. in authen. de eccle. titu. §. si quis autem voluerit. coll. 9.

h ¶Ad luminaria.] In authen. vt nullus fab. ora. do. §. 1. coll. 5.

i ¶Custodum.] Id est, sacerdotū & hospitum. extra de

Clerici duo ad minus debent esse in ecclesia.

tionem. coll. 9. Sed quid si epš consecrat ecclesiam vel fundat non ei assignata dote? Dicit Bax. ꝙ episcopus tenetur eam dotare. extra de præben. c. episcopus. Sed melius est ad hoc tantum fundatores teneri, vt 16 q. 7. pia mentis. & c. si plures. argum. de ritu nup. qui liberos. Et dicit lex, ꝙ hæres fundatoris tenetur in auth. de eccl. tit. §. si autem. & §. si quis ædificationem rerum. nam & successor episcopi prouidebit clerico ordinato, vt extra de præben. cum secundū. Vbi th omnes deficerent, vel si non essent soluendo, tunc diceremus actionē dandam in episcopum. arg. ff. si mens. fal. mo. dix. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fac. est. l. vlt. §. plane.

Ecclesia sine dote cōsecrata à quo debeat dotari.

l ¶Consecrata.] Id est, fundata, vel aqua benedicta aspersa.

SI quis basilicam.] CASVS. Quidam in possessione sua basilicam construxit: & eam sic consecrari volebat, vt medietas oblationum perueniret ad ipsum: dicitur quod nullus episcopus debet eam consecrare sub hac conditione.

m ¶Diuidat.] Arg. ꝙ patroni non debent accipere, vel exigere

Patroni nō exigant xenia ab ecclesia.

exigere xenia vel hmōl ab ecclesia supr. 18.q.2. Eleutherius.& cōtra sup.10 q.1. hanc consuetudinem. &c. quia sacerdotes supra 1.q.4. ecclesia, quæ pactione.

a ¶Sub tributaria.] Ar ꝙ non licet dare aliquid ecclesiæ construct æ vel cōstruēdæ etiam possessionem vbi funda-

te patro.præterea a.sed in dote non, vel in manso.arg. 10.q.1.nouerit.extra de cen.sancitum.aliàs si apposita est conditio,quid iuris sit, notatur 10.q.1.c.a Io.

SIcut non.]Hæc est quinta pars distin. in qua probat quod prius probauerat in parte prima,scilicet quòd nullus debet celebrare nisi in sacratis locis: nisi tempore necessitatis, quo potest celebrari sub aere vel tentorio: non autem in domo, secundum Ioan.de Fau.

quòd basilicam in terra sua quæstus causa cōdiderit(quod in aliquibus locis vsque modo dicitur fieri:)hoc de cætero obseruari debet, vt nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat; nec basilicam, quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria [a] conditione est condita,audeat consecrare.

Item Fælix episcopus omnibus orthodoxis,epist.prima.

¶Sacrificia non nisi super altare, & locis Deo consecratis offerantur. C. XI.

Poly.l.3. til.16. Ansl.l.6.c.114. Iuo p.3.c.61. 5 SIcut non alij [b] quàm sacrati Domino sacerdotes debent Missas cantare, nec sacrificia super altare offere; sic nec in alijs, quàm Domino sacratis locis, id est, in tabernaculis [a] diuinis precib. à pontificibus delibutis,[c] missas cantare,aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas [d]. Satius ergò est missam non cantare,aut non audire,quàm in illis locis,vbi fieri non oportet [e],nisi pro summa contingat necessitate; quoniam necessitas [f] legem non habet. Vnde scriptum est: (Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco,quem videris,sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.) In domibus tamen ab episcopis, siue presbyteris oblationes [g] celebrari nullatenus licet [h].

Iuo p.2.c.76. — *Deut.* 12.

¶Caput hoc in Polycarpo, & apud Anselmum habetur eodem modo atque apud Gratianum, collectum hinc inde ex verbis primæ illius epistola Fælicis quarti (cuius pars relata est supra ead. consecrationem. & c.tabernaculum.) longe aliter dispositis, sed incolumi sententia.

a ¶Id est,in tabernaculis.] *In epistola,& apud Iuonem hæc nō habentur hoc loco sed paulo superius,neque hoc eodem prorsus modo sed quomodo sunt reposita supra,c.tabernaculum.*

Item ex concilio Triburiensi.

¶Non nisi in locis sacris Missarum solennia celebrentur. C. XII.

Burc.l.3.c.56. Ino p.3.c.59. Pann.l.2.c.30. MIssarum solennia non vbique, sed in locis ab episcopo consecratis,vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus.

*¶In concilio Moguntino sub Arnulpho,c.9. habentur simul verba huius capitis, & cap. concedimus. infra ead. Verum & Burchardus,& Iuo qui item vtraque coniunctè ponunt,citant vt Gratianus,*ex Triburiensi,c 4.

Item Clemens epistola secunda ad Iacobum.

¶Precibus diuinis consecrentur ecclesiæ. C. XIII.

16.q.7. ecclesias Poly.l.3. tit.4. ECclesias [i] per congrua, & vtilia facite loca [k], quæ diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis [a] sacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & nō à quoquam grauari.

CASVS. In his quinque capitulis sequentibus ostenditur quòd Missa non est celebranda nisi in locis sacratis. Probatur ergo hic auctoritate veteris testamenti, quod Missa celebrari non debet,nisi in ecclesijs cōsecratis ab episcopis, nisi causa necessitatis: sicut nec alij quàm presbyteri debent celebrare. Sequentia duo c.patent. [Permiserit,] Puta in domo non consecrata:in religiosa tamen & de licentia episcopi cum altari viatico.

b ¶Sicut non alij.] repetit quod in 1.cap. huius dist. dictum est in quinque cap. seq. idem in auth. de eccl. tit.§.si quis.coll.9.

c ¶Delibutis.]Id est, consecratis.

d ¶Necessitas.]Quia si necessitas vrgeat, sub dio [1] aut sub tentorijs licet infra ead. dist. concedimus. nisi forte sit oratorium in domo sua,vt infra ea. dist.cap.vnicuique.

e ¶Non oportet.] C. de sent. & inter. om. iud. cum sententiam.

f ¶Necessitas.]Id est, non est subiecta humanæ constitutioni, immo excusat quod contra eam fit, infra dist.4. sanctum. extra de reg. iur. quod non est. sed nulla necessitas excusat in diuina constitutione prohibitum, vt 32. q. 5. ita ne. verius tamen videtur, quòd si oratorium sit in domo sua, possit licite ibi Missa celebrari vrgente necessitate.arg.supra ead.si quis etiam. vt infra ead.dist. concedimus.& c.vnicuique.

g ¶Oblationes.]Scilicet Eucharistiæ.

h ¶Licet.]Nisi necessitas cogat.

i ¶Ecclesias.]Idem 16.q.7.ecclesias.

k ¶Loca.]ff.de arbi.si cum dies.§.si arbiter.

Celebrare quādoque licet sub dio.

1 Subau.dū modo sit ibi altare viaticū consecratum. aliàs nulla necessitate licet, secundum Hug.

Possessio vbi ecclesia est fundata, debetur ipsi ecclesiæ.

fundata est,interueniente pactione, vt ius patronatus habeat: quia ipso iure ei debetur, etiam si non petat vel in pactum deducat, vt 16. q.7.piæ. & cap. decernimus &c.quicumq;.in prædijs tn̄ collatis potest conditionem apponere,vt auctoritate epī tributum aliquod vel cēsum aliquem debeat inde percipere,.extra de iu

a Id est, qđ inculpabile est iudicandum. 30. q. 1. ad limina.Arch.

Hic

a ¶Et in singulis] *Hac vsque ad uer.* oportet, *addita sunt ex originali & Polycarpo.*

Item Clemens epist.3.

¶Sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in locis Deo sacratis. C. XIIII. Poly.l.3.tit.16. Ans.l.7.c.132. Burch.l.3.c.52. Iuo p.3.c.62.

HIc ergo, id est, in præsenti vita positos oportet nos agnoscere uoluntatem Dei, ubi & agendi [a], & sacrificandi est locus: quoniam in alijs locis sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus episcopus pro prius iusserit [b], aut ab episcopo regulariter [c] ordinato, tenente [d] videlicet ciuitatem, cõsecrata fuerint. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda.

Item Siluester Papa in generali residens synodo dixit. In epilogo concilij Romani, & capitul.l.6.c.198.

¶Abijciantur sacerdotes, qui in locis non sacratis Missas celebrare præsumunt. C. XV.

NVllus presbyter Missas celebrare præsumat, nisi in sacratis ab episcopo locis, qui sui particeps de cætero uoluerit esse sacerdotij. Poly. ibidem. Ans.l.7.c.133.

Item Fœlix Papa omnibus orthodoxis, epist.1.c.7. & 1.

¶Singulis annis dedicationum solennitates celebrentur, & consecretur etiam ecclesia, de cuius consecratione dubitatur. C. XVI.

6 SOlennitates [e] dedicationum ecclesiarum, episcoporum β, & sacerdotum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ. ¶De ecclesiarum consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura [f], nec certi testes [g] existunt, à quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas: nec talis γ trepidatio facit [h] iterationem: quoniam non monstratur esse iteratum [i], quod nescitur factum [k]. Polyc. ibidem. Ans.l.5.c.24. Burch.l.3.c.58. Pann.l.2.c.11. C.2.

¶*Caput hoc confectum est ex uerbis eiusdem epistolæ Fœlicis. ca.1. & 2. omissis nonnullis, quæ in sequenti apud Gratianum capite reponuntur*

β ¶Episcoporum] *Abest uox ista ab originali, Burchardo Iuone, & plerisque uetustis Gratiani exemplaribus: sed ob glossam non est inducta.*

γ ¶Nec talis] *Iuo, & Pannormia habet fere ut Gratianus,* nec talis trepidatio iterationem incurrit *& huic lectioni conuenit interpretatio glossæ. Sed in originali, & apud Burchardum legitur,* ne talis trepidatio faciat deteriorationem *Atque huic lectioni respondent uerba B. Gregorij libr.2.epist.31.ad Fœlicem de hac eadem re loquentis.* ne talis, inquit, dubitatio ruina fidelium fiat. *Similis huic sententia infra dist.4.c.placuit. his uerbis exprimitur,* ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. *Et est in concilio Carthaginensi quinto.*

HIc ergo.] CASVS. Dicitur hic, quod in hac vita est locus merendi & sacrificandi: sed Missæ nõ debent celebrari nisi episcopus consenserit, vel consecrauerit ecclesiam. Sequens cap. patet.

a ¶Vbi & agendi.] Supra 12.q.2.tempus.

b ¶Iusserit.] Sup.93. dist. nulla ratione.

c ¶Regulariter.] Hic colligitur, quod quæ fiunt ab hæreticis, intrusis, & irregulariter ordinatis, non habent vigorem. 12.q.2. alienationes. 7. q.1. factus supra 25.q.1. omne quod supra 32. q.5. præceptum.

Facta per intrusos non ualent. Id est. nõ canonice. Sed contra. sup.1.q.1. si qui a pseudo. ibi de hoc. Arch.

d ¶Tenente.] Videlicet ciuitatem. quasi non deposito vel suspenso, vel qui renunciauerit. extra de ordi. ab epi. qui re. epis. requisiuit.

SOlennitates.] Hæc est 6. pars distin. in qua probat, quod si dubitatur vtrũ ecclesia sit consecrata, potest consecrari. & hoc probat per duo cap. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd solennitates dedicationũ ecclesiarum singulis annis sua die debent celebrari. & si de consecratione ecclesiæ dubitetur, debet consecrari: nec hoc habetur pro iteratione. Testibus igitur, vel scriptura probetur ecclesia consecrata.

e ¶Solennitates.] De anniuersaria solennitate dedicationis ecclesiarum & episcoporum duobus cap. ostendit quod tamen dicitur de episcopis, non obseruatur hodie nisi à Papa.

f ¶Scriptura.] Argu. quod testibus, vel scriptura probari non potest, pro infecto haberi debere. C. communi d.ui.ti maior. contra. C. famil. ercis. non ideo. contra. C. de rei vend. iudicia 2. contra. etiam si inueniantur in libris ecclesiæ, credendum est, vel in lapide. argum. 24. quæst. 2. sane. in prin. Dic scripturam in certis casibus requirendam. 2. quæstio. 1. legum vel appellatione scripturæ & testium omnes probationes intelliguntur.

2 Dic & quod per iudicia probatur, ut leg. & not. extra de cleri. peregri. c.2. Arch.

g ¶Nec certi testes.] Vel testis vnus, sicut contingit in baptismo infr. dis.4. paruulos. Super hoc. n. facto crederetur vni testi, nisi inde verteretur contentio, & sufficit ibi testimonium de auditu. ar.22.q.5. hoc videtur. extra de testi.cog. peruenit. ff. de aqua plu. arcen. in summa. §. idem Labeo.

h ¶Facit.] Et dicit episcopus, Si consecrata es, non te consecro: sed si non, &c. de bap. & eius effectu, cap. a.

i ¶Iteratum.] Nota, id quod non apparet, dicitur non esse. ff. de contrahen. emp. in lege.

k ¶Factum.] Arg. contra clandestina coniugia, scilicet quod taliter contrahentes possunt cum alijs contrahere, cum talia coniugia sint incerta, vt 30. q.5. §. his ita. & 68. dist. presbyteri.

SOlennitates.]CASVS. Quòd solēnitates dedicationum ecclesiarum debeat singulis annis fieri, probatur auctoritate Domini, qui Hierosolymis cū populis dedicationē templi celebrauit: & ibi encania, id est, festiuitates dedicationū octo diebus celebrauit: sicut legitur

traditur inf.e c.si motū.& c.seq.& c.de fabrica. Alij dicūt q quamdiu maius altare est immotū, id est, q nec tabula altaris vel moueatur vel enormiter frangatur: licet etiam parietes ecclesiæ funditus perirent, non tamen ecclesia sit reconsecrāda, vt inf.e. de fabrica. Alij dicunt, quibus cōcordat H. q alia sit consecratio ecclesię: alia altaris. & si altare, id est, tabula superior mouetur, vel enormiter lædatur: ipsum altare tantum consecretur, & nō ecclesia, vt extra de consecr. eccl. vel alta. ad hæc. Similiter si ecclesia destruitur, & non altare: tunc ecclesia reconsecretur. & non altare sed propter adulterium vel homicidium non reconsecretur ecclesia, vt extra de conse. eccle. vel alta. proposuisti. extra de adul. significasti.

Cōsecratio ecclesiæ & altaris est diuersa.

Item Gregorius Papa.

¶ De eodem, & quòd octo diebus dedicationum solennitas est celebranda. C. XVII.

Ansl.l.5.c.24. Iuo p.3.c.24. Pann.l.2.c.10.

SOlennitates dedicationum ecclesiarum, & sacerdotum *a* per singulos annos solenniter sunt celebrandæ: ipso Domino exemplum [a] dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendi † dans formam, cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus venit: sicut scriptum est: [Facta [b] sunt Encænia [c] in Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Quòd autem octo diebus Encænia sint celebranda, in libro Regum, perlecta † dedicatione templi reperietis.

† *al. faciendo*
Io 10.
3 *Reg.* 8.
2. *Para.* 7.
† *al. peracta*] *al. perfecta*

¶*Repetitur in hoc capite prior pars antecedentis vsque ad vers.* celebrandæ: *ac deinde subijciuntur verba illa epistola Fœlicis, qua ibi erant omissa, Gregorius autem, quem hic Gratianus citauit, lib. 12. epistola 31. habet quidem nonnulla ad ecclesiarum dedicationes pertinentia. Sed ea magis videntur conuenire cum superiore capite in vers.* De ecclesiarum consecratione.

a ¶Et sacerdotū.]*Hæ duæ voces in aliquot vetustis non leguntur.*

Item ex concilio Meldensi, c. 8.

Cap.l. 1 c.151.

¶Consecrentur ecclesiæ, de quarum consecratione dubitatur. C. XVIII.

Poly.l.3.tit 16. Burc.l.3 c.10. Iuo p.3.c.11. Pann.l.2.c.18.

7 ECclesiæ, vel altaria [d], quæ ambigua [e] sunt de consecratione, consecrentur: & superflua [f] altaria destruantur.

Item Higinus Papa.

Poly l.3.tit 5. Ansl l.5.c 13. Burch.l.3.c.11. & 12. Iuo p.3.c.13. & 14. Pann. l.2. c.20. & 21.

¶ Quando ecclesia est iterum consecranda, & salibus tantum exorcizanda. C. XIX.

SI motum fuerit altare [g]; denuo consecretur ecclesia [h] si parietes mutantur [i], & non altare; salibus tantum

e ¶Quæ ambigua.] Supra ead. 68.§. quod ergo, id est, de quarū consecratione ambigitur.

f ¶Superflua.] In quibus reliquiæ non sunt. inf. ea. placuit vt altaria.

SI motū.] CASVS. Dicitur hic, q si maius altare motum fuerit, vel ecclesia polluta fuerit adulterio, vel homicidio, debet iterum consecrari. sed si tantum parietes mutentur, debent iterum sale exorcizari.

g ¶Altare.] Id est, mensa principalis altaris. nam tabula consecrata de loco ad locum mouetur, nec tamen reconsecratur, vt infra ead. concedimus. quod intelligo cum non est affixa tabula. Item hoc intellige de altari, ad cuius honorem ecclesia est consecrata, & quod dicit, si motū, id est, mutatum, ita q formam amisit per diminutionem vel augmentum, cum forma rei sit esse rei. ar. 10. q.2. hoc ius. Idem est si est enormiter fracta tabula. vltra, medietatem; tunc consecrandum est altare, extra de consecr eccle. vel alta. cap.3. consecratio autem ipsius altaris præsertim intelligitur esse in coniunctione mensæ, scilicet lapidis superioris, & structuræ inferioris 3. ergo si mensa fuerit mota, vel aliquis de inferioribus lapidibus tangens ipsam, execraretur altare, & est reconsecrandum. si autem fit aliquod aliud additamentum altario, non ob hoc execratur, sed sacrum trahit ad se non sacrum. arg. extra de conse. eccle. vel alta.c. 3. dum tamen non immutetur multum coniunctio mensæ, & structuræ inferioris.

Altare quādo est recōsecrandū.

3 Istud & qd inf. pr. sequit, fuit snīa H. qui etiā dicit q ēt particulariter oēs inferiores lapides possunt renouari, & alij immuti, & non execratur altare, dummodo mensa & lapides eam tangētes remaneāt immoti. Arch.

h ¶Ecclesia.]i. altare, secundū H. & sic exponit 1. q 3. quæsitū nō.n. vt dr, pp altaris motionem reconsecranda esset ecclesia, vt extra de cōsecratio. eccle vel alta. ad hæc. Alia.n. est, consecratio ecclesiæ, alia altaris: & hæc sine illa sæpe fit. Alia intelligūt, put littera sonat.

i ¶Mutantur.]Et non funditus secundum H.B. autem dicit quod etiam funditus altari amoto.

gitur in lib. Regum. Et not. q cum ecclesia primo dedicatur, debet fieri celebratio octo diebus: sed nō fit propter negligentiam clericorum, sicut Hug. dicit.

a ¶Exemplum.] Nam eius operatio nostra est lectio, vt sup. 2. q. 1. Deus.

b ¶Facta.]Ter fuit templum consecratum. Primo in Septembri, vt sup e.c 1. Secundo in Martio sub Dario. arg. 1. q 1. propheta. Tertio sub Iuda Machabæo in Decembri. Et ideo dicit hic, hyems erat.

Templum Hierusalē ter consecratū fuit.

c ¶Encænia.]Id est, innouationes: nam encæniare est nouam rem in vsum ducere. & est vulgare campaniæ iuxta Romam.

ECclesiæ.] Hæc est 7. pars, in qua probatur per 7. capit. quòd si ecclesia fuerit execrata, debet consecrari, hodie tamen non consecratur: sed reconciliatur per episcopum cum aqua per illum benedicta, & non per aliud, iusti caderet, vel arderet. extra eo. tit. c. 1. 2. & 3. & vlt. Ioan. de Fant.

CASVS. His septem ca. ostenditur quibus casibus ecclesiæ debeant reconsecrari, & patet hoc cap.

Ecclesia in sex casibus est reconsecranda.

d Vel altaria.] His 7.c. docetur quibus casibus ecclesiæ sunt reconsecrādæ, & assignant quidam sex casus. Vnus quādo dubitatur de cōsecratione, vt hic.c. 1. Itē quando motum est altare maius 1. Item propter homicidium. Item quando est eausa 2: aut si parietes de nouo sunt funditus reparati. Item propter adulterium, vt

1 Infra ea. si motum.
2 Infra ea. ecclesias.

a ¶Con-

a ¶Consecretur.] Id est, mūdetur per aspersionem, vt extra de con secr. eccle. vel alta. proposuitti. & de adulte. significasti.

ECclesijs.] CASVS. Statuitur, ꝙ sicut infans non debet iterum baptizari, sic ecclesia iterum consecrari nō debet: nisi fuerit exusta, vel homicidio vel fornicatione polluta: dūmodo in forma ecclesiæ fuerit cō secrata. Sequētia tria cap. plana sunt, quæ loquuntur de ecclesijs non in forma ecclesiæ cōsecratis. [De leuit,] id est, abloit, & lo forma ecclesiæ cōsecrauit.

b ¶Exustæ.] Pro maiori parte: aliàs secus. arg. ff. de contrahen. emp. domum. cum, scilicet ita comburitur, quòd destruatur vel decrustatur interius & exterius: tunc execratur: cōsecratio enim ecclesiæ maxime consistit in vnctione exteriori, & cōiunctione, & dispositione lapidum.

c ¶Semine.] Per coitū emissum per adulterium, vel per fornicationem. nam si per somnum, vel coitum cum vxore emittitur, non ideo reconsecrabitur ecclesia secundum H.

ADDITIO. Idem sentit hic Lau. sed Ioan. de Fant. contra: cum littera indistincte dicit, cuiusque. sed male dicit secundum H. quia non est ibi fornicatio vel adulterium. supra cap. prox.

d ¶Baptizari.] supra distin. 68. sicut su. 33. q. 7. quemadmodum. inf. dist. 5. dictum est. sup. 1. quæst. 1. hi qui. & infr. distin. 4. hi qui apud. C. de sac. bap. l. 1. si tamen in fide sanctæ Trinitatis ecclesia ab eis consecrata sit, reconsecranda nō est. Sed qui tenent, quòd ecclesia in forma ecclesiæ consecrata ab hæreticis, non sit reconsecranda. sic exponunt, quòd si cō secrauerunt in illa forma, quæ prætendat fidem sanctæ Trinitatis. Sequentia vero c. intelliguntur eo casu quando Arriani non consecrant ecclesias in forma ecclesiæ: nam quidam eorum faciebant sacramenta in forma ecclesiæ, & quidam non: quod habetur in illo. § 1. quæst. 1. sed notandum. & cap. si quis confugerit. & cap. Arrianos.

e ECclesias.] ¶Arrianorum.] quia non in forma ecclesiæ consecratæ erant, vt 1. quæst. 1. Arrianos, & ita intellige cap. seq.

f ¶Precibus & operibus.] Tangit consuetudinē Orientalis ecclesiæ, quæ Arrianos chrismatis vnctionē suscipit, vt inf. dist. 4. ab antiqua. secus autem Occidentalis agere consueuit, vt in prædic. cap.

g ¶Consecrate.] Nō erāt cōsecratę, nisi essent cōsecratę in forma ecclesiæ, vel quoniā absq; reliquijs ecclesias consecrabant, & ideo ecclesiæ consecratę nō erāt, sed reconsecrabantur, vt inf. ca. Arrianorum.

h. ARrianorum.] Infra dist. 4. ab antiqua.

exorcizetur. Si homicidio, vel adulterio ecclesia violata fuerit; diligentissime expurgetur, & denuo consecretur [a].

Item ex Nicano concilio. Dist. 62. c. 3.

¶Ecclesia semel Deo consecrata, quando est iterum consecranda. C. XX.

ECclesijs semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi: nisi aut ab igne exustæ [b], aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine [c] pollutæ fuerint: quia sicut infans à qualicumque sacerdote in nomine patris, & filij, & spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari [d]; ita nec locus Deo dicatus, iterum consecrandus est, nisi propter eas causas, quas superius nominauimus: si tamē fidem sanctæ Trinitatis tenuerint, qui eum consecrauerunt.

infr. c. Agapitus.

Cōsecratio ecclesiæ in quo consistit.

Item Ioannes Papa episcopis Italiæ.

¶De eodem. C. XXI.

ECclesias Arianorum [e], vbicumque inueneritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus [f] absq; vlla mora consecrate [g]: quia & nos, quando fuimus Constantinopoli tam pro religione [α] catholica, quàm pro Theodorici regis causa negotij, suadente atq; hortante, Arrianos extirpante pijssimo, atq; Christianissimo Iustino orthodoxo Imperatore, quascumque illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus, catholicas eas, Domino opem ferente, consecrauimus.

Poly. l. 3. tit. 4. Ans. l. 5. c. 22. Burch. l. 3. c. 32. Iuo p. 3. c. 37.

α ¶Pro religione.] *Locupletatus est hic locus ex ipsa epistola, Buchardo, & Iuone.*

Item in dialogo Gregorij, lib. 3. c. 30. Et Diaconus in vita, lib. 2. c. 31.

¶De eodem. C. XXII.

ARrianorum [h] ecclesia in regione vrbis illa, quæ suburra dicitur, cum clausa vsq; ante biennium permansisset; placuit, vt in fide catholica (introductis illuc beati Sebastiani, & sanctæ Agathæ virginis, & [β] martyris reliquijs) dedicari debuisset: quod & factum est.

Polyc. ibidem. Ans. l. 5. c. 26.

β ¶Virginis, &.] *Absunt hæ duæ voces à plerisque manuscriptis & Polycarpo. In ipso dialogo legitur.* B. Stephani, & sanctæ Marthæ martyrum. *Sed in lib. 3. reg. epist. 19. ecclesia hæc vocatur ecclesia Sancta Agatha. Apud Iuonem vero diaconum l. 2. c. 31. est.* Sancti Sebastiani, & sanctæ Agnetis † martyrum. *† al. Agatha*

Item γ.

γ ¶Item.] *Antea sequebatur,* Agapitus Papa *quæ voces temere ex capite ipso irrepserant in titulum. & absunt ab aliquot manuscriptis. Extat autem caput hoc in antiquo codice* Regei Gre-

Ecclesia ab hęreticis cōsecrata an sit reconsecranda.

Sacerdos præconis officium suscipit.

a AGapitus.] ¶Præco iustitiæ.] Præconis enim officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit, vt supr. 43. dist. sit rector.
b ¶Fabulis.] Fabulis dicit, quia pter formã ecclesiæ.
c ¶Deleuit.] Id est, purgauit.

i ¶Scimus tantum esse.] Id est, obtinere vicem consecrationis. i. reconciliationis.
k ¶Et ideo si qua.] Modo melius aperit quæstiones.
l ¶Innouata.] Hoc intelligit H. cum nõ simul, sed successiue parietes destructi sunt, & successiue reparati 2. tunc enim ecclesia intelligitur eadem. argum. ff. de legat. 1. l. quod in rerum natura. ff. de iudic. proponebatur. secus vero si simul parietes funditus corruent: quia tũc consecranda est secũdum, cum licet altare motum non sit: quia alia est consecratio ecclesiæ, alia altaris. hic ergo arguitur, quòd eadẽ sit ecclesia post reparationem, cũ non reconsecratur, sed cõ tradicit lex ff. de ver. oblig. inter stipulantem. §. sacram. quæ distinguit inter domũ & nauem: & videtur velle, quòd eadem sit nauis post refectionem, sed non eadem domus. sed potest dici, quòd aliud sit in ecclesia, quàm in domo priuata: quia ecclesia naui comparatur. 24. quæstio. 1 non turbatur. 40. distin. ante omnia. sed si subtiliter volumus procedere, non est eadem ecclesia, sed vtilitas exigit, vt eadem censeatur: ne videlicet sacramẽtum consecrationis iteretur. argum. ff. de ser. urba. præ di. l. serui tutes. §. si sublatum.
m ¶Totius.] Id est, perinde est veneranda ac si tota consecrationis solennitas esset adhibita.
n ¶Si vero.] Quasi dicat prędicto casu non debent reconsecrari: sed in isto sic, scilicet cum mouetur altare.
o ¶Ablata sunt.] Moto altari.
p ¶Sanctificationis.] Id est, aspersionis aquæ tantum, & Missæ celebratione: cum altare non fuerit motum, sed reliquiæ sunt ablatæ.

2 Sicut successiue & particulatim destruebantur secundum H qui quærit hic: Quid si ecclesiæ consecratæ in longitudine vel latitudine, vel altitudine adijcit? Resp. nõ cõsecrabitur: quia sacrũ trahit ad se nõ sacrum. extra de cõsec. eccl vel alta. c. 3. sed aqua exorcizata aspergatur. secũdum Hug.

De fa-*gorij primi in extremo in scripto quodam*, de moribus, vita, & morte Agapiti primi Papæ, *in bibliotheca Vaticana.*

C. XXIII.

AGapitus Papa vas catholicum, Euangelij tuba, præco iustitiæ [a], sacra altaris, sedisque velamina sacrilegis Anthimi infecta fabulis [b], suis catholicis precibus deleuit † [c].

† *al. eluit*

Item Vigilius Papa ad Eutherium, epist. 1. c. 4.

¶De eodem. C. XXIIII.

Poly. l. 3. tit. 6. Ans. l. 5. c. 81. Burc. l. 3. c. 62. Iuo p. 3. c. 25. Pann. l. 2. c. 14.

DE fabrica [d] vero cuiuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda [e], & si in eo loco consecrationis solennitas debeat iterari, in quo sanctuaria [f] non fuerint [g]; nihil iudicamus officere [h], si per eam minime aqua exorcizata † iactetur: quia consecrationem cuiuslibet ecclesiæ, in qua spiritus sancti arrha † non ponitur; celebritatem scimus [i] tantum esse missarum: & ideo, si qua [k] sanctorum basilica à fundamentis etiam fuerit innouata [l] sine altaris motione α, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit missarum solennitas celebrata, totius [m] consecrationis † sanctificatio implebitur. Si vero [n] sanctuaria, quæ habebat, ablata sunt [o]; rursus eorum repositione, & missarum solennitate reuerentiam sanctificationis [p] accipiet.

† *al benedicta*

† *ara*] orig. & collect.

† *al. totius sãctificatio consecrationis implebitur*] orig. Iuo. Burch. Pann.

¶*Tribuebatur Iuliano: sed ex vetustis exemplaribus restitutum est Vigilio, apud quem extat: & ex ipso citant Burchardus etiam, & Iuo.*

α ¶Sine altaris motione.] *Absunt hæc ab originali, Burchardo, & Iuone. Sed exponuntur in glossa. Alia vero nulla sunt emendata.*

Item ex decretis Hormisdæ Papæ, c. 10.

Capitul. l. 6. c. 199.

¶Absque episcopi permissu in ecclesia consecrata non erigatur altare. C. XXV.

Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 3. c. 17. Iuo p. 3. c. 20.

NVllus presbyter [q] in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo [r] loci sanctificatum α est,

DE fabrica.] CASVS. H sic ponit hunc casum. Duæ quæstiones siue consultationes factæ fuerunt Vigilio Papæ. Prima est, an ecclesia quondam consecrata debeat denuo consecrari, si eius fabrica diruta fuerit, & reparata. Secunda est, an ecclesia cõsecrata, si de altari reliquiæ ablatæ sunt, iterum debeat consecrari. Primæ quæstioni rñdet dicens, ꝙ non debet ecclesia iterum consecrari, sed cantari debet ibi Missa: & erit loco consecrationis. Secundæ respondet dicens, ꝙ reliquiæ debent ibi reponi: & ecclesia, id est, altare vnde fuerunt ablatæ, denuo consecrari. Ponit ergo in principio questiones: & postea subijcit solutiones & dicit H. [In eo loco,] Id est, altari.
d ¶De fabrica.] Scilicet quæsitum est.
e ¶Instauranda.] Id est, reconsecranda. de reconsecrãda enim quærebatur.
f ¶Sanctuaria.] Id est, reliquiæ sanctorũ, vel altaria.
g ¶Non fuerint.] Dimissa: quia inde erant ablatæ reliquiæ 1.
h ¶Officere.] Quia ex quo semel consecrata fuit, semper mansit.

1 Subau. vel altaria destructa de vtroque. n. potest intelligi.

Ecclesia successiue reparata nõ est reconsecranda.

NVllus presbyter.] Hæc est 2 pars dist. in qua ponit quid iuris sit de hymnis vel oratorijs, quib⁹ mortui sepeliebantur: & probat per 11. cap. ꝙ nullus debet per se ponere altare, nec celebrare in oratorijs sine licentia episcopi. Io. de Fan.

CASVS Dicitur hic, ꝙ in ecclesia consecrata non debet fieri altare, nisi quod episcopus loci cõsecrauerit, vel consecrari permiserit: nec de ecclesia nõ consecrata debet quis dicere consecratam. quod qui fecerit, si clericus est, degradetur: si laicus, anathematizetur.
q ¶Nullus presbyter.] Vbi altaria sint erigẽda: & qualia esse debeant: & quas ecclesias liceat consecrare: & in quibus liceat missas celebrare, quibus ex causis loca sanctorum liceat mutare, 21 c. ostendit.
r ¶Ab episcopo.] Supra dist. 1 quamuis.

a ¶Fingat.] Vt dedicatum dicat esse quod non est, vel reliquias dicat esse, quæ non sunt.
b ¶Degradetur.] Ar. eos esse deponẽdos ab ordinib^9, qui fingunt vel dicunt, se habere ordines cum non habent, extra de cle. nõ ord. mi. c. 1. su. 50. dis. ex pœnitentibus su. dist. 52. sollicitudo, & sic punitur, qui se gerit pro milite, qui non est miles. ff. ad l. Cornel. de fal. eos §. qui se pro milite gessit.

Gerens se pro milite, qui nõ est, punitur.

PLacuit.] CASVS. Quidam propter somnia & inanes causas construebant altaria in agris & in villis sine reliquijs sanctorum, quare præcipitur hic, vt ab episcopis destruantur. vel si forte propter scandalum populi ab episcopis nõ possint destrui, populus admoneatur vt illa loca debeat euitare. [Habitationis alicuius, scilicet martyris. Seq. c. patet.
c ¶Passim.] Non in ecclesijs, sed passim per agros.
d ¶Reliquię.] Argu. sine reliquijs ecclesiã nõ esse consecrandã: vt su. ea. dist. de fabrica. & tamen sufficit corpus Domini.
e ¶Tumultus.] Arg. aliquid esse postponendum propter tumultum & scandalum, vt 50. distinct. vt cõstitueretur. & c. de his vero. sic ff. de fica. l. pen.
f ¶Probabiliter.] Id est, solenniter.
g ¶Habitationis.] q2 homo sanctificat locum. 40. dist. multi.
h ¶Origine.] Ar. originẽ rei & principiũ spectandũ 1: vt su. 16. q. 3. si sacerdotes. sup. 1. q. 1. principatus.

1 De hoc plene not. extra de electio. dudũ 2. Arch.

i ECclesiã in qua.] ¶Consecrare.] Ante eiectionẽ cadaueris ipsius pagani.
k ¶Celebrare.] Huius constitutionis ratio est, quia infideles viui ab ecclesia repelluntur: vt 21. dist. cleros, & dist. 25. perlectis. ergo mortui: quia quibus viuẽtibus ecclesia non communicat, & mortuis communicare non potest, vt 24. q. 2. c. 1. Sed quid dices de muliere prægnante mortua? quidam 2 dicunt, q sepelietur in ecclesia: quia fœtus est pars ventris. 5 dist. 4. si quid. ff. de ven. in spi. l. 1. §. 1. consueuit tamen aperiri, & fœtus extrahi, & extra cœmeterium sepeliri. ad hoc facit ea. extra de sepul. sacris.

Mulier prægnans mortua vbi est sepeliẽda.
2 Vt B. Hispan. & H. qui no. hic q talis fœmina si mortiatur etiã partu viuo, licite portatur in ecclesiam, & licite cantatur ei missa, & licite sepelitur in cœmeterio

ECclesiam in qua.] CASVS. In ecclesia non consecrata infidelium corpora erãt sepulta. Dicitur hic q non debet cõsecrari nisi prius extractis corporibus. & rasis tignis & parietibus fuerit reparata. vbi vero infideles non sunt sepulti, si ecclesia consecrata est, ibi poterit missa celebrari.
l ¶Ecclesiam in qua.] Non consecrata.
m ¶Sanctificare.] Ante eiectionem.
n ¶Euulsis.] Auctoritate episcopi vel principis tantũ ff. de reli. ossa. & infra ead. corpora.
o ¶Et rasis.] Id est, dealbatis. nam mutata forma intermitor substantia rei. ff. ad exhi. Iulianus. §. sed & si quis.
p ¶Reædificetur.] Id est, ipsa rasura debet dealbari.
q ¶Si fideles.] Vbi autem discerni non possunt fideles ab infidelibus, neutri sunt exhumandi. extra de sepul. sacris.

vel permissum: vt sit discretio inter sacrum, & non sacrũ: nec dedicationem fingat [a], nisi sit. Quod si fecerit; si clericus est, degradetur [b]; si vero laicus, anathematizetur.

a ¶Sanctificatum.] *Iuo habet*, ab episcopo loci, vel eius misso sanctificatum est: vt sit discretio, &c. *Polycarpus*, *& Burchardus*. ab episcopo loci, vel eius permissu sanctificatum est, vt sit, &c.

Item ex concilio Africano, c. 50.

Et in Carthag. 5. c. 14.

¶Euertantur altaria, quæ sine sanctorum reliquijs eriguntur. C. XXVI.

Ancl. 5. c. 14. Burch. l. 3. c. 54. Iuo p. 3. c. 57. Pann. l. 2. c. 28.

PLacuit, vt altaria, quæ passim [c] per agros, & per villas †, tanquam memoriæ martyrum construuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ [d] martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui locis eisdem præsunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc propter † tumultus [e] populares non sinitur; plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent; vt, qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuicti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter [f] acceptetur, nisi vbi corpus, aut reliquiæ certæ sunt, aut origo alicuius habitationis [g], vel possessionis, vel passionis fidelissima origine [h] traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbicunque constituuntur altaria, omnino reprobentur.

† al. vineas] al. vias
† al. per

Item ex concilio Aurelianensi, c. 3

¶Non est consecranda ecclesia, in qua paganus sepultus inuenitur. C. XXVII.

Burch. l. 3. c. 13. Iuo p. 3. c. 25. Pann. l. 2. c. 22.

j ECclesiam, in qua paganus sepultus est, non liceat cõsecrare [i], neque missas in ea celebrare [k]; sed iactari foras, & mundari oportet.

Item ex concilio Agrippinensi.

capitulat. l. 5. c. 48.

¶De ecclesia, in qua cadauera fidelium, vel infidelium sepeliuntur. C. XXVIII.

Burch. l. 3. c. 38. Iuo p. 3. c. 43. Pann. l. 2. c. 23.

ij ECclesiam, in qua [l] mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare [m] non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde euulsis [n] corporibus, & rasis [o] parietibus, vel tignis † eius loci, reædificetur [p]: sed si hæc consecrata ante fuerit, missas in ea celebrare licet: si tamen fideles [q] fuerint, qui in ea sepulti sunt.

† al. vel lotis lignis.

Item ex concilio Martini Papæ [Bracharensis, c. 68. & 69. synodorum Grecarum.

Non

¶Super monumenta in campo non diſtribuantur myſteria. C. XXIX.

† al. myſteria

Cap. 69. Burc. l. 10. c. 38. Iuo p. 11. c. 63.

NOn oportet clericos ignaros [a], & præſumptores ſuper monumenta in campum miniſteria † [b] portare, aut diſtribuere ſacramenta: ſed aut in eccleſia, aut in baſilica, vbi martyrum reliquiæ ſunt depoſitæ, ibi pro defunctis oblationes offerri. ¶ Nec liceat Chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, & ſacrificare mortuis.

Item ex concilio Triburienſi.

In conc. Moguntino 2. c. 9.

¶Quomodo in eccleſia combuſta miſſa poſsit celebrari. C. XXX.

Burc. l. 3. c. 56. Iuo p. 3. c. 50. Pann. l. 2. c. 31.

† al. Slauis † al. à Bulgaris

COncedimus etiã, vt ſicubi quod (peccatis noſtris exigentibus per plurimum eſt factũ) à Normanis, & Sclauis †, ab Vngaris †, & à malis Chriſtianis, ſeu alio qualicumque modo eccleſiæ fuerint incenſæ, & combuſtæ; in capellis [c] cum tabula conſecrata miſſas interim celebrari permittimus [d], donec eccleſiæ ipſæ reſtaurari queãt. In itinere vero poſitis, ſi eccleſia defuerit, ſub dio [e], ſeu in tentorijs, ſi tabula altaris, conſecrata, cęteraque ſacra miniſteria ad id officium pertinentia ibi affuerint, miſſarum ſolennia celebrari concedimus: aliter omnino interdicimus.

¶*De hoc capite notatum eſt ſupra ad c. Miſſarum ſolennia.*

Item ex concilio Epaunenſi, c. 26. & 27.

¶*Iuo citat, vt vulgata Gratiani exemplaria,* ex concilio Hypponenſi, *Sed ex Burchardo, & vetuſtis Gratiani codicibus reſtitutum eſt*, Epaunenſi *ex cuius 26. & 27. capitibus confectum eſt.*

¶Criſmate non vngantur altaria, niſi fuerint lapidea. C. XXXI.

Burch. l. 3. c. 25. Iuo p. 3. c. 30. Pann. l. 2. c. 32.

ALtaria [f], ſi non fuerint lapidea, chriſmatis vnctione non conſecrentur [g]. Ad celebranda autem diuina officia ordinem, quem metropolitani [h] tenent, comprouinciales obſeruare debebunt.

Item ex concilio Agathenſi, c 14.

¶Chriſmatis vnctione, & ſacerdotali benedictione ſacrentur altaria. C. XXXII.

Poly. l. 3. tit. 4.

ALtaria placuit non ſolum vnctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari.

Item ex concilio Aurelianenſi c. 3.

¶*Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Aurelianenſi. Ipſa quidem ſententia habetur in cap. l. 5. c. 230. & lib. 6. c 101. & nouella 58. apud Iulianum antecesſorem, in extremo.*

NOn oportet.] CASVS. Prohibet hic, ne miſſæ ſuper monumenta mortuorum celebrentur, nec ibi apponantur Chriſti ſacramenta, ſcilicet corporis & ſanguinis ſui: nec liceat Chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, vel mortuis ſacrificare: Reprehendit prauam conſuetudinem clericorum, & laicorum. ſolebãt enim ſingulis annis certa die offerre eleemoſynas ſuper tumulos ſuorum mortuorũ, & clerici illuc euntes ſecum portabant ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti: & ſuper tumulos eas diſtribuebant. Et hæc cõſuetudo facta fuit à gentibus, qui ſingulis annis menſe Februarij die certo epulas offerebant ſuper tumulos ſuorum mortuorum, quorum animas credebant circa tumulos conuerſari: & inde refici, ſed demones eas de nocte conſumebant. & propter hanc cõſuetudinẽ eccleſia inſtituit, vt de eo die quo talia fiebãt, celebretur feſtũ Dei in cathedratione Petri. Hic eſt caſus. H.

a ¶Ignaros.] Id eſt, imperitos.

b ¶Miniſteria.] Id eſt, miſſam celebrare ſuper ſepulchrum.

COncedimus.] CASVS. Permittitur in conc. Triburien. vt ſi eccleſię conſecratæ fuerint combuſtæ, in capellis non conſecratis officia celebrẽtur, donec conſecratæ eccleſiæ valeant reſtaurari. In itinere vero poſitus ſub aere vel in tentorijs cũ tabula conſecrata liceat celebrare. Sequentia 4. c. patent: & ea per te videbis. [Sacerdotali.] Id eſt, epiſcopali. [oratorium] id eſt, locus ſpecialiter deſtinatus ad orandum.

c ¶In capellis.] Id eſt, oratorijs non conſecratis. in talibus non licet celebrare ſine permiſſu epiſcopi, vt infra ead. vnicuique & ſupra. cap. miſſarum.

d ¶Celebrari permittimus.] ad quid eſt opus permiſſione, quia dicitur in capellis? quoniam forte capellæ non erant olim eccleſiæ, cum antiquitus dicerentur capellæ tuguria caprarum pellibus tecta 1. Vel hoc referas ad ſolennitates maximas.

e ¶Sub dio.] Id eſt, ſub aere.

f ALtaria.] Si non fuerint lapidea. Legitur in Exodo, quòd Dominus præcipit fieri altare de lignis cethim, quæ ſunt imputribilia, & Salomon fecit altare aureum: ſed illa facta ſunt in figura. 12. quæſt. 2. gloria. & dicitur de altari Lateranen. quòd ligneum ſit 2.

g ¶Non conſecrentur.] Quia Chriſtus petra dicitur. inf. diſt. 2. reuera. 2 t. diſt. in nomine Domini. Itẽ quia erexit Iacob lapidem in titulum 3.

h ¶Metropolitani.] ſupra. 12. diſt. de his.

Capellæ olim non erant eccleſię.

1 Vel dic quod capella pro eccleſia dicta eſt, quaſi capiens laos, i. populum vel laudẽ, vel quaſi campanã quia paucos capiat ſecundum Pap.

2 Hoc verũ eſt, nã eſt de cupreſſo.

3 Geneſis 14. c. & hęc Antipho. Erexit Iacob, &c. cãtatur in cõſecratione altaris. Archid.

a VNicuique.] ¶Oratorium.] Non sacrum, sacrum autem sua auctoritate facere nõ licet, nisi auctoritate episcopi. su. ea. dist. nemo. 18. q. 2. quidam.

1 Supra ca. iuxta, &c. si cut.

b ¶Non licet.] Nisi pro summa necessitate & tamen cũ consensu episcopi, vt inf. ea. si quis etiam, &c.

i ¶Principis.] Id est, Papæ 2. 18. q. 3. diffinimus hoc verum est, cum corpus traditum est iam perpetuæ sepulturę. C. de reli. l. ult. nisi necessitas immineat: tũc enim sufficit auctoritas præsidis prouinciæ. C. eod. l. 1 si autẽ nõ est traditum perpetuæ sepulturæ, bene potest transferri sine auctoritate alicuius ad alium locum C. eod. tit. si needum.

2 Si vero dicat principis id est, regis vel Imperatoris localiter intelligit, scilicet vbi nõ posset hoc esse sine scãdalo, si fieret sine cõsilio principis, & specialiter de ecclesijs quarum est patronus secũdũ Hug.

¶In priuatis oratorijs licet orare, sed non missam celebrare. C. XXXIII.

VNicuique fidelium in domo sua oratorium [a] licet habere, & ibi orare: missas autem ibi celebrare non licet [b]. Burc. l. 3. c. 86. Iuo p. 3. c. 76. Pann. l. 2. c. 39.

Item ex sexta synodo, c. 31.

¶In priuatis oratorijs absque cõsensu episcopi nullus ministrare præsumat. C. XXXIIII.

CLericos, qui ministrant [c], vel baptizant in oratorijs, quæ intra domos sunt, cum consensu episcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis vero hoc non obseruauerit; deponatur.

Item ex concilio Agathensi, c. 21.

¶Qui extra parochias habent oratoria, his diebus ad parochias redire cogantur. C. XXXV.

SI quis etiam [d] extra parochias, in quibus legitimus est, ordinariusque conuentus, oratorium [e] in agro habere voluerit; reliquis festiuitatibus, vt ibi missas audiat †, propter fatigationem [f] familiæ, iusta ordinatione permittimus. Pascha vero, Natali Domini, Epiphania Domini, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali sancti Ioannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, aut in parochiis audiant †. Clerici vero, si qui in festiuitatibus, quas supra diximus (nisi iubẽte, aut permittente episcopo) missas celebrare † voluerint, communione priuentur. Iuo p. 4. c. 9. †al. teneat †al. teneant † al. facere, aut tenere

Item Augustinus.

¶Quibus ex causis loca sanctorum mutanda sint. C. XXXVI.

9 TRibus ex causis loca sanctorum transmutanda sunt. Prima, cum necessitas persecutorum loca eorũ grauauerit. Secunda, cum difficultas [g] locorum fuerit. Tertia, cum malorum societate grauantur. Ansl. l. 5. c. 16. Burc. l. 3. c. 90. Iuo p. 3. c. 80. Pann. l. 2. c. 38.

Item ex concilio Moguntinensi primo, c. 51.

¶Quando alicui corpora sanctorum de loco ad locum transferre non licet. C. XXXVII.

COrpora sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat sine consilio [h] principis [i], vel episcoporum, sanctæque synodi licentia. Burc. l. 3. c. 232. Iuo p. 3. c. 273. Pann. l. 2. c. 36.

Item Hyginus Papa.

¶In vsus laicorum non conuerti licet ligna ecclesiæ dedicatæ. C XXXVIII.

10 LIgna [k] ecclesiæ dedicatæ a non debent ad Poly. l. 3. tit. 16. Ansl. l. 5. c. 17. Burc. l. 3. c. 39. Iuo p. 3. c. 44. Pann. l. 2. c. 16.

c CLericos qui ministrant.] i. ministeria & officia in horis diurnis, vel nocturnis exercent.

SI quis etiam.] CASVS. Statuitur hic, vt si qui remoti sunt nimis ab ecclesia parochiali, propter laborem suum & familiæ suæ audiant missam in minoribus festiuitatibus in oratorijs suis: sed in præcipuis festiuitatibus missam audiant in suis parochialibus ecclesijs. Clerici vero qui contra hoc fecerint, nisi episcopo permittente, excommunicentur. Seq. 4. capitu. plana sunt. [Principis,] Id est, regis vel Imperatoris. localiter intelligitur hoc, cum hoc non potest fieri sine scandalo. Vel principis, id est, Romani Pontificis.

d ¶Si quis etiam.] extra su. ta. q. 1. futuram. su. 16. q. 1. quicũque. & q. 2. si quis.

e ¶Oratorium.] hoc exaudi de oratorio priuato: secus in oratorijs alijs, quæ populus facit, vt extra de eccl. ædific. ad audientiã. nã ibi in festiuitatibus celebrare licitum est.

f ¶Propter fatigationem.] Ar. propter difficultatem loci vel itineris aliquid temperari, quod aliàs obtinet generaliter. extra de ec. ædi. ad audientiam. sup. dis. 64. c. 1. su. di. 63. cũ lõge. su. di. 93. iuxta sanctorũ. su. 13. q. 2. vbicumque. & if. c. px. tribus.

TRibus.] Hęc est 9. pars distin. in qua loquitur magister de translatione reliquiarum, & ecclesiarum. Ioan. de Fant.

Sedes transfertur propter malitiã plebis.

g ¶Difficultas.] Vt pro aeris intẽperie, vt 74. di. quorũdam malorum. nam propter malitiam populi transfertur sedes. 25. q. 2. ita nos. propter malitiã populi episcopus renunciat dignitati. extra de renun. nisi. versi. propter malitiam plebis. Quarta causa est quare transfert ecclesia, s. causa meliorationis, vt 16. q. 7. antepe.

h COrpora.] ¶Sine concilio.] ff. de reli. ossa. in prin.

LIgna.] Hæc est 10. pars distin. in qua probat magister per 6. ca. quod ligna vetusta ecclesiæ: & alia vestimenta & ornamenta non debent redire ad humanos vsus. Ioan. de Fant.

k ¶Ligna.] de lignis ecclesiæ destructę & omnibus vtẽsilibus

fillbus ecclesiæ reuerenter vtendis, istis sex capitulis sequentibus ostenditur.
a ¶Ad aliud.] Extra de re. permu. mancipia. ff. de rel ven. quæ religiosis.
b ¶Ad profectum.] Non tamen indifferenter, sed vel in ca-

ris, i. sindones & corporale: quæ quia sunt quadrangulæ, ideo dicuntur pallę à quodam muliebri pallio quadrangulato, quod palla dicitur. ita dicit H.P.
e ¶Velum.] Pannus est, qui pendet super altare: vel cortina ante.

aliud [a] opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam: vel igni sunt comburenda, vel ad profectum [b] in monasterio † fratribus: in laicorum [c] vero vsum † non debent admitti.

† al. monasterium

† al. opera.

α ¶Dedicatæ.] *Antea legebatur & hic, & in rubrica, dedicata. Emendatum est hoc, sicut & alia nonnulla ex vetustis exemplaribus, Burchardo, & Iuone, qui etiam caput hoc citant ex decretis Higini.*

Item Clemens Papa Iacobo Hierosolymitano episcopo, epist. 2.

¶Vestimenta sacra, & vasa præ vetustate consumpta incendantur, & cineres in loca occulta proijciantur. C. XXXIX.

Poly. l. 3. c. 16. Burc. l. 3. c. 216. Iuo p. 2. c. 66. & p. 3. c. 266.

Altaris palla [d], cathedra †, candelabrum, & uelum [e], si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quia non licet ea, quæ in sacrario † fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterium inferantur: vbi nullus transitum † habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactetur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

† al. cantara

† al. sanctuario

† transitus habeatur

Idem ibidem.

¶Mortui non obuoluantur vestimentis altaris. C. XL.

Nemo per ignorantiam clericus mortuum [f] credat obuoluendum, aut diaconus scapulas operire velit palla, quæ fuit in altari, aut certe, quæ [diacono † data est in mensam Domini [g]. Qui hæc fecerit, uel leuiter, quasi nihil, & negligenter [h] habuerit diuina mysteria: diaconus triennio, sexque mensibus à Dominico erit alienus altari, graui percussus anathemate [i]. Quod si clericum presbyter non commouerit; decem annis, & sex † mensibus excommunicatus [k] fit: propterea quod de Dominicis sacramentis subiecta sibi non amouerit † ministeria: & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiæ. Pallas vero, & vela [l] sanctuarij, si sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sanctuarium lauent, non eijcientes foras à sacrario: & velamina Dominicæ mensæ abluant: ne forte puluis Dominici corporis male decidat β. Sindonem vero non foris [m] abluat: & erit hæc operanti peccatum. Idcirco intra sacrarium ministris præcipimus hæc sancta cum diligentia custodire. Sane peluis noua comparetur, & præter hoc nil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis uelis apponatur lauandis, nisi quæ ad Dominici altaris cultū pertinent. Pallæ altaris solæ in ea lauentur; & in alia, uela [n] ianuarū. De uelis aūt ianuarum

† ab est ab ori.

† al. quinque

† al. commouerit

Burc l. 3. c. 216. Iuo p. 3. c. 266.

Nemo.] CASVS. Benen. sic ponit hunc casum. Præcipitur hic, ne mortuus in palla altaris sepeliatur. si quis hoc fecerit, vel fieri permiserit: diaconus tribus annis & sex mensibus, presbyter x. annis, & sex mensibus suspendatur. Et additur qualiter, & à quibus, & vbi cortinæ, & linteamina debeant lauari. [Pallas.] Id est, corporalia. [Mensę,] Id est, altaris.

f ¶Mortuum.] Laicum. nam clerici mortui bene, induuntur vestibus sacris. 13. q. 2. nullus.

g ¶In mēsam Dñi.] Id est, ad mēsam Dñi componēdam: quod ad ipsum diaconum spectat. arg. 25. distin. perlectis. & distin. 93. diaconi. vel forte est illa, vbi sacerdos post cōsecrationē manus tergit: vel forte palla cui inuoluit calicem, & abstergit.

h ¶Negligēter.] Arg. negligentiam vt factum puniendam. 25. q. 1. nulli fas.

i ¶Anathemate.] Id est, suspensione 2. nō enim debet anathematizari pro tali causa.

k ¶Excommunicatus.] Id est, à communione remotus: & ita habes hic pęnam non admonentis prælati. nā alibi dicitur: Vel si non sparserimus, &c. 43. distin. dispensatio. Item per hoc cap. videtur reprobari intellectus quorundam, quē habes in illo cap. t. quæst. 1. quidquid inuisibilis. nam ibi propter negligētiam non excommunicabitur presbyter nisi per quattuor mēses.

l ¶Et vela.] Id est, ornamenta altaris. vel vela, id est, cortinæ. Huic hodię derogatum est consuetudine generali.

2 Subau. & separatiōe à corpore & sanguine Christi: à ministerio altaris & forte ab oī officio ecclesiastico, supra 1. q. 1. reperiūtur. Hug.

1 Id est, colendis. de hoc legi. & no. 14. q. 1. §. ad hoc. ver. constitutis, &c. Palla quid sit.

in capitulo, vel in dormitório, vel in alijs religiosis locis: non in coquina, vel in vineis palinandis 1.
c ¶In laicorum.] Arg. quæ semel consecrata sunt non debere redire in vsus laicorum, supra 19. q. 3. quæ semel. 17. q. vlti. quęsiti sunt. arg. contra sup. dist. 14. ea antiquis. & c. si seruus. & c. frequen.
d Altaris palla.] Pallæ dicuntur vestimenta alta-

m ¶Non foris.] Id est, ab alijs segregatam. & est secūda vestis sacerdotalis 3.
n ¶Vela.] Id est, cortinæ, quæ in ecclesijs extenduntur festiuis diebus, & in Quadragesima causa consignationis vel significationis. Iuan.

3 Alij] dīt, quod est ornamentum calicis.

cura sit ostiarijs ex admonitione maiorum: ne quis negligens, aut ignarus, ad velum ianuæ domus Domini manus incognitæ † tergat: sed statim coercitus discat omnis homo; quia velum atrij domus Domini sanctum est. († al. incondite)

a ¶Decidat.] *In originali est*, decidat à sindone foris abluta. *sed glossa obstitit, ne mutaretur. Multa autem alia non minimi pō deris sunt ex ipso originali emendata.*

Item Sixtus Papa epistola, c. 2.

¶Sacra vasa non nisi à sacratis contrectentur hominibus. C. XLI.

IN sancta hac Apostolica sede statutum est, vt sacra vasa non ab alijs[a], quàm à sacratis, Dominoq; dicatis cōtrectentur hominibus. Indignum *a* enim valde est, vt sacra Domini vasa, quæcumq; sint, humanis vsibus seruiant; aut ab alijs, quàm à Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris: ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo; & hi etiam, qui non peccauerint, mala patiantur, aut pereant; quia perit [b] iustus sæpissime pro impio. (Poly. l. 3. tit. 9. Burc. l. 3. c. 314. Iuo p. 3. c. 264. & par. 2. c. 70.)

a ¶Indignum.] *Addita sunt hæc vs, ue ad ver.* viris *itemque alia nonnulla ex originali, Burchardo, & Iuone.*

Item Stephanus episcopus familiari amico Hilario, epistola 1. c. 3.

¶Non nisi à sacratis hominibus vestimenta sacrata seruentur †. C. XLII. († al. ferantur)

VEstimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta: quibus, alijs in vsibus non debent frui, quàm in ecclesiasticis, & Deo dignis officijs: quæ nec ab alijs debent contingi, aut ferri, nisi à sacratis hominibus: ne vltio, quæ Balthasar [c] regem percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima. (Poly. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. c. 29. Iuo p. 2. c. 74. — Summatim relatū est. — Dan. 5.)

Item ex concilio Aurelianensi †. († al. Aruernensi)

¶Diuina ministeria nuptiarum non præstentur ornatibus. C. XLIII.

AD nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur: ne dum improborum contactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluuntur [d], ad officia sacri mysterij † videantur indigna. (Poly. l. 3. tit. 24. Burc. l. 3. c. 108. Iuo p. 2. c. 143. Pann. l. 1. c. 163. — † al. ministerij.)

Item ex concilio Triburiensi, c. 18.

¶In ligneis vasculis Dominici corporis, & sanguinis sacramenta non sunt celebranda. C. XLIIII.

11 VAsa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices [e] sunt, & patenæ: de quibus Bonifacius martyr, & episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis (Burc. l. 3. c. 223. Iuo p. 3. c. 282.)

IN sancta.] CASVS. Hoc c. cum duobus sequentibus patet. historiam tamen notabis in sequenti cap. vbi dicitur, legitur, &c.

a ¶Nō ab alijs.] Supr. dist. 23. sacratas. & cap. nō liceat.

b ¶Quia perit.] Id est, pœnā patitur, & punitur corporaliter & temporaliter, non autem spiritualiter vel æternaliter 1. & vno peccante, &c. supr. dist. 45. sed illud. De hac materia not. 1. q. 4. in prin. & similiter not. sub illo § itē pro peccato Achor plebs Israelitica. (1 De hoc satis no. supr. 1. q. 4. in summa.)

c VEstimēta.] ¶Balthasar.] Historia. Legitur in Daniele q̄ Balthasar rex Babyloniæ fecit grande conuiuium optimatibus suis: cum ergo iā esset temulentus, præcepit vt afferrentur vasa argentea quæ Nabuchodonosor asportauerat de templo, quod fuit in Hierusalem, vt biberent in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ: & factum est ita. Bibebant autem vinum, & laudabant Deos suos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus scribentis contra candelabrum in superficie parietis. quod rex cōspiciens turbatus est valde: & mittens conuocauit omnes sapiētes Babylonis: & nullus poterat scripturā legere, vel interpretationem eius regi indicare. Tandem vocatus Daniel dixit scripturam significare interitum regis, pro eo q̄ contaminauerat vasa domus Domini: & aperuit quod scriptū erat, Mane thetel phares. [Mane,] Id est, numerauit Deus regnū tuū. [Thetel,] Id est, appositum est in statera & inuentum est minus habēs. [Phares,] Id est diuisum est regnum tuum, & datū Medis & Persis. Eadem nocte interfectus est Balthasar: & Darius Medus in regnum successit. (Balthasar vasis Dñi abusus est.)

d AD nuptiarum.] ¶Polluuntur.] Arg. q̄ ex veste alicuius dominæ, vel alterius, nō debet fieri 1 casula, vel aliquis ornatus ecclesiæ 2. (1 casula non fiat de veste domicellæ. 2 Dic q̄ ac.)

b VAsa in quibus.] Hæc est 11. pars dist. in qua dicitur in quibus calicibus, & corporalibus celebrare debemus. Io. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburien. vtrum in ligneis vasis deberet confici corpus Christi. & dictum fuit in concilio, q̄ Bonifacius Papa de hoc interrogatus respondit quod non. Cum enim ita factum fuerit in primitiua ecclesia, Zepherinus constituit vt fieret consecratio in vitreis. Vrbanus postea vasa sacra argentea fecit: & concilium statuit vt nullus conficiat in ligneis vasis de cætero, ne honor ecclesiæ suo tempore minuatur.

e ¶Calices.] Supple debent esse aurei vel argentei.

istud nō sumitur à cōtrario litteræ: quia vestis de qua loquit̄ ista gl. nōdum cōcessa fuerat ecclesiæ: quare coinquinatio nō subsistit in hoc casu. sed hoc arg. sumit̄ potius ab intellectu verborum. Arch.

a ¶Vtrum-

a ¶Vtuntur.] Sed nunquid conficiebant? vtique nũc autem quid? & quidem fieri non debet, sed si fiat vel in vase ligno vel vitreo quis conficiat corpus Christi, nihilo minus est verũ corpus: quia in verbo cõsecrãtis perficitur cõsecratio, nõ in vase, vt inf. di. 2. virũ. ver. si ita.
b ¶Zepheri-

VT calix.] CASVS. Statuit in hoc cap. vt calix cũ patena fiãt de auro vel argẽto, vel saltẽ de stãno. De ære autem vel aurichalco nullo modo fiant: quia solent æruginem colligere, & vomitum prouocare. Nullus etiam in ligneo vel in vitreo vale præsumat missam cantare.

sacramenta conficere, respondit; quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc è cõtrario lignei sacerdotes aureis vtuntur [a] calicibus. Zepherinus xvj. [b] Romanus episcopus patenis vitreis missas celebrari constituit. Tum deinde Vrbanus Papa omnia ministeria sacra fecit argẽtea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultibus magis & magis per incrementa temporum decus succreuit [c] ecclesiarum. Nostris enim diebus, qui serui patrisfamilias sumus, ne decus matris Ecclesiæ imminuatur, sed magis cumuletur, & amplificetur, statuimus, vt deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in ligneis vasculis vllo modo conficere præsumat: ne vnde placari [d] debet, inde irascatur Deus.

Item in concilio Rhemensi, c. 6.

¶Ex qua materia calix cum patena fieri debeat. C. XLV.

Ansl. l. 1. c. 91. & l. 9. c. 5. Burch. l. 3. c. 96. Iuo p. 2. c. 131. Pann. l. 1. c. 261.

VT calix Domini cum patena, si non ex auro [e], omnino ex argento fiat. *& infra.* Si quis autem tam pauper est saltem vel stanneum calicem habeat. De ære, aut orichalco non fiat calix: quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo [f], aut vitreo [g] calice præsumat missam cantare.

Item ex epistola Eusebij Papæ, & Siluestri.

Siluester in epilogo conc. Ro. Idem in Pontificali. Poly. l. 3. tit. 9. Ansl. l. 9. c. 2. Burc. l. 3. c. 99. Iuo p. 2. c. 134. Pann. l. 1. c. 262. *Mar. 15. Luc. 23.*

† *al. Consultu.*

¶Non in serico panno, sed puro linteo sacrificium consecretur altaris. C. XLVI.

COnsulto † omnium statuimus, vt sacrificium altaris non in serico [h] panno, aut tincto quisquam celebrare præsumat: sed in puro [i] linteo ab episcopo consecrato, terreno [k] scilicet lino [l] procreato, atque cõtexto: sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.

Item ex sexta synodo, c. 32.

¶A quibus fuerit tradita missarum celebratio. C. XLVII.

Gal. 1.

12 IAcobus [m] frater Domini secundum carnem, cui primum credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsariensis episcopus, cuius claritas per totũ orbem circumfulsit, in scripturis addiderunt [a] nobis missæ celebrationem [n].

a ¶In scripturis addiderunt.] *Græce est* ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱεραυργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελεῖν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασιν. *id est*, qui in scriptis tradiderunt nobis mysticũ sacrificiũ, hoc modo in diuina liturgia sacrũ poculũ ex aqua

e ¶Si non ex auro.] contra. sup. 12. q. 2. aurum. sed illud quando pauperes morerẽtur fame: quo casu vendi possent. C. de sac. san. eccle. sancimus.
f ¶In ligneo.] Quia lignum porosum est.
g ¶Vitreo.] Quia vitrũ fragile est: & immineret periculum effusionis.

Calix an possit esse ligneus aut vitreus.

COnsulto.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt corporalia non debeãt fieri serica neque tincta, sed linea debẽt esse, sicut fuit sindõ in qua corp' Christi in sepulchro fuerat inuolutum.
[Consulto.] Id est, cõsilio omnium astantium, qui super hoc sunt consulti.
h ¶In serico.] Corporali.
i ¶Sed in puro.] Vt innocens & sine macula intelligatur.
k ¶Terreno.] Quia veram carnem mortalem & passibilem de corpore Virginis assumpsit. 23. dist. qui episcopus.
l ¶Lino.] Quod tunsionibus multis ad cãdorem deducitur, sic & Christus pressuris multis peruenit ad gloriam: ita & boni propter pressuras ad glor:ã Domini veniũt. 1. q. 3. Saluator.

Corporalia debent esse linea certa ratione.

IAcobus frater Domini.] Hæc est 12. pars dist. in qua ponit à quibus missa composita. Ioan. de Fant.
CASVS istius cap. per se patet: & tractatur in his 7. cap. de celebratione missæ, ostendens, quod à ieiunis, & qua hora, & quot in die sunt celebrandæ.
m ¶Iacobus.] Ideo dicit frater, quia valde assimilabatur ei: vel quia fuit filius sororis matris Domini.

Iacobus dicebatur frater Dñi.

b ¶Zepherinus xvj.] Decimus octauus computatis Lino & Cleto.
c ¶Succreuit.] Arg. prælatum non posse præbendas diminuere, quod est verũ sine cã, extra de exce. præl. sicut.
d ¶Placari.] C. vnde vi. meminerint.

n ¶Celebrationẽ.] Id est, ordinẽ celebrandæ missæ [1]. verba enim quibus corpus Christi conficitur. ab ipso Domino sunt tradita, vt inf. di. proxima quia corpus & sanguis. sed etiam post alij alta addiderũt ad decorem & su-

1 Scilicet quãtum ad secretam quã Iacob'

instituit, & Basilius q̃dam addidit, qui longe post eũ fuit. s. tẽpore Iuliani apostatę B. Ilid.

& solennitatem, vt 11. dist. ecclesiasticarum.

NOcte sancta.] Hæc est 13. pars distin. in qua ponit quare tres missæ in natali Domini cantantur. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ in natiuitate Domini missa debet celebrari de nocte 1 quia nocte illa annunciauit eum Angelus pastoribus. In alio autem tempore ante horam tertiam non debet missa celebrari: quia tali hora est Dominus crucifixus, & tali hora super Apostolos descendit spiritus sanctus.

a ¶Nocte.] De celebritate missę 7. c. adiũgit. ostẽdens, quomodo à ieiunis cantandæ & audiendæ sunt, & quot in die, & qua hora sunt celebrandæ.

b ¶Nocte.] Tres missæ in die natalis Domini celebrentur. Vna ante diem 1. quæ significat tempus ante legem, quando eramus in tenebris. Secunda dum diescit: & significat tempus in lege, quando nondum plena agnitio Dei habebatur. Et tertia in die: & significat tẽpus gratiæ: quã iam plena cognitio habebatur. Vnde versus:

Nocte prior sub luce sequens, luce suprema

Sub Noe, sub Dauid, sub cruce, sacra nota.

1 Scilicet circa medium noctis, quo tẽpore Christus natus est, secundum H.

ADDITIO. Dicas, ꝙ communiter loquendo debet missa dici in die, & non in nocte: quia hoc sacramentum ad tempus gratię pertinet, quod per diem significatur, secundum illud ad Ro. 13. Nox præcessit: dies autem appropinquauit secundum Tuo.

& accipere. 75. dist. quod à patribus. Sed quando dicetur quis ieiunus? Pone, ꝙ comedo hodie: nec dormio p diem & per noctem: nunquid incipiente alio die sum ieiunus? Dicunt quidam a. ꝙ sic. arg. extra de tempo. or. litteras. aliàs somnus diceretur soluere ieiunium, quod

1 Ieiunus. q dicatur.

2 Scilicet H. & Ro.

& vino conficiendum ediderunt. *Sed nihil mutatum est, tũ ob glossam, tum quoniam collector de industria videtur summatim retulisse. Abest autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.*

Item Telesphorus Papa VII. à Petro in epistola ad omnes, c. 2.

Beda l Martyr. mẽs. Septemb. Concor. cõcil. Aureliã. 3. c. 14

¶Qua hora sunt missarum solennia celebranda. C. XLVIII.

13 NOcte [a] sancta natiuitatis Domini Saluatoris missas celebrent presbyteri; & hymnũ angelicũ in illis solenniter decantent: quoniam & eadem 1 nocte [b] ab Angelo pastoribus nunciatus est. *& infra.* Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum & dicentium, Gloria in excelsis† Deo [c], & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis vero temporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus [d] est; & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur.

Poly. l. 3. tit. 25 Ans. l. 7. c. 174. Burc. l. 3. c. 63. Iuo p 2. c. 71. & p. 3. c. 65. Pann. l. 2. c. 40.

Luc. 2. † *al. altissimis.* *Mar. 15.* *Act. 2.*

Item ex concilio Africano, c. 8.

Conc. c. 29. concilij Carth. tertij.

¶Non nisi à ieiunis hominibus sacramenta celebrentur altaris. C. XLIX.

14 SAcramenta altaris non nisi à ieiunis [e] hominibus celebrentur, excepto [f] vno die anniuersario; quo cęna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum siue episcoporum, siue cæterorum cõmendatio facienda est; solis orationibus fiat: si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur.

Ans. l. 9. c. 3.

Item ex concilio Cabilonensi.

¶Sic etiam citat Iuo, & Pannormia; Burchardus autem ex decretis Syluestri Papæ: Polycarpus ex Eusebio. Habetur in capitulis Theodulphi Aurelianensis episcopi, c. 39.

¶Ante missarum solennia circa horã nonam decantatã, in Quadragesima comedere non licet. C. L.

15 SOlent plures, qui se ieiunare putant, in quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonã, comedere †. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante [g] manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas, & auditis missarum so

Poly. ibidem. Burc. l. 13. c. 12. Iuo p. 4 c. 45. Pann. l. 2. c. 184 † *al. manducare*

3 Potest dici, ꝙ istud verb. excepto ponit inclusiue: & est sẽsus excepto. i. accepto & computato inter alios dies quasi nullo die excepto. & est simile 23. q. 5. non est nostrũ. 13. q. 2. Etenim, secũdum H. & sic non corrigitur. Solutio an possit fieri ante tempus.

c ¶Gloria in excelsis Deo.] Hæc verba dicta sunt ab Angelo: alia addidit Hilarius, vt infra. ead. dist. de Hymnis.

d ¶Crucifixus.] Linguis, non manibus. supra de pœn. dist. 1. periculose.

SAcramenta altaris non.] Hæc est 14. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ missæ debeat tantum à ieiunis celebrari, nisi in cęna Domini. Vnde si oportet presbyterum pransum commẽdationem mortuorum facere, sine celebratione missæ debet hoc facere.

e ¶A ieiunis.] Ieiuni ergo debẽt cõficere, vt hic: & baptizare, & chrismare in fronte, vt dist. 5. vt ieiuni & sacramẽtũ calumniæ præstare. 22. q. 5. honestum. & testimoniũ dicere. extra de tes. placuit. & ordines conferre

ieiuno stomacho cõficiẽdũ est.

quod nõ credo, sed dico ieiunium esse celebrata digestione. inf. dist. a. tribus.

f ¶Excepto.] Sup. 7. q. 1. nihil contra inf. dist. proxim. liquido contra. inf. dist. 5. vt episcopi. contra. sed derogatum est huic cap. per illa cap. & per contrariam consuetudinem. argu. supra. dist. 4. § leges 3.

SOlent.] Hęc est 15. pars secũdum Ioannem de Fan.

CASVS. Quidam erant se ieiunare putantes, qui in quadragesima statim audita Nona antequam diuinũ officium audirent, comedebant, qui non sunt credẽdi ieiunare. nam primus debet officium audire, & si venire non possunt, expectata hora vespertina & cõpleta oratione sua comedant.

g ¶Si ante.] Sed nonne licitũ est debitori ante tẽpus sol-

soluere pecuniam] plus enim soluit qui ante tempus soluit, vt insti. de act. §. plus autem. Respon. verum est quando dies adiectus est fauore debitoris: alias si fauore creditoris, ante tempus soluendo non liberatur, vt ff. de an. leg. cum qui Ioan.

1 Ad hoc ff. de verb. obli. cum qui §. quoties. & le. ci qui hoc ff. de re iu. si intra Ar.

IN IEIVNIIS. Hæc est 16. pars, dist. in qua probat quando Missæ sunt cantandæ. Ioan. de Fant. CASVS Iste §. cum eo, qui sequitur patet ibi etiã est. §. in prima quoque. ibi addidit etiam Gratianus, quod in mane licite cantatur missa publica.

IN

lennibus, & vespertinis officijs, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate cõstrictus fuerit, vt ad missam venire non valeat; æstimata vespertina hora, completa oratione sua ieiuniũ soluat †.

† *absoluere debet* Ĩori.

16 *In ieiuniis etiam quattuor temporum circa vespertinas horas, in sabbato vero sancto circa noctis initium missarum solennia sunt celebranda. Vnde Leo* [a] *episcopus: [Quod à patribus nostris.] Item Gelasius* [b]*: [Ordinationes presbyterorum.] Item Pelagius* [c]*: [Dilectionis tuæ rescripta.] Require in tractatu ordinandorum. In prima quoque parte diei missarum solennia non incongrue celebrantur.*

sup. dist. 75. sup. dist. 76.

Vnde Leo Papa Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. al. 81. c. 2.

¶Etiam prima parte diei missas celebrare licet. C. LI.

Bur. l. 3. c. 228. Iuo p. 2. c. 87. & p. 3. c. 268.

NEcesse est autem, vt quædam populi pars sua deuotione priuetur, si vnius tantum missæ, more seruato, sacrificium offerre non possint; nisi [d] qui prima diei parte conuenerint. Studiose ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus; vt quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, vt per omnia nobis & fide, & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam [e] dedimus perferendam: qui in nostris processionibus, atque actionibus † frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnib^9^ Apostolicæ sedis α auctoritas teneret, agnouit.

† *al. ordinationibus*

α ¶Apostolicæ sedis.] *In epistola ipsa legitur*, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus. *Sed omnes Gratiani codices, & Iuo concordant.*

† *al. Gregori^9^.* Habetur in capitulis Theodulphi, c. vlt. Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 2. c. 54. Iuo p. 2. c. 119. † *al. per*

Item Augustinus †.

¶Missæ peculiares non sunt in publico cantandæ. C. LII.

ET hoc attendendum est, vt missæ peculiares [f], quæ per dies solennes à sacerdotibus fiunt, non ita in publico [g] fiant, vt propter † eas populus à publicis missarum solennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur. *& infra.* Sed sacerdotes [h], qui in circuitu vrbis, aut in eadem vrbe sunt, & populus in vnum ad missarum publicam celebrationem conueniant, exceptis β Deo sacratis feminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterij contineri.

β Exceptis.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex Theodulpho, Burchardo & Iuone: apud quos possunt etiam legi alia, quæ post ver.* abstrahatur, *à Gratiano sunt omissa.*

Item Alexander secundus.

Vide Valfridũ Straboñ, c. 21. Iuo p. 2. c. 81.

¶Quot missas in die sacerdoti celebrari liceat.

17 C. LIII.

SVfficit sacerdoti vnã missam in die vna celebrare:

a ¶Vnde Leo.] supr. distin. 75. quod à patribus.
b ¶Item Gelasius.] su. di. 75. ordinationes.
c ¶Itẽ Pelagius.] su. di. 76. dilectionis tuæ.

NEcesse.] CASVS. Sæpe contingebat, quod multi homines missa priuabantur, si tantum vna missa & hora tertia celebraretur. & ideo quæsiuit Dioscorus Alexandrinus episcopus à Leone vtrum presbyter possit ei missam in mane celebrare? & respondet quòd sic.
d ¶Nisi.] Hoc nisi respicit illud verbum priuetur.
d ¶Nisi qui prima.] inf. di. 2. trib^9^ gradib^9^ su. e. nocte. cõtra. infi. sed illud abrogatũ est inf. di. 2. tribus. Vel illud de solenni missa, hoc de priuata.
e ¶Epistolã.] In qua hoc cap. continetur.

ET hoc.] CASVS. Quidam presbyter missam priuatam solebat cum tanta solennitate celebrare, quòd populus solenni missæ interesse nolebat: & ideo statuit hic, quod hoc fieri nõ debeat: sed oẽs debent ad missã publicã venire p̃sbyteri & laici.
f ¶Peculiares.] Peculiares dicuntur priuatæ a ergo omnis missa, quæ priuata non est, publica dicenda est ex quo publice & manifeste fit.
g ¶In publ. co.] Id est solenniter.
h ¶Sed sacerdotes.] Nu. sacerdotes, qui per vrbem sunt, ad solennẽ missam debere cõuenire in maiori ecclesia. Vel potius is est sensus c. scilicet vt in ciuitate & per totum episcopatum hora tertia & sacerdotes & populi conueniant ad publicas missas, quas sacerdotes eorum faciunt.

2 Scilicet votiuæ, q. d. non publicæ, scilicet quæ celebrantur sine vocatione populi: nec pulsatione signorum. sicut est missa pro peccatis, vel sanctæ Mariæ: vel Apostolorum, vel huiusmodi secundum. Hug.

SVfficit.] Hæc est 17. pars distin. secundum Io. de Fant.

CA-

CASVS. Quærebatur quot missas in die possit presbyter celebrare. Et respõdetur, quòd vnam: quia Christus semel tantum pro bonis passus est. Vel duas ex necessitate: sed non pro pecunia, vel adulatione, id est, gratia fauoris humani, vel laudis acquirendæ.

canonum, vel Apostolica traditione. Hymnus est laus Dei cum cantico.

d ¶Hymno.] Id est, benedictione data post cibũ: quæ hymn⁹ hic appellat: quã oẽs clerici facere debent, vt su. dist. 44. c. vl. §. edent pauperes, & saturabuntur, &c.

AD-

Peccamus quotidie.

quia Christus [a] semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est vnam missam facere: & valde fęlix est, qui vnam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, & alteram [b] de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecunijs, aut adulationibus † sæcularium vna die præsumunt plures faceres missas; non æstimo euadere damnationem.

† al. oblationibus

Item ex concilio Toletano. 4. c. 12.

¶Ex saluatoris, & Apostolorum docemur exemplo hymnos cantare. C. LIIII.

18 DE hymnis canendis [c], & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur Matthæo euangelista attestante: [Et hymno [d] dicto exierunt in montem oliueti.] Et Paulus apostolus ad Ephesios scribit dicens: [Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & cãticis spiritualibus] Et quia nonnulli hymni humano studio in laudẽ Dei, atq; Apostolorũ, & Martyrũ triũphos cõpositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atq; Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo, quod de scripturis sanctorum canonum, vel Apostolica traditione non existunt; respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico, priuatoq; officio in fine omniũ psalmorũ dicimus: [Gloria, & honor patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sæculorũ, Amen.] Nam & ille hymnus [e], quem nato in carne Christo Angeli cecinerunt: [Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] & reliqua, quæ ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesijs canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur? Componuntur [f] missæ, siue preces, vel orationes, seu commendationes, seu manus impositiones: ex quibus, si nulla decantentur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atq; hortatur Timotheum Apostolus dicens: [Obsecro igitur primum fieri obsecrationes [g], orationes, postulationes [h], gratiarum actiones [i] pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt.] Sicut

Poly. l. 3. tit. 20.

Matth. 24.

Ephe. 5.

Luc. 2.

1. Tim. 2.

a ¶Quia Christus.] ergo non nisi semel debet celebrari: sed quia quotidie peccamus ideo, quotidie ꝓ nobis Eucharistia immolatur mystice. inf. dist. 2. vtrum.

b ¶Et alterã.] Ergo etiam in necessitate nõ tres, ex quo dixit, alteram. arg. 21. q. 1. quomodo. extra de cele. mi. cõsuluisti. ergo adhuc remanet ieiunus post primã, cum possit iterum cantare aliã. arg. 7. q. 1. nihil. Quid ergo dices de vino vnde presbyter ablnit digitos? non debet sumere illud, si aliam vult cãtare. extra de celebr. missa. ex parte vbi euacuatur opinio, quæ dicit quod quidquid sanguini Christi commiscetur, sanguis est. extra de consec. ecclesi. quod in dubijs. Sed ibi vtrumque olim eiusdem substantiæ, & vsiæ: non sic de vino mistio sanguinis. extra de celebratio. missarum, cum Marthæ. versi. quæsiuisti.

DE hymnus.] Hæc est 18. pars in qua probat, ꝙ hymni sunt authentici, & debent celebrari. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam reprehendebant hymnos ab Hilario & Ambrosio compositos: quia non erant in corpore canonum, nec erant de traditione Apostolorum. Sed contra illos probatur hic, quòd illi & alij sunt in ecclesia canẽdi. Primo exemplo Domini, & auctoritate Apostoli. Secundo quia in fine omnium psalmorum cantatur hymnus ab hominibus compositus, scilicet, Gloria patri, &c. & illi hymno, qui est ab angelis decantatus nato Saluatore, quædam apposita sunt ab hominibus. Tertio quia Paulus præcepit, vt in ecclesia fiant orationes & alia.

c ¶De hymnis canendis.] De hymnis dicendis in missa vel extra, tribus cap ostenditur.

CASVS. in j. parte probat auctoritate Dominí, & dicto Apostoli Pauli hymnos esse canendos. Secundo reprehenduntur quidam, qui quosdam hymnos nolebant recipere, quia non processerunt de scriptis sacrorum

ADDITIO. pone hymnum, qui dr̃ post missam. Arc.

e ¶Ille hymnus.] Supple respuatur.

ADDITIO. Id est, debet respui secundum eos. H. alij dicitur ꝙ istę dictiones de hymnis, ponuntur pro accusatiuo: vel carent verbo. Arch.

f ¶Componuntur.] à sanctis.

g ¶Obsecrationes.] Id est, orationes, quæ fũt ante, & iuxta consecrationem. Vel quæ fiunt adiurando: vt per natiuitatem tuam, libera nos Domine.

h ¶Postulationes.] Id est, preces: vt ibi, vt pacem & cõcordiam nobis dones, te rogamus audi nos. t.

i ¶Gratiarũ actiones.] Vt cũ dicim⁹, Benedicam⁹ Dño.

t Et ibi, requiẽ æternam dona eis domine. &c. secũdum L. qui ita dicit infr. dist. 2. vtrum.

a ¶Si-

a ¶Sicut ergo orõnes.] Quæ fiũt in ipsa cõsecratione.

HI duo solummodo]CASVS Quæsitũ fuit à Leone, quare isti duo hymni, s. Gloria in excelsis, & Alleluia: nõ cantantur in Septuagesima? Et respondet quia tũc primi hominis lapsus legitur in ecclesia, per cuius peccatum humanum genus est expulsum à conuentu angelicæ iubilationis. His autem ix. hebdomadibus taceutur ad significandum, quòd ix. ordines angelorum propter casum decimi ordinis sunt præpediti a laude Dei, & à fęlicitate turbati: ad cuius decimi reformationem Deus formauit hominem: sed homo statim cecidit. sed postea Christo resurgente humanum genus fuit reparatum: & tunc angelicus chorus est valde lætatus.

ergo orationes [a], ita & hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrorum vlterius improbet: sed pari modo in Gallicia, Hispaniaque celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnum reijcere fuerint ausi.

† al. octauus

Leo nonus †.

¶In nouo testamento, qui hymni ab Angelis decantati inueniuntur. C. LV.

HI duo solummodo hymni ab Angelis in nouo testamento inueniuntur decantati, Alleluia, atque, Gloria in excelsis Deo. Quos pariter in Septuagesima intermittimus: quia peccato hominis veteris à conuentu angelicæ iubilationis expulsi in huius miseræ vitæ Babylonẽ, super flumina eius sedemus, & flemus; dum recordamur illius Sion; in qua Deum decet hymnus. Quòd nouem hebdomadibus alleluia intermittimus; non incõgrue per nouem hebdomadas, nouem ordines angelorum accipimus: quorum [b] decimus [c] ordo per superbiam corruens, angelicum numerum minuit, & a fęlicitate [c] perturbauit. Qui condolentes suæ diminutionis, & parem [c] ruinã sibi timentes, à perfecta laude creatoris fuere præpediti. Quorum reparationi, & consolationi consulens omnipotens Deus creator primum hominem de limo terræ formauit: qui sui generis [f] multiplicatione dãna cęlestis patriæ resarciret, atq; angelorum gaudia suppleret. Qua spe angelicus chorus nõ † modicum lætatus est. Nec mirum, si ex lapsu [g] ipsius hominis fuit perturbatus [h]. Vnde nouem ordinum concentus in laudem Dei creatoris permãsit imperfectus: donec in Christo resurgente resurrexit [i] lapsus ille protoplatus. Ibi augmento sui collegij, & spe meliori angelicus exercitus gauisus in nouum alleluia cõsurrexit totus, & in eo perstat deuotus. Quem & nos pro modulo nostro immitantes, à Septuagesima, quando lapsus protoplasti in ecclesia recitatur, Alleluia nouem hebdomadibus intermittimus, scilicet vsque in Pascha: vbi Christus resurgens à mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit, & alleluia nobis reddidit.

Apoc. 19. Lu. 2. Ps. 136. Ps. 64. Esa. 14. Apoc. 12. Gen. 2.

† al. admodũ lætatus

Item Nicolaus Papa Rodulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶In cœna Domini, Gloria in excelsis, decantetur. C. LVI.

Iuo p. 3. c. 20.

PORRO, Gloria in excelsis Deo, ab episcopis [k] in cœna Domini inter missarum solennia more nostro, dicenda est. Pallio vero Apostolico α [l] eadem die [m] vti est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.

α ¶Apostolico] *Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus: Iuo tamen habet.*

Item Zacharias β *Papa in synodo Romana, c. 13. & 14.*

β ¶Zacharias.] *Antea legebatur,* Macarius. *Emendatum est ex aliquot vetustis codicibus & ceteris collectoribus. Et caput ipsum habetur in concilio manuscripto Zacharia.*

b ¶Quorum.] Nomẽ decimi ordinis non habemus †.

† Subaud. nec habere possum⁹ cũ non fuerint nisi nouẽ.

c ¶Decimus.] Nõ quòd decimus cecidit: sed tot qui sufficiebãt ad decimum ordinem perficiendum.

d ¶A fęlicitate.] Significauit statum hominũ perturbãdum, cum possit & debeat timere casum suum, videns ruinam maiorum & firmiorum. de pę. dist. 2. c. principiũ.

e ¶Et parem.] De pę. dist. 2. c. principium iniquit. ver. omnis lapis.

f ¶Sui generis.] Quia homines loco ipsorũ restituuntur: de quibus tot assumẽdi sunt quot remanserunt: iuxta illud in si. Deuter. in cantico Mosi. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. Sed hic videtur habere quòd tot ascendant ad gloriam, quot ceciderunt, & non plures 2.

Tot ascendẽt ad gloriam quot ceciderunt. 2 Dicit Isido. in libr. officiorũ, bonorũ Angelorũ numerus qui post ruinã Angelorũ maiorũ diminut⁹ est, ex numero electorum hominum supplebit, quinnmer⁹ soli Deo cognitus est, vt libro 20. c. Angelorũ nomen.

g ¶Si ex lapsu.] Per inobedientiã, vt supr. dist. 14 quorundam.

h ¶Perturbatus.] More humano loquitur. arg. 24. q. 1. odi.

i ¶Resurrexit.] Prolapsus de limo infermi.

PORRO gloria.] CASVS. Dicitur hic, quòd epi in cœna Domini cum chrisma conficiunt: debent dicere, Gloria in excelsis Deo: & ea die inter missarum solennia debent vti pallio sibi ab Apostolica sede concesso.

k ¶Ab episcopis.] Quia chrisma conficiunt: non autem à presbyteris.

l ¶Apostolico.] Id est à solo Apostolico concesso.

m ¶Eadẽ die.] Inter missarũ solẽnia, vt supra dist. 100. pallium.

Nullus

¶Cum baculo, aut capite velato ad celebrandum missarum solennia clericus non ingrediatur. C. LVII.

Poly.l.3. tit.16. Burc.l.3. c.230. & 231. Iuo p.3. c.271. & 272.

19 NVllus episcopus [a], presbyter, aut diaconus ad solennia missarum celebranda præsumat [b] cum baculo [c] introire, aut velato capite [d] altario Dei assistere: quoniam & Apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia: & qui temere præsumpserit, communione priuetur. Cum vero ingressus fuerit episcopus, aut presbyter ad missarum solennia celebranda; nisi passio [e] aliqua interuenerit; nullo modo audeat data oratione recedere [f], vt ab alio episcopo, vel presbytero missarum solennia suppleantur: sed qui initium ponit; suppleat vsque in finem; quia scriptum est: [qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit.] Si quis [g] vero præsumpserit præter quod posuimus, agere; à sacro corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi sit suspensus.

1.Cor.11. — Syn.c.14. — Matth.10.

[*Item ex decretis Soteris Papæ.*]

PALEA. C. LVIII.

VT illud diuini oraculi singuli præcaueant, quo scribitur: [væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem,] summopere verendum nobis est, atque cauendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Deo psallitur, vel sacrificatur; vnicuique diuinis singulariter officijs insistenti perniciosa passio, vel corporis quælibet inualitudo † occurrat; quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundant. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere; vt ubi temporis, vel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisque canens Deo, atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: vt, si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus à tergo semper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus: & officium inceptum adimpleat.

7. q. 1. illud. in cõcilio Toleta. 11.c.14. Burc.l.3. c.73. Iuo p.2. c. 126. — Eccl.4. — † al. Valetudo

Item Anacletus Iesu Christi seruus omnibus episcopis, epist.1.

¶Quot testes episcopus sacrificans secum habere debeat. C. LIX.

Poly.l.4. tit 12. Ans.l. 6. c. 138. Burc.l. 3. c.71. Iuo p.2.c 67.

20 EPiscopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quàm alius sacerdos: sicut enim maioris honoris gradu fruitur; sic maioris testimonij incremento indiget. In solennioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui oculi [h] eius dicuntur, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat: qui sacris induti vestimentis à fronte, & à tergo, & presbyteri è regione dextra læuaque, contrito corde, & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum à maleuolis hominibus; & consensum eius præbeant† sacrificio. Peracta autem consecratione omnes [i] communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus.

† al. prebentes

Item Lucius Papa episcopis Galliæ, & Hispaniæ, c.1.

NVllus episcop⁹.] Hæc est 19. part. dist. secũdũ Io. de Fã. CASVS. Ostensum est supra quo ordine, quaue celebritate sit missa cantanda. Nunc ostenditur qua deuotione sit dicenda. Dř ergo hic ꝙ nullus eps presbyter vel diaconus ad celebrandam missam debet introire cum baculo ad altare, nec ibi stare capite velato: & qui missam incipit, debet perficere, nisi impediatur graui necessitate: & qui contrafecerit à Christi corpore suspẽdantur.

a ¶Nullus eps.] Qua deuotione sit dicenda missa & audiẽda, ostendit 13. c.

b ¶Præsumat.] Mitrã tñ & baculũ debet hře eps cũ pdicat. arg. dist. 45. disciplina q a tunc allegat causam Dei apud populũ, vt di. c. disciplina r.

c ¶Cũ baculo.] Arg. ꝙ nõ dẽt promoueri in presbyterũ qui sine baculo nõ põt sustentari in altari, vt diximus supr. 55. dist. si quis in infirmitate.

d ¶Aut velato capite.] Su. 33. q. 5. mulier & cap. hæc imago.

e ¶Passio.] Supr. 7. q. 1. illud & c. nihil.

f ¶Recedere.] Nisi in casu cum videret puerũ sine baptismo morientẽ, dũ est ẽt ad altare, consulo vt baptizet. arg. 86. dist. pasce.

g ¶Si quis.] De hac materia notaui 7. q. 1. nihil. &c. illud.

Episcopus pdicans habeat mitrã & baculũ.

a Respicit pcedẽs c. disciplina. iuxta si. & hęc ẽt suit sentẽtia. Hu. put hic satis no. Arch.

EPiscopus.] Hęc est 20. pars dist. in qua probat magister, ꝙ solus sacerdos non debet officia celebrare. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic ꝙ episcopus in missa debet secũ habere presbyteros ex vtroq; latere & diaconos & subdiaconos & minores clericos ante & retro qui debeãt eũ custodire, & sacrificio consentire, & cõmunicare peracta consecratione iubemus.

h ¶Qui oculi.] Supra dist. 91. diaconi.

i ¶Omnes.] Quotidie vel

vel omnes generaliter, in anno, vt infra ead. di. 2. peracta & cap. omnis homo, &c.

IVbemus.]CASVS. Probatur hic auctoritate Apostoli, quanuis ad innocentiam sola conscientia sufficiat, tamen propter maleuolos debet episcopus secum habe-

poteris: & quod dicitur in illo ca missas. [confundantur, jId est, [grau.ter corripiantur.] Quod autem dicitur in illo c. episcopus nu lum hodie non tenet, cū nō sit participandum cum excommunicatis.

c ¶Nisi duob*.] Pluralis enim locutio, duorū numero est contenta, vt 4 q. 3. §. it. m in criminali. vers. vbi numerus. Nū quid necessarium est, vt sint duo clerici: aut nūquid duo laici: vel vnus cleric*, alter laicus, aut alter masculus, & alter fœmina sufficerent: Sanè videtur, q debet esse duo clerici. arg contra q & populus respōdet, amen, vt supra 38. di. sedulo. Sed hoc respicit consuetudinem alicuius loci.

d ¶Ipse tertius.] Adeo inhæret quidā verbis illius cap. q dicunt q ipse non celebraret nisi duos haberet. Alij a dicunt vnū sufficere arg. extra de fi. presbyter. propo-suit. 7. q. 1. illud. & extra de vi. & honest. clerie. vt quisque. immo & inclusus missā solus cantare potest, hoc intellige vbi clericorum copia non suffragatur. aliàs secus, vt extra de verb. sig. quæ fuit. & ecclesiæ loquitur presbyter in plurali.

e ¶Dominus vobiscum.] Hoc Dominus vobiscum, sumptum est ex vete. testa. sic. n. legitur Pooz salutasse messores suos. Illud autem, & cum spiritu tuo, sumptum est ex epistola Pauli Ad Timotheum Episcopus ēt cum primo salutat populum nō dicit: Dominus vobiscū. sed pax vobis: q hæc fuit prima uox Christi ad discipulos post resurrectionē, et go vt se ostendat vicariū Christi, ideo sic dicit: post vero dicit: Dominus vobiscum, vt sic ostendatur esse de numero aliorum sacerdotum, Hic ergo habes Dñs vobiscū alibi amen n. 38. dis. sedulo. alibi, Deus in adiutoriū 7. q. 1. §. cū ergo. alibi, kyrie eleison. Pater noster. 11. q. 3. cū aliquis. habes & alibi, Nunc dimittus, &c. Luc. 2. Item alibi, Benedicamus, &c. Danielis 3.

¶Episcopi sine religiosis testibus, Domini sacramenta non conficiant. C. LX.

Poly. l. 4 tit. 13. Ans. l. 6. c. 140. † al. diaconos 1. Tim. 3.

IVbemus Apostolica a auctoritate, vt semper testes vobiscum sacerdotes, & Leuitas † habeatis. Et licet conscientia a propria sufficere possit; tamen propter maleuolos b iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt: quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, vt duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticum.

a ¶Iubemus Apostolica.] *In epistola ipsa sic legitur.* Propter tales, fratres hortamur vos, sicut in hac sancta ecclesia constitutum habemus, vt semper, &c.

† al. Anacletus

Item Soter † Papa.

¶Nisi duobus præsentibus, presbyter missam celebrare non præsumat. C. LXI.

Poly. l. 4. tit. 31. Ans. lib. 7. cap. 136. Burc. l. 3. c. 74. Iuo p. 2. c. 127. Pan. l. 1. c. 215.

HOc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus c præsentibus, sibique respondentibus ipse tertius d habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, [Dominus vobiscum e,]& illud in secretis: [orate pro me;] aptissime conuenit, vt ipsius respondeatur salutationi.

r Vt Hu.   r Vt Hu. & Pal.   Missa à sola cantari potest.

¶*Burchardus etiam & Iuo citant ex decretis Soteris Papæ. Et in Micrologo, c. 2. scribitur fuisse id ab Anacleto, & Sotere statutum. Similem sententiam Burchardus lib. 3. cap. 68. refert ex concilio Nannetensi, capit. 30. Fere autem idem habetur in Moguntino primo, capit. 43.*

& in conc. Antioch. c. 2.

Item ex canone Apostolorum 10.

¶Communione priuentur, qui vsque ad finem missarum solennia non audierint. C. LXII.

Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 2. c. 67. Iuo p. 6. c. 163.

21 OMnes fideles, qui conueniunt in solennitatibus sacris β ad ecclesiam, & scripturas Apostolorū, & Euangelium audiant. Qui autem γ non perseuerāt f in oratione, vsque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt g; velut inquietudines ecclesiæ commouentes, communione priuari.

Dominus uobiscū vn de sumitur. Pax vobis dī primo ab episcopo. Nota, q septem vicibus popul* salutat in missa quater* exclusis septē nitijs capitali bus suscipiant gratiā septiformem. secūdum Inno.

c ¶In solennitatibus sacris.] *In tomis conciliorum ad marginem prisca versionis sunt hæc eadem verba quæ hic apud Gratianum, & Burchardum, & Iuonem, & in Polycarpo. Græce est abso-*

Cōscientia sola nō sufficit.

habere presbyteros testes & diaconos in omni loco.

a ¶Conscientia.] Arg. q non semper conscientia sufficit: sed fama est necessaria. arg. 12 q. 2. quattuor. & 12. q. 1. nolo. quod verum est cum quis habitat tm cū bonis, vel etiam cum malis, qui parati sunt imitari.

b ¶Maleuolos]Sup. 11. q. 3. sanctis cōtra. sed illud cū mali parati sūt reprehēdere, nō imitari a. 43. dis. scim*.

2 Subau. tā tum, & non imitari in bo no.

HOc quoq; statutum.]CASVS. Dicitur in hoc c. q presbyter non dēt cantare missam, nisi sunt duo ibi præsentes. Nam cū presbyter dicat, Dominus vobiscum: & orate pro me: apparet, q plures debent missæ a interesse. Quæ autem sequuntur vsq; ad capitulum omnes, plana sunt: & ea omnia per te faciliter formare

OMnes.]Hęc est 21. pars di, i qua pbat, q totā missā popul* audire dēt. Qui aūt ex cōtēptu recusauerit, excōicabitur. Et hoc pbat per 5. canones. lo. de Fant.

f ¶Nō perseuerant.] Ex cōsuetudine vel superstitione. Et est si. n. a in vanū currit q nō pseuerat vsq; in finē cursus, vt de pæ. dis. 3. In summum, & est si. sup. 11. q. 3. certū.

g ¶Percipiunt.] Tempore deputato.

a ¶Sa-

lute, τοὺς εἰσιόντας, *id est*, qui ingrediuntur, *& ita in codice canonum, nimirum ex versione Dionysii.*

γ ¶Audiant Qui autem.] *Ita in eodem margine, & in Polycarpo. Sed Burchardus, & Iuo propius ad verba græca,* audiunt, non autem perseuerant.

Item ex concilio Carthaginensi 4.c.24.

¶De eodem. C. LXIII.

SAcerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus [a] de auditorio fuerit, excommunicetur. Burch.l.2.c.66. Iuo p.6. c. 162.

Item ex concilio Agathensi, c.47.

¶Die Dominico missas ex integro sæculares audire debent. C. LXIIII.

MIssas die Dominico sæcularibus totas audire † speciali ordine præcipimus [b]: ita, vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerit, ab episcopo publice confundatur. †*al. tenere.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c.28.

¶Populus non ante discedat, quàm missa ex integro celebretur. C. LXV.

CVm ad celebrandas missas in Dei nomine cõuenitur; populus non ante discedat, quàm missæ solennitas cõpleatur: & vbi episcopus non fuerit, benedictionem [c] accipiat sacerdotis. Burc.l.3. c.29. Iuo p.3.c.34.

Item ex concilio Carthaginensi 4.c.88.

¶Excommunicetur qui prætermisso ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit. C. LXVI.

QVi die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit, excommunicetur. Iuo p. 4. c. 8.

Item ex concilio Carthaginensi 4.c.84.

¶Vsque ad missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur. C. LXVII.

22 EPiscopus nullum prohibeat, [d] ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam catechumenorum. Burc.l.3. c.28. Iuo p.3 c.33. Pann.l.2.c.4r.

*Item Anastasius episcopus episcopis Germaniæ, & Burgundiæ, epist.*1.c.1.

¶Euangelia non sedendo, sed stando audire debemus. C. LXVIII.

23 APostolica auctoritate mandamus, dum sancta Euãgelia in ecclesia recitantur, vt sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui α, in conspectu Euangelij stantes Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent [e]. Burc.l.3. c.103. Iuo p.2.c.138. & p.6.c.93.

α ¶Curui.] *Sic in originali, & apud Iuonem par. 6.c. 93. sed apud eundem par. 2. capit. 138. & apud Burchardum vox ista non habetur.*

Item Gregorius VII. in synodo Rom. habita an. Domini 1078.c.13.

a SAcerdote.] ¶Qui egressus.] Quasi minus litteratum continens, vt supra 38. distin. sedulo.

b MIssas.] ¶Præcipimus.] Hoc dico præceptum esse vnde cõtra præceptũ faciunt, qui diebus Dominicis non audiunt missam, nisi aliqua necessitas cogat sicut & corpus Christi accipitur ter in anno. infr. dist. 2. etsi nõ frequentius.

c CVm ad celebrãdas.] ¶Benedictionem.] Supra 26. q.6. ministrate. cõtra. Sol. ibi solennis bñdictio q̃ ante missæ consummationem à solis pontificibus celebratur, inhibetur presbyteris: hic autem post consecrationem cuilibet sacerdoti populum benedicere permittit, sed & præsente episcopo nec benedicere volente sacerdos benedicet si celebrauit missam, vt not. 95. dist. ecce.

EPiscopus.] Hæc est 22. pars dist. secundum Ioan.

d ¶Prohibeat.] Supr. 2r. dist. cleros. in fine. contra infra distin. 4. eos. contra 11. q 3. excommunicatos 1. Sed dic vt solui supra 35. q. 3. de incestis. nam hic de hæretico non præciso loquitur, ibi de eo qui sequitur hæresim iam damnatã. H. dicit hoc abrogatum 2 esse. vel loquitur de illis de quorũ correctione est spes aliqua, vt infr. di. 4. Iudæi aliud est si veniunt causa subsanandi vel deridendi.

APostolica.] Hæc est 23. pars distin. secundum Ioan. de Fant.

e ¶Adorent.] Id est, venerentur.

OMnis Christianus.] Hæc est 24. pars distin. secundum Io. de Fan.

Missa in die Domini co est de præcepto.

1 Idem cõtra. 34. q. 3. c. clericum, 25. di. perfectis. in prin. 1. q. 1. non liceat.

2 Ad hoc supra 1. q. 1. non liceat clericis. vbi de hoc. Idẽ not. 25. dist. c. 1. Arch.

CA-

¶Ad missarum solennia semper aliquid est offerendum. C. LXIX.

Poly.l.3. tit.16. Ansl.l. 5. c.40.

24 OMnis Christianus procuret ad missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysem dixit: [Non appa- *Exo.*24

CASVS. Probatur in hoc cap. auctoritate Moysi, & sanctorum patrum consuetudine, quod Christiani debent aliquid offerre in missa. Primo enim debemus ad Christum confugere: sed quidam praepostere prius quaerunt consilium humanum, & postea diuinum.

a ¶Vacuus.] Bonis operibus vel ad litteram. & est consilium in diebus priuatis scilicet: sed in diebus festiuis praeceptum & ita videtur quod oblationes sint ex debito exigendae. & ad eas dandas parochiani sunt cogendi. ar. 16. q. 1. statuimus. ar. contra 12. q. 1. duo. Sed credo quod si sacerdos pauper est, potest eis diuina officia subtrahere nisi dent ei oblationes: vt ext. de sim. cum sit. 12. q. 2. charitatem. ADDITIO. Bene dicit Credo, secundum Lau. cuius fuit ista glo. tota. & idem sentit Hug. qui dicit quod non credit quod oblationes, quae voluntariae, vel ex deuotione fiunt in festiuis diebus, sint debitae vel possint de iure peti: & idem sentit frater Ray. Arch.

b ¶In collectis.] Quas faciebant sancti patres pro recipiendis pauperibus.

c ¶Est confugiendum.] Orando, non tentando, & ita non est contra 22. q. 2. quaeritur.

... rebis in conspectu meo vacuus [a].] Etenim in collectis [b] sanctorum patrum liquido apparet, quòd omnes Christiani offerre aliquid Deo ex vsu sanctorum patrum debent, Ad ipsum [α] enim prius est confugiendum [c], qui nostrae curare possit animae passiones. Verum homines praepostero ordine ante sibi opem ab hominibus accersunt. Vbi autem humana subsidia defecerint: tunc opinantur diuini postulandum fauoris gratiam.

α ¶Ad ipsum.] *Hinc vsque ad finem capitis non habentur ibi apud Gregorium, neque apud Anselmum, aut Polycarpum.*

Item Cyprianus sermone 6. de oratione Dominica.

¶Quare [sursum corda] in praefatione dicitur. C. LXX.

25 QVando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi; vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & saecularis abscedat: nec quidquam tunc animus, quam id solum cogitet [d], quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem praefatione praemissa parat fratrum mentes dicendo: [sursum corda,] vt dum respondet plebs: [habemus ad Dominum] admoneatur nihil se aliud, quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, tempore orationis adire patiatur.

QVando autem.] Haec est 25. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic quod in oratione debet homo cogitare de Deo tantum. vnde cum presbyter dicit, Sursum corda, populus respondet, Habemus ad Dominum. & hoc fit ad notandum quòd tunc tantum de Deo debemus cogitare, & de his, quae spectant ad salutem, vt diabolus excludatur.

d ¶Cogitet.] Nam hoc genus mendacij esset 22. q. 5. cauete.

Pelagius II. Romanae ecclesiae, & Apostolicae sedis episcopus vniuersis Germaniarum, atque Galliarum episcopis.

¶Quae praefationes in missa sunt cantandae. C. LXXI.

Poly. l. 3. tit. 20. Ans. l. 7. c. 111. Burc. l. 3. c. 69. Iuo p. 2. c. 77. Pan. l. 1. c. 158.

26 INuenimus [e] has nouem [f] praefationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro vetustas in Romana ecclesia hactenus seruauit, id est, vnam [g] in albis Paschalibus, aliam de Ascensione [h] Domini, tertiam [i] de Pentecoste, quartam [k] de Natali Domini, quintam [l] de Apparitione Domini, sextam [m] de Apostolis, septimam [n] de sancta Trinitate, octauam [o] de Cruce, nonam [p] de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicendam. Has praefationes tenet, & custodit sancta Romana ecclesia: has tenendas vobis mandamus.

e ¶Inueniem.] Haec est 26. pars dist. secundum H.

CASVS. Istius ca. in quo dicitur quod ix. sunt praefationes, decima tamen postea addita est, vt 70. dist. sanctorum. [catalogo,] Id est, ordine ecclesiastico, vel numero, vel computatione.

e ¶Inuenim.] Quot sunt canonicae praefationes ostendit 2.

2 Et hoc ideo quia I c. praeced. facta erat mentio de praefatione cui semper praemittitur, sursum corda.

f ¶Nouem.] Addita est & decima. vt dist. 70. sanctorum canonum, scilicet equum & salutare.

g ¶Vnam.] Et te quidem omni tempore.

h ¶Aliam de Ascensione.] Qui post resurrectionem suam.

i ¶Tertiam.] Qui ascendens super omnes coelos.

k ¶Quartam.] Quia per incarnati verbi mysterium.

l ¶Quintam.] Quia cum vnigenitus tuus.

m ¶Sextam.] Et te suppliciter exorare.

n ¶Septimam.] Quia cum vnigenito filio tuo, & spiritusancto.

o ¶Octauam.] Qui salutem humani generis.

p ¶Nonam.] Qui corporali ieiunio vitia comprimis.

Oblationes an sint debitae à parochianis.

2 Hoc sane intellige, & dic vt plene not. H. in summa de paroch. §. in quibus ver. in tertia vero q. &c. vbi satis not. de materia huius glo. & quo modo hoc c. intelligi debet. s. de solennibus festiuitatibus locorum. Arch.

Item ex concilio Cabilonensi secundo, c. 39.

¶In omnibus missarum solennibus pro defunctis oratio fiat. C. LXXII.

Burc. l. 3. c. 64. Iuo p. 3. c. 66.

25 VIsum praeterea [q] nobis est, vt in omnibus missarum solennibus pro defunctorum spiritibus loco

VIsum praeterea.] Haec est 27. pars di. secundum Io. de Fa.

CASVS. Probatur in hoc c. auctoritate Au. quod pro defunctis nominibus tacitis in missa & alijs precibus debet orari omni die, sicut & pro viuentibus oratur quotidie, vt pro eis oret mater ecclesia, quibus desunt preces parentum.

q ¶Visum praeterea.] Not. in omni missa memoriam

& ora

& orationem esse faciendam pro defunctis, istud ostē stendit duobus capitulis.

Oratio pro defunctis fiat in omni missa.

Conficere nō licet in sexta feria ante Pascha.

competenti [a] Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur [b], qua non pro viuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur; ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum solennibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem sancta tenet ecclesia, vt & in missarum solennibus & in alijs precibus Domino spiritus quiescentium commendet: dicente beato Augustino: [non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus defunctorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate laudamus [α]. Defunctorum [c] etiam tacitis nominibus [d] eorum, quos sub generali [e] commemoratione [f] suscepit ecclesia: vt quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati, vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre communi [g].

13.q.2.non existimemus.

in lib. de cura pro mortuis agenda, c.4.

α ¶ Laudamus.] *Apud collectores sunt nonnulla varietates. B. Augustinus (à quo parum varias & concilium, & Amalarius lib.4. c.42. sic habet:* quas faciendas pro omnibus in christiana, & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque, sub generali commemoratione suscepit ecclesia. *Cæterum glossa fecit, ne mutaretur.*

Item Innocentius episcopus vrbis Romæ Decentio Eugubino, epist. 1.c.2.

¶ Ante preces non sunt à sacerdote nomina recitanda. C. LXXIII.

DE nominibus recitandis [h], antequam [i] precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendet, quàm superfluū sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis: vt cuius hostiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen insinnes [k]: quamuis [l] illi incognitum sit nihil.

Nomina aliquorum non sunt in Missa exprimenda.

Item Alexander vrbis Romanæ episcopus orthodoxis omnibus epistola prima, c.4.

DISTINCTIO II.

¶ Panis, & vinum, & aqua in sacramentis sunt offerenda. C. I.

IN sacramentorum [m] oblationi-

Poly.l.3.tit.9. Ans.l.9.c.1. Burc. l.5.c.5. Iuo p.2.c.15. & 68.

a ¶ Loco competenti.] Id est in secreta missæ.

b ¶ Excipitur,] Excipitur sexta feria ante Pascha: in qua secundum ordinem Romanum non conficitur: sed oblatio præcedentis diei cum vino sumitur: & excipitur ēt sabbatum sequens: quia potius refertur ad Dominicā sequentē. inf. dist. 3. sabbato.

c ¶ Defunctorum.] Id est, pro spiritibus defunctorum.

d ¶ Etiam tacitis nominibus.] In secreta.

e ¶ Sub generali.] Fit pro omnibus simul, & prodest cuilibet ac si specialiter pro eo fieret. de consecra. di. 5. non mediocriter.

f ¶ Commemoratione suscepit ecclesia.] supple non sunt prætermittendæ supplicationes.

g ¶ Pia matre communi.] In ecclesia tota.

DE nominibus.] CASVS. Decentius episcopus quærebat à Papa, vtrū in secreta Missæ illorum nomina debeant recitari à presbytero, pro quibus vult sacrificia offerre. Respōdet Papa, superfluum esse vt eius nomen recitetur pro quo hostia nondum est oblata.

h ¶ De nominibus recitādis.] Populo connumerare possumus ergo eorum nomina recitando. sed in Missa vel oratiōe aliqua Missæ, vel in secreta specialiter nomina eorum exprimere nō debemus.

i ¶ Antequam.] Nec ante, nec post.

k ¶ Insinues.] Quasi ps non ante, sed post debet insinuari Deo.

l ¶ Quamuis.] Non ergo recitantur ideo quòd Deus addiscat: sed vt supplicantium deuotior reddatur affectus. arg. 13.q.2.cum grauia. & cap. non æstimemus. H. nominari ergo possunt.

IN sacramentorum.] Hæc dist. diuiditur in 28. partes: In quarum prima probat per 7. c. ꝙ ex pane tritici & vino vitis cum aqua cōficitur corpus & sanguis Christi. [Secūda ibi, [Nihil.] Tertia ibi [Pacē] Quarta ibi [Relatum.] Quinta ibi, [Quotidie.] Sexta ibi, [Triforme.] Septima ibi, [Tribus gradibus.] Octaua ibi, [Qui scelerate.] Nona ibi, [Si per negligentiam.] Decima ibi, [Peruenit.] Vndecima ibi, [Sacerdotum.] Duodecima ibi, [Institutio.] Tertia decima ibi, [Sacrificiū.] Quartadecima ibi, [Quia corpus.] Quintadecima ibi, [In quibus.] Sextadecima ibi, [Ego Berēgarius.] Decimaseptima ibi, [Semel Christus.] Decimaoctaua ibi, [Liquido] Decimanona ibi, [Panis.] vigesima ibi, [Panē de altari.] Vigesimaprima ibi, [Reuera.] Vigesimasecūda ibi, [Iterat.] Vigesimatertia ibi, [In Christo.] Vigesimaquarta ibi, [In calice.] Vigesimaquinta ibi, [Sicut.] Vigesimasexta ibi, [pbyter] vigesimaseptima ibi, [qui bene.] Vigesimaoctaua ibi, [pro dilectione.] Ioan. de Fant.

CASVS. Dr in hoc cap. ꝙ in altaris sacrificio debent apponi tm̄ panis & vinū aqua mistū: & hoc ideo, quia de latere Christi fluxerūt sāguis & aqua ī passiōe sua.

m ¶ In sacramentorum.] Hic intitulatur a. dist. in qua agitur de sacramento Eucharistiæ. Et licet baptismus sit ianua omniū sacramentorum [a]. & necessarior. 23. di §. verum. hoc tn̄ dignius est: & ideo tractat prius de eo, & propter seriem operis apertius continuandam cum

a Vt 37. dist. §. verum. c. ad hoc. extra de presby. nō bapti. veniens. Archid.

eum enim tractauit in præced. distin. de celebratione missæ: & tota vis missæ constet in consecratione corporis Christi: merito de eo subdit: & tractat de hoc sacramento in hunc modum. Primo agit de forma sacrificandi. Secundo de reuerentia suscipiendi & tractandi & seruandi

panis & vini ibi desinit esse, & remanent accidentia tantum. s. sapor, color, pondus, & similia: & sub illis accidentibus incipit ibi esse corpus Christi. Tertia tenet* quod remanet ibi substantia panis & vini, & in eodem loco, & sub eadem specie est corpus Christi, argumen. infra ead. ego. qualibet tamen opinio fatetur ibi esse corpus Christi. Secunda opinio verior est, vt extra de sum. Tri. firmiter. §. vna.

* *Et hæc falsa est.*

bus [a], quæ inter Missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est: vt eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur; ita vt repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permistum in sacrificium † offerantur. Non enim debet (vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permistum: quia vtrumque [b] ex latere eius in passione sua profluisse legitur.

† *al. sacrificio*

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali, & cæteris collectoribus præter Anselmum, qui habet, ut antea Gratianus habebat.*

Item Cyprianus lib. 2. epist. 2. Cæcilio fratri salutem.

¶ Vinum sine aqua, vel econuerso in sacramentis offerri non licet. C. II.

Poly. ibidem. Ans. l. 9. c. 4.

SIc in sacrificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit [c] esse sine Christo [d]. Quando autem vtrumque miscetur, & adunatione cõfusa [e] sibi inuicem copulatur, tunc sacramentũ

* ¶ In sacramentorũ, de forma sacrificandi, i. quæ debent offerri in sacramento Eucharistiæ. 7. c. obedit.

a ¶ Oblationibus.] id est, in ipsis oblatis, quę sunt sacramenta.

b ¶ Quia vtrumque.] hæc ratio non est sufficiẽs † sed est ratio: quia Christus hoc statuit dicens Hoc facite in meam commemo. infra ead. in Christo semel. Alia ratio est, quia aqua significat redemptionem. infr. ead. cum omne. & ita tria sunt significantia ibi, aqua, vinum, panis, & ita, tria sacramenta infra ea. non oportet.

† Sed est quædam adminiculãs. B. Lau.

...andi hoc sacramentũ. Tertio de triplici cõtinẽtia eius. De forma sacrificandi agit vsque ad illud c. nihil. De reuerentia suscipiendi agit etiam vsque ad illud c. sacrificium. Exinde de his, quæ in sacrificio cõtinentur. Circa quod considerandũ est à quo, vbi & quando fuit hoc sacramentũ inuentũ & quæ forma cõficiendi illud, & quæ in eo sunt necessaria, & de triplici eius cõtinẽtia: & post supponem' quasdã opiniones de cõfusione ipsarũ rerũ. Fuit aũt institutũ à Domino inf. c. quia corp', & in cœna inf. c. liquido. Et quãdo? post typicũ pascha completum, cũ comedit agnũ cũ Apostolis inf. c. accipite. Formã habemus in c. inf. ea. accipite. Sunt aũt tria necessaria, panis, vinũ & aqua. infr. ea. in sacramento. Continentur autem tria in hoc sacramento, forma visibilis panis & vini: veritas corporis & sanguinis Christi: & virtus spiritualis, id est, virtus vnitatis & charitatis, i. æterna cõiunctio & dilectio Christi ad ecclesiam a 1. distin. §. 1. ibi, Rogaui pro te Petre, ne deficiat, &c. Primũ est sacramentũ tantũ, & nõ res sacramenti. Secũdum est sacramentũ, & res sacramẽti. Tertium est res sacramenti tantum, & non sacramẽtum: & hoc est quod dicitur extra de celeb. Mis. cum Marthæ. §. distinguendũ. Fit aũt conuersio rerũ secundum quosdã: quia panis conuertitur in corpus, & vinũ in sanguinem, aqua in nihilum: sed significat regenerationem tantũ, quæ fit per aquam. Contra istos est, quia qui puram aquam sumit, post non conficiet. 7. q. 1. nihil. Sed cõtra inf. ea. relatũ: sed nõ fuit ibi pura aqua. Alij dicunt, quod vinum & aqua conuertuntur in sanguinẽ: licet philosophi dicãt contra, quod aqua & vinũ non cõmiscentur per minima, id est, non ita quod inseparabilia sint. Alij ei dixerunt sed pessime, quod aqua cõuertebatur in aquaticos humores. Alij dicunt quod corpus Christi post consecrationẽ solum est sacramentũ & figura. inf. c. ego Berengarius. & hæc tradũtur extra de celeb. Mis. cũ Marthæ, & c. in quadã. Sed opinio verior ẽ, quod vinũ & aqua nõ vt duo, sed vt vnũ cõpactũ trãsmutãt. extra de cel. Mis. cũ Marthæ. §. verũ &c. in quadã. De eo tamen quod dr, quod panis cõuertitur in corpus Christi, variæ sunt opiniones. Vna asserit, quod illa substantia, quæ fuit panis primo, postea est caro & sanguis Christi. arg. inf. c. panis est in altari, &c. quia corpus. Secunda. opinio tenet, quod substantia

* Euchari-stiæ sacramento tria continent.

b ¶ Quia vtrumque.] Id est, vtrinsque sacrificium vel significatum. inf. ea. in calice, scilicet sanguis in quem conuertitur vinũ & aqua. inf. ea. dist. ea. panis est in altari. nomine sanguinis dr quilibet humor humani corporis, hic nõ inuenitur, nisi large accipiatur nomẽ sanguinis, vnde vinũ in sanguinem conuertitur, & aqua * in alios humores, ita quod aqua dicitur profluxisse, i. alij humores de latere Christi. Sed nunquid vera aqua, aut humor aquæ similis fluxit? si vera aqua, quando fuit illa creata? nunquid in corpore, aut in egressu à corpore? si humor fuit sine aqua, quod fuit ibi miraculũ? Resp. secundũ H. separatim a & cum segregatione fluxerũt. Alij tamen dicunt, vt Mel. & Baz. quod vera aqua: & extra corpus illius fuit illa creata: sicut fuit cum fluxit aqua de petra educta. inf. ea. reuera. Igitur quota pars debet esse aquæ in calice? Videtur quod medietas. arg. ff. de vsufr. eorum partis. ff. de contrahen. em p. l. dominum: sed hoc relinquo arbitrio prouidi sacerdotis i. quamdiu dicatur, quod vinum sit vel aqua. Dic poni debet plus de vino semper quàm de aqua.

SIc in sanctificando. CASVS. Dicitur in hoc cap. quod in sacrificio non debet offerri vinum sine aqua, nec aqua sine vino: sed simul illa duo, vt perfectum sit sacrificium, sicut & corpus Christi non de farina solũ, sed de pane perfecto debet confici.

c ¶ Incipit.] Id est sine Christo: quia nõ conficitur, maxime quantum ad salutem plebis inf. ea. cum omne.

d ¶ Sine Christo.] Id est, sine tali sacramẽto, quod de eius latere profluxit. sanguis a & aqua, vt su. c. 1. & 2. & c. 3. Vel sine Christo. i. ecclesia, quæ. s. mysticũ corp' Christi est, quod est dicere: sanguis nõ prodest corpori Christi, quod est ecclesia, i. nobis, su. dist. proa. ecclesia, non. n. vinu tantũ dr corpus Christi, vel sine saluatione Christi. i. Christianorũ. secundũ hoc diceretur, quod Christus dicatur Christianus populus. ad hoc facit extra de sa. vn. c. 1. hac ostẽdit Apostolus in epistola ad Cor. Sicut omnia membra vnum sunt corpus: ita vnus Christus, sunt, vt inf. ea. dist. cũ omne. H. vero, qui non posse confici sine aqua dicit: exponit sanguis, id est, vinũ, quod significat sanguinem.

e ¶ Confusa.] Id est, permista.

Aqua quæ fluxit de latere Christi an fuerit vera aqua.

* *Immo aqua in vinũ, & totum vinũ in sanguinem.*

a Ista fuit sententia Hu. & illa quæ proximè sequitur; vnde clarius & planius diceret. & fuit vera aqua, &c. Archi.

Aqua an sit de necessitate consecrationis.

a Id est, sanguinis Christi effusio incipit, id est ostenditur esse sine Christo, id est, sine vnitate corporis Christi quod est ecclesia, secundũ Ioã. de Fã. & H

spiritale [a], & cęleste perficitur. Sic vero calix [b] Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque sibi misceatur: quomodo nec corpus [c] Domini potest [d] esse farina sola, aut aqua sola, nisi vtrumque [e] adunatum fuerit, & copulatum, & panis vnius compage solidatum.

a ¶Sine Christo.] *Apud B. Cyprianum sic legitur*, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo: *quæ verba referuntur etiam infra ead. c. cum omne. Sed ob glossam non est mutatum. Multa vero alia vbi illa non obstabat, ex ipsa epistola sunt emendata, itemque in sequenti capite.*

Idem in eadem epistola.

C. III.

SCriptura dicit: [Quotiescumque enim ederitis panē istum, & calicem istum biberitis, mortem Domini annunciabitis, quoadusque veniat.] Quotiescumque ergo calicem in commemorationem Domini, & passionis eius offerimus; id, quod cōstat Dominum fecisse [f], faciamus. Sed vide † frater charissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter [g], vel simpliciter [h] non hoc seruauit, & tenuit, quod nos Dominus facere & exemplo, & magisterio suo docuit: potest simplicitati eius de indulgentia Domini venia concedi †: nobis vero non poterit ignosci [i], qui nunc à Domino admoniti, & instructi sumus, vt calicem Domini cum vino mistum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.

Sent. 4. dist. 10. §. sed video.
Lu. 22.
1. *Cor.* 11.
† *& viderit*] or.

Item ex concilio Martini Bracharensis, c. 55.

¶Præter panem, vinum, & aquam in sacramento nihil debet offerri. C. IIII.

NOn oportet aliquid aliud in sacramento † offerri præter panem, vinum [k], & aquam: quæ in typo Christi benedicuntur: quia, dum in cruce penderet, de corpo-

† *al. sanctuario*
Io, 19.

a ¶Spiritale.] Spiritale dicitur corpus, quod nihil habuit, quod ei obstaret: sicut Christus ianuis clausis intrauit ad discipulos: palpabilem tñ se exhibuit: quod non faceret spiritus. Vnde spiritus nec carnem nec ossa habet, &c. ad cuius similitudinem corpora nostra agilia erunt, vt licet clausa essent in solidissimo corpore ferreo, vel marmoreo, possint tamen exire. Vel ideo spirituale, quia ibidem signatur nostra redemptio inf. ea. cum omne. Vel spirituale, quia cœleste efficit: & tunc rei spiritualis & cęlestis, s. cōiunctionis ecclesiæ ad Christū efficit sacramentū. vinū. n. sanguinem: aqua vero plebem significat. horum aūt confusio, salutis nostræ est sacramentū: in commixtione enim vini & aquę consignatur plebis p Christum facta redēptio. infr. e. cū omne.
b ¶Calix] No. diuersitates circa illud sacramentum inter doctores. nam dicunt qdā, q ex vino sine aqua non potest confici sanguis Christi. H. dicit q potest, licet non debeat fieri. Itē dicunt aquā esse admiscendam in calice dehonestate tātum * veruntamen vbicunque admisceatur, conficietur sanguis. Item dicunt, quidam, q ex nectare, vel vino cocto conficietur quid quid ei admisceatur. H. tamen dicit quòd non: quod verius est. Item de aceto conficitur * si ex vino factum fuit, aliàs nō: quia prope eadem vsia est. ff. de cōtrah. emp. in venditionibus. tamen in omnibus his misturis transubstantiatur. Item not. q de agresta non potest confici sanguis. inf. ead cū omne. contra de musto ex vuis & racemis pōt ex necessitate, de alijs non. s. de pomis & huiusmodi. Sed qñ dicemus q possit? qñ incipit esse vinum. Sed quando incipit esse consulēdus est vsus in hoc casu. Item circa panem not q de alio pane non potest confici corpus Christi, nisi de frumento, vt inf. ea. in sacramento. & si alia farina admisceatur frumento, illa non transubstantiatur. & in hoc non est diuersitas. Sed in alio est, quia dicit H. q non possumus conficere nisi de frumento, vel de pane fermentato in ecclesia occidentali: & si fiat nihil agitur. Baz. contra, q conficiatur corpus Christi. Item nec confici potest si farina nō cum aqua, sed cum alio liquore admisceat.
c ¶Nec corpus.] i. panis sub cuius specie iacebit corpus Christi, qui est trāsubstantiatus in corpore Christi.
d ¶Potest.] Id est, non potest confici ex farina sola, scilicet ex solo pane multorum compage consolidato: nec aqua sola, &c.
e ¶Nisi vtrumque.] Id est, farina & aqua. Quid si ex melle vel alio liquore fuerit farina aspersa, nunquid transubstantiatur ille panis in corpore Christi? non:

SCriptura dicit.] CASVS. Dicitur hic quòd vino quod offertur in sacrificio, aquam miserere debemus: sicut Dominus fecit. si quis autem ex antiquis hoc prætermiserit, potest ei venia concedi: nobis autē qui per scripturas instruimur, non ita parceretur.
f ¶Fecisse.] Vide violentissimum arg. contra Gręcos, verisimile enim est q Dominus azimis vsus est pp ritū Iudęorū, & nos azimis vti debem⁹. G. tūc I domib⁹ eorum non erant fermenta. verisimile tamen videtur q alicui doctorum eorum reuelatum fuerit q conficerent in fermentatis. arg. contra. infr. dist. 3. nosse.
g ¶Ignoranter.] Arg. q ignorantia iuris excusat 1. su. 24. q. 1. si quis dederit. su. dist. 8. consuetudo. 31. q. 1. de his. su. dist. 52. solicitudo.
h ¶Vel simpliciter.] Sed nonne exemplum Domini ita potuit eos instruere sicut & nos? quare ergo excusabantur? Sed dic quòd nos docuerunt patrum sacræ scripturæ de ipso Christo, quas forte ipsi non habuerunt. ADDITIO. Arg. supra 96. dist. in scripturis.
i ¶Ignosci.] Arg post admonitionem non esse parcēdum. 12. q. 2. indigne.

NOn oportet.] CASVS Hoc cap. patet. [In typo,] Id est in figura, & significatione.] Hęc tria vnū sūt:] id est in vnum corpus Christi t anseunt. Similiter sequens cap. patet.
k ¶Præter panem vinum.] Quæritur an vinū & aqua transeāt in sanguinem tantum? respondit sic. extra de cel.

Agilitas est dos corporis gloriosi

Sanguis Christi vtrum possit ex vino sine aqua cōfici.

* *Admiscetur de præcepto. conc. Tri. sess.* 22. *c.* 7.

* *Non de aceto proprie, sed de vino acescente, licet peccet qui ex tali conficit. S. Tho p. 3. q. 74. art. 5. ad* 2.

Panis ad cōficiendū debet esse ex frumento.

† Concor. l. 1. §. fin. ff. de eden. & l. si quis id. §. doli. ff. de iurisd. om. iud. & in auth. de instru. cau. & fide. §. hæc autem omnia.

Græci conficiunt in panib⁹ fermentatis.

t Scilicet partim, sed non ex toto. Arc.

cel.mis.cum Marthæ.§.verum. Alij dicunt quod non: sed vinum in sanguinem, & aqua in aquã *, id est, vitalem humorem aquaticum. sicut enim in humano corpore quattuor humores sunt ad instar quattuor elementorum extra c.in quadam. sic in corpore Christi. vnde sic ex-

fuit granum frumenti, de pęn.dist.2.cum sanctam. sed sicut dicitur ab eis, qui experti sunt. lolium de frumento nascitur, vt dist.56. nasci nunquid si de lolio fiat panis. illic per verba transubstantiatur? non. nunquid si frumento addatur piper, conuertitur in corpus Christi? non, sed reliquũ tantum. quare non ita reliquum conuertitur si fermẽtum addatur *? Quia ibi nihil est animi, cuius possit fieri consecratio: & ideo nihil conuertitur. arg. 24. q.3. resecandæ.

*Aqua vertitur in vinum, & vinum in sanguine. S. Tho. ex Innocẽtio III. p. 3. q. 74. art. 8. in corp.

Piper frumento additum non transit in corpus.

*Immo etiã in fermentata conficitur, peccaret tamen presbyter in ecclesia latina conficiẽs de pane fermentato. S. Thom. pa. 3. q. 74. ar. 4. in cor.

re eius sanguis effluxit & aqua. Hæc tria vnum [a] sunt in Christo Iesu: hæc hostia [b] & oblatio Dei in odorem suauitatis.

Et in Afric.c.4.

Item ex concilio Carthaginensi 3.c.24.

¶De eodem. C. V.

Burc.l.5.c.3. & 14

†al. Sacramentis

IN sacramento† corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipse Dominus tradidit [c], hoc est panis, & uinum aquæ mistum. *& infra*.¶ Nec amplius in sacrificijs † offeratur, quàm de vuis, & frumentis [d].

†al. primitiis

Item ex sexta synodo, c.28.

¶Oblationis sacrificio vuas nemo coniungat. C. VI.

DIdicimus, quòd in quibusdam ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniungat vuas, quæ secundum vsum in altari offeruntur: & sic simul vtraque populo dispensent. Præcipimus igitur, vt nullus sacerdos hoc vlterius faciat: sed in remissionem peccatorum populo oblationem solam distribuat: & vuas seorsum benedictas [e] populus, qui petierit, accipiat, & fructuum [α] gratias agat.

¶Est quasi summa quadam canonis citati. Nam in eo plura aliquanto verba sunt, sed eodem fere sensu.

α ¶Et fructuum.] *Græce est*, πρὸς τὴν τοῦ δωτῆρος τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν, *id est*, ad reddendas gratias fructuũ datori.

Item Iulius Papa episcopis per Aegyptum. β

β ¶Per Aegyptum. *Apud cæteros collectores legitur*, per Aegyptum missis. *Sed in Micrologo, c.19. citatur ex eodem Iulio episcopis Aegypti. Eadem autem fere habentur nunc in Bracharensi, 3. c.1. & sententia summatim collecta in Vuormaciensi, c.4.*

¶De his, qui sacrificando varie errabant. C. VII.

Poly.l.3.tit.9
Ans.l.9.c.53.
Burc.l.5.c.1.
Iuo p.2.c.11.& 12.& 85.
Pann.l.1.c.147

CVm omne crimen [f] atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur [g]; quid de cętero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur [h]? Audiuimus enim quosdam, schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & Apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare: alios quoq; intinctam Eucharistiam populis pro complemẽto cõionis porrigere: quosdã etiã expressum [i]

DIdicimus.] CASVS. Hu. sic ponit hunc casum. Hæc cõsuetudo erat apud quosdam quòd vuas benedicebant benedictione sanguinis: & simul cum corpore Christi pòpulo distribuebant. quod ne de cętero fiat, præcipit synodus.

e ¶Benedictas.] benedictione vulgari, non illa speciali appriata Eucharistię. inf.ead. accipite. & solet vua benedici in festo sancti Sixti.

CVm omne crimen.] CASVS. Hu. sic ponit hunc casum in hoc c. Iulius Papa quosdã in sacrificii oblatione errantes reprehendit. Quidã.n. lac pro vino offerebant. Alij intinctam Eucharistiã populo distribuebant. Alij butrum integrum sacrificabãt: & postea exacinatum vel expressum in calice dabant. Alij pannum lineum tinctũ musto per totum annum reseruantes, tempore sacrificij partem eius in aqua lauabant: & sic offerebant. Ponit ergo prius istos quattuor errores: postea per ordinẽ destruit, & remouet oẽs tales errores, asserens i oblatione sacrificii nihil esse offerẽdũ nisi panem, & vinũ, & aquã: ergo non lac, nec vua ibi debet offerri. Item nec aqua sola debet offerri: quod videnť facere illi, qui prędictum pannũ lauant. [Vinũ expresũ.] Id est, botrũ: vel vuã expresã quasi degranatã & exacinatã in calice. Vel vinũ expressum, de botro post consecrationẽ, vel ante consecrationem, sed non apponebant aquam.

expone: hæc tria sunt vnum in vno Christo. & hæc tria sunt tria, & tantum tria: quia vinum in sanguinem, & aqua in aquam, & panis in corpus conuertitur.

a ¶Vnum.] Id est, in vnum transeunt corpus Christi: tamen hoc in illud, & illud in aliud, & tertiũ in aliud conuertitur: & tamen pro vno reputatur, vt infra ea.l. comperimus.

b ¶Hostia.] & nihil ibi conuertitur.

c IN sacramento.] ¶Tradidit.] arg. quod Dominus miscuit aquam cum vino, su.ea. scriptura & nos miscere debemus: quia docti viri cautela, &c. 81. distinct. legitur.

Dominus miscuit aquam cum vino.

d ¶Et frumẽtis.] Id est, panem frumenti: quia Christ.

f ¶Cum omne crimen.] Quattuor errores extirpãtur in canone isto.

g ¶Deleatur.] i.cũ ad hoc sacrificiũ offeratur, vt per ipsum peccatũ deleať. inf.ea. di. species & similitudo.

h ¶Erratur.] Quod fit in calice.

i ¶Expressum.] i. degranatum botrum. nam ex vino

expresso licenter hoc fieret. Vel expressum post consecrationem, vt tunc vice sanguinis intinctum ... liceret 1. vt infra ea. dicitur. sanguis enim Domini prelo crucis. & cęteris instrumentis passionis de corpore eius pressus emanauit. extra de celebra. Miss. cum Marthæ. versi. aliquibus.

cum etiam dixeris: tu dixisti. Alij dicunt quòd in aure Ioannis dixit: qui intingit. &c. vel dic ꝙ non prodidit quia dixit talibus, qui poterant prodesse, & nō obesse. aa. q. 5. hoc videtur. Io.

g ¶De expresso.] Hic de tertio errore, scilicet post consecra-

1 Hic vult dicere ꝙ ante consecrationem bene licet exprimere: & sic cōsecrare. Arc.

vinum in sacramento Dominici calicis offerre: alios vero pannum lineum musto intinctum per totum annum reseruare, & in tempore sacrificij partem eius aqua lauare, & sic offerre. Quod quàm sit euangelicæ [a], & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister [b] veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis cōmendaret discipulis; non illis lac, sed panem tantum, & calicem sub hoc sacramento cognouimus dedisse. Legitur enim in Euangelica veritate: [Accepit Iesus panem, & calicem, & benedicens dedit discipulis suis.] Cesset ergo lac sacrificando offerri: quia manifestum, & euidens Euangelicæ veritatis exemplum illuxit; quòd præter panem & vinum, aliud offerri non licet†. Illud vero [c], quod pro complemento communionis intinctam [d] tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium recipit†, vbi Apostolis corpus suum & sanguinem commendauit. Seorsum enim panis, & seorsum [e] calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta buccella, magistri proditorem [f] ostenderet, non quæ sacramenti huius institutionem signaret. Nam quòd de expresso [g] botro, id est, de vuarum granis populus communicatur†, valde est omnino confusum: sed si necesse sit, botrus in calice comprimatur [h], & aqua misceatur: quia calix Dominicus juxta canonum præcepta vino & aqua permistus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi [i], in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur; Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice Domini, vt mistio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi esse incipit sine nobis [k]: Si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo, quando botrus [l] solus offertur

fo. 13.

†al. in sacrificio

†al. finit

†al. receperūt

†al. communicat

Sent. 4. dist. 10.

a ¶Quod quàm sit Euangelicę.] hęc omnia prædicta respicit: & sic vltimum prohibetur: si enim non esset illicitū, hoc inter alia reprehensibilia non connumeraret: cū omnia, quę simul in prohibitione veniunt, simul prohibita intelligantur. at. 7. q. 1. denique. ver. addendo. ff. de ver. ob. Titia. & ff. de iur. & fact. ign. regula § vlt. & vltimo loco postea per se prohibetur. Vel refertur tantum ad vltimum: & sic expresse vltimum prohibetur. Dicunt tamen quidam, quòd vltimum hic non prohibetur.

Corpus Christi & sanguis an cōsecrentur separatum.

b ¶Cum enim magister.] Hic extirpat primum errorem.

c ¶Illud vero.] & hic extirpat errorem secundum.

d ¶Intinctā.] vt inf. ea. no. super cap. presbyter. contra ibi dicitur, ꝙ seruari debet intincta ad opus infirmorum. quod non reprobo: licet nō necesse sit quod intingatur, sed Hug. dicit illud esse abrogatum.

*Ex ui uerborum consecrationis separatim panis trāsubstantiatur in carnem, & uinum in sanguinē: sed ex ui naturalis consecutionis, transubstantiato pane in carnem totus adest Christus, itēq; transubstātiato uino in sanguinem.

e ¶Et seorsum.] sed nunquid verum est, ꝙ separatim conficietur corpus Christi, & separatim sanguis? Dicunt quidam ꝙ non fit transubstantiatio nisi in vltima syllaba totius formæ prolata. Alij vero dicunt, vt Hu. quòd cum dicit, Hoc est corpus meum, quod trāsubstātiatur sub illa conditione, si statim subiungat, Hic est sanguis meus, aliter non. Alij dicūt, incertum esse in rerum natura vtrum incontinenti sit corpus Christi. ff. de indi. sed & si. § vlt. Sed ego dico, ꝙ si per copulatiuam duo dicuntur, tūc in prolatione huius vocis. Hoc est corpus meum, transubstantiatur corpus *, & in prolatione consequentis vocis, sine locutionis transubstantiatur sanguis, sed si per copulatiuam tantum vnum dicatur, tunc fiet tantum in vltima littera transubstantiatio. De hoc no. inf. ea. quia corpus.

f ¶Proditorem.] Cum dixit, hic me tradet. Sed cessat oppositum de proditione: quia Dominus non prodidit eum. non est enim proditio de futuro, sed de præterito: nam tradet, futurum est: si ergo propalauit, non prodidit. Vel dicendum ꝙ hoc fecit ad instantiā eius,

Christus verū Iudam prodiderit.

secrationem. Vel expresso, id est, nō misto cum aqua.

h ¶Comprimatur.] Arg. quòd vini defæcatio non est necessaria ad confectionem.

i ¶Intelligi.] nā legitur in Apoc. Aquæ multæ populi multi. Item aqua dicitur pęnitentia. sup. dist. 6. testamentum. Quandoque dicitur scriptura. 32. q. 5. si Paulus. quandoque dicitur aqua tentatio, Vt Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę, &c.

k ¶Sine nobis.] Id est, nobis non profuisse ostēditur: quod tamē falsum est, secundum Bar. Hoc enim expositum habes sup. ea. dist. sicut.

ADDITIO. Et quod dicit ibi. sine Christo. hic dicit, sine nobis, quod est idem, secundum Hug.

l ¶Ergo quando botrus.] Hic videtur respōdere quartæ quęstioni, vbi innuit ꝙ sicut ipsi, qui botrū offerebāt, solū vinū offerre videbāntur: ita qui pannum intinctū lauabāt, ipsā aquā offerebāt. Vnde & cōtra Euāgelicam

Aqua multipliciter accipitur.

t Alij dicunt ꝙ est adhuc reprobatio tertij erroris: reprobatio autē quarti est infr. ver. & iō. hoc se. in glos. se. Archid.

licam formam offerentes, non conficiebant. Quid aűt si aqua saporem vini admittat ex panno? non tamẽ est vinum: quia aliquando aliunde nõ ex vino talem admittit saporem: ideoq; non consecrabitur in sanguinẽ. & q hęc hęresis sit, est ar. 24. q. 3 quidã ver. aquatij. a ¶Effi- tus, ibi, & ideo.

NIhil.]Hæc est scđa pars dist. secũdum Io de Fant. CASVS. Hoc c. planum est vbi incipit magister tractare de reuerentia sacramenti suscipiendi, & tractandi, & conseruandi.

in quo vini tantum efficientia [a] designatur; sacramentum nostræ salutis negligitur, quod per aquam significatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque sibi misceatur. Et ideo, quia iam ex hoc plurima, & multiplex maiorum manauit sententia [δ], omnis deinceps talis error, atque præsumptio cessare debet: ne peruersorum inordinata compago statum veritatis eneruet. Et ideo nulli deinceps licitum sit aliud in sacrificijs diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam conciliorum panem tantum, & calicem vino, & aqua permistum. De cætero aliter, quàm præceptum est, faciens; tamdiu à sacrificando cessabit, quamdiu legitima pænitentiæ satisfactione correctus † ad gradus sui officium redeat, quod amisit.

† al. correptus

α ¶Expressum vinum] *Sic apud Iuonem. & in Pannormia, & in Bracharensi. In aliquot tamen Vetustis est*, expressum botrum. *vt paulo inferius in hoc eodem capite. Sed Burchardus habet*, non expressum vinum

β ¶Alios vero pannum.] *Hæc vsque ad vers.* Quod quàm sit. *non sunt in Bracharensi: neque etiam illa*, sed si necesse sit, *vsque ad ver.* quia.

γ ¶Iuxta canonum] *In Bracharensi est*, iuxta quod quidam doctor edisserit. *Significatur autem B. Cyprianus citatus supra ead. in sacrificando.*

δ ¶Sententia] *In Bracharensi sequitur*, quorum pietas in Deum religiosa sacramentorum horum & efficientias copiose disseruit, & institutiones verissime declarauit.

Item Alexander Papa quintus à Petro, epist. 1.

¶Nulla oblatio corpori & sanguini Christi comparari valet. C. VIII.

Burc. l. 5. c. 5. Iuo p. 2. c. 15. & 61.

2 NIhil in sacrificijs [b] maius [c] esse potest, quàm corpus [d] & sanguis Christi: nec vlla oblatio hac potior est: sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda: & sicut potior est cæteris; ita potius excoli, & venerari debet.

Item Innocentius Papa Decentio Eugubino episcopo salutem, epist. 1. c. 1.

¶Ante confecta mysteria pacem non debemus offere. C. IX.

3 PAcem igitur asseris ante confecta mysteria quosdã populis impertiri, vel sibi inter se sacerdotes tradere: cum post omnia, (quæ aperire [e] non debeo) pax sit necessario indicenda: per quam constet populum ad omnia, quæ in mysterijs aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse [f] consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur [g].

b ¶Nihil in sacrificijs.] De suscipiendi reuerentia & consecrandi & tractandi agit vsque ad illud c. sacerdotum, scilicet in 22 cap.

c ¶Maius.] Præter charitatem: quæ cum non sit in sacrificijs, plus cõfert quàm corpus, vt 1 quæst. 1. interrogo.

d ¶Quàm corpus.] Id est, nullum sacramentum [r] dignius est isto quãtum in se ipso est. Quatuor enim modis vnum sacramentum dignius est alio, scilicet ratione efficaciæ, vt baptismus de pæ. dist. 7. nullus. Ratione sanctitatis, vt Eucharistia, 1. q. 1. multi ratione significationis, vt coniugium. extra de big. debitum. 26. distinct. acutius. Quidam tamen remouerunt istũ modum ratione conferentis, vt confirmatio, infra eod. c. 5. de his vero. &c. seq. ratione vtilitatis. 1. q. 1. interrogo.

r De hoc 10. 95. disti ecce. & 1. q. 1. multi Ar. Sacramentum vnum ẽ altero dignius quatuor modis

PAcem.] Hæc est tertia pars dist. in qua reprehenduntur qui primo dabãt pacem, q̃ sumerent corpus Christi. Archid. CASVS. Dicebãt quidam pacem in missa esse dandam ante consecrationẽ dominici sacramenti: sed dicit Innoc. hoc non esse faciendum, sed post consecrationem Dominici corporis pax debet dari antequam sacramentum illud sumatur. Seq. c. patet. & quod ibi dicitur, olim, in primitiua ecclesia seruabatur.

e ¶Aperire.] Quæ .s. secrete aguntur in canone. Vel nõ debeo, id est, nõ possum. Nã quędam sunt ibi. quæ non posset humanus intellectus aperire. 1. q. 1. multi.

f ¶Præbuisse.] Supra ea. dist. 1. episcopus Deo. Et nota q per osculum consentit quis alij. vt dixi 63. dist. cum Hadrianus.

Pax nõ datur in Missa defunctorum nec inter monachos

g ¶Demonstrentur] Non tamẽ in Missa defunctorũ datur

a ¶Efficientia.] Id est, vini materia. Dicunt quidã, q hic incipit reprobatio quarti erroris: quod non credo, sed est persecutio tertij: sed inferius reprobatur quar-

a ¶Non video] *Eodem fere modo est apud Iuonem. In originali autem, nec multo secus apud Lanfrancum, hic locus sic habet.* Forte dicas: quomodo vera? qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem?

Item Augustinus in expositione ps. 54.

¶Non carnaliter, sed spiritualiter Christi corpus, & sanguinem debemus accipere. C. XLIIII.

Lanfran.ibidē.
Aug. l. t. c. r t. & a t.
Iuo p 2.c.8.
Pann. l. 2. c. t13
Sent. 4. dist. 10.
Tract. 27. in Io. & in Ps. 98.
Io. 6.

PRima [k] quidem, *inquit* [l], hæresis in discipulis Christi, velut à duritia eius [m] sermonis facta est. Cum enim diceret, [Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum: non habebit vitam æternam.] illi non intelligentes dixerunt ad inuicem: [Durus est hic sermo; quis potest eum audire?] dicentes, quia durus est hic sermo, separauerunt se ab illo: remansit cum duodecim. Discedentibus illis instruxit eos, qui remanserunt. Spiritus [n] est, inquit, qui viuificat [o]: caro [p] nihil prodest:

g ¶Gratia.] Id est, gratis corpus datum.
h ¶In similitudine] Id est, in specie panis & vini.
i ¶Naturæ.] scilicet corporis Christi.

PRima quidem.] CASVS. Dicitur in hoc c. 1. quòd in nouo testamento male senserunt de corpore Christi quidam eius discipuli. cum enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam, &c. illi qui carnaliter intelligebant, recesserunt ab eo, Dicentes, Durus est hic sermo, &c. duodecim remanserunt, quos ipse docuit: quòd huiusmodi verbum est spiritualiter intelligendum, & spiritualiter sumptum reficere valet. & quòd spiritualiter intelligi debeat, patet ex eo, ꝙ dixit se ascensurum vbi erat prius, & intelligitur, ꝙ integer ascensurus erat, & ꝙ non dat corpus suum ad comedendum in propria forma, sed in sacramento, vt corpus nō minueretur aliquo modo.

rentur homines carnem humanam sumere, & sanguinem. & dicerent sicut Apostoli dixerunt: Durus est hic sermo, & recesserunt à Christo.
a ¶Forte.] Sunt quidam, qui nō credunt corpus Christi esse in altari, quia impossibile eis videtur quod dicitur: præterea quia non vr̄ nisi species panis & vini. In prima ergo parte ponit eorū dubitationem. In secūda ostendit nō esse impossibile, & quare sub specie panis & vini corpus & sanguis sint in altari.
b ¶Sanguis.] est in altari, vel creditur.
c ¶Dixi.] in alia parte capituli. quæ nō est hic, sed est cap. reuera.
d ¶Mutare.] Infra ea. reuera. & sup. ea. quia corpus.
e ¶Verba vitæ.] Id est, tu ipse es vita, & ita qui digne te sumit, sumit vitam æternam. & propter hanc cōfessionem meruit Petrus consortium cęlestis habitaculi. 50 distin. fidelior.
f ¶Hoc dicerent.] scilicet, durus est hic sermo, & quis potest eū capere? & ita scādalizati de fide recesserunt, quia fides non habet meritum. cui humana ratio præbet experimentum. arg. de pęn. dist 4. in domo. Tribus ergo de causis sumitur corpus Christi sub alia spe
k ¶Prima.] t.q t. fertur 2, contra. ibi dicitur, ꝙ simonia fuit prima hæresis in ecclesia, sed dic prima, id est, præcipua. t.q. vlt. patet a Et ca. est liqueat. vbi de hoc.
l ¶Inquit.] CASVS. Dum Dn̄s faceret sermonem pręsentibus Apostolis, & discipulis alijs, inter alia dixit, Nisi quis manducauerit carnē meā, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam ęternā. quidā discipuli propter duritiam sermonis recesserunt. tunc instruxit Dn̄s qualiter hoc esset intelligēdū, & maxime per id quod dixit: Cum videritis filium hominis ascendentem, &c. ipsi enim intellexerunt ꝙ per partes, & in eadem forma deberent accipere corpus Christi, & præterea ꝙ consumerent illud comedendo, hoc non esse faciendum declarat.
m ¶Eius.] Scilicet Christi.
n ¶Spiritus.] Id est, spiritualis intellectus.
o ¶Qui viuificat.] Id est, prodest ad salutem.
p ¶Caro.] Id est, carnalis intellectus.

a ¶Et vita sunt.] Id est, spiritualem vitam conferunt. Vel spiritualiter intelligenti vita conferunt.
b ¶Et vita.] Non enim carnaliter intelligendi sunt spiritus & vita.
c ¶Hoc corpus.] Id est, non in eadem specie vel grossitie vel repræsentatione, in qua me videtis, & pati videbitis, manducabitis carnē meā, & sanguinem meum bibetis: sed in sacramento infra ead. cap. prox &c. omnia.
d ¶Caro autem.] Id est, carnalis intellectus. carnalem intellectum vocat eorum intelligentiam, qui dicunt vel credunt corpus Christi per partes diuidi. Vnde subdit, sed quomodo, &c.
e ¶Intellexerunt.] Scilicet discipuli recedentes.
f ¶Hoc vos.] Verba Christi vsque ibi, si ergo. Vel suspenditur vsque illuc, vbi erat.
g ¶Si ergo, &c.] Supple tunc intelligetis quid est hoc ꝙ corpꝰ meum in sacramento do: & tunc legitur sine interrogatione. Vel sic, supple tunc intelligetis quod dictū est. postea verba sunt Aug. interrogatiue dicentis, quid est hoc? q.d. quid sibi vult hoc verbum Domini, & statim subiungit solutionem dicens, hinc, &c.

1 Et subest hic aposiopesis, id est, defectus locutionis secundū Lau.

h ¶Cum videritis.] interrogando hoc infert Aug.
i ¶Corpus.] In tali forma, & per partes.
k ¶Quia gratia.] Id est, corpus suum gratis nobis datum.
l ¶In quo.] Scilicet sub illa specie, in qua resurrexit.
m ¶Oportet.] In illa .s. forma & repræsentatione, in qua humanis & corporeis sensibus subijci non valet. licet enim vbique sit etiam in altari quolibet in uera forma, quā de Virgine sumpsit, non tamen subijcitur corporeis sensibus.
n ¶Veritas.] Id est uerū corpus in forma panis in altari quolibet vbi consecratur, & hoc est vbiq; .s. in quolibet altari vbi consecratur. Vel veritas, i. diuinitas.
ADDITIO. Vnde dicit ipse: cęlum & terram ego impleo. & alibi dr̃: Si ascendero in cælum, &c. Lau. Et ex istis verbis Aug. vr̃ ꝙ Christus siue eius corpus sit locale, vel sit in loco: vel facit loci distantiam. vel sit in loco loci diffinitione. De hoc satis no. hic Hug.

NOn hoc corpus] CASVS. Hæc sunt verba Aug. exponentis illud verbum Euangelij: Spiritus est qui viuificat: caro aūt non prodest quidquam. & loquitur Aug. in persona Domini, quasi ipse Christus exponat dicēs: Non hoc corpus, &c. Nec sumetis corpus in propria hac visibili forma: sed sub alia specie inuisibiliter. [Et si necesse est,] Id est, quamuis.
o ¶Non hoc corpus.] In hac grossa substantia, & non in tali forma.
p ¶Ipsum.] 38. dist. indignum.
q ¶Inuisibiliter.] Id est, sub specie, sub qua non videtur, id est, sub specie panis & vini.
r ¶Non ipsum.] In sua scilicet specie, vt in ea sensibus corporeis subijciatur.

verba, quæ locutus sum ad vos spiritus & vita sunt [a].] Intellexistis spiritualiter? spiritus & vita sunt. Intellexistis carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita [b] sunt: sed tibi non sunt spiritus & vita, qui spiritualiter non intelligis. Spiritaliter intelligite, quæ locutus sum. Non hoc corpus [c], quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui: spiritaliter intellectum viuificabit vos. Caro autem [d] non prodest quidquam: sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerūt [e]; quomodo in cadauere venditur, [α] aut in macello dilaniatur: [Sciens autem Iesus ait, hoc vos [f] scandalizat, quia dixi, do vobis carnem meam manducare, & sanguinem meum bibere? Si ergo [g] videritis filium hominis ascendentem, vbi prius erat?] Quid est hoc? Hinc soluit, quod illos mouerat: hinc aperit, vnde fuerant scandalizati: hinc plane, si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum. Ille autem dixit se ascensurum in cælum, vtique integrum. Cum videritis [h] filium hominis ascendentem, vbi erat prius; certe vel tunc videbitis, quia non eo modo, quo putatis, erogat corpus [i] suum: vel tunc intelligetis, quia gratia [k] eius non consumitur morsibus. *Item tractatu 30. in Ioannem.* ¶Donec sæculum finiatur, sursum est Dominus: sed tamen hic etiam nobiscum est veritas Dominus: Corpus enim Domini, in quo [l] resurrexit, uno loco esse oportet [m]: ueritas [n] autem eius ubique diffusa est.

In Psal. 54.
Tract. 27. in Io.

α ¶In cadauere venditur] *Ita etiam Algerus, & Iuo: apud quem totum hoc caput eodem modo atque apud Gratianum habetur, scilicet hinc inde collectum: verbis interdum transpositis, in summam redactis, mutatis. Beatus autem Augustinus, & Lanfrancus hoc loco sic habent*, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodo spiritu vegetatur.

Item Augustinus in epistola ad Irenaum.

¶Quomodo Christi corpus, quod in cruce pependit, accipitur, & quomodo non. C. XLV

NOn hoc corpus [o], quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt illi, qui me crucifigent: ipsum quidem, & non ipsum: ipsum [p] inuisibiliter [q], & non ipsum [r] uisibiliter. Vnde & subditur, etsi necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamen illud uisibiliter intelligi.

supr. ea. prima. Beda. 1. Cor. 11. Lanfran. ibidē. Al. l. 1. c. 9. & 15. Guitmūdus l. 2. Sent. 4. dist. 10. Iuo p 2. c. 8. & 9 Pann. l. 1 c. 134.

Quid

QVid est.] CASVS. Ostendit August. in hoc c. quòd Christus dupliciter sumitur, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter. sacramentaliter ab indignis: spiritualiter, vt à dignis. qui enim manducat, scilicet digne: sed si accipit, indigne. nitas vel anima. Alij vt B. dicunt * quòd sumendo corpus, sumo deitatem & animam: quia tu qui accipis carnem diuinæ substantiæ eius, in illo participas alimento. infra ead. sicut verus.

* *Et vere dicunt, vt notatur in additione.*

ADDITIO. Et melius etiam secundum theologos: quia etsi ibi non sit diuinitas per transubstantiationem, est tamen per concomitantiam ibi, vt not. supra, ca. comperimus. Archid.

a ¶Quid

¶ *Eodem modo & bis citat, & fere etiam refert Algerus, id est, ex Augustino ad Irenaum: Iuo p. 2. c. 9. refert eodē modo: sed citat ex homilia in ps. 98. (sic enim corrigendum est mendū ex c. 8.) ex qua etiam Beda affert propria verba ad 11. c. prima ad Corinthios. Qua Lanfrancus, quoniam à Berengario catholicis obijciebantur, plenius explicat, quam in hoc capite fiat; potissimum, vbi incipit exponere fidem sancta ecclesia. Hoc idem fere habetur in epistola Iuonis episcopi Carnotensis ad Haymericum, eadem B. Augustini verba in psal. 98. interpretantis: qua epistola habetur impressa apud Ioannem Garetium, & alibi.*

Beda 1. Cor. 11.

Item Augustinus in sermone de verbis Euangelij.

¶ Quid sit corpus Christi manducare, & sanguinem eius bibere. C. XLVI.

Sent. 4 dist. 9. Iuo p. 2. c. 8. Pann. l. 1. c. 135. 1. Cor. 11.

QVid est [a] Christum manducare? nō hoc solum [b] est, in sacramento corpus eius accipere. Multi enim indigne accipiunt, de quibus ait Apostolus: [Qui manducat panem, & bibit calicem [c] Domini indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.] Sed quomodo manducādus est Christus? Quomodo ipse dicit [d]: [Qui mādúcat carnem meā & bibit sanguinem [e] meum, in me manet [f], & ego in eo.] Si itaque α in me manet, & ego in illo; tunc manducat, tunc bibit. Qui autem non in me manet, nec ego in illo; & si accipit sacramentū, acquirit magnum tormentū.

Io. 5.

α ¶Si itaque] *Locupletatus est hic locus ex Beda, Magistro, & Iuone.*

Item Augustinus.

¶ *Citabatur ex libro de pœnitentia remedio. & apud Algerum ex 2. l. de pœnitentia Videtur autem confectum ex duobus B. Augustini locis, in tractatu 25. & tract. 26. in Ioannem: ex qua expositione citat Iuo: sed coniuncte cum ijs, qua attuleras ex libro de pœnitentia remedio.*

¶ Credere in Christum est manducare & bibere Christum. C. XLVII.

Inf. ea. credere. Alge. l. 1. c. 8. Iuo p. 2. c. 4. Pann. l. 1. c. 137.

VT quid paras dentes, & ventrem [g]? Crede, & manducasti. Credere enim in eum hoc est panem viuum β manducare. Qui credit in eum, manducat eum: inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur.

β ¶Panem viuum.] *In vulgatis legebatur*, panem & vinum. *Restituta est lectio ex plerisq; vetustis, originali, & Iuone: quemadmodum & infra ea. c. credere. Nonnulla praterea hic addita, qua apud Iuonem quoque sunt.*

Item Augustinus in libro sententiarum Prosperi.

b ¶Solū,] Id est, corpus Christi. quamuis enim sit ibi deitas & humanitas, id est, anima & caro: solam tamen eius carnem semel in cruce immolatā quotidie in altari manducamus siue bibimus, non deitatem, non animam. in solam enim carnem panis conuertitur, & vinum in sanguinem.

c ¶Calicem.] Totus integer manducatur & sumitur. inf. ea. inuitat, non tamen anima vel deitas: quia illa non pertinent ad esum & potum. H.

d ¶Ipse dicit.] Vnde conceditur ista: totus Christus fuit in sepulchro, id est persona illa humana, s. secundum naturam humanitatis nostræ secundum corpus. non tamen hic conceditur ista: totum id quod Christus erat, in sepulchro erat: quia nō eius anima: & ita secundum B. licet quis sumat totum Christum: nō tamen eius animam vel animalitatem.

e ¶Sanguinem.] Per fidem & charitatem quasi, qui est de vnitate ecclesiæ, quam caro & sanguis meus significat.

f ¶Manet.] Id est, mihi per dilectionē adhæret: & ego per gratiam inhabitātem in eo maneo. de pœniten. dist. 2. §. hoc idē. ver. resuscitatus.

VT quid] CASVS. Dicitur hic, quod vbi non potest haberi corpus Christi sicut in sacramento conficitur, sufficit sola fides: quia & tunc dicitur quis Christum manducare.

Christus manducat duobus modis. Corp' Christi vtrū sumat cū diuinitate & anima.

a ¶Quid est.] CASVS. Duobus modis māducat Christus. Vno modo sacramētaliter: quod competit bonis & malis. Alio modo spiritualiter cum per fidem & dilectionem cooperantē accipitur. hoc est tātū bonorū. Quæri autem solet hic, vtrum Christi corpus sumatur cum diuinitate & anima? H. d. quod non sumitur ibi di-

g ¶Ventrem.] Vnde subaudi, tantum. Vel vbi non potest haberi copia corporis Domini: sed non prohibet sacramentaliter accipi corpus Domini: sed quia necessitate instāte ei nō obest si nō accipit, ex quo per

eum non ſtat: cum enim credit, manducat ſpiritualiter, ſed non ſacramentaliter. ſup. cap. prox.

HOc eſt quod.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſacrificiũ eccleſiæ ex duobus conficitur, ſcilicet ſacramẽto, i. ſpecie panis & vini: & re ſacramenti, id eſt, corpore Chriſti. ſicut.n. duæ ſunt naturæ in Chriſto, qui eſt Deus & homo: ita in ſacrificio eſt ſacramentum, & res ſacramenti, id eſt, corpus Chriſti, quod ſpiritualiter intellectum ſub ſpecie panis & vini ſignificat corpus Chriſti olim viſibile & palpabile, & in humana forma intellectũ. Immolatio quæ fit à presbytero improprie appellatur Chriſti paſſio, vel mors, vel crucifixio: nõ ꝙ ſit illa, ſed quia illã ſignificat, ſecundũ eandem improprietatẽ appellamus fidem ſacramentũ fidei, i. baptiſma.

a ¶Hoc eſt.] CASVS. In prima parte dicitur, ꝙ ſacramentum eccleſiæ conſtat ex duobus: ex viſibili elemẽtorum ſpecie, & inuiſibili corpore & ſanguine Chriſti: quod probat per ſimilitudinem inductam ex perſona Chriſti, quæ ex Deo & homine conſtat. In ſecunda parte dicitur, ꝙ veram carnem & verum ſanguinem accipimus ſub ſpecie panis & vini. In tertia parte dicitur, ꝙ cęleſte ſacramentum quod eſt in altari, improprie dicitur corpus Chriſti: ſicut baptiſmus improprie dicitur fides. In quarta ı dicitur duobus modis accipi corpus Chriſti.

ı Hãc quartam partẽ non video. Arch.

b ¶Duobus.] Id eſt, duo continere, id eſt, duo ſimul eſſe in conſecratione facta, ſcilicet ſpecies viſibilis, & corpus inuiſibile.

c ¶Et re ſacramenti.] Id eſt, poſt conſecrationẽ ſacerdotis, quæ ſacrificium dicitur, duo ſunt ibi, ſcilicet ſacramentum, & res ſacramenti: quæ ante conſecrationem ibi non erant.

c ¶Et re ſacramenti.] Siue ſacrificium hic dicatur ipſum ſacramentum, ſ. ſpecies viſibilis ipſa, ſiue corpus Chriſti, ſiue ipſa immolatio corporis Chriſti, non eſt verum quod hic dicit, ſcilicet ꝙ conſtat ex ſacramẽto & re ſacramẽti: quia ex his nihil cõficitur: ſed tenetur collectiue pro ipſo ſacramento, & re ſacramẽti. Et eſt impropria locutio, id eſt, illa duo: ſicut & probatio eſt valde impropria, quæ ſequitur, Chriſti perſona conficitur ex Deo & homine, id eſt, Chriſtus eſt verus Deus & homo. non enim ex Deo & homine aliquid conſtituitur* vnde Auguſt. Chriſtus eſt vna perſona geminæ ſubſtantiæ: quia Deus & homo: nec Deus huius perſonæ pars dici poteſt.

*Vide S. Th. 3. p. q. 2. ar. 4.

d ¶Corpore.] Quaſi in ſe habet diuinitatẽ & humanitatem: alterum naturaliter: alterum per vnionem. non enim ex homine & Deo aliquid conſtituitur: ſed ſicut ad cõſtitutionem alicuius totius exigunt ad minus duo: ita & ad hoc vt Chriſtus ſit Deꝰ & homo, exigitur vt illa duo ſint in eo, id eſt, humana natura & diuina. Nam & hac ſimilitudine dicitur conſtare ex illis ſimiliter ex ſacramento & re ſacramenti nihil conſtituitur: ſed dicitur cõſtare ex illis ſacrificium totaliter acceptũ, ſcilicet vt quaſi collectiue accipiatur: quia ad hoc vt plenum ſit ſacrificium, illa duo oportet adeſſe.

e ¶Conſtat.] Id eſt, eſt Deus & homo. extra de hære. cum Chriſtus.

f ¶Quam forma.] Et ita non eſt panis. arg. inf. ead. panis. arg contra infra, ead. qui manducat.

g ¶Caro.] Id eſt, ſpecies panis, ſub qua latet corpus Chriſti, eſt ſacramentum carnis Chriſti.

h ¶Et ſanguis.] Id eſt, ſpecies vini, ſub qua latet ſanguis Chriſti, eſt ſacramentum ſanguinis Chriſti.

i ¶Inuiſibili.] Dupliciter quidem manducatur Chriſtus, ſcilicet in ſacramento: quod boni & mali faciũt, per fidem cooperantẽ, & per dilectionem: quod bonorum eſt duntaxat. H. Et nota ꝙ in ſacramẽtis duę ſunt res, corpus Chriſti, & vnitas eccleſiæ, ſecundum ꝙ notantur hic duo modi manducandi, ſacramentalis & ſpiritualis, extra eod. cum Marthæ.

Manducat Chriſtꝰ dupliciter.

k ¶Viſibile.] Scilicet quondam.

l ¶Cœleſtis.] Id eſt, cęleſte ſacramentum, quod vere repræſentat Chriſti carnem, dicitur corpus Chriſti, ſed improprie. Vnde dicitur ſuo modo, ſed non rei veritate, ſed ſignificati myſterio, vt ſit ſenſus, Vocatur Chriſti corpus, id eſt, ſignificat.

m ¶Paſſio.] Sub hac appellatione accipe carnem Chriſti & ſanguinem

n ¶Fides.] Id eſt, fides vocatur. cũ enim dicitur, I fide parentũ paruuli ſaluantur, intelligitur id eſt, in baptiſmo ſuſcepto in fide parentũ. ſimiliter pueri dicuntur fide-

Pueri dicũtur fideles.

¶Sacramentum, & res ſacramenti ſacrificium eccleſiæ conficiunt. C. XLVIII.

HOc eſt [a] quod dicimus: hoc modis omnibus approbare contendimus; ſacrificium ſcilicet eccleſiæ duobus [b] confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine; ſacramento & re ſacramenti [c], id eſt, corpore [d] Chriſti, ſicut Chriſti perſona conſtat [e], & cõficitur Deo, & homine: cum ipſe Chriſtus verus ſit Deus, & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam, & veritatem in ſe continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem ſacrificium eccleſiæ ſacramento, & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti. Eſt igitur ſacramentum, & res ſacramenti, id eſt corpus Chriſti. *Item.* ¶Caro eius eſt, quam forma [f] panis opertam in ſacramento accipimus, & ſanguis eius, quem ſub vini ſpecie, & ſapore potamus. Caro [g] videlicet carnis, & ſanguis [h] ſacramẽtum eſt ſanguinis: carne & ſanguine, vtroque inuiſibili [i], intelligibili, ſpirituali ſignificatur viſibile [k] domini † noſtri Ieſu Chriſti corpus, palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & diuina maieſtate. *Item.* ¶Sicut ergo cęleſtis [l] panis, qui † vere Chriſti caro eſt, ſuo modo vocatur corpus Chriſti, cum reuera ſit ſacramentum corporis Chriſti, illius videlicet, quod viſibile, palpabile, mortale, in cruce eſt ſuſpenſum, vocaturq; ipſa immolatio carnis, quæ ſacerdotis manibus fit, Chriſti paſſio [m], mors, crucifixio, non rei veritate, ſed ſignificante myſterio; ſic ſacramentum fidei, quod baptiſmus intelligitur, fides [n] eſt.

Lanfrãcus ibi. Alg. l. 1. c. 5. & 11 Sent. 4. diſt. 10. Ino p. 2. c. 9. Pann. l. 1. c. 138.

Lanf. paulo ſuperius.

† *al. redemptoris corpus.*

Lanf. ibidem. Aug. epi. 23. ad Bonifacium.

† *al. quæ vera*

fideles, non à fidei virtute, ſed à ſacramento fidei, vt infra, diſt. 4 nihil.
ADDITIO. Adde q baptiſmus dicitur fides, quia eſt ſacramentum fidei, vt habetur ſup. 45. diſt. de Iudæis. 47. diſt. cap. t. Archi.
Dupli-

¶*Hæc eadem habentur apud Lanfrancum (ex quo citat Iuo) & apud Algerum (qui i. idem ac Gratianus ex libro ſententiarum Proſperi) non tamen eodem ordine collocata Ex quibus quidem au ctoribus nonnulla ſunt emendata.*

Ibidē glo. ord.

Hieronymus in epiſtolam ad Epheſios, ad c. 1.

¶ Quot modis caro Chriſti intelligatur. C. XLIX.

Fo. 6. Alg. l. r. c. t7. Sent. 4. diſt. 8. Iuo p. a. c. 5. Pann. l. t. c. 139.

DVpliciter intelligitur [a] caro Chriſti & ſanguis: vel ſpiritalis illa atq; diuina, de qua ipſe ait: [Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.] &: [niſi manducaueritis carnem meam: & bibertis meum ſanguinem, non habebitis vitam æternam: [vel caro, quæ crucifixa eſt, & ſanguis, qui militis effuſus eſt lancea.

Ibidē glo. ord.

Item Ambroſius ad c. 11. primæ ad Corinthios.

¶*Citabatur ex Auguſtino in libro de Trinitate ad Corinthios. Algerus etiam citat ex Auguſtino de Trinitate. Sed aliquot vetuſta Gratiani exemplaria habent,* Ambroſius: *cuius vere eſt, & ipſum citat Iuo. quamuis ſtatim, poſtquam citaras librum de Trinitate.*

¶De eodem. C. L.

Alg. l. t. c. t9. Iuo p. a. c. 7. Pann. l. t. c. 142.

QVia morte Domini liberati ſumus, huius [b] rei memores in edendo, & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata [c] ſunt, ſignificamus.

In præfatiōe a. expoſitionis.

Item Auguſtinus in pſalmum vigeſimum primum.

¶Quomodo Chriſtus ſit immolatus ſemel, & quomodo quotidie immoletur. C. LI.

1. Pet. 3. † al. fide Sent. 4. diſt. ta. Iuo p. a. c. 8. Pann. l. t. c. 143. Rom. 6.

17 SEmel Chriſtus mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: & ſcimus [d], & certum habemus, & ſpe † immobili retinemus, quia Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Verba iſta Apoſtoli ſunt: tamen, ne obliuiſcamini † [e], quod factum eſt ſemel, in memoria noſtra omni anno fit. Quoties Paſcha celebratur, nunquid toties Chriſtus moritur? ſed tamen anniuerſaria recordatio quaſi repræſentat [f] quod olim factum eſt: & ſic nos facit moueri †, tanquam videamus in cruce pendentem Dominum, non tamen irridentes, ſed credentes.

† obliuiſcamur] orig.

† al. moneri

Item in libro ſententiarum Proſperi.

C. LII.

Beda in q. q. 15. Lanfr. Ibidem. Alg. l. 1. c. 16. & 18. Sent. 4. diſt. 12. Iuo p. 2. c. 9. & 4. Pann. l. t. c. t44.

SEmel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo [g], & tamen quotidie immolatur [h] in ſacramēto. Quod [i] ita intelli-

b QVia morte.] ¶Hui⁹.] ſ. mortis & paſſionis Chriſti, in cuius memoriam hoc ſacramentum inſtitutum eſt. ſup. e quia corpus Ar.
c ¶Oblata.] Non eſt in eadem forma.
SEmel Chriſtus.] Hæc eſt t7. pars diſ. in qua probat q Chriſt⁹ ſemel mortuus amplius mori nō poteſt. veritas carnis eius & ſanguinis ſemper eſt in ſacramento altaris. & probatur hoc per tria ca. Ioan. de Fan.
CASVS. Dicitur in hoc c. q quāuis Chriſtus ſemel paſſus fuerit. & poſtquam reſurrexit, ſecundum Apoſtolum ſit immortalis, tamen ſemel in anno repræſentatur mors eius in eccleſia in Paſcha: in qua repræſentatione ſic afficimur, ac ſi fieret coram nobis.
d ¶Et ſcimus.] aa. q. 5. hoc videtur.
e ¶Ne obliuiſcamini.] Arg. propter memoriā multa fieri. ſu. e. di. & dixit. Clauditur hoc vaſe noſtri pia victima phaſe. Viua, ſalutaris, ſemel in cruce, ſē p in aris.
Quos recreas Ieſu tā ſacri corporis eſu.
A vitijs munda ſacrati ſanguinis vnda.
Hic editur Ieſus, remanet tū integer eſ⁹.
Res occultat: quare? quia ſi videatur,
Forſitā horrere: & manducare timeres.
Vt ſine ſubiecto dependet in aere nubes
Et cētrū terræ pelagi ſuſtentat abyſſos:
Sic vini color & ſapor eſt pondus quoque panis.

Carmina ſingularia circa Euchariſtię ſacramētum

f ¶Repręſētat.] quia tunc legit paſſio Dñi & plenius nr̃a, quæ in eius paſſione acta sūt ad memoriā reducūtur. Forte dicit de ijs quæ fiūt in Paraſceue, & de ſalutatione crucis, vel ſecundum aliquarum eccleſiarū conſuetudinem, quæ ſolent paſſionem repræſentare & reſurrectionem.

DVpliciter. CASVS.] Dicitur in hoc c. q dupliciter intelligitur caro & ſanguis Chriſti. Vno modo intelligitur ſpiritualiter. Vnde dicit Dominus, Caro mea vere eſt cibus, &c. alio modo intelligitur de carne, quam aſſumpſit de virgine, & quæ crucifixa fuit in cruce. Seq. c. patet.
a ¶Dupliciter intelligitur.] Id eſt, poteſt intelligi, ſecundum illam formam & quantitatem, quam habuit in cruce: vel ſecundum quantitatem corporis glorificati, quod ſpiritualiter videtur, quod nulli ſenſui ſubiacet infra, ea. in illo ſacramento.

SEmel.] CASVS.] Dicit hic q Chriſtus ſemel immolatur in ſeipſo, id eſt, in humana & viſibili forma, efficax & ſufficiens hoſtia fuit pro omnibus, quos redimendos eſſe prædeſtinauit. & licet tantū ſemel fuerit paſſus, tamen quotidie immolatur in ſacramento.
g ¶In ſemetipſo.] Id eſt, paſſus in propria perſona in forma humana.
h ¶Immolatur.] Id eſt eius immolatio repræſentatur & fit memoria paſſionis.
i ¶Quod.] Scilicet, quod ſemel, &c.

a ¶Altitu-

gendum est: quia in manifestatione sui corporis, in distinctione membrorum omnium verus Deus, & verus homo semel tantum in cruce pependit, offerens seipsum patri hostiam viuam, passibilem, mortalem viuorum & mortuorum redemptionis efficacem, eorum scilicet, quos diuini consilij altitudo [a] redimendo iudicauit, præsciuit [b], prædestinauit, vocauit, modis, atque temporibus, quibus id fieri congruebat α.

¶*Et hoc Iuo ex Lanfranco citat, Verba B Augustini & referente, & exponente: quod facit etiam Algerus l.1 c.16. & 18. Verba autem B. Augustini in epistola ad Bonifacium, quam Algerus etiã citat, sunt hæc.* Nonne semel immolatus est Christus in se ipso? & tamen in sacramento, non solum per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolatur.

α ¶Congruebat] *Apud Lanfrancum hæc sequuntur, quæ respondent alteri membro propositiones B. Augustini.* In sacramento tamen, quod in huius rei memoriam frequentat ecclesia, caro Domini quotidie immolatur, diuiditur, comeditur, & sanguis eius de calice, fidelium ore potatur.

Item Ambrosius in epistolam ad Hebræos c. 10.

¶Hostia, quæ semel oblata est, in recordationem suæ mortis quotidie offertur. C. LIII.

Chrysostomus in eãd. epi. ho. 17.

Alg. l.1. c.15. Sent 4. dist. 12. Iuo p.2. c.6. Pann. l.1. c.145.

IN Christo semel oblata [c] est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus [d]? offerimus quidem: sed ad recordationẽ mortis eius: & vna est [e] hostia non multæ. Quomodo vna, & non multæ? quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum † est illius: idipsum, & semper β idipsum [f]. Proinde vnum est hoc sacrificium: alioquin, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi? nequaquam; sed vnus ubique est Christus, & hic plenus existens: & illuc plenus [g]. Sicut enim γ quod ubique offertur, unum [h] est corpus, & non multa corpora: ita & unũ sacrificium. Pontifex autem ille [i] est, qui hostiam [k] obtulit nos mundantem. Ipsam vero offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata consumi [l] non potest. Quod nos facimus, in commemorationem fit eius, quod factum est: [Hoc enim facite [m], ait, in meam commemorationem.] *Lu. 22.*

† *al. exemplar*

β ¶Et semper.] *Apud B Ambrosium, & B. Ioannem Chrysostomum hæc adduntur,* offerimus, nec nunc quidem alium agnum, cras alium, sed semper eumdem ipsum. *quæ græce in optimo exemplari manuscripto (nam in Veronensi desiderantur) sic habent,* οὐ νῦν μὲν ἕτερον πρόβατον αὔριον δὲ ἕτερον, ἀλλ᾽ ἀεὶ τὸ αὐτό.

γ ¶Sicut enim] *In excusis B. Ambrosii nomine commentarijs legitur,* sicut enim, qui vbique offert. *Sed non est visa mutanda Algeri, Iuonis, et Gratiani lectio. Græce est,* ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμά ἐστι, *Nonnulla vero alia sunt emendata.*

Item Augustinus in libro responsionum ad Ianuarium, cap 6. Epist. 118.

Christus pro omnibus mortuus est.

a ¶Altitudo.] Christus mortuus est pro omnibus quo ad sufficientiam, non quo ad effectum. efficax enim fuit quãtum in redimẽte. sed p eos stetit qui se indignos fecerunt mortuus est ergo, vt hic dicitur, pro solis prædestinatis quo ad effectum: sed quo ad sufficientiam pro omnibus 1.

1 8. q. 1. in scripturis.

b ¶Præsciuit.] in bona significatione. B.

IN Christo.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. Dicit Ambr. in hoc c. q hostia, quæ semel pro nobis oblata est in ara crucis, quotidie offertur in sacramẽto: & licet in multis locis offeratur, vna est tñ hostia, & non plures: vnum est sacrificium, & non plura. ad memoriam & repræsentationem illius, quod olim factũ est, quotidie & in pluribus locis iteraẽ semp idipsũ immutabile.

c ¶Oblata.] Id est, corpus Christi oblatum est in ara crucis.

d ¶Offerimus.] Quotidie offerendo.

e ¶Et vna est.] Id est, vnius passionis repræsentatio, non multarum: sicut dicitur vna fides 2.

2 Id est, de vno, nam tot sunt fides quot sunt homines fideles secundum Lau.

f ¶Idipsum.] Immutabile &. perpetuum, supra ea. di. cap. quia corpus, vt perpetua esset redemptionis oblatio, quia huic aliud sacrificium non succedit, vt sacrificijs legalibus, quibus sacrificium noui test. successit. q. d. istud non mutatur, quia idem est quod fuit, & ideo ipsum semper idipsum B.

g ¶Plenus.] Quia in qualibet parte est totus. s. ea. vbi pars est.

h ¶Vnum.] Id est, vna forma cõfectum, & tamen plura sunt sacrificia.

i ¶Ille.] Vt su. e. quia.

k ¶Hostiam.] s. seipsum. vnde versus.

Christus seipsum cõmunicanit.

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manib⁹, se cibat ipse cibus.

l ¶Consumi. & ideo ipsum semper idipsum. E.

m ¶Hoc enim facite.] Dicunt quidã 3 q per hæc verba Dominus Apostolos ordinauit, Hoc facite, &c.

3 vt Petr. Liqui-

Liquido apparet.] Hæc est 18. pars dist. in qua dicitur, quod ideo Dominus vltimo suum corpus nobis commendauit, vt melius memoriæ commendaretur. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam reprehendebant hoc, scilicet, quod fideles

les accipiunt corpus Christi ieiuni: quia Dominus hoc dedit discipulus suis non ieiunis, sed pransis. cõtra hos dicitur, quod Dominus ideo fecit ad extremum, vt magis in memoria haberetur hoc sacramentum: nec iussit quod ita fieret, quia nemo mutasset, sed Apostolis hoc determinandum reliquit. & Paulus illos redarguit, qui sacramentum cum cibis sumebant, & in epistola de hoc docuit: & alia se determinare promittit. vnde intelligitur eum determinasse hoc quod tota tenet eccl. sic ponit Bene.

1 Al. instructio. a ¶Propterea.] Non ergo omnis Christi actio nostra est lectio 1. infr. dist. 4 proprie. 14. q. 5. dixit.

Conficere pōt prāsus. b ¶Calūniandum.] Id est, calumnia est ponenda.

2 Vt 7. q. 1. nihil. c ¶Seruatur.] Nunquid quis conficeret pransus? H. d. quod non: licet secus dicat in alijs sacramentis. B. vero dicit contra, & ego. licet fieri non debeat 2, quia vt hic colligitur, non est ieiunium de substantia, aliàs non confecisset 3 Dominus.

3 Al. consecrasset. d ¶Namque Saluator.] Non redditur hic ratio quare post cœnam Christus corpus suum dedit: sed tantum quare post omnia, id est vltimo loco. Si ergo quæris, quare post cœnam corpus suum & sanguinem Christus dederit? Respondit ideo cœnatus Dominus cœnatus discipulis corpus suum tradidit, vt in hoc sacramento cõsummationem omnium sacramentorum veteris testamenti, & agni paschalis, quem ante manducauerant, & cæterorum monstraret.

Christ⁹ quare post cœnā suū corpus dedit.

¶Sacramentum corporis Christi, non nisi ieiuni debemus accipere. C. LIIII.

Beda 1. Cor. 11. Iuo p. 2. c. 112. Pann. l. 1. c. 146. Alg. l. a. c. 1.

18 Liquido apparet, quando primo acceperunt discipuli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea [a] calumniandum [b] est vniuersæ ecclesiæ, quòd à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri † cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur [c]. Neque enim quia post cibos dedit Dominus: propterea prāsi, aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent: aut, sicut faciebant, quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere. Namque Saluator [d], quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem; vltimum hoc voluit infigere [e] cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus [f] erat: & ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret [g] hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, vt post alios cibos semper acciperetur; credo, quòd eum morem † nemo mutasset [h]. Cum vero ait Apostolus de hoc sacramento loquens, Propter quod fratres, cum conuenitis ad manducandum [i], inuicem expectate, si quis esurit, domi manducet, vt non ad iudicium conueniatis; statim subtexuit α: [cætera autem, cū venero ordinabo.] Vnde intelligi datur, quia multum [k] erat, vt in epistola totum illum † agendi ordinem insinuaret [l], quē vniuersa per orbem seruat ecclesia; ab ipso ordinatum [m] esse, quod nulla orarum † [n] diuersitate variatur.

† al. exteri

1. Cor. 11.

† al. modū nemo variasset

1. Cor. 11.

† al. illos

† morum] or.

α ¶Subtexuit] *Sequebatur in Vulgatis*, quæ ad eiusdem sacramenti ordinem pertinent scilicet, quomodo ieiuni, &c *quæ & à plerisque manuscriptis, & originali, & cæteris collectoribus absunt.*

Item Ambrosius in libro 4. de sacramentis, c. 4.

Lanf. ibidem. Alg. l. 1. c 7. & alibi. Guitmūdus l. 1. Sent. 4. dist. 10. Iuo p. 2. c. 7.

¶Ante consecrationem est panis, sed verbis Christi in eius corpus mutatur. C. LV.

19 Panis est in al-

e ¶Infigere.] Nā & pacta nouissima, &c. C. de pac. pacta. arg. contra supra de pæn. distin. 2. principium. ver. primu. & docet. Tullius in rhetoricis, validiora argumenta in principio & in fine esse proponenda. illud .n. procedit quod nouissime fit. ff. de ac qui. pos. si quis ante conduxit.

f ¶Digressurus.] Quoniam ipse dixit, Vos omnes fugietis, & ego vadam immolari pro vobis.

g ¶Seruaret.] Argu. quod canon non determinat, nos determinare possumus, vt 22. q. 5. hoc videt 33. q. 2. quos Deus. ff. de test. quæsitum. ar. contra 2 q. 5. consuluisti.

h ¶Mutasset.] Quod enim Dominus iubet bonus seruuus nō mutat. 28. q. 1. sic enim. circa princip.

i ¶Ad mãducandū.] corpus Domini.

k ¶Multū.] Hoc multum respicit illud, cætera autem.

l ¶Insinuaret.] De ijs quę debeāt ordinari.

m ¶Ordinatum.] Sl. 12. dist. illa.

n ¶Orarum.] Id est regionum.

Panis est.] Hæc est 19. pars dist. in qua probat ex quibus verbis conficiatur corpus Christi, & qualiter manducetur. Io. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit ab Amb. quomodo de pane fit corpus Christi? Et respond. quòd per consecrationem fit panis Christi corpus. consecratio vero fit per verba Christi, scilicet hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. quibus Christus tantam vim contulit, quòd ad eorum prolationem panis fit corpus Christi, & vinum sanguis: remanet tamen species panis & vini sub quibus latent & operiuntur caro & sanguis: ne in sumendo esset horror, si species crudæ & viuæ carnis & crudi sanguinis apparerent. sic ponit H. casum excepto eo quod ponitur in principio S. Bene.

vero

vero sic ponit. Quæritur quomodo de pane fit corpus Christi? & respondet, verbis Christi. Alia quæ adduntur, laudes sunt & orationes: sed sermo Christi, quo oĩa sunt creata, panem & vinum in carnem & sanguinem conuertit. quamuis non appareat ibi caro vel sanguis pus Christi, sed talia verba ad sanum intellectum sunt intelligenda.

i ¶Quæ erant] Ante quam consecrarentur, sed esse desierunt. 2. sicut enim sapor aquæ permistæ calici desinit esse, ita substãtia panis desinit esse consecratione facta. 2 Quantum ad substantiam.

Et quòd sacramẽtum conficiatur verbis Christi, probatur per verba, quæ presbyter profert in Missæ secreta.

a ¶Panis est in altari] In prima parte dicitur quod ad prolationem illius formæ, Hoc est corpus meum, &c. panis & vinũ transeunt in corpus & sanguinem Christi: & hoc propter illorum verborum Christi efficaciam. Ille enim, qui ex nihilo creauit omnia, satis potest hoc sic commutare. In secunda parte respõdet cuidã obiectioni, quare non sumitur in eadem forma in qua Christus passus est. In tertia ponit verba illa ad quæ fit transubstãtiatio, reliqua de solennitate esse occulte ostendens. In quarta probat nos in altari accipere verum corpus Christi, auctoritate eiusdem.

tari [a] vsitatus ante verba sacramentorum [b]: vbi accessit consecratio, de pane [c] fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus. Quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? consecratione. Consecratio autem quibus [d] verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. Vbi venitur, vt conficiatur venerabile sacramentum; iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo Christi sermo hoc conficit [e] sacramentum [f]. Quis sermo [g] Christi? nempe is, quo [h] facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est cælum: iussit Dominus, & facta est terra: iussit Dominus, & facta sunt Maria: iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo, quàm operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant; quanto magis operatorius est, ut sint, quæ erant [i], & in aliud commutentur. Et sic, quod erat panis ante consecrationem, iam corpus [k] Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calice missum fit sanguis consecratione verbi cælestis. Sed forte dicis: speciem sanguinis non video: sed habet similitudinem [l]. Sicut enim mortis [m] similitudinem sumpsisti; ita etiam similitudinem [n] pretiosi sanguinis [o] bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamen redemptionis operetur. Didicisti ergo, quia quod accipis, corpus est Christi. *&c.* c. ¶Vis scire, quia verbis cælestibus consecratur? Accipe, quæ sunt verba. Dicit sacerdos. Fac nobis, inquit, hanc oblationem adscriptam, rationabilem, acceptabilem &c. quod est figura corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi: qui pridie quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad cælum ad te sancte pater omnipotens æterne Deus gratias agens benedixit, fregit, factumque Apostolis suis, & discipulis suis tradidit dicens: Accipite, & edite ex hoc omnes: hoc enim est corpus meum, quod pro multis confringetur. Similiter & calicem, postquam cœnatum est, pridie quam pateretur, accepit, respexit ad cælum ad te sancte pater omnipotens æterne Deus: gratias agens benedixit, Apostolis & discipulis suis tradidit dicens, Accipite, & bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Vide:

Hic summatim refertur sententia, verbis hinc inde collectis.

Sacramentum altaris põt dici sacramenta.

t De hoc dixi supr. ead. coperimus. Archid.

Panis ante cõsecrationem nõ est sacramẽtũ.

b ¶Sacramẽtorum.] pluraliter dicit propter specierum pluralitatem, vnum tamẽ est sacramentum t: quia vnus sub vtraque specie est Christus.

c ¶De pane.] Id est, panis transit in carnem & corpus Christi, & hoc est per consecrationem supr. ea. panis. & habetur infr. ead. qui manducant.

d ¶Quibus.] Quasi dicat attende cuius verba sunt. & videbis.

e ¶Conficit.] Id est, transire facit substantiam panis & vini in verum corpus & verum sanguinem.

f ¶Sacramentum.] Dum panis est, nullum est ibi sacramentum; quia nihil significat: sed cum incipit transire in corpus Christi, statim species panis incipit significare corpus Christi, & esse sacramentum. cum autem nihil significaret, tunc non erat sacramentum; non tamen panis, vel sacramentum, vel corpus Christi, consecratur precibus: sed in sacramentum quod est corpus Christi, panis fit transubstantiatio.

g ¶Quis sermo.] Id est, qua vi, & qua potentia hoc facit corpus Christi? ea scilicet qua creauit cuncta.

h ¶Quo.] Id est, qua potestate facit? & ita quærendo soluit H. hoc tamen est impossibile, quod panis sit corpus Christi, sed talia verba ad sanum intellectum sunt intelligenda.

superueniente.

k ¶Iam corpus.] Id est corpus Christi transit accedente Christi forma, ita vt post consecrationem non sit iã ibi panis, sed verum corpus Christi.

l ¶Similitudinem.] Id est, tantum significat.

ADDITIO. Vel dic vt supra, dum frangitur.

m ¶Mortis.] Id est, repræsentationis mortis suæ passionis.

n ¶Similitudinem.] Id est, speciem, sub qua latet corpus Christi mortuum pro nobis, ad similitudinem cuius & nos pro ipso mori debemus saltem in peccatis.

o ¶Sanguinis.] Non colore, sed repræsentatione.

a ¶Vniuers.

Corpus Christi nō digerit vt cæteri cibi.

a ¶Vniuersa.] Id est, vinum & aquam.

b NOn iste panis est q vadit.] Id est, non incorporatur sicut cęteri cibi, q in stomacho digeruntur. Vel nō descendit in stomachum sicut ille cibus corporalis. Vel non transit in sustentationem corporis sicut ille, est enim cibus animæ, non corporis. vnde subauditur, sed, &c. Hug. species tamen bene vadunt in corpus 1. Sed nūquid ibi est sacramentū? Non: q̄a desinit ibi esse* corpus Christi: & tamdiu est ibi sacramentum, quamdiu est corpus Christi. Sed quamdiu hoc sit, id est, vsq; ad quē locum procedat per gulam, nescio. Sed licet non sit sacramentum cum est in corpore, si tamen euomuerit illud, cum veneratione est seruandum, quia sacramentum fuit.

ADDITIO. In hac glo. supra ibi. nescio, dicit Hug. hoc Deus nouit, sed credit, qđ tamdiu corpus Christi sit in sumente, donec species in ore & sapor eius nō sētitur: quod sit ex quo transglutitur, statim desinis esse sacramentū & corpus Christi desinit esse in sumente, secundum Hug.

1 De hoc no. su. e. di. in c. tribus in glos. sed nec species ibi videas, & capit. si per ebrietatem: Arch.

*Vide notata supra ea. tribus gradibus.

omnia illa verba Euangelistæ sunt vsque ad [accipite] siue corpus, siue sanguinem. Inde verba sunt Christi, Accipite, bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Vide singula. Qui pridie, inquit, quam pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequā cōsecretur, panis est: vbi autē verba Christi accesserint, corpus est Christi. Deniq; audi dicētē, Accipite, & edite ex eo oēs: hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus. Vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa [a] conuertere. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quòd corpus suum accipiamus, & sanguinem suum. Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare?

α ¶Vt sint, quæ erant.] *Hæc B. Ambrosii verba, quæ Berengarius catholicis obiiciebat, accurate explanantur à Gutmundo lib. 2. & ab Algero lib. 1. c. 7. Lanfrancus autem non modo ea optime interpretatur, sed etiam addit in quibusdam codicibus sic legi.* Si igitur tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt quæ erant, in aliud commutentur?

¶ β Acceptabilem.] *In codicibus Gratiani erat,* rationabilē, &c. *Addita vero sunt omnia vsque ad vers.* Vide, *(quod antea erat,* Inde,*) Multum enim videntur facere ad ea, quæ sequuntur, intelligenda.*

c ¶Quotidie.] su. ea. di. quotidie. & cap. si quotiescunque.

d ¶Accipere.] Si sit sacerdos. si laicus, tēpore constituto a. vel potius mysticè spiritualem notat sumptionem. Vide glo. ibi, accipe quotidie. i. quotidie te præparahabilem ad suscipiēdum.

a Extra de pę. & re. c. omnis.

Sent. ibidem. Iuo. p. 2. c. 7.

Idem Ambrosius lib. 5. de sacramentis, c. 4.

¶Non corpus, sed animæ substantiam fulcit panis vitæ æternæ. C. LVI.

In summam redacta verba. Idē vero habetur apud B. Au. serm. 28. de ve. Dom.

NOn iste panis est, qui vadit [b] in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. *& paulo post.* ¶Iste panis quotidianus est: accipe quotidie [c], quod quotidie tibi prosit: sic viue, vt quotidie merearis accipere [d].

In glossa ordi. ad c. 6. Ioan.

Item Augustinus in epistola ad Irenaeum.

¶Etiam secundum carnem Christus est panis viuus. C. LVII.

Ioan. 6.

CHristus panis est, de quo qui manducat, uiuit in æternum; de quo ipsemet dicit: [& panis, quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, &c.] Determinat, quomodo sit panis, non solum secundum uerbum, quo uiuūt omnia, sed etiam secundum carnem [e] assumptam pro mūdi uita. Humana enim caro, quæ erat peccato obnoxia, & ideo mortua, carni [f] eius mundæ unita [g], incorporata, unum cum illo effecta, uiuit de spiritu eius, sicut uiuit corpus de suo spiritu. Qui uero non est de corpore Christi, non uiuit de spiritu Christi.

Beda 1. Cor. 10. & ibi glos. ord. inf. innitat. & qui manducat me.

CHrist᷒ panis est.] CASVS. Dicitur hic quòd Christus dicitur esse panis non solum secundum q̄ Deus est uiuificans omnia: sed etiam secundum quòd est homo in carne assumpta pro nobis: per quam assumptionem vnitur quis Christo. & uiuit de spiritu sancto, sicut vnum corpus de suo spiritu vnum corpus cum illa carne, vel vnum corpus cum Christo.

e ¶Secundum carnem.] Secundum quam est panis hominum 3.

3 Quasi dicat per hoc est fact᷒ noster panis & sustentatio, & vita nostra: q̄a assumpsit carnē nostrā. Archi.

f ¶Carni.] Christi spirituali. id est, ecclesię.

g ¶Vnita.] Per participationem in ecclesia.

Alg. l. 1. c. 5 7. 15. & alibi. Bertramus de sacram. Euch. Sent. 4. dist. 12. Iuo p 2. c. 8.

Idem Augustinus sermone 2. de verbis Apostoli.

¶Quomodo Christus uisibiliter in sacramentis spiritualiter manducatur, & bibitur. C. LVIII.

QVi manducant, & bibunt Christum, uitam

QVi manducant.] CASVS. Quæritur, cū Christus in sacramento manducet. & in partes diuidatur

uidatur, quomodo dicitur viua & integer esse? Et respondetur, non est mirum si manducatus viuat quia occisus resurrexit. & partes quæ fiunt in sacramento, non fiunt de illo, sub illis tamen assumitur totus integer: sicut remansit totus apud patrem cum descendit de cælo in Virginem. & ideo dicitur sacramentum, quia aliud apparet, & aliud intelligitur & sumitur: qui autem non est in vnitate ecclesiæ, non prodest ei sumere corpus Christi.

f ¶Sacramenta.] Supra 1.q.1. multi sæcularium 2.

CRedere.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod qui credit in Christum, spiritualiter manducat eum, & viuit in æternum: nec tamen sacramentaliter sumit corpus Domini sicut faciunt mali. sed eius participatione. fit

2 Ibi dicit quod istud sacramentum dicitur mysticum.

manducant & bibunt. Illum manducare, est refici: illum bibere, est viuere. Quod in sacramento [a] visibiliter sumitur, in ipsa veritate [b] spiritaliter manducatur [c] & bibitur. Manducetur [d] Christus: viuit manducatus; quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus, partes [e] de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit [f], & norunt fideles, quemadmodum manducent [g] carnem Christi, vnusquisque accipit partem [h] suam [i]: vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes [k] manducatur, & manet integer [l] totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo, manet integer † totus in corde tuo. Totus erat apud patrem, quando venit in Virginem, impleuit illam; nec recessit ab illo. *& infra.* ¶ Quod videtur † [m], panis est [n], & calix, quod etiam oculi renunciant [o]. Quod autem [p] fides postulat [q] instruenda, panis [r] est corpus Christi, calix, sanguis, *& infra.* ¶ Ista ideo dicuntur sacramenta [s]: quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem, quod intelligitur, fructum habet spiritalem. *& infra.* ¶ Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis; non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.

† *hic*] glossa.
† *ergo videtur*] loco.

sup.c. qua pasi°,

¶*Sententia prioris partis huius capitis est apud B. Augustinum in sermone 2. de verbis Apostoli, & fusius quidem explicata. Cætera autem à vers.* Manducatur Christus, *vsque ad finem sunt apud Bedam: & pars refertur etiam. infra c. mutat.*

Idem Augustinus super Ioannem ad cap. 6. tract. 26. & 27.

Beda. 1. Cor. 10. & 11.

¶ Quomodo spiritaliter corpus Christi sit accipiendum.

C. LIX.

sup. ea. vt quid. Al.l.i.c.8. & 22 Sent. 4. dist. 9. Iuo p.2.c.4.

CRedere in Iesum Christum, hoc est manducare panem viuum. Qui credit [t] in eum, manducat. Inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur [u]. [Et, qui manducat carnem meam, & bibit meū sanguinem, habet vitam æternam. Participatione enim filij (quod est per vnitatem corporis Christi & sanguinis) homo manducans viuit, non sumens tantum in sacramento [x], (quod & mali faciunt) sed vsque ad spiritus participationem: vt in corpore Domini tamquam membrum maneat, & eius spiritu vegetetur: quod est, dum eius mandata seruat.

a ¶In sacramento.] Id est, in specie panis & vini visibili.
b ¶Veritate.] Id est vera caro & sanguis Christi inuisibiliter manducantur.
c ¶Manducatur.] Id est, modo manducandi sumitur: & ita intellige omnes tales processus.
d ¶Mäducetur.] Nec mirum quia surrexit 1 occisus, ergo amplius mori non potest siue mäducetur, siue non.
e ¶Partes.] Supra ea. dist. ego Berengarius. contra.
f ¶Sic fit.] Id est, sacramentum per partes diuiditur: sub quo totum & integrum Christi corpus latet.
g ¶Mäducent.] Quia in sacramento.
h ¶Partem.] Totum corpus Christi sub parte speciei.
i ¶Suam.] Et sub illa totum Christum.
k ¶Per partes.] Glorificatum quidē corpus aliquam læsionē post resurrectionem pati non potest. 11. q. 3 secundum.
l ¶Integer.] Si credis.
ADDITIO. Id est, per fidem: quia credere debes ipsum semper integrū manere, & nō per partes diuidi. Arch.
m ¶Videtur.] Quia species panis & vini videtur.

1 Subaud. quia maius fuit: & ita istud, quia, nō est causale: sed probatio, à maiori. vel dic quod est causale, quia semel ē mortuus, & resurrexit ad immortalitatē: ergo amplius, &c. vt sequitur in glo. secūdū Io. de Fant.

Corp° glorificatū lædi non pōt.

n ¶Panis est.] Id est, species panis, & species calicis.
o ¶Renunciant.] Id est, ostendunt & probant.
p ¶Quod autem.] Id est, sed.
q ¶Postulat.] Nominibus partium appellatur corpus & sanguis Christi. Vel ipse species, quæ per partes diuiduntur, vocantur corpus & sanguis Christi: sed significati mysterio, vt supra ead. hoc est.
q ¶Postulat.] Id est, quod fideles instruuntur debere credere.
r ¶Panis.] Id est, sub specie panis latet corpus Christi: & sub specie vini sanguis per significationem. nam in rei veritate, vtrumque sub vtroque latet.

fit membrum Christi, & eius spiritu vegetatur: & ad Deum tendit, ad quem mali non accedunt.
t ¶Qui credit.] Diligendo eum super omnia: scilicet sperando eum sibi dari in præmium: ponendo totam spem in eo, incorporat sibi Christum per fidem & dilectionem, & spem. de pæn. dist. 2. charitas.
u ¶Renascitur.] Puta per baptismum, vel per Eucharistiam, cum digne sumit.
x ¶In sacramento.] Id est, in sacramentali manducatione, sed ēt in spirituali. nam sicut in baptismo induitur Christus interdum facio tenus: interdum quo ad vitæ sanctificationem 3 (primū bonorum & malorum est

Corp° Christi possum° quotidie facile comedere. Christus induitur in baptismo.

3 Hoc tantum est bonorū supra ea. q. 4. quo modo.

est commune, secundum bonorum & piorum: sed secundum est proprium bonorum) sic à malis manducatur Christus sacramentaliter tantum: à bonis vero sacramentaliter, & spiritualiter, & ab omnibus credentibus spiritualiter.

riam mortis Christi recte sumitur ad salutem: quod quando ab homine conficitur, virtus Dei inuisibiliter operatur perducatur panis ille: nā licet De⁹ sit factor & auctor panis & vini, tamen homo ministrat vel intellige de Christo, & dicas visibilem olim scilicet & nunc in cœlo. Sequētia tria cap. plana sūt.

a ¶Ad

Alcuinus de diu. of. fol. 89. In l. sent. Aug. al. Prosper sen. 189 & ex Aug. in ps. 41.

¶Ad altare [a] Dei inuisibile (quò nō accedit iniustus) ille peruenit, qui ad hoc præsens iustificatus [b] accedit. Inueniet illic vitam suam qui hic discernit [c] causam suam.

¶Caput hoc confectum est ex dictis B. Augustini in tract. 26 & 27. in Ioannem, & in Psal. 42. & ex Prospero, vt suis locis est indicatum.

Idem in libro tertio de Trinitate, cap. 4.

¶Spiritus sanctus inuisibiliter corpus & sanguinem Christi sanctificat. C. LX.

CORpus [a] & sanguinem [d] Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum rite sumimus [e] ad salutem spiritalem in memoriam [f] pro nobis Dominicæ passionis. Quod cum per manus [g] hominum ad illam visibilem [h] speciem perducitur, non sanctificatur [i], vt sit tam magnum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei [k]; cum hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

a ¶Corpus.] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt.* Nec linguam quippe eius, *de Paulo loquitur*, nec membranas: nec atramentum, nec significantes sonos lingua editos, nec signa litterarum conscripta pelliculis corpus Christi & sanguinē dicimus: sed illud tantum, quod ex fructibus terræ, &c. *præstat, ne omnino locum illum integrum legere.*

Beda 1. Cor. 10. ex Aug.

Item.

¶Per benedictionem panis efficitur corpus Christi. C. LXI.

Beda ibidem. sup. qa passus.

NOn omnis panis sed accipiēs benedictionem [l] Christi, fit corpus Christi.

Item.

¶Dupliciter corpus Christi intelligitur C. LXII.

Beda ibidem.

COmmendauit nobis Christus in isto sacramento corpus [m] & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos Nam & nos ipsius corpus [n] facti sumus.

Aug. l. 2. c. 3.

Idem tractatu 26. ad c. 6. Ioannis.

¶Sacrificium altaris, sacramentum est vnitatis. C. LXIII.

HOc [a] sacramentum pietatis est signum vnitatis, vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat: accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. *& infra.* ¶Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum; quod est ecclesia in prædestinatis.

Iustus seipsum accusat.

[Benedictione Christi, id est, instituta à Christo, quod dicitur tertio cap. [Pietatis,] id est, sanctæ religionis, & diuinæ culturæ: & quia hoc Deus ex pietate constituit.
d ¶Corpus & sanguinem.] id est, transire in corpus & sanguinem Christi: quod est fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum, i. sacramentum in corpus Christi transubstantiatum.
e ¶Sumimus.] Ad salutem, scilicet, si digne sumamus.
ADDITIO. Aliàs secus. inf. ead. & sancta.
f ¶In memoriam.] vnde sacerdos cum celebrat, crucem habeat ante se 2. & laici aliam extra.
g ¶Per man⁹.] q̄a homo administrat quasdam opportunitates vt fiat panis & viuū, ar. 26. q. 5. nec mirū.
h ¶Visibilem.] Id est visibilem oblationē & celebrationem ex multis confectam.
i ¶Non sanctificat.] i. nō trāsubstātiat sacramentū, vt fit, &c.
k ¶Spiritu Dei.] Sed contra su. c. panis. vbi dixit, q sermo Christi, id est ipse Christus conficit hoc sacramētum. sed quia indiuisa sunt opera Trinitatis, non est hic contrarium. non enim per vnū solum excluuntur omnia alia. nec per hoc excluditur vocalis sermo. 28. q. 1. sic enim. vers. absit.
l NOn omnis.] Benedictionē, institutā 3 a Christo, quæ est: Accipite & comedite: hoc est corpus meū, Marci, 4.
m COmmēdauit.] ¶Corpus.] Scilicet corpus suum, quod est ecclesia. vt sit simplex relatio, vt sup. ea. quia passus.
n ¶Nos ipsius corpus.] Spirituale, dum sumus in ecclesia merito & nomine.
HOc pietatis est.] Supra 23. q. 4. ipsa pietas. & supra ead. dist. quia passus.

2 Vt quasi Christum præsentem in cruce videat su. ea. dist. semel Christus. secunda Hu.

Opera Trinitatis sunt indiuisa.

3 Subaud. secretā & mysticam. su. c. panis. & calix. Arch.

a ¶Ad altare.] Id est, ad vitam æternam.
b ¶Iustificatus.] Infra ead. panem.
c ¶Discernit.] Verum, s. iuste possit percipere. iustus enim accusator sui ipsius 1 est. arg. 13. q. 2. in præsenti.
CORpus.] CASVS. Dicitur in hoc cap q corpus Domini, quod ex pane & vino consecratur, in memo

1 Arg. 11. q. 3. custodi, inf. e. di. panem.

Panem

Panem.] Hæc est 20. pars dist. in qua dicitur, quòd spiritualiter manducare corpus Christi, est portare innocentiam ad altare. & hoc probat per 5.c.10.de Fi. CASVS. Debet quia corpus Christi digne sumere dimissis prius peccatis debitoribus suis: nec debet ficte dimittere: quia Deū fallere non potest.

dæ, & econtra. mala quandoque prosunt bonis, sicut Angelus satanæ profuit Paulo.

f ¶Obesse] Occasionaliter s ncta malis obsunt, s.cū sunt per abusum sumpta: & sanctorū abusiò.i.præsumptio & temeritas, qua qs præsumpsit indigne sumere. — Sancta malis obsunt.

α ¶Hoc sacramentum.] *In originali est*, ò sacramentum pietatis, ò signum unitatis, ò uinculum charitatis. *Ex quo quidem originali reliqua sunt emendata, & aucta.*

Item ibidem. — Beda 1.Cor.11. & glossa ordi. ibidem.

¶Spiritaliter magis, quàm corporaliter corpus Christi debemus accipere. C. LXIIII. — Alg.l.1.c.20. Iuo p.2.c.4.

20 Panem cęlestem β spiritaliter manducare, est innocentiam ad altare apportare, Peccata etsi sunt quotidiana; [vel] non sint mortifera.[a] Antequam ad altare accedatis; attēdite, quod dicatis, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est,[b] non venenum. Sed vide, si dimittis: nam si non dimittis, mentiris; & ei mentiris, quem non fallis[c]. Mentiri Deo potes Deum fallere non potes[d]. — † abest ab Iuone.

β ¶Panem cælestem.] *In originali legitur.* Panem cælestem spiritaliter manducare: innocentiam ad altare apportare. *Itemque apud indicatos collectores: sed habita est ratio eius, qui casum scripsit: & Gratiani lectionem secutus est. etiam B. Thomas in catena ad eum Ioannis locum. Reliqua vero, sunt emendata & locupletata.*

Idem † in libro sententiarum, c.339. — † *al. Prosper*

¶Sacramentum, non veritatem Christi corporis accipit, qui ab eo discordat. C. LXV.

Qvi discordat à Christo; nec manducat[e] carnem eius, nec sanguinem bibit: etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat. — Beda ibidem. & glossa ordi. Alg.l.1.c.21. Sent.4 dist.9. Iuo p.2.c.8.

Idem tractatu 6. & 62. in Ioannem. — Beda, & glossa ord. ibid.

¶Sancta nocent malis, & mala prosunt bonis. C. LXVI.

ET sancta malis possunt obesse[f]; bonis sunt ad salutem[g], malis ad iudicium Vnde Apostolus: [Qui manducat, & bibit indigne; iudicium sibi manducat & bibit:] non quia res illa mala[h] est: sed quia malus male accipit quod bonū est. Non enim mala erat buccella, quæ tradita est Iudæ à Domino. Salutē medicus dedit: sed quia ille, qui indignus erat, accepit, ad perniciem sui accepit. Et mala prosunt bonis, sicut angelus satanæ profuit Paulo. Per malum enim fit bonum, cum bene accipitur[i] malum. — Sent.4.dist. 1.Cor.11. Io.13. Tract. 62. † in glossa ord. in ps. 48. vers. [Māducauerūt & adorauerūt] ex Aug.

¶*Quæ multa fusius apud B. Augustinum explicantur tractatu 6. & 62. in Ioannem, hic in summam quandam sunt collecta.*

Idem †.

a ¶Mortifera.] q.d. si non potes omnino peccata vitare: ordina ita saltem vt non sint mortifera: nam sine venialibus hæc vita non ducitur. de pœn. distin.3 de quotidianis. debet enim aduersario peccatum remittere, id est, rancorē, sed satisfactionē nō cogit remittere.23 quæst.4. si illic. — Vita præsens sine venialibus non ducit.

b ¶Panis est.] q.d. nō latet sub horribili specie vel nociua, sed sub specie panis, quę est amica naturæ. G.

c ¶Quem non fallis.] 24.q.3. Deus qui, & omnium secretorum cognitor est sup. 32.dist. erubescant.

d ¶Ipsum fallere nō potes] Vt 11.quęst.3. secundum. arg. contra 16.q 1.reuertimini.di.81.oportet contra: sed fallere quia potest quantum in se est: sed non q Deo aliam opinionē induceat propter alicuius fallaciam, quā habet: quoniam immutabilis est 22. q.4. incommutabilis.

ADDITIO. Dic clarius. Falli dupliciter dicitur, i. falsam opinionem induci, quod in Deum non cadit: vt hic, & 24.q.3. De⁹. Secūdo modo dicitur falli, i. fraudem pati secūdū quod dicitur Deus defraudari, vel nomen eius falli: vt in contrarijs. Archi.

Qvi discordat.] CASVS. Dicitur hic, q qui malus est, non māducat spiritualiter, nec incorporatur ecclesiæ. licet quotidie sacramentaliter sumat corpus Christi.

e ¶Nec manducat.] id est, non incorporatur corpori eius, quod est ecclesia, manducando, i. credēdo: licet quotidie sumat corpus de Virgine natum. hoc enim & mali accipiunt, vt infra, ead. c. 1. & sup. ea. dist. quid est. &c. credere. — Carnem Christi nō manducat qui ab eo discordat.

ET sancta.] CASVS. Dicitur hic quòd bona quādoque nocent malis, vt corpus Christi indigne sumētibus, quod probat auctoritate Apostoli, & exēplo Iu-

g ¶Salutem.] Id est, illud poterat esse causa salutis, si digne susciperetur.

h ¶Illa mala.] Id est, digna patiētia malorum, id est, aduersorum: vel mala peccata prosunt occasionaliter ar. dist.13. nerui & distin. 50. fidelior. & de pœ. dist.2. S. hæc itaque, &c. talibus.

i ¶Accipitur.] Id est, patienter sustinetur afflictio.

h ¶Sa-

Non

NOn prohibeat.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd sacerdos non debet prohibere occultos peccatores sumere corpus Christi, si petant: moneat tamē eos Deum timere, vel quod cōtineāt sumere corpus Chri.
a ¶Non prohibeat.] Arg. q non debet iudex secundū con-

Iudas quamuis malus esset, tamen corpus Christi accepit indignus: & de male accipiēte dicit Apostol⁹: Qui manducat carnem meam, &c.

f ¶Erat sacramentaliter.

REuera.] Hęc est 2. pars dist. in qua probatur, quòd domino sit possibile de pane cōficere corpus Christi 10. de Fāt. CASVS. Licet hoc c. sit prolixum. Beneuen. tamen & H. hūc casum breuiter ponunt. Commendat Amb. in hoc c. multipliciter sacramētum Eucharistiæ ostendēdo maius & melius esse quàm māna, qđ antiquitus pluit Dominus patribus in deserto. maius ēt quàm aqua, quæ Iudæis fluxit de petra. Secundo probat dominū posse cōuertere panē & vinum in corpus suum: & hoc per multa miracula: quia omnia sunt creata in verbo eius: & ipsum corpus miraculose fuit natū de Virgine. & in fine inuitat nos ad credēdum vt indubitanter credamus sicut est scriptum de hoc sacramento.

g ¶Reuera mirabile est.] CASVS. Dicebāt quidam, mirabile esse q ita panis conuerteretur in corpus Christi. dicit Ambro. q reuera mirabile est: sed tamen quod possit fieri, probat exemplis veteris & noui testamenti. Ex veteri testamento, primo ponit exemplum de man-

Iudex non iudicet secundū conscientiam.

In glossa ordi. in Ps. 48. vers. Mādacauerūt & adorauerūt ex Aug.

¶Non prohibentur mali de mensa Domini manducare. C. LXVII.

NOn prohibeat [a] dispensator [b] manducare pingues [c] terræ in mensa Domini, sed exactorem [d] moneat timere [c].

1 Beda 1. Cor. 11.

Idem in libro quinto de baptismo, c. 8.

¶Et qui indigne accipit, corpus Christi accipit. C. LXVIII.

Lanfr. ibidem. Alg l. 1. c. 21. Guitmūd⁹. l. 3. Sent 4. dist. 9. Ans. l. 9. c. 11. Iuo p. 2. c. 9.

SIcut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum in se diabolo præbuit; sic indigne quisque sumens Dominicum sacramentum, non efficit, vt quia ipse malus est, malum sit; aut, quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini, & sanguis Domini nihil ominus etiā erat [f] illis, quibus dicebat Apostolus: [qui manducat indigne; iudicium sibi manducat, & bibit.]

1. Cor. 11.

Item Ambrosius in libro de his, qui mysterijs initiantur, c. 8. & 9.

¶Quibus exemplis præter naturam substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi cōuerti probetur. C. LXIX.

Deuter. 8. Ps. 77. Exo. 16. Sap. 16.

Lan.) Alg.) sparsim Guit.) Iuo p. 2. c. 7. Deut. 1. & 2.

21 REuera mirabile est [g], quod manna [h] Deus pluit patribus: & quotidiano cœli pascebantur [i] alimento. Vnde dictum est [panem angelorum manducauit homo.] Sed tamen panē illum, qui mādu cauerunt, omnes [k] in deserto mortui sunt [l]. Ista autem esca, quam accipis, iste panis viuus, qui de cœlo descēdit, vitæ [m] æternæ substantiā subministrat; & quicumque panem hunc manducauerit, non morietur in æternum; quia † corpus est Christi. Considera nunc, vtrum præstantior sit panis angelorū an caro Christi, quæ vtique corpus est vitæ. Manna illud

† al. &

scientiam iudicare. arg. 3. q. 7. iudicet. argu. quod debet iudex amittere iuramentum volentis se purgare de crimine, cuius conscius est iudex. infra ead. pro dilectione. contra. sed illud de manifestis. extra de tēpor. ord. ad aures. arg. contra

b ¶Dispensator.] In quo casu non videtur dare quod scit vel credit ei nocere: in alijs non: tamē est medicus eius, & saluti eius debet prouidere. facit quod suum est, cum eum monet ne accedat.

c ¶Pingues.] Id est diuites in peccatis, id est, peccatores 1 & hoc si occulti sunt.

ADDITIO. Arg. 32. dist. nullus 6. q. 1. si omnia. 2. q. 1. de manifesta, secus si non sunt manifesti. infra ca. pro dilectione. & dicit. in glo. Archid.

d ¶Sed exactorem.] Id est, ipse sacerdos moneat exactorem, qui importunus exigit corpus Domini.

e ¶Timere.] s. Deum, id est vt timeat Deū, vt propter eius timorē desistat. & ne accipiat ex quo indigne accipit. si tamen nō vult desistere, detur ei potius, quàm negetur. Vel ita, sed ipse sacerdos moneat pingues terræ timere exactorem, id est Deum, qui hoc exegit ab eis, qui reuera exactor est inquirendo merita singulorum. 1. q. 4. §. contra. Ego sum Deus zelotes.

SIcut Iudas.] CASVS. Quæritur hic vtrū mali accipiant corpus Christi? Et respondetur quod sic: quia

1 Subaū. q in terrenis sunt pingues, id est fortes: in cęlestibus debiles. 47. di. omnes. Arch.

na, quod datum est Iudæis. Exemplum noui testamenti ponit de incarnatione Christi. pręterea quia ipsemet dixit: hoc est corpus meum, &c. Secundo, de aqua saliente de petra. Tertio, de virgis in serpentes versis. Quarto, de apertione maris. Quinto, de Iordane conuerso retrorsum. Sexto, de amaritudine fluuij. Septimo, de Helisæo, qui ferrum natare fecit. Octauo de Helia. Nono, quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

h ¶Manna.] Id est, manhu 2 quod interpretatur, quid est hoc; Nam cum primo illud viderunt dixerunt, manhu, id est quid est hoc?

i ¶Pascebātur.] Non solum carnaliter, verum etiam spiritualiter: nonnulli tamen animales duntaxat pascebantur corporaliter.

k ¶Omnes.] Id est, imitatores eorum, qui indigne sumpserunt.

l ¶Mortui sūt.] Exceptis duob⁹, s. Caleph, & Iosue, vt su. di. 76. ieiuniū. & ita p p duos nec pl⁹, nec minus: q a & modicus excessus nō attēditur. ff. de verb. obl. continuus. in prin. & paruū interuallū nō obest ff. de duo. re. duos. §. duo. ver. modicū. & modica res nō inducit simoniā. extra de sim. & si quęstiões. arg. cōtra. ff. de ver. sig. l. 3 q a ibi pro vno milliari, quod inperest, dat dies. 10s.

m ¶Vitæ.] i. vitam, per aquā æternaliter sustinemur.

2 Manna dicit à Mā. quod est bonum: nā Iudæi admirātes dixerunt mā hu, i. quid est hoc? quasi quā bonum & quam dulce, secundum H. Excess⁹ modicus non attenditur

de cœlo [a] hoc super † cœlum; illud cœli, hoc Domini cę lorum: illud corruptioni obnoxium [b], si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione [c]; quod quicumque religiose gustauerit, corruptionem [d] sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis è Christo; illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit [e] in æternum. Iudæus bibit & sitit: tu, cum biberis, sitire non poteris: & illud in vmbra [f], hoc in veritate. Si illud, quod miraris, vmbra est; quantum illud est, cuius & vmbram miraris? Audi quia vmbra est, quæ apud patres facta est: [Bibebant, inquit [g], de consequente eos petra [h]: petra autem erat [i] Christus. Sed non in pluribus eorum complacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figuram facta [k] sunt nostri.] Cognouisti præstatiora: potior etenim lux, quàm vmbra; veritas, quam figura; corpus auctoris, quàm manna de cœlo. Forte dicas, aliud video: quomodo tu mihi asseris; quòd Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis †, vt probemus [l] non hoc esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit: maioremque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur? Virgam tenebat Moyses [m]: proiecit eam, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpentis, & virgæ. Currebant Aegypti flumina puro aquarum meatu: subito de fontium venis sanguis [n] cępit erumpere: non erat potus in fluuijs: rursus ad prophetæ preces cruor cessauit fluminum, aquarum natura remeauit. Circumclusus erat vndique populus Hebræorum, hinc Aegyptijs vallatus, inde mari clausus. Virgam leuauit Moyses: separauit se [o] aqua, & in murorum speciem congelauit [p]: atque inter vndas via pedestris apparuit. Iordanis retrorsum [q] conuersus contra naturam in sui fontis reuertitur exordium [r]. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum, vel fluuialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum: tetigit Moyses [s] petram; & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter naturam operata est gratia [t], ut aquam uomeret [u] petra, quam non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat, ut sitiens populus bibere non posset: misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam infusa subito gratia temperauit [x]. Sub Helisæo propheta uni ex filijs prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est: rogauit Helisæum, qui amiserat ferrũ; misit etiam Heliseus lignum in aquam, & enatauit ferrũ [y]. Vtique & hoc præter naturam factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species, quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris potentiæ † esse Dei gratiã, quàm naturam; & adhuc tamen [z] propheticę benedictionis nu

Right margin: †al. supra — Nu. 20. — 1. Cor. 10. — †exẽplis? pro bemus] orig. — Exo. 4. — Exo. 7. — Exo. 14. — Iosue 4. — Psal. 67. — Num. 20. — Exo. 15. — 4. Reg. 6. — †al. virtutis

Left margin: Petra qualiter sequebatur filios Israel.

1 Adde mystice. petra id est, Christus sequebatur, quia vbi humanum deficiebat suffragium, aderat diuinũ suffragiũ. Archi.

2 Propriũ nomen est.

a ¶De cęlo.] Id est, de aere. insti. de rerũ diui. §. fere.
b ¶Obnoxium.] Quia scaturiebat vermibus, & putrescebat, nisi quod in opus sabbati reseruabatur,
c ¶Corruptionẽ.] Quia nec sanctum tuum dabis videre corruptionem.
d ¶Corruptione.] Æternæ dãnationis.
e ¶Diluit.] Id est, remissionem peccatorum contulit tibi, si in humilitate permãseris.
f ¶In vmbra.] Id est, figura fuit.
g ¶Inquit Apostolus.] In epistola ad Corinthios.
h ¶Petra.] Id est, aqua quæ fluxit de petra, quæ ad litteram eos sequebatur. Alij dicunt, quod reuera ipsa petra. Alij dicunt quod soror Moysi Maria tulit secum partem illius petræ. & vbicũque erat opus, petra illa percussa dabat aquas 1.
i ¶Erat.] Id est, significabat Christum
k ¶Hæc aũt in figurã facta.] Hucusque sunt verba Apostoli.
l ¶Vt probem'.] Pluriũ similiũ inductione ostendit non esse impossibile Deo panem in corpus suum, & vinũ in sanguinem suum conuertere.
m ¶Virgam tenebat Moyses.] De hoc habetur 27. q. 1. nec mirum. in princ. & ver. hæc potestas.
n ¶Sanguis.] Hæc fuit prima plaga Aegypti. verus sanguis erat, sicut veri serpentes. quid ergo bibebant Hebræi.
o ¶Separauit.] In duodecim diuisiões, vt quilibet trib' per suas turmas incederet.
p ¶Congelauit.] Dicunt quidam, quod aqua superior stetit, non fluxit, sed inferior fluxit in mare.
q ¶Retrorsum.] Ad fontem Xanti 2 a versa recurrit aqua.
r ¶Exordium.] Hoc legitur in lib. Iosue, i. desijt descendere, quasi gradu recepto reuertebatur in suũ exordium.
s ¶Moyses.] Historiã habes 23. q. 24. §. his omnibus.
t ¶Gratia.] Diuina per lignum immissum.
u ¶Aquam vomeret.] Actualiter. vel naturaliter.
x ¶Temperauit.] Id est, dulcorauit.
y ¶Et natauit ferrum.] Id est, humanum genus de imo peccatorum leuauit.
z ¶Et adhuc tamen.] q.d. dictum est & probatum, quod maioris

maioris potentiæ est gratia, quàm natura rerum. nihil tñ adhuc diximus de benedictione diuina, sed tantum de prophetica. Vel licet multa exempla introduxerim de prophetica benedictione, tamen adhuc possum inducere alia de eadem & addit de Helia 1.

tio, per nos validam effici, vt C. de rei vxo. act. l. 1. circa princ.

c ¶Quàm mutare.] Id est, minus est mutare, q̃ dare.

d ¶Sed quid argumentis.] Id est, ad quid subaudi exterius quasi confirmamus qđ diximus exemplis, quæ ipse in se exhibuit?

1 De hoc habet in historia 23. q. 4. ¶ Christus

4. Reg. 1. — Sent. 4. dist. 10. — †al. depromeret — supr. ea. in gb° — †al. quo ad — †al. nouitate — sup. ea. ante benedictionem. — †al. signatur — †al. intenta

a ¶Depromeramus gratiā. Quòd si tm̃ valuit humana benedictio, vt naturā conuerteret; quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa Domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quòd si tantum valuit sermo Heliæ, vt ignem de cælo deponeret [a] †; non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti, [quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.] Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt in id mutare, quod non erant? Non enim minus est [b] nouas rebus dare [a], quàm mutare [c] naturas. Sed quid † argumentis [d] utimur? suis utamur exemplis, incarnationisque exemplo † astruamus mysterij ueritatem. Nunquid naturæ usus præcessit, cum Dominus Iesus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus [e] uiro mista fœmina generare consueuerat. Liquet igitur, quod præter naturæ ordinem uirgo generauit. Et hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter natutam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine? Vera utique caro Christi, quæ crucifixa est, quę sepulta est. Vere ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Iesus, [Hoc est corpus meum.] Ante benedictionem uerborum cælestium alia species [f] nominatur: post consecrationem corpus Christi significatur †. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nuncupatur: & tu dicis. Amen [g]. hoc est, uerum est. Quod os loquitur, mens interna † fateatur: quod sermo [h] sonat, affectus [i] sentiat.

a ¶Nouas rebus dare.] *Antea legebatur*. Non enim minus est dare, quàm mutare nouas naturas rebus. *Emendatum est ex originali Apud Guitmundum, Lanfrancum, Algerum, Iuoné legitur*, nouas res dare, quam mutare naturas.

Item Augustinus in quodam sermone de verbis Euangelij.

Beda. 1. Cor. 10. ex eodem. & in quęst. q. 15.

¶Quomodo per partes Christus manducatur, & integer permanet. C. LXX.

†al. Inuitauit — Aig. l. 1. c. 15. Sent. 4. dist. 12. Iuo p. 2. c. 8. — Io. 6. — infra qui manducat me.

INuitat † Dominus seruos, & præparauit eis cibum se ipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? & tamen ait: [qui manducat me, viuit propter me.] Quando Christus manducatur, uita manducatur [k], nec occiditur, ut manducetur: sed mortuos uiuificat [l]. Quando manducatur, reficit; sed non deficit. Non ergo timeamus fratres manducare istum panem, ne forte finiamus illum,

e ¶Quærimus.] Id est, hoc corp⁹, in quo transubstantiatur panis prece mystica, est natū de Virgine: nec Christus post in cęna cum discipulis corpus suum confecit, cum semel in vtero Virginali à tota trinitate perfectum esse nō desijt, neque desijsse potuit meritis Christi exigentibus.

ADDITIO Ergo nec Christus corpus istud confecit in cœna, nec sacerdos illud quotidie conficit, si verbū teneatur proprie. non ergo ea ratione corp⁹ Christi dicitur confici tali prece, q̄ ipsum in vtero Virginis corpus formatum deinceps formetur: sed q̄a substantia panis & vini, quæ nō fuerat corpus Christi vel sanguis, ad verba Christi prolata fit corp⁹ Christi & sanguis: & ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus & sanguinē Christi: q̄a eorū ministerio substantia panis transubstantiatur in corpus Christi. & substantia vini in sanguinē. Pe. Archidia.

f ¶Alia species.] Id est, alteri⁹ rei species, id est, substantia fuit, vel aliud substantiatum.

g ¶Amen.] Id est, verum est, vt dist. 34. sedulo.

h ¶Sermo.] Supr. dis. 93. diaconi ad hoc. n. verba sunt instituta, vt quod quis cogitat, alijs proferat. 22. q. 2. is autem.

Verba ad qđ instituta fuerint.

i ¶Affectus.] Id est, fides.

INuitat Dominus.] CASVS. Dominus inuitat nos, vt eū māducemus, & sic viuamus: ipse enim manducatus uiuit, quia resurrexit occis⁹, & quā

a ¶Deponeret.] Quando duo quinquagenarij combusti sunt. Historiam habes. 23. q. 2 quod Christus.

b ¶Minus est] Dicit Imperator, q̄ eū nobis consentaneum est vbi nulla est stipulatio interposita, intelligi eam adhibitam: multo fortius vbi inutilis fuit ab ini-

uis in sacramento partiū fiat diuisio, sub quibus Christus sumitur: integer tamen manet, & non diuiditur.

k ¶Vita manducatur.] Id est, Deus viuens.

l ¶Viuificat.] Id est, digna perceptione viuificat, vel cooperatur ad viuificandum.

& postea quid manducemus, non inueniamus. Manducatur Christus: viuit manducatus: quia surrexit [a] occisus, nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [b] sic fit, & norunt fideles, quemad modum [c] manducent carnem Christi: vnusquisque accipit partem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur: per partes manducatur, & manet integer totus: per partes mãducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo: manet integer totus in corde tuo.

supra ead. qui manducant.

1.q.3.Saluator. §. sed beatus.

Item Pascasius in libro de corpore † & sanguine Christi, c. 9.

† al. de sacramento altaris

¶ Quotidianum sacrificium non relteratio est passionis Christi, sed commemoratio. C. LXXI.

22 ITeratur [d] quotidie [e] hæc oblatio; licet Christus semel passus in carne per unam eamdemque mortis passionem semel saluauerit mundum: ex qua morte idem resurgens ad uitam, mors ei vltra non dominabitur: quia profecto sapientia Dei patris pro multis causis necessarium hoc prouidit. Primo quidem, quia quotidie peccamus, saltem in peccatis, sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest: quia licet omnia peccata donata sint in baptismo, infirmitas [f] tamen peccati adhuc in carne manet. Vnde psalmista α, [Benedic anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas.] Et ideo, quia quotidie labimur [g], quotidie [h] Christus pro nobis mystice immolatur [i]; & passio Christi in mysterio traditur, ut qui [k] semel moriendo mortem vicerat; quotidie recidiua [l] delictorum per hæc sacramenta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vnde oramus, dimitte nobis debita nostra: [quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] *Item infra eod. capite.* Iteratur [m] hoc mysterium ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait. [Hæc quotiescumque feceritis, in meam commemorationem facite, Quotiescunque ergo hunc panem sumitis, & bibitis hunc calicem, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.] Non vtique sic est accipiendum, donec mors Christi ueniat, quia iam ultra non moritur: sed donec ipse Dominus ad iudicium ueniat. Interdum † [n] autem semper mors Christi pro sæculi uita posteris nuntianda est, ut discant, qua charitate dilexit suos: qui pro eis mori dignatus est, cui omnes uices debemus rependere [o] charitatis: quia ad hoc nos prior dilexit, cum essemus [p] gehennæ filij, vt dilegeremus eum à morte iam liberati.

Raban⁹ de sac. Euch. c. 22. inf. c. proximo. Rom. 6.

Ps. 102.

Matt. 6. 1. Io. 1.

Lu. 22. 1. Cor. 11.

† interim.] vera lectio.

α ¶ Vnde psalmista.] *Hæc propheta verba, & nonnulla alia,*

a ¶ Quia surrexit.] Non est causale, sed probatio est à maiori: nam ex quo resurrexit, &c.
b ¶ Sacramento.] Supra ead. dist. qui manducant.
c ¶ Quemadmodum.] Quia in sacramento.

I ¶ Teratur.] Hæc est 22. pars distinct. in qua probatur, quòd iteratur hostia quotidie in altari in commemorationem: quia quotidie peccatur saltem venialiter: vt eius memoriam habeamus, & per hoc salui simus, vtpote quia ad preces sacerdotum aperitur cælum, & cælestia iunguntur imis. & hoc probat per 11. c. Ioan. de Fant.

CASVS. Cum Christus semel passus sit, & vna passione mundum redemit, quæritur quare sacramentum Eucharistiæ conficiatur quotidie: & respondetur, quod licet in baptismo peccata sint nobis dimissa, tamen sæpe peccamus saltem venialiter, remanente in nobis peccati fomite. & ideo hoc sacramentum iteratur, vt per ipsum peccata dimittantur, & vt mors eius semper à nobis habeatur in memoria.

Corp⁹ Christi quotidie sumimus.

d ¶ Iteratur.] Quotidie sumimus corpus Christi: quia quotidie egemus, vt remittantur nobis peccata licet enim per baptismum sublata sunt, tamen propter fomitẽ originalis peccati quotidie recidiuamus. Item alia ratione vt posteris nostris notificemus mortem Domini, & qualiter dilexerit nos.
e ¶ Quotidie.] Infra dist. 3. sabbato.
f ¶ Infirmitas.] Id est, origo peccati.
g ¶ Labimur.] Saltẽ venaliter. de pæn. di. 1. si enim.
h ¶ Quotidie.] Præterquam in die sancto veneris, & in sequenti sabbato infr. di. 3. sabbato.
i ¶ Immolatur.] Christi immolatio facta pro nobis in sacramẽto corporis & sanguinis eius repræsentatur.
k ¶ Vt qui.] Duæ causæ hic notantur huius sacramenti deletio venialium peccatorum, & memoria passionis Domini.
l ¶ Recidiua.] Id est recidiua delicta .i. redeuntia per

iterationem.
m ¶ Iteratur.] Ob commemorationem supra ea. dist. cap. cum omne.
n ¶ Interdũ.] .i. interim donec veniat Dñs ad iudiciũ.
o ¶ Rependere.] Vnde propheta. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi: calicem, &c. extra de test. cum in officijs.
p ¶ Cum essemus.] Id est, quãuis non dilexerit nos in eo

Christus qualiter nos dilexit.

eo quòd essemus gehennæ filij: dilexit tamen nos in eo quòd creatura. Vnde dicitur: nihil eorum odisti, quæ fecisti.

VTrum sub figura.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc c. Augu. ex verbis Christi probat q in sa- merito consecrantis, sed in verbo creatoris. Tertio exponit verba, quæ dicuntur in secreta Missæ. Quarto, dicit, quòd propter derisionem paganorum non sumimus in vera forma corp' Christi. Quinto, quòd in verbis Christi sacramenta conficiātur. reliqua enim sunt de solēnitate. supra. ead. panis.

que neque apud Paschasium, neque apud B. Thomam, qui in opusculo de sacramento altaris illum citat leguntur: habentur tamen in eodem libro edito Rabani nomine.

Pasch.) Raba) dispersè Algerus)

Item Augustinus.

¶Non solum sub figura, sed & in veritate, Dominici corporis & sanguinis sacramentum celebratur.

C. LXXII.

Ioan. 6. — †al. verum — †al. verbo — supra ead. iteratur. — 1. q. 1. intra catholicam. Sent. 4. dist. 13. Poly. l. 3. tit. 9. ex Paschasio.

VTrum sub figura [a], an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait: [Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.] Alioqui quomodo magnum † [a] erit: [Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,] nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorari [b] dentibus [c] fas non est, voluit Dominus hunc panem, & vinum in mysterio [d] vere carnem suam, & sanguinem suum consecratione spiritus sancti potentialiter creari [e], & quotidie pro mundi vita mystice immolari: vt sicut de Virgine per spiritū sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eūdē ex substātia panis, & vini mystice idē corpus [f] Christi consecretur. Corpus Christi & veritas, & figura est: veritas [g], dū corpus Christi [h], & sanguis virtute spiritus sancti in virtute † [i] ipsius ex panis & vini substantia efficitur: figura vero est id, quod exterius sentitur. Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, saltē peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et ideo quia quotidie labimur, Christus quoq; mystice pro nobis immolatur. Intra catholicam Ecclesiam in mysterio [k] corporis Christi nihil a bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito [l] consecrātis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christū pertineret. Nunc autē, sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc [m] suam efficit carnē, & transit [n] vinū in sanguinē. Vnde & sacerdos [o], [Iube [p] inquit [q]: hæc perferri [r] per manus Angeli tui

a ¶Magnum.] Scilicet miraculum.
b ¶Vorari.] sup. ead. di. ego Berengarius. contra. sed ibi hyperbolice locutus est, & veritatem excessit.
c ¶Dentibus.] Id est in figura, vel forma humana.
d ¶In mysterio.] Id est, sacramento.
e ¶Creari.] Id est, in veram carnem & sanguinem Christi transubstantiari.
f ¶Idem corpus.] Id est in sacramēto. sub quo latet corp' Christi.
g ¶Veritas.] Id est cū panis & vinum sacrificantur in corpus & sanguinem Domini, ibi est veritas, quæ corpus est & figura, quæ species est, & est res sacramenti figurans. sacramentum sanguinis, & sacramētū vnitatis, vt sup. ea. q a passus. vnde & alibi dicitur sacramētum sacramētorum, vt supra ea. tribus. in princ.
h ¶Corpus Christi.] Id est sub appellatione ista, corpus Christi species panis & vini, & verum corpus Christi continetur. supra ea. hoc est, circa finem.
i ¶In virtute.] su. ea. di. corpus & sanguis.
k ¶In mysterio.] Id est, sacramento conficiendo.

Veritas figura & res sacramenti sunt in altaris sacramēto.

in sacramento altaris est verum corpus & verus sanguis Christi essentialiter sub specie panis & vini, non autem per figuram tantum, vt dixit Bereng. Ostendit etiam, quòd virtute, & potentia diuina panis, & vinū transubstantiantur in corpus & sanguinem Christi: & fit hoc tam ministerio mali sacerdotis, quam boni. interserit etiam quare quotidie immolatur corpus Christi, exponit etiam quædam verba, quæ continentur in canone Missæ. tandem supponit in quibus verbis conficiatur hoc sacramentum. H. sic ponit hūc casum ego tamen hoc addo ad casum Hug. vbi dicit. sub specie panis & vini, & sup. ibi non in sua specie. quia horribile esset. & irriderēt nos pagani, si sanguinem occisi hominis biberem'. In fine casus Hu. supple, similiter alia q sacerdos dicit vel clerus canit, laudes sunt & oratiões. ¶Vtrum sub figura.] CASVS. Dicit primo, quòd Christum non voramus, sed enim in mysterio sumimus: est tamen vita, veritas, & figura. Secundo dicit q æque cō ficit malus vt bonus, quia consecratio non consistit in

l ¶In merito.] scilicet, vt transubstantiaretur.
m ¶Hanc.] substantiam panis & vini.
n ¶Et transit.] Id est, transire facit.
o ¶Sacerdos.] Id est, ad ostendendum, q non in merito sacerdotis, &c.
p ¶Iube.] Id est, fac.
q ¶Inquit.] Per cōsecrationē hoc continet in secreta.
r ¶Perferri.] Id est, transubstātiari. vel perferri, id est, sursum efferri, id est conuerti in sanctum altare tuū. corpus tuum super choros Angelorū exaltatū. Sed cōtra videtur, quod oratio hæc sit superflua, quia hæc dicitur post verba, quorū virtute cōficitur [a], corpus Christi: & ita de eo quod iam factū est superflua est oratio. Respō. scriptura nō attendit huiusmodi angustias temporis, sed sacerdos cū nō possit multa simul proferre, ita loquitur ac si tēpus staret, & essent adhuc facienda quæ in principio sermonis nodū erāt facta. simile nota. 35. dist. sexto, versus prin. & verba non ad tempus suæ prolationis, sed per conceptionem, vel per con-

Oratio quę post consecrationem dicitur, superflua nō est.

a Vt not. supra cap. panis.

sancti in sublime altare tuum in cõspectu diuinæ maiestatis tuæ.] Vt quid perferenda [a] in lucem [b] deposcit, nisi vt intelligatur, quòd ista fiant in eius sacerdotio [c]? Hanc igitur γ oblationem [d] benedictã, per quam nos benedicamur: adscriptam [e], per quam omnes in cælo adscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi esse censeamur: rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio simus. Nihil rationabilius, vt quia nos iam similitudinem [f] mortis eius in baptismo accepimus, similitudinem quoque carnis eius sumamus, & similitudine pretiosi sanguinis potemur: ita vt & veritas non desit in sacramento, & ridiculum nullum fiat paganis, quòd cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter [g] ferre nequiuerunt, quod Dominus dixit, [qui manducat meam carnem, &c.] Sed dixerunt: [durus est hic sermo,] quomodo ergo ferrent ista increduli? Credendum est, quòd in verbis [h] Christi sacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creantur prius, eius vtique verbo ad melius procreantur †. Reliqua omnia, quæ sacerdos dicit, aut clerus chori cantat, nihil aliud, quàm laudes [i], & gratiarum actiones sunt, aut certe obsecrationes [k], & fidelium petitiones. Vnde & sacerdos dicit prius Euangelistarum verba assumens: [qui pridie, quàm pateretur, &c.] Porro deinceps δ sunt uerba Dei, potestate, & omni efficientia plena: [Accipite, & manducate, hoc est corpus meum.] In hoc ergo creatur il lud corpus.

Io. 6.

† *recreantur.*

α ¶Vtrum sub figura] *Apud Paschasium ex cuius locis videtur confectum hoc caput, hæc habentur pro titulo quarti capitis.* Vtrum sub figura, an in veritate hoc mysterium vera caro, & verus sanguis Christi fiat *Caput autem sic incipit.* Quòd in veritate corpus & sanguis fiat consecratione mysterii, nemo, qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, &c. *Algerus autem, qui c. 16. hæc eadem fere habet, citat & ipse Augustinum ex libro de sacramento altaris, & hoc facit initium* Veritas ait, &c.

β ¶Transit.] *Paschasius, & Polycarpus ex Paschasio ad Placidũ habẽt,* transfundit sanguinem. *sed ob glossam non est mutatum.*

γ ¶Hanc igitur.] *Apud Paschasium & Rabanum (idem enim fere opus est huius atque illius nomine inscriptum) integra est oratio:* Sed obsecrans per filium patrem, per quem ad eum accessum habemus, Rogamus, hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur: adscriptam, per quam nos omnes in cęlo conscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi censeamur: rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilemque facere dignetur †: quatenus & nos per hoc, quod in nobis displicuimus, acceptabiles in eius vnico filio simus.

† *digneris*] Polyc.

δ ¶Porro deinceps] *Sunt hæc addita ex Paschasio, c. 15. vsq. ad vers.* In hoc ergo.] *vt sententia ipsa perciperetur.*

Item Gregorius Papa in homilia Paschali, id est 22. Euang.

¶In sanguine agni, Christi sanguis, qui vere nunc sumitur, olim præfigurabatur. C. LXXIII.

Lanfranc⁹ ibi. Guitmundus. l. 3. Alg. l. 1. c. 19. & 22.

QVid sit san-

---

templationem, loquentis sunt referenda, vt si dicam. man⁹ mea est clausa, &c. Vel intellige i. de spirituali corpore ecclesiæ, vt per hoc sacramentum associetur triumphanti ecclesiæ vnde sequitur in secreta, vt quotquot inde sumpserimus, cęlesti gratia repleamur.

a Iste forte est melior intellect⁹. Archi.

a ¶Perferenda.] Idest, transubstantianda.

b ¶In lucem.] idest, in lucidum corpus Christi.

c ¶In eius sacerdotio.] Id est, in eius mysterio vel sacramento, id est, in virtute spiritus sancti.

d ¶Oblationem.] ex postulat sacerdos fieri: vel supple vt in secretis, id est, facere digneris.

e ¶Adscriptam.] nõ enim Aug. his vtitur verbis ut suis, sed assumit ea de secretis, vt exponat. Ioan.

f ¶Similitudinem.] vt inf. dist. 4. de trina.

g ¶Patienter.] Collige contra quosdam, qui maiores doctores reprehẽdũt, cũ ad hoc in suæ nouitatis incredulitate teneant.

Doctores reprehendendi non sunt.

h ¶In verbis.] supra ea. quia corpus. supra ead. panis. & supra. c. non omnis.

i ¶Quam laudes.] supra. 11. dist. ecclesiasticarum. infra dist. 4. non est aliud.

k ¶Obsecrationes.] vt no. supra. dist. n. 1. de hymnis.

QVid sit sanguis.] CASVS. Ostendit Gre. in hoc c. q corp⁹ Christi ore & corde dẽt sumi. & hoc sacramentum in memoriam mortis Christi sæpe conficitur à sacerdote per miraculum in pręsentia angelorum, vt ibi sit verũ corpus Christi, quod in virgine sumpsit, quod dedit Apostolis, qd i plurib⁹ locis est totũ, & q. cũq; de ipso accipiunt non minuũt, sed integrũ totũ manet, quotidie comedit & bibitur: sed sub alia specie. quia non habemus in vsu carnẽ cru dam

dam comedere, & sanguinem bibere. [Sũma & ima.] ima, sc. panis & vinum, transire in summa, id est, corpus Christi, & vnum ex visibilibus fieri: quia visibilia, scilicet panis & vinum transeunt in corpus Christi, inuisibile nobis.

f ¶In populi salutem patitur.] Id est, passio repræsentatur, vt mors facta pro salute populi.
g ¶In manus infidelium.] Vt in passione.
h ¶Imitatur.] Id est, repræsentat.
i ¶In ipsa.] subaudi contingat.

a ¶Quid — *Exo. 12.* — *Sent. 4. dist. 11.* — *luo p. 2. c. 9.* — *Rom. 6.* — †*al. singularis* — †*partitur*] vera lectio. — †*summis ima* — Alcuinus de diuinis offic. pag. 86. & 87 — Remigius eps Antissiod. in canone missæ. — †*al. est.*

guis [a] agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtrumque postem [b] ponitur; quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. *Item dial libro 4. cap. 58.* ¶Hæc salutaris † victima [c] illam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat [d]: qui licet resurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur: tamen in semetipso immortaliter, & incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur [e]. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur [f] †, eius sanguis non iam in manus infidelium [g], sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur [h]. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa [i] immolationis hora ad sacerdotis vocem [k] cœlos [l] aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse [m]? summa † [n] & ima sociari, terrena cęlestibus iungi, vnumque [o] ex inuisibilibus [p] atque visibilibus fieri? *Idem.* ¶Vno *a*, inquit, eodemque tempore, ac momento [q] in cęlo rapitur ministerio Angelorum corpori Christi consociandum: & ante oculos sacerdotis in altari uidetur. *& infra.* ¶Tanta est ecclesiæ unitas in Christo, ut unus ubique sit panis [r] corporis Christi, & unus sit calix sanguinis eius. Calix [s] enim, quem sacerdos catholicus [t] sacrificat, non est alius, nisi ipse, quem Dominus Apostolis tradidit: quia sicut diuinitas [u] uerbi Dei una est, quæ totum implet mundum: ita, licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus, non sunt tamen multa corpora Christi; neque multi calices, sed unum corpus Christi, & unus sanguis cum illo, quod sumpsit in utero Virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim uerbi replet [x], illud, quod ubique est, & coniungit, & facit, ut sicut ipsa una est, ita coniungatur corpori Christi, & unum corpus eius sit in ueritate. Vnde animaduertendum est: quia siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrime sumunt, & generaliter omnes, & specialiter vnusquisque. *Item.* ¶Mysterium fidei dicitur † : quia credere debes, quod ibi salus nostra consistit. Prouidens enim nobis Dominus dedit hoc sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non po-

k ¶Ad sacerdotis vocẽ.] Id est, ad sermonem Christi voce sacerdotis enunciatum panis & vini substantia in carnem Christi sedentis ad dexteram patris in cœlis transubstantiari ministerio Angelorum: vnde subditur, summa, &c.
l ¶Cęlos.] Id est, per id quod verbo sacerdotis cõsecratur, aditum ad cęlestia fieri, vel panem vel vinũ in id quod super cœlos est, transire.
m ¶Angelorum choros adesse.] Scilicet hominibus consecrãtibus, vel digne, vel indigne.
n ¶Summa.] Id est, panem & vinum in corpus & sanguinem Christi transubstantiari.
o ¶Vnumque.] Scilicet sacrificium, scilicet celebrationem & immolationem altaris fieri.
p ¶Ex inuisibilib⁹.] Id est, ex ipsis sacramẽtis & rebus sacramentorum: hoc est quod exponendo subdit, vno inquit, id est, vno & eodem momẽto panis trãsit in corpus Christi ministerio Angelorum, & in altari vt per speciem: quasi quod est eius species, vt eo ipse, &c.
q ¶Momẽto.] Id est eo tẽpore quo Christus est in quolibet altari totus in cœlo est verus Deus & homo in præsentia Angelorum, facta commutatione in verum corpus & sanguinem.
r ¶Panis intraositiuè, id est vnum corpus Christi vbique est vbi est consecratum: & sic de sanguine.

Transubstantiatio fit ad vocẽ sacerdotis.

a ¶Quid sit sanguis.] Primo dicit quod corde & ore sumẽdu est corpus Christi, quia super vtrũque postem fuit positus sanguis. Secundo dicit, quòd ad vocem sacerdotis in ipsa hora immolationis aperiuntur cęli, & adest chorus Angelorum, & vniutur cęlestia terrenis. Tertio dicit, quod idem corpus & sanguis, qui datus fuit discipulis, conficitur in altari.
b ¶Postem.] Oris & cordis s.
c ¶Victima.] Id est, sacramentum victimæ salutaris.
d ¶Reparat.] i. ad memoriã reducit, vel repręsentat.
e ¶Moritur.] Id est, eius mors repræsentatur, vt sub ea. duin frangitur.

a Vnde subditur, quãdo. &c.

s ¶Calix.] Id est sanguis, qui in calice continetur.
t ¶Catholicus.] Hinc collige sacerdotem non catholicum corpus Domini conficere nõ posse 2 *. sup. ead. c. prox. & 24. q. 1. schisma.
ADDITIO. Et plane hoc leg. 2. q. 1. si quis inquit. ver. constat &c. seq. Arch.
u ¶Diuinitas.] verbi, quæ est verbum, id est, Christus, qui sub his speciebus latet: cum ipse est qui mirabilia facit in oculis nostris.
x ¶Replet.] Donis spiritualibus.

z Arg. contra 15. q. 1. cap. vlt. in fine.

**Nam Vere conficit si cætera requisita adsint, licet ad suã damnationem.*

test; per istud sacramentum corporis sui peccatorum remissionem consequamur. Quotidie enim ipse comeditur, & bibitur in veritate: sed integer, & viuus, atque immaculatus manet γ: & ideo magnum, & pauendum est mysterium: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum mysterium [a] sit, vnde corpus & sanguis dicitur? figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in vsu carnem crudam [b] comedere, & bibere sanguinem.

α ¶Moritur] *In originali est*, sacræ oblationis immolatur. *Sed ob glossam non est mutatum.*
β ¶Vno, inquit] *Hæc habentur apud Alcuinum in libro de diuinis officijs, c. de celebratione Missæ, qui Gregorium citat.*
γ ¶Manet] *Quæ post hoc verbum sequuntur apud Alcuinum, sic habent:* Mysterium est, quod aliud videtur, & aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Sed cum mysterium sit; vnde corpus & sanguis Christi dicitur? Consulens omnipotens Deus infirmitati nostræ, qui non habemus usum comedere carnem crudam, & sanguinem bibere; facit, ut in pristina remaneant forma illa duo munera: & est in ueritate corpus Christi, & sanguis, sicut ipse dicit.

Item Ambrosius. Ex lib. 4. de sacramentis. ca. 4 & 6.

¶Post cōsecrationem licet figura panis & vini remaneat; tamen nihil est ibi, nisi corpus & sanguis Christi. C. LXXIIII.

OMnia quęcunque [c] voluit Dominus, fecit in cęlo, & in terra.] Et quia voluit, licet figura panis & vini hic sit; omnino nihil aliud, quàm caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt. Vnde ipsa veritas ad discipulos: [Hæc, inquit, caro mea est, pro mundi vita.] Et, vt mirabilius loquar, nō alia plane, quàm quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulchro, hęc inquam, ipsa est. Et ideo Christi caro est, quæ pro mundi uita adhuc hodie offerrur, & cum digne percipitur, vitam † utique æternam in nobis operatur. Panem δ quidem istum, quem sumimus in mysterio, illum utique intelligo panem, qui manu sancti spiritus formatus est in utero Virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim Angelorum factus est cibus hominum: unde ipse ait: [Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi.] & item: [Panis, quē ego dabo, caro [d] mea est pro mundi [e] uita.] Ex his namq; duabus sententijs [f] aperte datur intelligi: quia panis [g] iste & ille, non duo, sed unus panis, & una caro proculdubio unum corpus efficitur: illud uere, illud sane, quod sumptum est de Virgine, quod passum est, & sepultum, quod surrexit, & in cœlum ascendit, & sedet ad dexteram Dei patris, & quod est uenturum iudicare uiuos & mortuos.

Paschasius in eodem l. c. 1. Rabanus. c. 3. Ps. 134.
Io. 9.
† al. vita aeterna in nobis reparatur. Sent. 4. dist. 11.
Petrus Chrysologus serm. 67.
Ps. 77.
Io 6.

δ ¶Panem quidem] *Hæc vsque ad finem, quæ à Magistro etiam referuntur, non leguntur hoc loco apud Paschasium, aut Rabanum. Sed simile quiddam habetur apud Petrum Chrysologum, sermone 67.*

Item Augustinus ex sermone de verbis Domini. Beda 1. cor. 10. & ibi gloss. or.

a ¶Sed cum mysterium.] Id est, quāuis sit mysterium vnum quod ibi latet, id est. Christus. vel quamuis panis & vinum sit vnius rei mysterium quod latet, id est, Christus: tamen corpus & sanguis dicitur propter pluralitatem specierum.
b ¶Crudam.] su. causa forte.

OMnia quæcunque.] CASVS. Ostēdit Amb. in hoc c. quòd post consecrationem sub specie panis vel vini nil aliud est nisi caro & sanguis Christi, & est illa caro quam de virgine pro salute mundi suscepit: & illud corpus sumimus in sacramento illo, quod natum est de Virgine. quod mortuum est, & resurrexit, & sedet ad dexteram Dei patris: & vnus panis est tantum, & non duo.
c ¶Omnia quæcunque.] In prima parte Ambrosius probat verum corpus & sanguinem latere sub illis speciebus in altari. In secunda ostēdit quod ille idem panis, qui ante consecrationem est cibus Angelorū, factus est cibus hominum. Tertio dicit, quòd idem corpus quod natum est de virgine, quod pependit in cruce, & positum est in sepulchro, sit in altari.
d ¶Caro.] Argumē. quod panis transubstantiatur in corpus Christi.
e ¶Pro mundi.] Assumpta.
f ¶Sententijs.] Id est auctoritatibus.
g ¶Panis.] Id est, caro Christi, quæ dicitur panis humanus.
Qui

Qui manducat.] CASVS. Quidã corpus Christi nolebant comedere timentes ne deficere possit. Dicit Aug. q̃ nõ debẽt hoc timere, q̃a Chrs viuit manducatus: q̃a & occisus resurrexit. nec partes fiunt de ipso in sacramẽto: sed sub eis sumit, integer tñ manet.

De hac.] Id est, sub specie, sub qua est in sacro. [Cõmemoratione,] Scilicet passionis & mortis eius, supra ca. quia passus, [Fit.] Id est, transubstantiat. [Obtulit.] In forma humana. [Secũdum se.] Secundũ sui forma vel speciem: vel in eo statu in quo apparebat, cum inter nos cõuersabatur visione corporali. Archid.

¶ Quamuis quotidie manducatur Christus, integer tamen permanet viuus. C. LXXV.

sup. ca. inuitat. Iuo p. 2. c. 8.

QVi manducat [a] me, viuit [b] propter me.] Non ergo fratres timeamus manducare panem istũ, ne forte finiamus illum [c], & postea, quod manducemus, non inueniamus. Manducetur Christus: uiuit manducatus, quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [d] sic fit. Et norunt fideles, quemadmodum [e] manducent carnem Christi. Vnusquisque accipit partem suam: vnde & ipsa gratia partes uocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo: manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando venit in Virginem: impleuit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem, ut eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, ut Angelos pasceret.

¶ *Hæc eadem fere habentur supra c. qui manducat, &c. inuitat.*

Origenes hom. 7. super Leuiticum. Isichius l. 2. c. 2. super Leuiticũ

Item Hieronymus in Leuiticum.

¶ Corpus & sanguinem Christi secundum se nulli edere licet. C. LXXVI.

DE hac quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa uero, quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet.

Item in sermone Dominicæ quintæ post Epiphaniam.

† al. Teophaniam.

¶ *Habetur in missali Ambrosiano in præfatione Dominicæ quintæ post Epiphaniam †, & in antiquis etiam præfationibus in præfatione eiusdem Dominicæ. Ex Ambrosio citant Algerus, & Iuo, quãuis Magister ex Hieronymo. Guitmundus ait esse ex præfatione, quæ per totum orbem latinum decantatur.*

¶ Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt. C. LXXVII.

Alger⁹ l. 1. c. 15. Guitmundus li. 1. col. 6. Sent. 4. dist. 12.

SInguli accipiunt Christum Dominum; & in singulis [f] portionibus totus est: nec per singulos † minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

† al. singulas

Item Hilarius.

¶ De eodem. C. LXXVIII.

Simile apud Eusebium Emissenum hom. 16. q̃ est quinta de Pascha, seu de corpore, & sanguine.

Guitm. ibi. Pascha. 17. Rabanus c. 43. Sẽt. 4. di. 11. & dist. 12. *Exo. 16.*

VBi pars est [g] corporis [h]; est & totum. Eadem ratio [i] est in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præcessit; de quo dicitur: [Qui plus collegerat, non habuit amplius [k]; neq; qui minus [l] parauerat, inuenit minus: sicut totus descendit in Virginem, & totus remansit apud patrem. Sequentia duo ca. plana sunt: [Secundum se,] Id est, secundum formam humanam.

f ¶ Singuli.] ¶ Singulis.] Quasi dicat sub qualibet portione speciei est tot⁹ per singulos homines. Archid.

VBi pars.] CASVS. Credebant quidã simplices sub maiori specie panis & vini plus esse de corpore Christi. hi in hoc c. reprehenduntur. nam totum corpus est vbi est aliqua eius pars: sicut de manna æqualiter habuerunt, qui inæqualiter collegerunt.

g ¶ Vbi pars est.] Dicunt quidam [1] q̃ quælibet pars hostiæ, licet ipsa integre consecretur, conuertitur tamen in totum corpus, non pars in partem, nam aliàs no uideo qualiter in fractione sumeretur totum corpus sub parte prima. sed secundum hoc videtur, q̃ ubi pars est, ibi est totum. & secundum hoc videtur q̃ pes & nasus sunt coniuncti. quod non credo. Ad hoc dicunt quidam, q̃ si hæc dictio, vbi, designat locum, vera est. nam in quocunq; loco est vna pars corporis Domini, est & alia: & ita erit in corpore glorificato. si vero dicas, q̃ vbi, id est, in quacunque corporis parte est pes, est & oculus: falsa est.

1 Vt L. & B. qui dicunt hoc audacter esse tenendum.

Pes & nasus an sint ĩ Eucharistia cõiuncti.

h ¶ Corporis.] Id est, sacramenti, sub quo latet corpus. Sed obijcio: corp⁹ Christi non est punctabile. s. n. est in puncto loci: ergo oportet vt repleat aliquantulum locum. assignetur ergo quantum, si tãtum locum replet corpus, ergo minorem locum pars corporis: propterea melius videtur dicendum, q̃ corpus Christi non circumscribitur loco, quia non est tantus locus, quin in minori esse possit. & secundum hoc non sequitur q̃ totum & pars sint in eodem loco. Ioan.

Corp⁹ Christi an circũscribat loco.

a ¶ Qui manducat.] Pone casum per c. supr. c. qui manducant.

b ¶ Viuit.] Supra ead. sicut Iudas.

c ¶ Finiamus illum.] Id est, consumamus.

d ¶ In sacramento.] Quia sacramentum per partes diuiditur, sed non ipsum corpus.

e ¶ Quemadmodum.] Quia in sacramento.

i ¶ Eadem ratio.] Non tamen quo ad omnia: sed quo ad hoc quod sequitur.

k ¶ Amplius.] Quàm gomor, id est, unam mensuram.

l ¶ Minus.] Qui recipiebat ab eo qui abundabat.

nus.] Non est omnino quantitas visibilis in hoc æstimanda [a] mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

Idem.

¶ Iuo etiam citat ex Hilario. & infra ea.c. in Christo. in extremo, refertur vna cum verbis Hilarij: apud quem tamen non est inuentum. Algerus citat Augustinum de sacramento altaris idem fere habetur apud Paschasium, c.4. & cæteros, qui hoc idem argumentum tractant.

¶ Corpus Christi, quod sumitur, & figura est in specie, & veritas in substantia. C. LXXIX.

CORpus Christi [b], quod sumitur de altari, figura est, dũ panis & vinum extra videtur; veritas [c] autem, dũ corpus & sanguis Christi in ueritate interius creditur.

Item ex symbolo Ephesino [d].

¶ Carnem viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam in altari accipimus. C. LXXX.

NEcessario igitur & hoc adijcimus. Anũciãtes enim secundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cœlos ascensionem pariter confitentes, incruentam [e] celebramus in ecclesijs sacrificij seruitutem [f]. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti; non vt communem [g] carnem percipientes (quod absit) nec, ut viri sanctificati, & verbo [h] cõiuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed vere uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam factam.

¶ Caput hoc in nimias angustias conclusum suæ integritati restitutum est potissimum ex originali.

Item Augustinus tract. 26. ad c. 6. Ioannis.

¶ Quomodo manna, & aqua de petra fuit idem cum nostro cibo, & potu. C. LXXXI.

INquit Apostolus: [Omnes [i] eandem escam spiritalem manducauerunt.] spiritalem utique eandem: nam corporalem aliam: quia illi manna, nos aliud. Et adiungit: [& omnes eundem potum spiritalem biberunt.] Aliud illi, aliud nos: sed specie uisibili. Quod tamen idem [k] est uirtute spiritali [l].

¶ Plenius hæc res à B. Augustino exponitur. Sed Iuo habet fere vt Gratianus.

Item Hilarius de Trinitate, libro octauo.

inf. ea. in Chr̃o

Paschasius. c.4. Raba. c.12. Alge. l.1. c.4. Iuo p.a. c.7

Ex epistola Cyrilli, & synodi Alexãdrina ad Nestoriũ, quæ præponit̃ Ephesino conc.

Paschasius in epistola ad Furdegardum. Lanfrancus. Guitmũd. l.3. Alger. l.1 c.10. Iuo p.2. c.4.

Iuo p.a. c.4. 1. *Cor.* 10. Beda. l. Cor. 10.

Membra in sancta Eucharistia non sunt mista.

Sacrificiũ Deo offerimus nõ in forma carnis neque sanguinis.

Hic textũ respicit quẽ ordinare melius intelligatur.

Aqua de petra fuit signũ sanguinis Christi.

a ¶ Aestimanda.] Non est sic quantitas æstimanda, vt sub minori quantitate minus sit corpus Christi, & sub maiori maius: quia vbicunque est pars, siue dicas partem speciei, totum corpus est: siue pars corporis Christi, id est pes vel manus, totum corpus est: non tñ dicendum est quod omnia membra mista sunt: & vbi caput, ibi misti pes vel manus: sed vbi pars, ibi totum, quia non maiorẽ locum occupat totum, quàm pars, & econuerso, cũ sit quasi spirituale, quod est de omni corpore, quod resurrexit ad immortalitatem. H.

COrpus Christi.] CASVS. Dicitur quod corpus Christi quod sumitur de altari, latet sub figura. nam aliud exterius videtur, & aliud intrinsecus latet.

b ¶ Corpus Christi, &c.] i. sacrificiũ corporis Christi: aliàs falsum est quod dicit.

c ¶ Veritas.] inf. ead. in Christo in fi. & su. ead. dist. verum.

d ¶ Symbolo Ephesino.] Tertio, scilicet vbi Nestorius damnatus fuit, vt 15. dist. c. 1. 2. & 3.

NEcessario.] CASVS. Nestorius dicebat Verbum Dei assumpsisse quendam hominem, & sanctificasse illũ, & vniuisse sibi illũ in vnitate dignitatis, & illum hominẽ altam esse personã à verbo Dñi, & non esse verbum Domini. Contra eum in Ephesina synodo, dicitur à sanctis patribus quod carnem Christi sumimus in sacramẽto, non vt alicuius viri sanctificati, sed propriam carnem verbi Dei. [Seruitutem id est, sacrificiũ, in quo seruimus Deo.

e ¶ Incruentam.] Id est, non in specie cruoris.

f ¶ Sacrificij seruitutem.] Id est, sacrificiũ in quo Deo seruimus. q.d. licet non seruientes Deo offeramus ei sacrificium non in forma carnis, neque sanguinis in altari: tamen est ibi vera caro & sanguis Christi.

g ¶ Non vt communem.] Id est, quasi in cõmuni vsu habetur ad manducandum, nec percipiens carnem alicuius viri sanctificati, id est, sancti.

h ¶ Et verbo.] Non per vnionem personæ, vt dicebant quidam hæretici; sed secundum charitatis dignitatem & iustitia. 24. q. 3. quidam, ver. Nestoriani.

INquit Apostolus.] CASVS. Docet Apostolus in epistola ad Cor. quod patres nostri eandẽ escã spiritualem manducauerunt nobiscum, & eundem potum spiritualem biberunt, sed corporalem aliam. nam illi manna & aquam de petra, nos carnem Christi & sanguinẽ; sed eundem habuerunt intellectum spiritualem, & littera Apostoli exponitur hic ab Aug.

i ¶ Omnes.] Tam nos quàm patres vete. testa. sed dissimiliter: quia illi in figura, nos in veritate.

k ¶ Quod tamẽ idem.] Id est, significat idẽ hoc quod illud. illi enim biberunt aquam de petra, quæ fuit signum sanguinis Christi.

l ¶ Spiritali.] i. secundũ spiritualẽ intellectũ idem mãducauerunt illi spiritualiter quod nos. non quod sub manna

na lateret corpus Christi, vt nunc in speciebus sacramentalibus, sed quia manna illud significabat.

a IN Christo pater.] Hæc est 23. pars dist. in qua extirpatur hæreticorum error dicetiũ filiũ nõ esse per essentiam vnum, cũ patre, sed collectiue, nec nos esse vnum bis, vt ostendatur Christum esse in patre secundũ vnitatem substantiæ, nos vero sumus vnũ cũ Christo per humanã carnẽ, quam assumpsit, & ipse in nobis vnũ est per propriam carnem, quam in sacro eius sumimus. hanc solam Hilarius obscuris verbis ponit: & vt Hier. inclytus doctor Gallicano cothurno[x] tollitur, longisq; periodis inuoluitur, & à locutione simplicium fratrum procul est.

¶ Quòd veritatem Dominici corporis, & sanguinis sumimus. C. LXXXII.

Alger⁹. l. c. 1. 3. Guitmũd⁹. l. 3. Iuo par. 2. c. 4.

23 IN Christo pater [a], & Christus in nobis vnum [b] in his esse [c] nos faciunt. Si uere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & vere homo [d] ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosque uere sub mysterio carnem corporis eius sumimus, & per hoc vnum erimus [e], quia pater in eo est, & ille in nobis; quomodo voluntatis unitas asseritur [f], cum naturalis [g] per sacramentum [h] proprietas perfectæ [i] sacramentum sit vnitatis? Non est humano [k], aut sæculi sensu in Dei rebus loquendum: neque per uiolentam † [l], atque impudentem [m] prædicationem, dictorum cælestium sanitati [n], alienæ, atque impiæ intelligentiæ peruersitas est extorquenda [o]. Quæ scripta sunt, legamus; & quæ legerimus, intelligamus: & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali [p] enim in nobis Christi ueritate, quæ dicimus, nisi ab eo discimus †, stulte, atq; impie dicimus. Ipse enim ait: [Caro mea vere esca est, & sanguis meus vere est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinẽ meũ, in me manet; & ego in eo.] De veritate carnis, & sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra uere caro est, & uere sanguis est: & hæc accepta [q],

† al. violẽtiam

† al. dicimus

Io. 6.

b ¶Vnum.] Cum .n. pater & Christus vnũ sint, i. einsdẽ substantiæ & naturæ vnitate, & nos vnum cum Christo per eius carnem quã accipimus, & ipse nobiscũ vnum sit per carnẽ nostram, quam assumpsit, patet q mediante Christo vnum sumus cum patre.

c ¶In his esse.] Id est cũ patre & filio, per hoc .s. quòd pater est in Christo, &c.

d ¶Homo.] Extra de hæret. cum Christus.

e ¶Erimus.] Id est, sumus. nam quandoq; se habet ad præsens, vt 21. dist. in nouo. & ff. de verb. sig. verbũ. aliquãdo præteritum pro futuro, vt 50. dist. ponderet. aliquando ponitur præsens pro præterito. 35. dist. sexto die: & hoc verbum fit, quandoque se habet ad futurum. ff. ne qd in loco pub. l. 2. §. deinde. econuerso autem ponit præsens pro futuro infra dist. prox. peruenit. ibi dicit vult, id est, volet.

ADDITIO. Quod no. infr. dist. 4 of tpe. 32. q. 5. si Paulus. in gl. verba sunt. 54. dist. fraternitatẽ. iuxta fi. Arch.

x Dicit H. q cothurn⁹ gen⁹ est calciamenti, quo vtebantur tragœdi recitaturi i theatro, & est huiusmodi calceamẽtum, vt vtriq; pedi cõueniat & factũ in modũ crepidarum.

Tempus vnum pro altero sæpe ponitur.

vnum cum Christo nisi sola voluntate Ioan. de Fant.

CASVS. Beneuentinus sic ponit hunc casum: Arriani dicebant tres esse substantias in trinitate: & illud qđ dixit Christus in Euangelio, Ego & pater vnum sumus: de vnitate voluntatis, intelligendum esse dicebant: & exemplum inducebant. Homines dicuntur vnum esse in Christo, vnitate tamen voluntatis, quia nõ volunt contraria Deo: ita Christus dicitur unus cum patre sua uoluntate, quia eadem vult cum eo. Contra illos probat Hilarius primum falsum esse eorum simile. Homines .n. dicuntur vnum esse cum Christo non tantum uoluntate, sed quia sumus Deo vniti naturaliter, & hoc dupliciter, quia nostram carnem assumpsit de Virgine factus verus homo, & nos naturalẽ & propriam eius carnem sumimus in sacramento. Secundo ostendit, q alio modo dicimur, nos esse vnũ cum Christo, & alio modo Christus vnum cum patre: & propter hanc diuersitatem ostendendam dixit Apostolus gradatim, & quodã ordine, ego sum in patre meo: & vos in me, & ego in vobis, vt ostenderet Christum esse in patre per naturam deitatis, & vnitatem substãtiæ, nos vero esse in Christo per humanam naturam, quam ipse assumpsit, & ipse in nobis per propriam carnẽ eius, quam in sacramento sumimus. Ponitur etiam iste casus in apparatu, sed magis breuiter.

a ¶In Christo pater.] Arriani dicebant tres esse substãtia in Trinitate: & illud quod dr in Euangelio, Ego & pater vnũ sumus, dicebant non intelligendum esse de vnitate essentiæ: sed de vnione voluntatis, quasi filius non uelit contraria patri: sicut dicitur, Nos sumus vnũ cum Christo, s. vnitate voluntatis. contra istos loquitur hic Hilarius, & dicit similitudinem istorum falsam esse: & dicit, q alio modo dicimur nos vnum cum Christo, & alio modo ipse Christus est vnũ cum patre. & illam diuersitatẽ ostendit per hunc ordinem verborũ, cũ dixit, Ego sum in patre meo, vos in me, & ego in vo-

f ¶Asseritur.] Ab ipsis hæreticis Arrio, & eius sequacibus, qui tres substantias in Trinitate asserunt, vt 24. q. 3. quidam ver. Arriani.

g ¶Naturalis.] Id est, naturalis & propria caro Christi sumpta.

h ¶Per sacramentum.] Per sanguinem, quem in sacramento sumimus, si, &c.

i ¶Perfectæ.] Perfectæ dicit, quia ante vnitas naturæ etiam erat inter nos & Christum per assumptum nostram carnem, sed non erat perfecta, nam per illã nos sumus vniti ei, sed non ipse nobis. & sic per sacramentum altaris perfecta vnitas est inter nos & eum.

Vnitas perfecta e in ter nos & Christum.

k ¶Humano.] Quasi dicat auctoritate Domini volo probare quod intendo, non meo ingenio, q illud sequitur cursum naturæ.

l ¶Per violentam.] Id est, per hanc tantam præuaricationem, quæ recte violenta dicitur.

m ¶Impudentem.] Id est, circumspectam & improuidam locutionem Arrianorum, qui male interpretãtur illud, vt in nobis unum sint sicut tu pater in me.

n ¶Sanitati.] Id est, sanitate. Vel legatur acquisitiue, scilicet peruerse sana.

o ¶Extorquenda.] Hoc vult dicere, diuersitas vel peruersitas interpretationis non extorquenda est à sanctitate dictorum cælestium, id est, à sanctis dictis cælestibus.

p ¶De naturali.] Id est, quod dicimus Christi naturã in nobis esse, habemus ab eo.

x Scilicet in vtero virginali. Hug.

q ¶Accepta.] A Christo a.

a ¶Hau-

Christus est in nobis, & nos sumus in Christo.

a ¶Hausta.] Id est, à nobis sumpta. sed utrumq; uerũ est. si n. ipse in nobis est per carnẽ assumptã à se, eodẽ modo & nos in eo. Itẽ si nos sumus in eo per carnem cõsecratam, similiter & ipse est in nobis. vnde dr̃, quia ego viuo, s. naturaliter: quia eiusdem substantiæ cũ patre est, & non in eo tanquam vas vel liquor in uase, vt mentiuntur quidam hæretici, vt 24. q. vlt. quidam. ver. Metangi.

k ¶In eo.] Scilicet filio.

l ¶Non enim.] Hic volt dicere, ꝙ malus non fiat unũ cum Deo per assumptionẽ corporis Christi, licet eius, id est, mali Christus habeat in se carnem assumptam.

m ¶Sumpserit.] Per incarnationem in Virgine.

n ¶Per

atque hausta [a] id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. An ne hoc veritas non est? Contingat plane his uerum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo; dum secundum hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quòd autem in eo per sacramentum communicatę carnis, & sanguinis simus; ipse testatur dicens: [Et *Io. 14.*
hic mundus iam me non videt: vos autem me videbitis, quoniam ego viuo, & vos viuetis: quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in uobis.] Si voluntatis tantum vnitatem intelligi vellet; cur gradum [b] quendam, atque ordinem consumandę vnitatis exposuit? nisi, vt cum ille in patre per naturam [c] diuinitatis esset, nos contra [d] in eo [e] per corporalem eius natiuitatem [f], & ille rursus in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur: ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur: cum nobis in se manentibus ipse maneret in patre, & in patre manens, ipse maneret in nobis: & ita ad vnitatem patris proficeremus, cum eo qui [g] naturaliter [h] secundum natiuitatem [i] inest, nos quoque in eo [k] naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quòd autem in nobis naturalis hęc vnitas sit, ipse ita testatus est: [Qui edit carnem meam, & bibit meum san- *Io. 6.*
guinem, in me manet, & ego in eo.] Non enim [l] quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit [m]. Perfectę autem huius unitatis sacramentum superius iam docuerat dicens: [Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo *Io. 6.*
per † patrem; & qui manducauerit meam carnem, & ipse *† al. propter*
viuet per me [n].] Viuit ergo per patrem: & quomodo per patrem [o] viuit, eodem modo nos per carnem eius uiuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentię formam pręsumitur; vt id, de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur. Hæc ergo uitę nostrę causa est, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus, victuris nobis per eum ea conditione, qua viuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum uiuimus, id est, naturam suę carnis adepti, quomodo [p] non naturaliter secundum spiritum in se [q] patrem habeat, cum viuat ipse per patrem? *Item infra.*
¶Hæc [r] autem idcirco commemorata à nobis sunt: quia

b ¶Cur gradũ.] Gradatim & ordinate dixit, ego in patre & vos in me, & ego in uobis. si enim voluntate tantum in unum esse[m]us, nõ oporteret dixisse, nisi quia ego & pater & uos unum sumus, scilicet per uoluntatem: non fecisset gradum dicẽdo sigillatim vnumquemque ordo enim & distinctio nominũ multum operatur. 1. & est ss. ff. si quis cau. sed & si. §. quæsitum 43. distinct. sit rector. extra de rescr. cum dilecta. nam & si seruus cõis distinctis nominibus dominorum stipuletur pro uirilibus portionibus eis acquiritur. si tacitis nominibus, pro ea tantũ parte, qua quisque dominus est. ff. de stip. ser. si communis seruus ita stipuletur.

Ordo nominum multũ operatur.
1 Quod no. 63. dist. metropolitano. Arch.

c ¶Per naturam.] Sicut .n. ipse est vnum cum patre natura diuinitatis, ita vnum est nobiscum humanitatis natura.

Christus est nobiscũ unum.

d ¶Nos contra.] Id est, econuerso.

e ¶In eo.] Scilicet filio inessemus.

f ¶Natiuitatem.] Et ita quoq; ipsa in nobis, sed cõsummatius & plenius per id qđ sequitur. Et sic innuitur hic Christum esse in nobis per carnem in sacramento communicatam, & nos in eo per carnem Virginis assumptam. Sed innuitur contrarium ibi, cum eo qui. vbi dicitur ꝙ est in nobis per carnem. ibi, quod autem: quòd nos sumus in eo per sacramentum altaris communicati: sed vtrumque potest esse uerum, cum hic intit eadem caro supra ea omnia.

g ¶Qui.] Scilicet filius per naturam assumptã à Christo in Virgine, vel à nobis in sacramento.

h ¶Naturaliter.] Per naturã diuinã intell. sic. n. intelligi debet, pater est in filio, & filius in patre, id est, iste est eiusdem naturæ vel substantię cũ illo, & ecõuerso.

Pater est in filio, &c. quilibet intelligitur.

i ¶Secundum natiuitatem.] Id est, de patre nascẽdo, vel secundum natiuitatem, id est, diuinitatem, quæ est natiuitas.

n ¶Per me.] Hoc est ex patre habet uiuere, qui ex eo natiuitatem habet: homo uero non habet natiuitatem à Christo, sed ab homine, à quo gignitur & nascitur. & ideo non est ibi omnimoda similitudo.

Homo non habet natiuitatem à Christo.

o ¶Per patrem.] Id est, à patre secũdum diuinitatem.

p ¶Quomodo non naturaliter.] Id est, sicut Christus est unum cum patre.

q ¶In se.] Id est, secundum naturam diuinam, quæ spiritus est, q. d. quoniam non habet naturam cum patre, vt sit idem cum eo: & sic uere Dei filius est unum & idem cum patre vnitate substantiæ, non uoluntatis, &c.

r ¶Hæc autem.] Scilicet superiora, aliàs supradicta.

a ¶Et

a ¶Et per honorē.]Id est, honorabile, sacramentū nobis datum à Christo in cœna.
b IN calicē.]Hæc est 24. pars dist. in qua ratio redditur quare aqua mittitur in vinum. Io. de Fan.
CASVS. Casus iste ponitur sic: Melchisedech corpus Chri-

voluntatis tantum inter patrem, & filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ ad Deum vtebatur exemplo, tanquam nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantum, ac voluntate religionis vnitis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur: cum & per honorem [a] nobis datum Dei filij, & permanentem in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corporaliter, & inseparabiliter vnitis mysterium veræ, ac naturalis vnitatis sit prædicandum. *Idem.* β ¶Corpus Christi, quod sumitur de altari, figura est, dum pauis & vinum extra videtur: veritas autem, dum corpus & sanguis Christi in veritate interius creditur.

sup. c. corpus.

α ¶Quæ scripta] *Addita hæc sunt vsque ad Ver.* De naturali. *ex ipso originali, itemque alia nonnulla, quæ facere videbantur ad sententiæ integritatem.*

β ¶Idem.] *Antea legebatur*, id est, *Emendatum est ex Vetustis codicibus. De hoc autem loco notatum est supra ead. c. corpus.*

Item Ambrosius in libro quinto de sacramentis, c. 2.

¶Quare in sacrificio aqua vino misceatur.
C. LXXXIII.

24 IN calicem [b] mittitur vinum: & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis, quomodo ergo Melchisedech panem, & uinum [c] obtulit [d]? Quid sibi uult admistio aquę? Rationem accipe. *& paucis interiectis.* ¶Iussit Deus Moysi, ut tangeret petram de uirga: tetigit petram, & petra undam maximam fudit, sicut Apostolus ait, [bibebant autem de consequenti [e] eos petra: petra autem erat Christus.] Non immobilis petra, quæ populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est, propheta [f]: uirga [g], hoc est uerbum Dei. Sacerdos uerbo Dei tangit petram [h]: & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit [i] in vitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est. Didicisti ergo hoc. Accipe [k] & aliud. *& paucis interiectis.* ¶De latere eius aqua fluxit, & sanguis. Quare aqua? quare sanguis? Aqua, ut emūdaret [l]; sanguis, ut redimeret. Quare de latere? quia vnde culpa [m], inde gratia: culpa per fęminam, gratia per Dominum Iesum Christum. *Item c. 3.* ¶Audi psalmum. Vide, quemadmodum aptus sit cœlestibus

Gen. 14.
1. Cor. 10.
Io. 19.
Gen. 2.
Psal 22.

sti præfigurauit quū panē & vinum obtulit, sed aquam obtulisse non legitur. & ideo quæritur quare in sacrificio aqua ponitur. Et respondet Ambrosius duas de hoc rationes assignans. Vna est, quia aqua de petra fluxit, quæ hoc sacramentum significauit. alia est quia de latere Christi aqua fluxit & sanguis. & assignat rationem quare de latere. Postea ponit multas auctoritates ꝑ quas corpus Christi multipliciter cōmēdat. Diuidit in prima parte dicit quare aquā in sacrificijs offeram°. In scḋa cōmēdat sacrificiū multiplici auctoritate.

c ¶Et vinū.]expressum antē nō est ꝙ obtulerit aquā. ꝑsumimus tñ ꝙ & si non aquam vino miscuisset, vinū tñ lymphatū obtulit: quia prohibitū erat sacerdotibus in tēplo ne purū vinū hiberēt. vnde Apostolus. Nolite inebriari vino, &c. similiter de Christo credendū est [r], quia magister est abstinentiæ. 1. q. 2. quàm pio.

d ¶Obtulit.] Ideo forte quia fatigatis non purum vinum, sed cum aqua mistū solemus offerre.

e ¶De cōsequenti.] Id est, satisfacieēti eis petra. Vel sicut tradūt Hebræi, aqua de petra, quam Moyses bis percussit, saliens vsquequaque populum per desertū ambulantem secuta est: & de petra, quę est Christus, salit aqua æternæ vitæ: quam potamus in deserto huius vitæ ambulantes, quia descritur à stabilitate huius mūdi. infra. distinct. 5 ne tales. ibi, non enim manere.

f ¶Propheta.]Id est, sacerdos. 43. dist. sit rector.

g ¶Virga.] Virga in manu sacerdotis est verbū Dei in ore sacerdotis. aliter exponitur 45. dist. disciplina.

h ¶Tangit petram.] Id est, prædicat Christum, Vel tangit petram, id est, duritiam cordis.

i ¶Salit.]Id est, facit nos salire, id est, transire.

k ¶Accipe.]Alia ratio quare aqua misceatur in sacrificio.

ADDITIO. Sunt quattuor rōnes, quare aqua misceatur vino. Prima, quia fluxit aqua de petra in signum Passionis Christi sup. ead. revera. Et est secūda ratio, quia exijt de latere Christi. supra. ead. c. 1. Tertia quia Christus hoc fecit. sup. ea. scriptura. Quarta quia populus per aquam significatur, & peremissionē aquæ cum vino populo redemptio. su. ead. cum omne. secundum Hug.

l ¶Vt emundaret.]Infra dist. 4. proprie. in fi.

m ¶Quia vnde culpa.] q.d. de latere culpa, & de latere gratia: sed non de eodem latere. verbi gratia: de latere Adę fuit fęmina, vnde culpa exiuit: de latere vero Christi sanguis & aqua, vnde gratia.

Melchisedech vinū lymphatū obtulit.

[r] Hoc expresšū. sup. ea. in sacramento.

Aqua de petra populum per desertum secuta est.

Culpa de latere, & gratia de latere.

a ¶Hæc

sacramẽtis: [Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, &c. *Psal. 22.*
Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.] Virga imperium, baculus passio est, hoc est, æterna diuinitas Christi; sed etiam passio corporalis. Illa creauit, hæc redemit:[a] [Parasti in conspectu meo mensam[b], &c & poculum tuum inebrians[c] quàm præclarum est] *& infra.* ¶Quotiescumque bibis, remissionem accipis peccatorũ, & inebriaris in spiritu. Vnde & Apostolus ait: [Nolite inebriari vino, sed implemini spiritu sancto.] *Eph. 5.* Vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat. Spiritu qui inebriatur, radicatus in Christo est. Et ideo præclara ebrietas, quę sobrietatem mentis operatur. *Item c. 4.* ¶[Fiat voluntas tua, sicut in cęlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie &c.] *Multis omissis.* Sanguine Christi pacificata sunt omnia[d] vel in cęlo[e], vel in terra. Sanctificatum est cælum[f]: deiectus est diabolus, vbi † versatur homo, quem ille decepit. *†ibi versatur, vbi & homo] orig.* *& paulo post* ¶Dixi vobis, quòd ante verba Christi, quod offertur, panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quę postea sequitur, ait, [Panem nostrum?] Panem quidem dixit, sed ἐπιούσιον dixit, hoc est, supersubstantialem[g].

¶Caput hoc ex indicatis B. Ambros. locis confectum, & in summam redactum, ex originali emendatum est, & aliquot locis locupletatum

Idem in libro sexto de sacramentis, cap. primo.

¶Veram Christi carnem, & verũ Christi sanguinem manducamus, & bibimus. C. LXXXIIII.

25 SIcut verus est Dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius[h] ex substantia patris: ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus, & verus eius sanguis est potus[a]. *Alg. l. 1. c. 11. Gutmũd' l. 3.* *Item paulo post.* ¶Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cęlo descendi.] *Io. 6.* Sed caro non descendit e cęlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex Virgine. Quomodo ergo descendit panis e cęlo, & panis viuus? quia idem dominus noster Iesus Christus consors est & diuinitatis, & corporis. Et tu, quia accipis[i] panem, diuinæ eius substantię in illo participaris † alimento. *†al. participas*

a ¶Est potus.] *Post hæc verba in originali sequitur, c. forte. supra ead.*

Item in libro de his, qui mysterijs initiantur, c. 9.

¶In sacrificio non corporalem, sed spiritualem escam accipimus. C. LXXXV.

IN illo sacramẽto[k] Christus est, quia corpus est Christi. *Alg. l. 1. c. 11.*

a ¶Hæc redemit.] Scilicet passio, & fides eius.
b ¶Mensam.] Id est, communionem corporis tui.
c ¶Inebrians.] Id est, dans obliuionem delectationũ, vt supra dist. 15. luxuriosa.
d ¶Pacificata sunt omnia.] In terra redempti sunt homines. princeps enim mundi huius eiectus est foras. in cælis chorus Angelorum, qui iam turbatus fuerat, per passionem eius & resurrectionem spe futuræ reparationis i noua gaudia resurrexit, vt sup. ea. dist. 1. hi duo. nec (vt Origenes dogmatizauit) pro redẽptione diaboli passus est Christus: nec pro Angelis, sed vt eius lapsus in restitutione hominis esset reparatus. & ideo dicitur pro Angelis fieri dum quod inde cecidit, ex hominibus redditur: & ideo etiam dicuntur pacificata q̃ sunt in cælo, quia numerum Angelorum diminutum fide passionis suæ Christus replet id est, homines, qui peccato deprauati erant. suo sanguine redemit, & ex his ruinam Angelorum resarcit Deus supr. dist. 1. hi duo.

Christ' pro dęmonibus & Angelis non est passus.

e ¶Vel in cælo.] Vel, pro &. i. animę sanctorum, quæ iam in cælis sunt, & sancti, qui adhuc sunt in terra: tunc pacificata, i. saluata. Vel pacificata, i. homines Angelis reconciliati sunt.
f ¶Cælum.] Id est, illi qui ascendunt in cęlum, sanctificati sunt: quibus suppletur ruina Angelorum in cælis. Ioan.
g ¶Supersubstantialem.] Et in textu Matthæi est, supersubstantialem, id est, super omnem substantiam, scilicet creatam.

SIcut ver' est Dei.] Hęc est 25. pars dis. in qua probatur per 9. cap. Christum verum esse Deum, & in sacramento altaris verum corpus & sanguinem eius Ioan. de Fant.

CASVS. Sicut Christus est verus filius Dei, non per adoptionem, sed ex substantia eius: ita vera est eius caro, quam in sacramento sumimus. caro autem non descendit de cælo, sed panis. vnde quia Iesus particeps fuit vtriusque: qui accipit carnem & corpus eius, particeps est deitatis ipsius.

h ¶Quasi filius.] Expressiuũ est veritatis non. n. imaginẽ naturæ veritas obumbratur. ff. de lib. & posth. filio.
i ¶Et tu quia accipis.] Id est, corpus Christi accipis diuinæ substantiæ vnitum.

IN illo sacramento.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̃ in sacramento Eucharistiæ est corpus Christi, & non corporalis esca, sed spiritualis. & ad hoc probãdum inducit Ambrosius auctoritatem Apostoli.
k ¶In illo sacro.] Id est, sub illa visibili specie. vel intransitiue illud sacrũ. s. sub illa specie. Vel illa species etiam suo modo di corpus Chr. vt supra ea. species.

a ¶Cor-

† De hoc no. sup. ca. tribus.

Corpus Christi dupliciter dicitur.

1.*Cor*.10. Non ergo corporalis [a] esca, sed spiritalis est. Vnde & Apostolus de typo eius ait, quia patres nostri escam spiritalem manducauerunt, & potum spiritalem biberunt. Corpus enim Dei, corpus est spiritale [b]: corpus Christi, corpus est diuini spiritus [c].

Item in sermone de Abel, & Cain, id est, in libro de incarnationis Dominicæ sacramento, c.4.

¶Carnem à Christo susceptam, & corpus transfiguratum in altari offerimus. C. LXXXVI.

† *al. diuinitatis* — † *al. trāsfiguratum corpus in altari,*

SI credas à Christo carnem esse susceptam, & offeras transfigurandum † corpus in altaribus, nec distinguas tamen naturam uerbi †, & corporis; & tibi dicitur, si recte offeras, non recte [d] autem diuidas; peccasti.

Genes.4. secundum lxx.

Item Hieronymus ad Hedibiam, quæst.2.

¶In cęna Christus fuit conuiua & conuiuium.

C. LXXXVII.

Alg.l.1.c.12. Iuo p.2.c.5. *Io.6.*

NEc Moyses dedit nobis panem uerum, sed Dominus Iesus ipse conuiua [e] & conuiuium [f], ipse comedens & qui comeditur [g].

Item Hieronymus super Matthæum, lib.4. ad c.26.

[illegible]

¶In ueritate sui corporis & sanguinis Christus suis discipulis præsentauit, quod Melchisedech sacramentaliter obtulit. C. LXXXVIII.

Matth.26 Paschasius in eundem Matthæi locum.

ACcipite, & comedite, Hoc est corpus meum.] Postquam typicum Pascha fuerat completum, & agni carnes cum Apostolis comederat; assumit panem, qui confortat cor hominis: & ad uerum Paschæ transgreditur sacramentum: ut quomodo in præfiguratione eius Melchisedech summi Dei sacerdos panem & uinum offerens fecerat; ipse quoque in † ueritate sui corporis & sanguinis repræsentaret.

Psal.103.

† *al. ueritatē sui.*

Idem in libro de membris Domini, al. de his, quæ Deo in scripturis attribuuntur.

¶Christus idem est sacerdos & sacrificium.

C. LXXXIX.

SAcerdos Dei patris dictus est filius Dei, non secundū diuinitatem, sed secundum humanitatem: in qua se pro nobis per passionem & mortem suam acceptabile sacrificium Deo patri obtulit, ut ipse esset sacerdos qui & sacrificium [h].

Item Augustinus lib.50. hom. serm.27. de utilitate agendæ pœnitentiæ.

a ¶Corporal s.] Non ergo posset quis sustentari de Eucharistia. ar. contra, quia etiam de odore satiatur quis & confortatur †.

b ¶Spiritale.] Id est, spiritum alens.

c ¶Diuini spiritus.] Idem repetit: corpus spiritale dicitur, non q fit spiritus. sed quia agile & nullo temporalium egens inuenitur. Vel distinguitur inter corpus Christi, quod est ecclesia, & corpus Christi sumptum de Virgine, ut ecclesia dicatur corpus Christi spirituale: quia secundum quod est Deus, ei unitur: corpus dicitur spiritus Dei, quia à spiritu sancto est. 23. dist. qui episcopus.

SI credis.] CASVS Dicitur q qui corpus Christi consecrat, sed non distinguit naturam hominis à natura Dei, ostendit quod debet, sed non diuidit ut diuidere debet. Sequens cap. planum est.

d ¶Recte.] Quo ad litteram de Cain hoc intelligitur sic: Recte quidem obtulisti, sed recte nō diuisisti; quia non simplici corde. unde & dicitur de frugibus terræ obtulisse: quia eius sacrificium: contaminatum erat terrena contagione & operatione. Iudæi quoque recte offerebant, quia Deo cęremonias offerebant: sed non recte diuidebāt: quia nou. test. intellectum à ueteri littera nō sequestrabant. Qui igitur in altari patri filium immolat, recte immolat; sed si in eadē persona duas naturas nō intelligit, non recte diuidit. Ioan. — Oblatio Cain grata non fuit.

NEc Moyses.] e ¶Cōuiua.] Isidorus super Leuiticum plane uidetur velle quod Dominus noster seipsum assumpsit, p hoc quod dicitur: Assumpsit, deditque discipulis suis.

f ¶Conuiuiū.] Rex sedet in cœna: turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus: se cibat ipse cibus.

Comedit ergo Christus seipsum: sed non quo ad effectū: quia non indigebat, sicut de baptismo. inf. dist. 4 proprie. — Christus se ipsum comedit.

ADDITIO. Has ego concedo, Deus comeditur: Has nego, Deitas comedit: Anima comeditur: q a in primis supponitur persona, secūdū H. & L.

g ¶Et qui comeditur.] Diceret qs: quare assumpsit corpus suum; qui non indigebat? Respon. ut daret alijs exemplum sumendi: sicut baptizatus est, licet non indigeret, ut daret exēplum baptizandi, ut infra distinctio. 4. per aquam. — Christus quare baptizatus fuit

ACcipite.] CASVS Super verba illa Euangelij. Accipite, &c. dicit Hierony. q postquam Christus agni paschalis carnes cū discipulis suis comedit, ad verum trāsiuit sacramentum, ipsum instituendo, & sicut Melchisedech obtulit panem & vinū, qui fuit huius sacramenti præfigurator: ita Christus seipsum obtulit, & repræsentauit illud, quod Melchisedech fecit. hoc etiam Dominus præfigurauit in agno.

SEquens cap patet.

h SAcerdos.] ¶Sacrificiū.] Et ita gerit officiū duorum

rum. Arg. contra. 16. q. 1. presbyteros.

TVnc eis.] Historia Legitur in actibus Apostolorũ, q Iudæi ad prædicationem Petri compuncti dixerunt ad eũ, & ad alios discipulos: quid faciemus nos o viri fratres? tunc Petrus ait illis, Pœnitẽtiam agite, &c. & hoc est quod dicitur hic: tunc eis Petrus annunciauit.

curator dandus est ei, qui dicit se dementem causa cognita, ne propter onera ciuilia huiusmodi fingat. ff. de cura. furio. obseruare.

Curator datur causa cognita dicenti se dementem.

PResbyter.] Hæc est 26. pars distinctionis. Ioannes de Fantusijs.

a ¶Eucha-

¶Iudæi credentes biberunt sanguinem, quem in cruce fuderunt. C. XC.

TVnc eis [a] Petrus annunciauit eum colendum, quem crucifixerunt: vt eius sanguinem biberent credentes, quem effuderunt sitientes. *Act. 2.*

Item Ambrosius epistola 62. ad l. 8. epist. 1. ad Irenæum.

¶Corpus, quod ex Virgine sumptum est à fidelibus accipitur. C. XCI.

COrporeum illud manna [b] nunc est *a* tanti res miraculi [c]: quia venit, quod perfectum est: perfectum autem, panis de cœlo, corpus ex Virgine, de quo satis Euangelium te docet. *Lanfrancus. Iuo p. 2. c. 9.*

a ¶Nunc est] *Apud B. Ambrosium sic legitur.* Et corporeum quidem illud manna hodie plerisque in locis inuenitur: sed nunc non est tanti res miraculi, quia venit, &c. *Verum ob glossam non est emendatum.*

Item Augustinus in psalmum 33.

¶Verum Christi corpus, verumque eius sanguinem quotidie manducamus, & bibimus. C. XCII.

ACcesserũt ad Iesum Iudæi, vt crucifigerẽt: nos ad eũ accedamus, vt corpus eius & sanguinẽ accipiamus. *Item infra* ¶Vere magnus Dominus, & magna misericordia eius vere, qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta perpessus est, & sanguinem bibere. *Item in psal. 45. ad Iudæos.* ¶Iam & securi bibite sanguinem, quem fudistis. *Item in psal. 55.* ¶Ipsum sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam biberunt. *Item in psalmum 98.* ¶De carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit; & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat [d], nisi prius adorauerit [e]. *Item in psalmum. 33.* ¶[Dauid ferebatur *β* manibus suis.] Manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso Dauid, secundum litteram nõ inuenimus [f]: in Christo autem inuenimus. Ferebatur enim Christus manibus suis, quando commẽdans ipsum corpus suũ ait: [Hoc est corpus meũ.] Ferebatur † [g] enim illud corpus in manibus suis. *Idem super Ioannem tract. 31.* ¶Quousque biberent sanguinem, quem fuderant, de sua salute desperauerunt. *Idem in psal. 54.* ¶Iudæi pascebantur tanquam de pœna Domini. Nã & nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius mãducamus. *& infra.* ¶Habent ergo impij epulas suas, habent & pij suas. Audi epulas piorum: [Beati, qui esuriũt, & sitiunt iustitiam.]

Lanfrancus. Guitmond. l. 3. Algerus l. 1. c. 9. & 12. Iuo p. 2. c. 9.

Et serm. 4. de S. Stephano.

Concione prima.

2. Reg.

† Ferebat]or.

Matth. 5.

β ¶Ferebatur.] *In græca vulgata est.* παρεφέρετο, *id est*, collabebatur.

Item ex concilio Vuormaciensi.

¶Pro infirmitatibus Eucharistiam presbyter semper habeat paratam. C. XCIII.

26 PResbyter Euchari-

In capitul. l. 1. c. 61. Burch. l. 5. c. 10. Iuo p. 2. c. 20. Panu. l. 1. c. 148.

a ¶Tunc eis.] Cum dixerunt ei Iudæi, quid faciemus, nos viri fratres? Ait tunc Petrus.] Credite ipsũ esse Deum, quem crucifixistis[1]?

COrporeum.] CASVS. Dicitur hic q corp' Christi olim significatum per mãna, nunc est res magni miraculi, s. corp' natum ex Virgine.

b ¶Illud manna.] Id est, corpus Christi, quod significabatur per corporeum manna. supra eadem re. uera.

[1] Vt inf. dis. 3. propne. in fi.

c ¶Tanti res miraculi.] Id est, tantę rei miraculosæ, scilicet corporis Christi.

ACcesserunt.] CASVS. H. sic ponit hunc casum. In hoc cap. Augustinus multis modis inuitat nos ad perceptionem corporis & sanguinis Christi sacramentalem & spiritualem, commendans multipliciter hoc sacramẽtum, & virtutem eius insinuans. Sequentia duo c. patent.

d ¶Manducat.] spiritualiter. sed multi sacramentaliter, licet nõ adorauerũt. Adoramus quidem humanitatem eius quadã veneratione maiori, quàm vniuersas creaturas: illa tamen quæ dulia est, non est latria.

Christi humanitas magna veneratione est adoranda.

e ¶Adorauerit.] Argu. hic q mus nõ potest accipere corpus Christi. arg. cõtra, de cons. dist. 2. qui bene. sed ita. tum definit esse.

f ¶Nõ inuenimus.] quo ad mysterium.

g ¶Ferebatur.] Alludit ad illud, quod dicitur in libro Regũ: Dauid fingens[1] se dementem, manibus ferebatur per totum ciuitatis Saulis regis timore, ex quo forte postea dictum est in legibus, quod &c.

[1] Comprehensus est & duct' est ad regem. ipse autem &c.

Sanguis Christi nõ est seruandus.

a ¶Eucharistiam.] Licet intinctam dare causa necessitatis. Bro. libro quinto, capitulo, vt omnes. Sed contra, supra eadem cum omne. Sed sanguinem non præcipitur seruare, quia opus esset nimia cautela in eo seruando. ergo propter cautelam non seruatur, ne fundatur: quandoque tamen propter aliud seruatur infr. dist. proxi. sabbato.

b ¶Comederit.] Nec dicendum, quòd mus sumat corpus Domini. statim enim desinit esse sacramentum, ex quo ab eo tangitur. si tamen dicatur quòd sumat, non est magnum inconueniens: cum sceleratissimi homines illud sumant. sed B. non concedit, quòd ab eo sumi possit [1]: immo statim desinit esse sacramentum. sed iterum non posset consecrari, quia non est ibi iam panis, immo tantum species. Sed nunquid desinit esse sacramentum, si transit super illud corpus mus, vel aranea? Non credo quòd desinat esse sacramentum.

Corpus Christi à mure non sumitur.

1 Arg. ad hoc sup. ea. accesserũt. ver. nemo. vbi de hoc. & sn. 1. q. 1. detrahe. ibi videas. Archid.

stiam [a] semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, [α] statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

α ¶Infirmatus fuerit.] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui itẽ citant concilium Vuormaciense, c. 5.) & in capitularibus l. 1. c. 161. Vbi habetur, post ista verba interponuntur hæc*, aut paruulus infirmus fuerit.

† al. Aurelianensi

Item ex concilio Arelatensi †.

¶Pœnitentia eius, qui non bene sacrificium custodit. C. XCIIII.

Burch. l. 5. c. 51. Iuo p. 2. c. 60. Pann. l. 1. c. 157.

27 QVi bene non custodierit sacrificium, & mus, vel aliquod aliud animal illud comederit [b]; quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ciciderit, & non inuenta fuerit; triginta dies [c] pœniteat.

QVi bene.] Hæc est 27 pars distinct. Ioannes de Fant.

c ¶Triginta dies.] secus in vino. supra ead. si per negligentiam.

Cyprianus Eucratio fratri salutem, lib. 1. epist. 10.

¶Histrionibus sacra non committantur mysteria. C. XCV.

Burch. l. 5. c. 21. Iuo p. 2. c. 31. & p. 11. c. 83. Pann. l. 1. c. 153.

28 PRo dilectione tua, & verecundia mutua consulendum me existimasti frater charissime, quid mihi videatur de histrione quodam, qui apud vos constitutus, in eiusdem adhuc artis suæ dedecore perseuerat, & magister, & doctor non erudiendorum, sed perdendorum pueroru id, quod male didicit [d], cęteris quoque insinuat; an talis debeat communicare nobiscum. Quod ego puto nec maiestati diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ congruere, vt pudor [e], & honor ecclesiæ tam turpi, & infami [f] contagione fœdetur.

PRo dilectiõe tua.] Hæc est 28. pars dist. in qua dicitur, quòd impœnitẽtibus histrionibus non datur corpus Christi, & sic de alijs. Ioan. de Fant.

CASVS. Magus quidã publice instruebat pueros in magica arte. quærebatur vtrum Eucharistia debeat ei vel consimilibus dari cum alijs Christianis. Et respondetur quòd non: ne honor ecclesiæ tam turpi contagione fœdetur. Seq. cap. patet.

d ¶Quod male didicit.] Culpa enim similis est male discere, & docere. C. de male. & mathe. culpa. immo & huiusmodi pueri exhæredandi sunt, si præter voluntatem parentum vel mimis vel arenarijs se sociant, vt in auth. vt cum. de appellatione cogno. §. causas. coll. 8.

Filius qui se mimis sociat exhęredari potest.

e ¶Vt pudor.] Loquitur de notorio & manifesto infami, cui non est impertienda Eucharistia Dñi. Idẽ est dicẽdum de quolibet existẽti in mortali crimine notorio. 23. q. 5. placuit.

Eucharistia non est danda existẽti in crimine notorio.

f ¶Infami.] Tales. n. infames sunt. ff. de his qui not. infa. l. 2. §. ait prætor.

Ec1 Afric. c. 12.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 35.

¶Post conuersionem non est deneganda gratia communionis. C. XCVI.

Burch. l. 4. c. 36. Iuo p. 1. c. 230.

SCenicis, atque histrionibus, cęterisque huiusmodi personis, vel apostaticis conuersis, vel reuersis ad Dominum gratia, vel reconciliatio non negetur.

Cõc. Antissiod. c. 10.

Item ex concilio Vrbico.

¶Presbyter in altari missam non celebret, in quo eadem die episcopus celebrauit. C. XCVII.

Burc. l. 3. c. 226. Iuo p. 3. c. 270. Pann. l. 2. c. 35.

IN altari, in quo episcopus missam cantauit, presbyter eodem die aliam celebrare non [g] præsumat.

g IN altari.] ¶Non præsumat.] Propter solam episcopi reuerentiam, nisi licentia episcopi vel necessitate vrgente: & hoc vbi perficit episcopus, alias cõtra. 7. q. 1. nihil.

Item ex concilio Lugdunensi.

DISTINCTIO TERTIA.

¶Tempora feriandi in missa sunt laicis nunciandi. C. I.

PRonunciandum [a] est laicis, α ut sciant tempora feriandi per annum, id est, omnem Dominicam à uespera usque ad uesperam [b], ne iudaismo capiantur. Feriandi vero per annū isti sunt dies, Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Silueſtri, octauæ † Domini, β & Theophaniæ † [c], Purificatio sanctæ Mariæ, sanctum Pascha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies Pentecostes, sancti Ioannis Baptistæ, Duodecim Apostolorum, maxime tamen sanctorum Petri, & Pauli, qui mundum sua prædicatione illuminauerunt, sancti Laurentij, Assumptio sanctæ Mariæ, Natiuitas [d] sanctæ Mariæ, Dedicatio ecclesiæ, † sancti Michaelis Archangeli, Dedicatio cuiuscumque oratorij, & omnium sanctorum, & sancti Martini, & illæ festiuitates [e], quas singuli episcopi in suis episcopatibus † cum populo collaudauerint, quæ vicinis tantum circummorantibus indicendæ sunt, non generaliter [f] omnibus. Reliquas vero festiuitates per annum non sunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Indictum vero ieiunium quando fuerit denunciatum, ab omnibus obseruetur.

Cod. de fer. le. omnes dies. Noue. Leō. 54. Mogunt. 1. c. 36 Capi. l. 1. c. 164. & lib. 2. c. 35. Burc. l. 2. c. 77. Iuo p. 4. c. 14. Balsamon ad titulū 7. Nomocanonis.

† *Octaua Natalis Domini*

† *al. Epiphaniæ*

† *al. basilica*

† *al. episcopijs*

α ¶Laicis.] *Hæc vox abest à Vaticanis exemplaribus, Burchardo, & Iuone.*

β ¶Octauæ Domini.] *Ita in plerisque vetustis exemplaribus, & in capitularibus, & apud Iuonem, & cæteros fere veteres scriptores, excepto Burchardo. At nihilominus ipsa octaua dies ipsius, Natalis significatur. Cur autem numero multitudinis proferretur, declarat Alcuinus in c. de octaua Domini.*

Item ex concilio Toletano 3. c. 23.

PRonunciandū.] Hæc dist. diuiditur in 14. partes. In quarum prima probat p a. cap. quid intersit de festiuitatib⁹. Secūda ibi, [De esu.] Tertia ibi, [Peruenit.] Quarta ibi, [Sabbato.] Quinta ibi, [Ieiuniū.] Sexta ibi, [Ieiunia.] Septima ibi, [De pœnitentib⁹,] Octaua ibi, [Literis.] Nona ibi, [Crucis.] Decima ibi, [Aquā.] Vndecima ibi, [Nosse.] Duodecima ibi, [Perlatum.] Decimatertia ibi, [Sexta.] Decimaquarta ibi, [Omnes.] Io. de Fan. CASVS. Hic ponitur 3. dist. in qua ostēdit G. quæ festiuitates sunt celebrandæ: interserit etiam de generalibus ieiunijs. In hoc c. igitur enumerantur quæ festiuitates sunt per circulum anni celebrandæ. additur etiā & ieiuniū ea quod est ab ecclesia indictum, debet ab omnibus obseruari, & quo tempore debeant solenniter pœnitentes reconciliari.

a ¶Pronunciandū.] Quæ festiuitates sint celebrandæ, & quando, ostendit. Et ideo inter sacramenta tractat de solēnitatibus istis: quia sacramentorum loco habentur: quia repræsentant passiones eorum martyrum propter quos fiunt.

b ¶Vsque ad vesperam.] hic habes quādo incipiat dies secūdum canones: scilicet à vespera, vt extra de fer. cap. 1. & 3. & sup. 75. dist. quod à patribus. Aliud obtinet secundum leges, quia secundum leges incipit à media nocte 2. vt ff. de fer. l. more. vt not. de hoc super illo cap. quod à patribus. hn die quo ad iudicium protenditur dies vsque ad tenebras, & c. extra de offic. dele. consuluit. Sed tamen no. quòd inceptio ista non habet locum quo ad omnia. nam secundum hoc sæpe comederemus carnes in die veneris. Vnde dic quod quo ad solutiones faciendas quo ad carnes comedendas, dies incipit à media nocte. & terminatur in aliam mediam noctē, & maxime quia hoc dicit lex, & hoc habet consuetudo, licet quo ad solutiones distinguant quidam inter clericos & laicos quod non approbo. Præterea not. quòd dies quandoque incipit à meridie 3, & terminatur in alium: & hæc forte computatio est magis vera, cum contineat ortum & occasum signorum. Item dies quandoque computatur de momento ad momentum. ff. de min. denique. §. minorem. Sed quantū ad esum carnium computatur dies à vespera vsque ad diluculum, vt infra. cad. de esu. Ioan.

c ¶Theophaniæ.] Id est, Epiphaniæ, id est, apparitionis. Theos enim Deus, phanos apparitio quando scilicet stella apparuit, quæ duxit magos.

d ¶Natiuitas.] De festo Cōceptionis nihil dicitur: quia celebrandum non est, sicut in multis regionibus fit, & maxime in Anglia, & hæc est ratio, quia in peccatis concepta fuit, sicut & ceteri sancti, excepta vnica persona Christi. Similiter de annunciatione sanctæ Mariæ nihil dicit: cum sit tamen celebrare festum. Hugn.

e ¶Festiuitates.] Sed de quibus festiuitatibus hoc intelligis: quia sancti aut sunt canonizati, aut nō? B. intelligit de non canonizatis: quia dicit quod episcopus cum suis clericis quantum ad suam diœcesim potest sanctum canonizare: quod non credo. extra de reliquijs & veneratione sanctorum. cap. 1. in fine. sed ea audio de canonizatis, qui non habent vigilias.

f ¶Non generaliter.] Argu. quod particularia decreta episcopi possunt cōdere, & leges & canones cōstituere 4. & consuetudines inducere seruandas in parochijs in subditos suos consensu eorundem sine præsentia Papæ, vel eius delegati, vt 11. dist. catholica & 35. quæst. 6. ab illo.

id ē purior. meron enim Græce purū Latine dicitur secundum Pap.

Festiuitates martyrum habentur loco sacramentorum. 1 Immo ēt festū pentecostes sacramentū appellat. infr. dist. proxi. baptizati. Dies quando incipit.

2 Adde Alex. de Imo. in l. more. ff. de fer. & gl. in c. 2. extra eo & per Ar. 75. dist. in c. qd à patribus.

3 Meridies enī dictus est quasi medidies. id ē medius dies: vel quia tūc medi⁹ dies est

4 Ad idē 3. q. 4. nullus extra d̄ maio. & ob. c. 2. vbi de hoc etiam leg. & not. extra de loca. & cond. vestra. Archidia.

Ireli-

IRreligiosa.]CASVS. Quædã praua cõsuetudo erat in quibusdã locis, q populus, q attente diuina officia debebat exaudire. cantilenis & saltationibus turpibus insistebat, & sic religiosorũ officiũ perturbabat: quare pcipitur vt sacerdotes & iudices hoc prohibeãt. a ¶Salta-

ante ascensum Domini litaniæ fieri debet: quo triduo debent homines ieiunare, & vti cibis quadragesimalibus: serui etiam & ancillæ debent ab opere relaxari. Quæ autem sequuntur, patent vsque ad c. de esu.

¶In sanctorum solennitatibus, diuinis officijs non saltationibus, vel cantilenis, populi debent vacare. C. II.

Iuo p.4.c.12.

IRreligiosa cõsuetudo est, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consueuit. Populi qui debent officia diuina attendere, saltationibus [a], turpibus inuigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officijs [perstrepẽtes† [b]. Hoc etenim, vt ab omnibus †prouincijs depellatur, sacerdotum, & iudicium à concilio sancto curæ committitur.

†abest ab or. †omnis Hispania] orig.

Item ex concilio Aurelianensi †.c.29.

Beda de officijs tomo 7.

¶Ante Ascensionem Domini tribus diebus litaniæ celebrentur. C. III.

Albin' pag. 67. Burc.l.13.c.17. Iuo p.4.c.11.

ROgationes, id est, litanias, ante Ascẽsionem Domini placuit celebrari, ita vt præmissum† triduanum ieiunium [c] in Dominicæ Ascensionis solennitate soluatur. Per quod triduum serui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs [d] vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.

† al post missam

Item ex concilio eodem, c.33.

¶Episcopus die Dominico non desit ecclesiæ. C. IIII.

EPiscopus, si infirmitate nõ fuerit impeditus, ecclesiæ, cui proximus fuerit, die Dominico deesse [e] nõ debet.

Con. Aruernẽse.c.14. Et Agathense, c.63.

Item ex eodem, c.27.

¶Hos dies ciuibus in villa celebrare non licet. C. V.

Burc l.2.c.75. & l.19. c. de sacrilegio. Iuo p.4.c.12.

NVlli ciuium Paschæ, Natalis Domini, & Quadragesimæ [a] solennitatem in villa [f] liceat celebrare, nisi quẽ infirmitas probabitur.

a ¶Et Quadragesimæ.] *Sic etiam in originali impresso. Sed Iuo habet.* vel Quinquagesimæ *Burchardus*, vel Pentecostes, *& ita est in concilio Agatensi.c 63. & in Aruernensi, c.14.*

Item ex eodem Aurelianensi, c.26.

¶Ante solennitatem Paschæ Quadragesima est celebranda. C. VI.

SAcerdotibus [g] omnibus est decretum, vt ante Paschæ [h] solennitatem non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur.

Item ex concilio Martini Papæ Bracharensis, c.50.

In capitul. gręg. Synod.

¶Quinta feria vltimæ septimanæ Quadragesimæ ieiunium solui non licet. C. VII.

NOn liceat quinta feria nouissimę septimanę ieiuniũ [i] soluere, & omnem exhonorare [k] Quadragesimã, sed sincere abstinentes totã †† Quadragesimam peragere.

Et in 6. sy.c.29.

Item ex concilio Laodicensi, c.50.

c ¶Ieiunium.] Supra distin.76.§. non antẽ. cõtrã. vbi dicitur, quòd inter Pascha & Pentecostem non sit ieiunandum. Sed de ieiunio quod hic statuitur, non præcipitur: sed suadetur: nam in tempore illo vnaquæque prouincia abundabat in sensu suo, vt 76. distinct. vtinam. & 12. distinct. illa.

Ieiunandũ non est inter Pascha & Pentecosten.

d ¶Plebs.] Et ita serui sunt de plebe.

e EPiscopus.] ¶De esse.] Argum. q episcopus Dominicis diebus in episcopali ecclesia diuinis officijs debeat interesse in qua sacerdotali more præcipitur residere, 7. q.1. peruenit ad nos: & quòd cogendus sit cum clericis suis apud ecclesiam suam communiter habitare, vt dixi 41. distin. episcopus vilem.

Eps diebus Dñicis dẽt esse in ecclesia sua.

f NVlli.] ¶In villa.] Tũc enim in maiori ecclesia conueniunt omnes, vt supra. ead. distinct. 1. si quis etiam. extra.

g SAcerdotibus.] Id est, episcopis in concilio congregatis.

h ¶Paschæ.] Contra supra distin. 4. statuimus, &c. Quadragesima. Sol. hic de ieiunio generali, qđ omnibus iniungitur: ibi de speciali, quod clericis suadetur. immo ideo non est seruanda Quinquagesima: quia seruatur post Pascha à die Paschæ vsque ad Ascensionem vel Pentecosten

i ¶Ieiunium.] Quia Dominus surrexit de cœna, & lauit pedes discipulorum, & iterum rediit ad cœnam: volunt quidam ad similitudinem Domini etiam pedes alijs abluere, & bis comedere, sed talis consuetudo reprobatur.

Ieiuniũ est duplex. 1 Intellige secũdũ H. de eo q comedit integre & pfecte. & postea surgit & iterũ comedit, secus si parũ comedit, q postea ad mãdatum faciendum surgeret, quo facto ad mẽsam rediret. & comestionẽ inceptã perficeret: nã certe talis ieiunãs diceret secũdum H. qui ita no. in summa de obser. ieiu. §. quãdo. ver. tota, &c.

k ¶Exhonorare.] Arg. q nihil reputatur ieiunasse qui vnum diem non ieiunat. C. ad Sylla. l. vlt. nihil videtur esse factum, & c.7. q.1. nihil.

a ¶Saltationibus.] Supra ead. dist. 1. qui dic.

b ¶Perstrepentes.] Hoc licet sit mortale, non inducit depositionem, vt 1. q.4. in loco.

ROgationes.] CASVS. Dicit in hoc c. q p tres dies

ADDITIO. Item argum. quòd vtile per inutile vitiatur. 9. dist. si ad sacras. 25. q. 2. & si legibus. sed arg. contra. 12. q. 2. si quis. Archid.

a NOn oportet.] Sed per totos, i. omnes, exceptis diebus Dominicis. ar. supra. dist. 30. si qs presbyter. infra distin. 5. Quadragesima.

CASVS. Quidam homines praui sensus prædicabant sabbatum custodiri & obseruari: qui in hoc c. à G. reprehenduntur cum videantur prædicatores Antichristi, qui diem sabbatũ atque Dominicum faciet obseruari. Dominicum vt se resurgere simulet, & sabbatũ vt ad — nibus. infra distin. 5. q a dies. sed & ieiuniũ fuit postea consultum. inf. ea. sabbata secundũ H.

¶De eodem. C. VIII.

NOn oportet [a] in Quadragesima, quinta feria vltimę hebdomadæ ieiunium dissolui, & totã Quadragesimam inhonorari: sed per totos hos dies ieiuniare, & escis abstinentiæ conuenientibus, idest, aridioribus vti. — Burc. l. 13. c. 8. Iuo p. 4. c. 42.

Item ex concilio Agathensi, c. 12.

¶Exceptis diebus Dominicis in Quadragesima non soluatur ieiunium. C. IX.

PLacuit, vt omnes [b] ecclesiæ filij, exceptis diebus Dominicis, in Quadragesima etiam die sabbati. † [c] sacerdotali [d] oratione a, & discretionis communione [e] ieiunent. — † *al. sabbato*

a ¶Oratione.] *In concilio legitur*, ordinatione, & districtionis † comminatione ieiunent. *sed ob glossam non est mutatum.* — † *al. dist inctio nis*

Item ex concilio Niceno, c. 20.

¶Nec in die Dominico, nec in diebus Pentecostes in oratione genua flectantur. C. X.

QVoniam [f] sunt in die Dominica quidã ad orationem genua [g] flectentes, & in diebus Pentecostes propterea statutũ est à sancta synodo (quoniam consona, & conueniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est) vt stantes [h] ad orationem vota Domino reddamus. — Burc. l. 2. c. 88. Iuo p. 4 c. 18. Pann. l. 2. c. 173.

Item Leo Papa IIII.

¶Quo tempore ab esu carnium sit abstinendum. C. XI.

2 DE esu carnium apud vos † uetustissima, & non improbanda traditio semper est tenenda, vt à cœnæ termino, quæ fit in principio noctis quartæ feriæ [i], quæ lucescit in quarta feria, vsque in diluculum quintæ feriæ, & similiter à cęna noctis sextæ ferię, quę lucescit in sexta feria, non imperite ieiunatio vsque ad sabbati [k] lucem, quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit [l], vel debuerit [m], protendatur. — † *nos*] Grat.

Item Gregorius dilectissimis ciuibus Romæ, libro 11. epist. 3. — Et Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorũ, c. 10

¶Nec die sabbati feriandum, nec die Dominico lauacrum est prohibendum. C. XII.

3 PEruenit ad me quosdam peruersi spiritus homines praua inter vos aliqua, & sanctæ fidei aduersa seminasse; ita vt die sabbati aliquid operari prohiberẽt. Quos quid aliud, nisi Antichristi prędicatores dixerim? qui veniens [n] diem sabbatum, atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se, & resurgere simulat; haberi in veneratione vult [o] diem Dominicum: & — Iuo p. 4. c. 6. Pann. l. 2. c. 169

b PLacuit.] ¶Vt omnes.] Non comedant.
c ¶Sabbati.] scilicet Paschali.
d ¶Sacerdotali.] scilicet finita hora nona.
e ¶Communione.] s. percepta, id est, non debent comedere nisi prius celebratis missarum officijs & vespertinis. supra ea. distin. 1. solent H.
f QVoniam.] Sunt quidam.
g ¶Genua.] su. distin. 76. §. non autem, &c. scire.
h ¶Stantes.] supra distinct. 30. si quis presbyter. supra. 26. q. 7. sacerdos. contra 50. ibi dies remissionis vocantur dies ieiuniorum.

DE esu carnium.] Hæc est 2. pars distinct. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit à Leone, quibus diebus sit abstinendũ à carnibus. Et respondet quòd in 4. & 6. feria ab initio noctis præcedentis vsque in sequentem diem, scilicet quartam & sextam feriam.

i ¶Feriæ.] De quarta feria est consilium, de sexta præceptum.
k ¶Sabbati.] Diei scilicet Paschalis: supple ne forte ob insignem solennitatem videretur ieiunium tunc soluendum.
l ¶Maluerit.] Sed nõ tenetur ad hoc.
m ¶Vel debuerit.] Cũ teneatur ad hoc ex iniuncta pœnitentia. Et ita est arg. quòd possumus carnes comedere in die sabbati t. nam ponit in opinione nostra tamdiu abstinere die sabbati quamdiu voluerimus. Sed contra. infra. c. 2. sed illud est consilium. & cõsuetudo ita interpretatur. extra de obser. ieiu. consilium. §. item de illis. nec enim sabbatũ est inter legitima ieiunia, vt infra. ea. ieiunia. Ioan.

Carnes comedere die sabbati vtrum sit licitum. t Dicit Ho. hic habetur q hoc sabbato licite caro comedi: sed postea aliud obtinuit in sabbato. s. abstinendũ esse à car-

PEruenit.] Hæc est tertia pars distin. secundum Io. de Fant.

ad se prouocet perfidiã Iudæorũ. Similiter dicebãt q in die Dominico nullus debet lauari. qđ verum est causa voluptatis: sed causa necessitatis etiam in die Dominico non prohibetur.

n ¶Qui veniens.] scilicet Antichristus.
o ¶In veneratione vult.] id est volet, nõ pro nimia certitu- — Præsens pro futuro qui que ponit.

1 Adde ad & qñ id fieri possit regulariter not. Bar. in l. si ita. ff. de auro & ar. leg. & in l. si. quæ res pig. ob. pos.
2 Subau. e cõuerso ponitur supra disti. proxi. in Christo. vbi de hoc.

titudine ponit hic præsens pro futuro a. & notaui de hoc supra 23. q. 1 paratus. & infr. ea. dist. 4. quãdo quis.
a ¶Sabbatum.] Supra dist. 41. quisquis. & supra dist. 81. non oportet. Ioan.

SAbbato.] Hæc est 4 pars dist. secundũ Ioan. de Fan. CASVS. Dicitur in hoc c. quod sicut in qualibet septimana obseruatur dies Dominica, & sexta feria ieiunatur: ita omni die sabbati debemus ieiunare: quia his duobus diebus Apostoli fuerunt in timore, & ieiunauerunt. vnde etiam in illo biduo, quod est ante Pascha, Eucharistia non conficitur in ecclesia. Sequent. capit. patet.

Sabba-

quia iudaizare populum compellit, ut exteriorem legis ritum reuocet, & sibi Iudæorum perfidiã subdat; coli uult sabbatum [a]. *& paulo post.* ¶Aliud quoque ad me perlatum est, uobis à peruersis hominibus esse prædicatum, ut Dominico die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxuria, & pro uoluptate quis lauari appetit; hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis; hoc nec die Dominico prohibemus.

Item Innocentius Papa, epistola prima ad Decentium, cap. 4.

¶Ob reuerentiam sepulturæ Dominicæ sabbato ieiunare debemus. C. XIII.

Ans. in pf. c. 8. Poly. l. 3. tit. 25. Iuo p. 4. c. 28. Pann. l. 2. c. 137.

4 SAbbato uero ieiunandum [b] esse ratio euidentissimã demõstrat. Nam, si diem Dominicum ob uenerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solum in Pascha celebramus, uerum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini ieiunamus; sabbatum prætermittere non debemus: quoniam † inter tristitiam & lætitiam temporis illius uidetur inclusum. Nam utique constat Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & propter metum Iudæorum se occuluisse. Quod utique non dubium est intantum eos ieiunasse biduo memorato, ut traditio ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari [c]. Quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quòd commemoratio diei illius semper est celebranda. Quòd si putant semel, atque uno sabbato ieiunandum; ergo & Dominica, & sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda.

† al. quod] or.

Item Melchiades † Papa ad episcopos Hispaniarum, cap. 3.

† al. Miltiades

¶Die Dominica, & quinta feria non est celebrandum ieiunium. C. XIIII.

Eusebi⁹ Emiss. in hom. Pentecostes. Polyc ibidem. Iuo p 4. c. 27. Pann. l. 2. c. 176. Conc. Gangrẽse, c. 18.

5 IEiunium Dominici diei, & quintæ [d] feriæ nemo celebrare debet, ut inter ieiunium Christianorum & gẽtilium, ueraciter credentium & infidelium, atque hæreticorum uera & non falsa discretio habeatur.

Item ex concilio Cæsaraugustano, c. 2.

¶De eodem. C. XV.

NE quis ieiunet die Dominica causa timoris [e], aut persuasionis, aut superstitionis: nec Quadragesimarum diebus ab ecclesijs fideles desint: nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in suspicionibus [f] perseuerant: sed exemplum, & præceptum custodiant sacerdotum, & ad alienas uillas agendorum conuentum causa nõ conueniant. Ab uniuersis episcopis dictum est; Anathema sit, qui hæc commiserit.

α ¶Timoris.] *Hoc exponitur in glossa. Sed in concilio est, causa temporis. id est, quoniam dies Dominicus sit. De qua re habetur supra dist. 30. c. si quis tanquam. & c. finali. Legitur etiam in Pontificali Damasi ideo Melciadem sanxisse, ne quis die Domi*

b ¶Ieiunãdum.] Supra ea. distin. illa contra. Solu. hoc non obtinet. vel dic ut ibi dixi 3.
c ¶Non celebrari.] sacramentum corporis & sanguinis Domini supr. distin. 1. visum. Contra sup. dist. 2. iteratur. contra. Sed secundum hanc exceptionem illa cap. intelliguntur.

3 De hoc ẽt not. sup. ea. de esu. in fine. Arch.

IEiunium.] Hæc est quinta pars distin. secundum Ioan. de Fant.
d ¶Quintæ.] Supra dist. 76. vtinam cõtra. Sol. prohibetur hoc fieri in contemptum diei: aliàs semper ieiunare non reprobarẽ, vt ibi, sed quare potius de his diebus quàm de alijs: cum ieiunare in contemptum diei cuiuscunque, sit mortale peccatum? Dic quòd ideo quia maioris venerationis sunt, quia in illis duobus diebus fecit Dominus quidquid insigne fecit fere. 85. dist. c. pen. fere dixi: quia die iouis cœlos ascendit.

Ieiunare sẽper non reprobatur.

NE quis [CASVS. Dicit hic, quòd non debet aliquis die Dominica ieiunare: nec in tempore Quadragesimali ab ecclesia abesse: nec suspectus in fide, vel de mala vita debet in latibulis habitare: nec conuenticula facere in alijs villis: sed sacerdotum sequi doctrinam, & exemplum. Seq. capit. patet.
e ¶Causa timoris.] aliàs terroris, scilicet quia aliquis incutiat timorem alicui, nisi ieiunet tali die.
f ¶In suspicionibus.] scilicet hæreseos.

nico, aut feria quinta ieiunaret: quia eos dies pagani, quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et apud Burchardum, lib. 19. imponitur pœnitentia ei, qui die Dominica ieiunet propter abstinentiam, & religionem.

Item ex dictis S. Apollonij.

¶*Caput hoc habetur apud Palladium in Vita Apollo. abbatis.*

¶Quarta & sexta feria sunt seruanda ieiunia. C. XVI.

6 IEiunia sane legitima, id est, quarta & sexta [a] feria nō sunt soluenda [b], nisi grandis aliqua necessitas fuerit: quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit, & sexta feria crucifixus est Saluator. Videbitur ergo, qui in his diebus sine aliqua necessitate soluerit statuta ieiunia, uel cum tradente tradere Saluatorem [c], uel cum crucifigentibus [d] crucifigere. Die autem Dominica nihil aliud [e] agendum est, nisi Deo uacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur: nisi tantum hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus dies illa transigatur.

Clemēs. l. 7. cōstit. c. 24. Smaragdus ad c. 48. regulæ S. Benedicti.
Iuo p. 4. c. 12. Pann. l. 2. c. 179.
In syn. 6. c. 66. Smaragdus ibidem.
Iuo p. 4. c. 13.

Item Innocentius Papa, epist. prima ad Decentium, c. 7.

¶Quinta feria ultimæ hebdomadæ Quadragesimæ pœnitentes remissionem accipiant. C. XVII.

7 DE pœnitentibus uero, qui siue ex grauioribus commissis [f], siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo [g], quinta feria ante Pascha eis remittendum [h] Romanæ ecclesiæ consuetudo demōstrat. Cæterum de pondere æstimando [i] delictorum, sacerdotis est iudicare, ut attendat [k] ad confessionem pœnitentis, & ad fletus, atq; lacrymas corrigentis; ac tunc iubere dimitti, cum uiderit congruam satisfactionem. Sane [l] si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus [m] Paschæ relaxandum; ne de sæculo absque communione discedat.

Capit. l. 5. c. 67. Poly. l. 6 tit. 20. Burc. l. 18. c. 18. Iuo p. 15. c. 40.

Item Fabianus Papa orientalibus episcopis, epist. 2.

¶Singulis annis quinta feria ultimæ hebdomadæ Quadragesimæ nouum chrisma conficiatur. C. XVIII.

8 LItteris uestris inter cætera insertū inuenimus, quosdam regionis uestræ episcopos à uestro, nostroq; ordine discrepare, & non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere. *& infra.* ¶Errant uero, qui talia excogitant, & mente uesana potius, quàm recta sentientes hæc audent. *& infra.* ¶Sicut enim ipsius diei solēnitas

Poly. l. 3. tit. 18. Iuo p. 2. c. 73.

IEiunia.] Hæc est sexta pars dist. secundum Ioan. de Fant.
a ¶Et sexta.] Addita secunda feria. 11. q. 3. de illis dist. 82. presbyter.
b ¶Soluenda.] Ab his qui ad hoc voto vel pœnitentia sunt adstricti. Vel dic ꝙ hoc fuit in primitiua ecclesia necessitatis: hodie vero consilij. H. & G.
c ¶Saluatorem.] Supra 11. q. 3. abijt.
d ¶Vel cum crucifigentibus.] Infra dist. 4. qui bis.
e ¶Aliud.] C. de fer. l. 3 contra. Sed dic legem succumbere, id est, vim in hoc non habere. extra de fer. conquestus [1].

DE pœnitētibus.] Hæc est 7. pars distin. secundum Io. de Fan.
CASVS. Dicitur hic, ꝙ pœnitentes in cœna Domini debēt reconciliari: nisi essent in mortis articulo cōstituti: quo casu nulli debet Eucharistia denegari. De pondere vero delictorum, idest, quanta pænitentia sit pro delicto imponenda, secundum deuotionem pœnitentis debet presbyter iudicare.
f ¶Commissis.] Mortalibus grauiora. n. appellat valde enormia [2], leuiora minus enormia: aliàs esset cōtra 26. q. 6. c. vlt.
g ¶Aegritudo.] Quo casu nullo tempore est deneganda communio, vt notatur & legitur distin. proxi. c. presbyter. Sed pone ꝙ aliquis agat septēnem pœnitentiam, nunquid in istis vij. annis in quolibet anno in cœna Domini debeat in ecclesiam introduci? Vel si debet, à quo? vtrum tantum ab epō, vel à suo presbytero? Dicunt quidā quòd post primam expulsionem vsque ad vltimam (quarum vtraq; debet tantum per epm fieri [3]:) presbyter simplex potest eū quolibet anno in cœna Domini recipere in ecclesiam, & post octauas de ecclesia expellere. de hoc 50. dist. c. in capite. 26. q. 6. c. 1. supra dist. 1. in cœna. item quare hoc magis fit in die Iouis quàm in alio die eiusdem septimanæ? ideo quia eodem die idem Dominus captus fuit, & ligatus fuit: & eius ligatio absolutionem nostram operata est. Vel potest dici, ꝙ ideo quia ipse eodem die pedes discipulorum lauit. vnde ideo eadē die fit vt pedes, id est, affectus nostros lauet à peccatis: iuxta illud: quàm speciosi pedes euangelizantium, &c. de pœ. dist. 1. potest.
h ¶Remittendum.] Id est, absoluendum reconciliando: Eucharistiam concedendo. 50. dist. pœnitentes.
i ¶Aestimando.] Ar. 23. q. 8. occidit. Io.
k ¶Attendat.] 26. q. 7. de his.
l ¶Sane.] Exponit quod dixerat in verbo ægritudo.
m ¶Ante tempus.] Id est, ante quintam feriam, quæ est ante Pascha.

LItteris vestris.] Hæc est 8. pars distin. secundum Io. de Fan.
CASVS. Quidam episcopi singulis annis in cœna Domini non conficiebant chrisma, qui in hoc cap. reprehenduntur.

fit licitum scholaribus studere die feriata in honorem Dei, dic ꝙ sic, vt p Ange. & Alex. de Imo. in l. diuus. ff. de fer. idē tenet gl. 1. in l. omnes iudices. & ibi Rayn. & Ange. C de ferijs. quāuis aliter sentiant canonistæ, vt per Archid. hic. & per Io. And. & do. Ant. in cap. 1. extra eo.

[1] Subaudi, nisi ad casū necessitatis referat. P. Hisp.

[2] De quibus habes 25. dis. §. aliàs. & sup. c. dist. 2. in cœna.

[3] Quia reconciliatio pœnitētium est episcopalis officij, non sacerdotalis. 26. q. 6. §. 1. in fine. 50. dist. quamuis. Arch. An autem

per singulos [a] annos est celebranda; ita ipsius sancti chrismatis cōfectio per singulos annos est agēda, & de anno [b] in annum renouanda, & fidelibus tradenda: quia nouum sacramentum est per singulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus [c] in sanctis [d] ecclesijs cremandū. Ista à sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, & vobis tenenda mandamus.

¶*In originali res copiosius explicatur, quàm aut Gratianus, aut Iuo faciant.*

Item Eusebius Papa epistola tertia.

¶Seruetur ab omnibus festiuitas inuentionis Dominicæ crucis. C. XIX.

Iuo p. 4. c. 5.

9 Crucis [e] Domini nostri Iesu Christi, quę nuper nobis gubernacula sāctæ Romanæ ecclesiæ tenētibus, qnto nonas Maij inuēta est, in prædicto calendarū [f] die inuētionis festum vobis solenniter celebrare mandamus.

Item Alexander Papa V à Petro, epist. 1. c. 5.

¶ Quare sit institutum, vt aqua sale conspersa sanctificetur. C. XX.

Polyc. ibidem. Burc. l. 2. c. 53. Iuo p. 2. c. 68.

10 Aquam sale [g] cōspersā populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificētur [h], & purificētur. Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nā si cinis vitulæ [i] sanguine aspersus populū sanctificabat [k], atq. mundabat [l], multo magis aqua sale aspersa, diuinisq. precibus sacrata populum sanctificat, atq. mundat. Et, si sale asperso per Helisæum [m] prophetam sterilitas aquæ sanata est; quanto magis diuinis precibus sacratus † sal sterilitatem rerum aufert humanarū, & coinquinatos [n] sanctificat, atque mundat, & purgat, & cętera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phantasmatum versutijs homines defendit?

4. Reg. 2.
† al. sacrata aqua.

Item Pius Papa, nonus à Petro Apostolo, in primo suarum decretalium.

Epist. 1.

hendunter & præcipitur eis vt quolibet anno chrisma conficiant, vt vetus chrisma crementur. Sequens c. patet.

a ¶Et nō per singulos. [su. de pę. dis. 3. c. septies. & 54. dist. §. 1. & ca. Agathosa. su. di. 96. cum ad verū, inf. dis. proxi.

proxi. omni tempore & c. presbyteri.

b ¶De anno.] Insta dist. 1. si quis de alio.

c ¶Vetus.] Not. vetus dici quod corouam anni excedit: sicut & nouum dicitur matrimonium quod non excedit annum. 35. q. 8. c. 1. & ar. ff. de pub. & vect. l. vlt. § quoties. ff. de vi. m. & olea leg. vetus.

Matrimoniū nouū est quod non excedit annū.

d ¶In sanctis.] 1. dist. c. ecclesiasticarum.

e Crucis.] Hæc est 9. pars dist. Io. de Fant. Quæri potest quare festū crucis celebremus, in qua Dn̄s fuit dehonestatus: & nō festū asinæ, in qua fuit honoratus? Dicimus q laus exhibita Dn̄o in asina fuit mundana de qua non est curandum 22. q. 2. si quælibet. sed dehonestatio in cruce facta fuit nostra redemptio.

Asinæ quā dominus æquitauit, festum nō est celebrādum.

f ¶Calendarum.] Id est, quinta die ante nonas: & improprie ponitur hic calendarum 1: quia tantum prima dies dicitur calendæ.

1 Dic q hoc nomine calendarū intelligitur ipse mēsis cuius sunt calendæ, secundum H.

Aquam sale.] Hæc est 10. pars distin. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quæritur quare aqua cum sale benedicatur? Et respondetur, vt ea homines aspersi sanctificentur. cum enim in veteri testamento cinis vitulæ sanctificabat, & sal per manum Helisæi prophetæ sanauit sterilitatem aquæ: multo magis aqua cum sale benedicta omnia conspersa purificat.

g ¶Aquam sale.] Quia per aquam confessio, per salē amaritudo signatur & morsio, vnde hæc est mistura vnde geminus procedit partus, diuisio, scilicet delictorum, & ortus virtutū, & bonorum operum. 32. q. 1. cum renunciatur. hæc designata est per mistionem Iudæ, qui confessio dicitur: & Thamar, quæ amaritudo dicitur: vnde Phares diuisio Zaram ortus, geminus scilicet partus, prouenit. H.

Sal miscetur cum aqua benedicta.

h ¶Sanctificentur.] quæritur quomodo aqua benedicta dicatur populum sanctificare vel mundare. ADDITIO. Ad hoc potest responderi secūdum id quod no. sup c. dist. 2 signū. in gl. a. vers. propter humilitatem, &c. aliàs illa glo. ponitur ead. dist. institutio. Arch.

i ¶Cinis vitulæ.] Historia. Legitur in Leuitico, q decima die Septembris tollebat sacerdos de proprio vitulam rufam trimā & immaculatā, quæ nondum portauerat iugū, & immolabat eam pro peccato suæ domus: & hircū quē sumebat ab vniuersa multitudine, immolabat pro peccato populi. pelles & carnes & fimum vitulæ & hircum comburebat extra, & cinerem seruabat, & inde per totum annum fiebat aspersio aquæ, qua purificabantur immundi de quibusdam, quę in lege immunditiæ dicebantur: vt puta si aliquis tetigisset cadauer hominis mortui, vel sepulchrum, erat immundus vsque ad diem septimam: & hac aqua mundabatur.

k ¶Sanctificabat.] Tunc sanguis vitulæ fuit remissio peccatorum, vt 12. q. 2. gloria.

l ¶Mūdabat, à venialibus. su. dis. 50. In capite. inf. dist. 4 nequaqua. Nā sacrificijs venialia delent. su. di. 2. cū omne. de pę. dist. 3. de quotidianis. Nā si qua tunc habebant, moralia erant. de pę. dist. 6 cap. 1. circa mediū.

Venialia delētur sacrificijs.

PER HELISÆVM. Historia. Legitur in 4. Regum, q cum Helisæus esset in heremo, venerūt ad eū viri ciuitatis, & dixerunt: Ecce habitatio huius ciuitatis optima est, sicut tu ipse benenosti, sed aquæ pessimæ sunt, & steriles. At ille ait: Afferte mihi vas nouū, & mittite in illud salem. & ait: Dicit Dominus. & sanaui aquas istas, & non erit vltra in eis mors, neq; sterilitas. Sanatæ ergo sunt aquæ illæ vsque ad diem hunc iuxta verbum Helisæi, quod locutus est Dominus.

m ¶Per helisæum.] Inde est q cum aqua exorcizatur, dicit sacerdos: Deus qui per Helisæum prophetā salem in aquam mitti iussisti.

n ¶Et coinquinatos.] venialibus tantum.

¶Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. C. XXI.

NOsse vos volumus[1], quòd Pascha Domini die Dominico annuis temporibus † sit celebrãdum. Istis enim tẽporibus Hermes doctor fidei, & scripturarũ effulsit inter nos. Et licet nos idem Pascha prædicto die celebremus; quia tamen quidam inde dubitabant: ad corroborandas animas eorum eidem Hermæ angelus Domini apparuit in habitu pastoris [a], & præcepit ei, vt Pascha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur. Vnde & vos apostolica auctoritate instruimus omnes eadem seruare debere; quia & nos eadem seruamus: nec debetis à capite [b] quoquo modo diffidere.

Iuo p. 4. c. 1. & 145.
† al. solẽnitatibus orig.

Item Victor Papa XIII. à Petro, in primo decretali suo.

Epist. 1. ad Theophilum.
Et in Aurelian 4. c. 1.

¶Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. C. XXII.

CElebritatem sancti Paschæ die Dominico agi debere, & prædecessores [c] nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die solennitet celebrari mandamus: quia nõ decet, vt membra à capite discrepent, nec † contraria gerant. A xiiij. vero luna primi mensis [d] vsque ad xxi. diem [e] eiusdem mensis eadem celebretur festiuitas. Eodem vero tempore baptisma celebrandum est catholicum. Sed tamen, si necesse fuerit, aut mortis periculũ ingruerit; gentiles ad fidem uenientes quocunque loco, uel momento, ubicunque euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus tantum Christianæ confessione credulitatis clarificata † baptizentur. Ipsis quoque, quod in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum; ne infideles, sed fideles inueniantur. Ipsi uero, qui infidelitatis nota asperguntur; infames efficiuntur, & inter fideles minime reputantur. Hæc uero statuta, nulla debent improbitate cõuelli, nulla nouitate mutari: quia alia est ratio [f] causarum sæcularium, alia diuinarum.

Poly. li. 3. ti. 10. & 17.
Vallfridus Strabo c. 26.
Burc. l. 4. c. 3.
Iuo p. 1. c. 198. & p. 4. c. 4.
† al. aut aliter gerant
† al. clarificatis

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 65.

¶De eodem. C. XXIII.

PAschæ solennitas uno die & tempore celebranda est.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 7.

Et in Africano c. 40. & Arausiaco. c. 19.

NOsse.] Hæc est 11. pars distin. in qua dicitur, quòd semper die Dominica fit Pascha. Quidam enim faciebant die Iouis. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ecclesia quolibet anno in die Dominica celebrat Pascha: tamẽ quia quidam dubitabant vtrum hoc fieri debeat, angelus apparuit Hermeti in specie pastoris & præcepit quòd ab omnibus hoc fieret. & Pius Papa hoc idem instituit.

a ¶Pastoris.] Vnde & liber illius, in quo tradidit plura documenta ecclesiæ, liber pastorum intitulatur.

b ¶A capite.] Cum hoc iubet. ar. instit. de satisd in fi. 11. dist. nolite.

CElebritatem.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd Pascha debet celebrari post quartumdecimũ diem lunationis Aprilis, qui est primus mensis secundum Hebreos, vsque in vigesimumprimum diem eiusdem mensis, id est, lunationis: & tunc debet fieri solennis baptismus, in necessitate tamen potest aliquis baptizari quocunque tempore, & quocunque loco: & qui baptizantur, seruare tenentur quod in baptismo promittunt. qui vero contrafecerint, infames efficiuntur, & reputantur infideles. Et nota quòd hæc dictio, vsque, ponitur inclusiue: & quòd hæc lunatio quandoque incipit in Martio. Et not. quòd hæc computatio attenditur secundum annum lunarem, & nõ solarem.

c ¶Prædecessores.] in legibus enim sæcularibus posteriores ad se trahunt priores: quod in diuinis non fit: sed potius econuerso. argum. 50. distinct. Domine. in fin. H. sed B. secus intelligit hoc.

Leges posteriores trahunt ad se priores.

PRIMI MENSIS. Historia. Sicut legit in Exodo. Dominus præcepit vt mẽsis ille primus haberetur & Agnus xiiij. die immolaretur, qui mensis apud Hebræos Nisan appellatur: apud nos vero Aprilis. Seq. c. patent vsque ad c. perlatum. & ea per te videbis.

d ¶Primi mensis.] Id est, Aprilis, qui est primus mensis secundum Hebræos, vt 70. dist. §. primum vero.

ADDITIO. Hoc sane intellige Hebræi annũ solarẽ non attendunt, sed lunarem, & appellant primum mẽsem lunarem, quod nos dicimus no ipsum Aprilẽ, sed Aprilis lunationem, eam, scilicet quæ terminatur in Aprili. B Hyspal.

e ¶Vsque ad xxi. diem.] Intelligas hoc de mense lunari, nõ solari: in illa enim lunatione sẽper est Pascha.

e ¶Vsque ad xxi. diem.] Illud, vsque, hic ponitur inclusiuè: & includitur xxi. dies. & hoc vult dicere, ꝙ Pascha no debet esse inf. xiiij. diẽ lunationis Aprilis, nec post xxij. diem illius, si enim xiiij. dies lunationis est in die Dominica, ibi est Pascha Iudæorum. & Dominica sequenti, ibi est nostrum Pascha, hoc est xxi. die.

Pascha citra quod & vltra quod tempus debet esse.

f ¶Alia est ratio.] Quia infames efficiuntur secundũ canones quicũq; nota infidelitatis, id est, mortalis peccati aspergũtur, vt no. 6. q. 1. oẽs. & c. illi qui. sed secus est secundum legem, & ita est ratio alia. M. ponit exẽplum in appellatione. 2. q. 6 non ita. Sed quid ad hanc litteram de hoc exemplo? Ego dico hũc esse sensum, ꝙ ea quæ in baptismo quis promisit, non possunt mutari, Licet legum statuta possint immutari.

Infames efficiũt, qui mortali peccato asperguntur.

Pla-

¶Dies Paſchæ concilij *a* formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur. C. XXIIII.

a ¶Concilij] *In aliquot vetuſtis eſt*, & concilij. *In originali impreſſo hac eſt huius capitis rubrica*. De tempore Paſchali, ſeu concilij *in codice canonum in indice capitis* 40. *concilij Africani*. diem paſchæ & diem concilij nunciandū *In græco, c.* 74. περὶ τοῦ τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρα τῦς συνόδου ἀγγέλλεσθαι. Vt dies paſchæ in die ſynodi annuncietur.

su. diſt. 74. PLacuit, vt dies venerabilis Paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur: dies vero [a] concilij xj. Kal. *β* Nouembris ſeruetur. ſcribendum eſt etiā ad ſingularum quarumcunque prouinciarum primates, vt quandocunque apud ſe concilium congregant, iſtum diem non impediant.

β ¶XI. Kal] *Sic in Carthagmenſi*. *In Africano autem (etiam in codice canonum) & Carthagmenſi græco eſt*, X Kal Septembris.

Item ex concilio Bracharenſi 2. c. 9.

¶Cum in concilio omnia ſtatuta fuerint, futurum Paſcha annuncietur. C. XXV.

PLacuit, vt poſtquam [b] omnia in concilio ſacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis obſeruetur, vt ſuperuenturum † ipſius anni Paſcha quoto Kalēdarum die, vel quota luna debeat ſuſcipi, à metropolitano epiſcopo intimetur †. Quod cæteri epiſcopi, vel clerus reliquus breuiculo ſubnotantes, vnuſquiſque in ſua eccleſia adueniente Natalis Domini die aſtante populo poſt Euangelicam lectionem annuncient [c].

† *al. ſuperuenturs.*
† *al. nūcietur*

Item ex concilio Arelatenſi 1. quod confirmauit Papa Silueſter, c. 1.

¶Per orbem vniuerſum vno die, & vno tempore Paſcha celebretur. C. XXVI.

Iuo p. 4. c. 19. DE obſeruatione Paſchæ Domini ſtatuimus, vt vno die & tempore per omnem orbem obſeruetur: & iuxta conſuetudinem litteræ † ad omnes dirigantur.

† *litteras ad omnes tu dirigas* Iori.

Item Gregorius Seuero epiſcopo Maſſilienſi, l. 9. epiſt. 9.

¶De imaginibus ſanctorum non violandis. C. XXVII.

Anſel. 13. c. 45. Burch. l. 3. c. 36. Iuo p. 3. c. 41. Pann. l. 2. c. 36.

12 PErlatum ad nos fuerat, quòd inconſiderato zelò ſuccenſus ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidem, quia eas adorari vetuiſſes, omnino laudauimus [d]: fregiſſe [e] vero reprehendimus. Dic frater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? Si non *γ* aliud, vel illud te non debuit reuocare, ne deſpectis alijs fratribus ſolum te ſanctum eſſe crederes, & ſapientem? Aliud eſt enim picturam adorare: aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa etiam ignorantes vident, quid ſequi debeant: in ipſa legunt, qui litteras neſciunt. Vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura eſt.

γ ¶Si non.] *Hac vſque ad verſ.* Aliud, *ſunt addita ex originali.*

† *al. ſexta* *Item in ſeptima † ſynodo, actione 6.*

a PLacuit.] ¶Dies vero.] Hodie ſi illud teneas de hoc quod habes 18. diſtin. quoniam. Ioā.

b PLacuit vt poſtquam.] Hoc c. nō habet hodie locū.

c ¶Annunciēt.] hoc cap. nō vbiq. obtinet.

PErlatum.] Hæc eſt 12 pars diſt. Ioan. de Fant.

CASVS. Seuerus epiſcopus ſanctorū imagines vetuit adorari: & ita motus eas fregit. Vnde Gre eū cōmendat, quia eas vetuit adorari: ſed redarguit eū, quia eas fregit. nam quod facit ſcriptura legentibus, hoc faciunt imagines & picturæ illiteratis.

d ¶Laudauimus.] Hic colligitur, q licet intentio approbetur, reprobatur tamen ipſum factū. vnde per hoc pōt ſolui illa cōtrarietas de Loth: qm̄ nunc dicit ſcriptura eum eſſe ſanctū. 22. q. 7. offerebat. alibi perturbatū dicit 13. di. quod au. Itē eſt ar. q in vno facto pōt reprobari quiddā, & aliud approbari. 22 q. 4. inter cętera. Arg. cōtra ff. fami. er. l. hoc t. ſed illud in factis cōnexis, hoc in factis diuerſis. extra de reſcri. inter cęteras.

Intentio qñ andoq. approbat, & factū reprobatur.

De hoc le. & not. 22. q. 2. ſi quis. 3. q. 9. pura. ibi videas.

e ¶Fregiſſe.] ſu, diſt. 63. §. verum contra. ibi latria adorabant: hic dulia. Verſus.

Latria debet Domino: ſed dulia ſeruo.

Latria qua Chriſtum veneramur: dulia mundum.

Latria & dulia quid exigunt.

Vene-

VEnerabiles.] CASVS. Quæsitum fuit quare Christiani venerentur imagines & picturas, cũ deitatẽ in eis esse non credant, nec spẽ salutis in eis ponãt. Et respondetur, ꝙ hoc faciũt in memoriã sanctorũ, & ad recordationem primitiuorum olim factorum, id est, olim narũ rerũ gestarũ.

CASVS. Tradũt hic catholici doctores, ꝙ pater & filiꝰ & Spiritus sanctus vnius sunt substantiæ, & non tres dij, sed vnus; & quia pater genuit filiũ, nõ est filiꝰ: nec filius pater: nec Spiritus sanctus est pater & filius sed patris & filij spiritus: nec dr̃ trinitas incarnata, crucifixa,

¶Imagines sanctorum memoria sunt, & recordatio præteritorum. C. XXVIII.

VEnerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque seruiunt eis vt Dijs, neque spem salutis ponũt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium: sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant [a]: sed non seruiunt eis cultu [b] diuino, nec alicui creaturæ.

Item Hadrianus Papa Tharasio patriarchæ in actione 1. eiusdem septimæ synodi. In epi. Hadria. ad Carolũ, c. 35

¶Non in agni, sed in hominis specie Christus est figurandus. C. XXIX.

13 SExtam [c] sanctam synodum recipio cum omnibus canonibus suis, in quibus dicitur [d]. In quibus † picturis sanctarum imaginum agnus præcursoris digito ostensus depingitur, qui [e] in figuram [f] gratiæ trãsit α [g], verũ nobis per legẽ Moysi demonstrãs agnũ Iesum Christũ Dominũ nostrũ. Antiquis ergo figuris, & vmbris, ad veritatis præfigurationem sanctæ ecclesiæ traditis valet dicentes, β gratiam [h], & veritatem præferimus, & sic plenitudinem legis recipimus, verũ igitur agnũ † Dominũ nostrum Iesum Christũ secundum imaginẽ humanã amodo etiam in imaginibus pro veteri [i] agno depingi iubemus.

sup. dist. 16. in 6. syn. c. 82. Iuo p. 4. c. 122. & 126.

† *quibusdam*] vera lectio.

† Adde ꝙ propriè veniat appellatiõe agni not. in l. cũ quæritur in princ. ff. de leg. 3.

¶*De sexta synodo, & canonibus ipsius notatum est supra c. sexta synodus.*

α ¶Gratiæ transit.] *Et in epistola Hadriani, & apud Iuonem, par. 4. c. 122. legitur,* in typum gratiæ assumptus est. *apud eundem Iuonem, c. 126 ex Hadriano ad Carolum,* in signum telictus est gratiæ *Græce in canone sexta synodi est,* ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος *id est,* qui in typũ gratiæ assumptus est *Sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶Vale dicentes.] *Sic Iuo. In epistola Hadriani est,* suscipientes, *Græce* κατασπαζόμενοι.

Item Augustinus lib. primo de Trinitate, c. 4.

¶De fide Trinitatis & vnitatis inuiolabiliter seruanda. C. XXX.

14 OMnes [k], quos legere potui, qui ante me scripserũt de Trinitate, quæ Deus est, diuinorũ librorũ veterũ & nouorum catholici tractatores hoc intenderũt secundum scripturas docere, quod pater, & filius, & Spi-

Iuo p. 1. c. 2. Pann. l. 1. c. 7.

a ¶Et adorant.] Sup. proxi. c. contra. Sed aliud est adorare latria, quod ibi prohibetur, aliud dulia, qđ hic permittitur.

b ¶Cultu.] s. latriæ, in qua tria exiguntur, charitas dilectionis: & multitudo sacrificiorum: & veneratio t. In dulia vero vnũ solũ scilicet veneratio: & in hoc sensu possumus quamlibet rẽ sacrã adorare, i. reuerẽtiam exhibere. sup. di. 1. in sancta.

1 Dicas, ꝙ duæ sunt species adorationis, s. latria, & dulia. latria est seruitus siue cultus soli Deo debitus, dulia est seruitꝰ, quæ debetur creaturæ. vnde versus. Dulia fit seruo: debetur latria Christo. Archid.

SExtam sanctam.] Hæc est 13. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Quia Ioannes Christum demonstrans ait: ecce agnus Dei: ideo quidã pingebant Christum sub specie agni: verum quia vmbra mortis transiuit, & Christus verus sit homo, in forma humana debemus ipsum depingere: & hoc præcepit Hadrianus auctoritate sextæ synodi, quã inducit. [In quibꝰ scripturis.] i. pictoris. & sunt verba canonũ 6. synodi. & hæc dictio, [quibus,] non refertur ad aliquã dictionem hic positam: sed in canone [vale dicẽtes,] id est licentiantes, & terminum imponentes.

c ¶Sextam.] sup. dis. 16. sextam.

d ¶In quibus dicit.] Illud, quibus, non refertur ad aliquam dictionem hic positã, sed in canone sextæ synodi, cuius verba Hadrianus inducit. Alibi dr̃ vel habetur in quibusdã. & secundũ hoc litera patet. Vel in qbus.

e ¶Qui.] Id est, sacrificium cuius agni.

f ¶In figuram.] Tempore gratiæ, quæ figurabatur in veteri testamento.

g ¶Transit.] i. trãsire debet quasi non debet depingi.

h ¶Gratiam.] Id est, gratiosam veritatẽ, scilicet Christum hominem.

i ¶Pro veteri.] Hoc credo reprobari: quia in cruce tantũ agnus Dei depingebaẽ. nã aliàs hoie depicto agnũ depingi nõ obest in parte inferiori, sed cum corrigaẽ quo ad hoc, ergo qũo recipiẽ cũ oibus canonibus?

Christꝰ nõ pingaẽ in figura agni.

OMnes quos.] Hæc est 14. pars di. scd̃m Ioã. de Fãt.

xa, sepulta, sed tantum filius: nec dicitur Trinitas descẽdisse super Iesum in specie colũbæ, nec super Apostolos in specie ignis, sed solus Spiritus sanctus: nec illa vox, quæ facta est ad Christũ quãdo fuit baptizatꝰ, scilicet, Tu es filius meus dilectus: vel illa quãdo corã tribus discipulis fuit trãsfiguratus, s. Hic est filius meꝰ dilectus, &c. nec illa vox clarificaui, & iterum clarificabo, attribuitur Trinitati, sed tantum patri, quamuis inseparabilia sint opera Trinitatis.

k ¶Omnes.] CASVS In prima parte dicit tres personas patrem & filium & spiritum sanctũ vnius & eiusdem substantiæ. In secunda partẽ dicit ꝙ licet iste tres perso-

personæ sint eadem essentia, quędam tamen singulariter attribuũtur personis, quæ Trinitati non attribnuntur: & similiter aliquid attribuitur patri quod non filio. & econuerso. & idem in spiritu sancto.

a ¶Columbæ.] Vera quidem columba fuit, quæ nec prius

ex quo.] Vigesimanona ibi, [Qñ.] Trigesima ibi, [Nõ dubito.] Trigesimaprima ibi, [Placuit igitur.] Trigesimasecunda ibi, [Placuit vt quicumque.] Io. de Fant.

CASVS. Quærebatur hic quæ sint necessaria illi, qui vult baptizari. Et respondet, ꝙ duo sunt necessaria, s. vt aqua exterius abluatur, & vt fides interius habeatur, vt sicut aqua visibili, ita & spiritu inuisibili baptizetur.

Colũba q̃ descẽdit in baptismo Christi vera fuit.

ritus sanctus vnius eiusdemque substantiæ inseparabili æqualitate diuinam insinuent vnitatem: ideoq; non sint tres Dij, sed vnus Deus, quamuis pater filium genuerit; & ideo filius non sit, qui pater est; filiusque à patre sit genitus; & ideo non sit pater, qui filius est; spiritusque sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantum patris & filij spiritus, patri & filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem: non tamen eandem Trinitatem naram de Maria Virgine, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam tertia die resurrexisse, & in cælum ascendisse; sed tantummodo filium: nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ [a] super Iesum baptizatum: aut die Pentecostes post ascensionem Domini sonitu facto de cælo, quasi ferretur flatus uehemens, & linguis diuisis, velut ignis [b] sedisse super vnumquemque eorum; sed tantummodo spiritum sanctum: nec eandem Trinitatem dixisse de cælo, [tu es filius meus,] siue cum baptizatus est à Ioanne, siue in monte, quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit vox dicens, [& clarificaui, & iterum clarificabo,] sed tantummodo patris vocem fuisse ad filium factam: quamuis pater, & filius, & spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur.

Mar. 1.

Act. 2.

Mar. 1.

Io. 12.

c ¶Necessarium est.] hic depingitur 4. dist. in qua agitur de baptismo, qui est ianua oĩum sacramẽtorum. Vñ vidẽdum est quid sit baptismus, quę forma baptizandi, quando fuit baptisma institutũ, quod sunt genera baptismi, & qs effectus. Et quidẽ baptismus ẽ exterior hominũ ablutio cum certa forma verborũ. Et ẽt character impressus aïæ. Dr̃ ẽt baptisma ipsa aqua, vt 1. q. 1. detrahe. Forma aũt baptismi est, Baptizo te in nomine patris, & filij, & spũs sancti [1]. Amen. Quam formã Dñs tradiuit discipulis suis cum dixit, Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritui sancti infr. ea. proprie ita quę. nec ẽt omitti debet hoc pronomen, ego, extra de bapt. si quis sane. Nec obst. infr. ea. à quodam. q̃a ibi nomine Christi intelliguntur tres personæ. Et institutum est secundum quosdã, cũ dictũ est Nicodemo:

Baptismi diffinitio.

Baptismi forma.

1 Vt inf. e. ponè. &c. si quis presbyte, &c. multi.

Baptismi tria sũt gña

Baptismi effectus.

Cõprehẽdẽdo tamẽ in sacramẽti collatione etiã impressionem characteris: nã character imprimitetiã indigne suscipiẽtibus.

Idem super Ioannem.

Ex glossa ord. in c. 3. Ioan. [Nisi quis.]

DISTINCTIO IIII.

¶Sine sacramento visibili, & fide inuisibili nemo saluatur. C. I.

NEcessarium [c] est visibile sacramentum [d] aquæ, ad ablutionem visibilis corporis supra

prius nec postea cõparuit, sed in suã materiam rediit, sicut legitur de stella, de qua descẽdit spiritus sanctus per significationem. significabat. n. plenitudinem donorum spiritus sancti, quæ in Christo erant, super quẽ spiritus sanctus descendit. infra dist. proxi. per aquam.

b ¶Ignis.] Genitiui cas᷒ ẽ: aliàs nõ cõgrue diceret, &c.

NEcessarium.] Hæc dist. diuiditur in 32. partes in quarum prima probat, per 10. c. ꝙ qui non fuerit baptizatus, saluus esse non poterit. Secunda ibi, [Non ratione.] Tertia ibi, [Mulier quamuis,] Quarta ibi, [Solet.] Quinta ibi, [Ostenditur.] Sexta ibi. [Non illud.] Septima ibi, [Baptismi.] Octaua ibi, [Hi de quibus.] Nona ibi, [Aliud est.] Decima ibi, [Tunc valere.] Vndecima ibi. [Siue paruuli.] Duodecima ibi, [Si nõ sanctificatur.] Decimatertia, ibi, [Prima igitur.] Decimaquarta ibi, [Paruuli.] Decimaquinta ibi, [De trina.] Decimasexta ibi, [In Synodo.] Decimaseptima ibi, [Venisti,] Decima octaua ibi, [Iudæi,] Decimanona ibi, [In catechismo.] Vigesima ibi, [Omnis.] Vigesimaprima ibi, [Non licet.] Vigesima secunda ibi, [Si ad matris.] Vigesimatertia ibi. [Qui bis.] Vigesimaquarta ibi, [Presbyteri.] Vigesimaquinta ibi, [Quando quis.] Vigesimasexta ibi, [Quæris.] Vigesima septima ibi, [Si baptizata.] Vigesimaoctaua ibi, [Non

Nisi quis renatus fuerit, &c. secũdum alios cum dixit discipulis, Ite baptizate, &c. & hoc post mortem. secundum alios, cum misit Iudam cum cæteris. 1. q. 1. dedit. Ego credo, ꝙ tunc cũ à Ioãne est baptizatus, vt inf. ea. per aquã. Quot sunt gña baptismi? & quidem tria, fluminis, & sanguinis, & flaminis, vt dicemus inf. ea. baptismi. Quis est eius effectus? q̃a cũ digne quis baptizatur, tã actuale q̃ originale peccatũ sine pnĩa tollitur, vt infra ea sine pnĩa. aliàs est. n. tñ sacramenti * collatio a.

d ¶Sacramentum.] Subaudi, vel aliquid qđ supleat vicem eius. hæc aũt sunt duo, s. martyrium, & cordis contritio infr. ea. baptismi vicem. &c. catechumenum. Et ita aqua est sacrm̃: quia intransitiue legitur hoc: sed ipse character similiter. 32. q. 7. licite. ipsa etiam ablutio. & hæc tria idem significant, s. ablutionem interius factam: vel quæ fieri debet, propter ficte accipientẽ. Sed de aqua qñ dicis ꝙ incipiat vel desinat esse sacramentum? Dic ꝙ simul incipit & desinit esse sacramentum, s. in prolatione vltimæ syllabæ ipsius formæ; quia tũc signat: non autem ante vel post est sacramẽtum, remanet tñ res sacra. extra de sac. vnc. c. 1. Idem dr̃ in oleo benedictio vel chrismate: quia tamdiu est sacramentũ quãdiu fit cũ eo vnctio. nõ. n. ante vel post: remanet tñ res sacra. Alij tñ dicunt contra, vt notatur 1. q. 1. detrahe. quod multũ facit pro opinione nostra. Item si alius

a In hoc casu. s. quãdo ĩdigne hoc sacrm̃ recipitur: tunc tãtum recipit ipsum sacramẽtum, & non rem sacri, vt inf. ea. quo modo. Arch.

Aqua in baptismo est sacramẽtũ. id est, ablutio cum aqua.

liquor

liquor admisceatur illi aquæ, nunquid baptizaſ puer. secundum leges vt, ꝙ non: quia desinit esse aqua, quia liquor nonus efficitur. ff de acquirend. rerum domi. adeo. §. voluntas. sed hoc non credo: quia quotidie in mari nonus liquor adijcitur, vel sputum, vel Vrina: & sic in mari non fieret baptismus. secundum canones secus.

Firmissime.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc c. ostendit Aug. ꝙ originale peccatū est peccatu sine nitiū, & quilibet nascitur cū originali peccato, & nisi quis ab eo liberetur per fidem vel baptismum, etiam puer nondum natus ex vtero, si moriatur, damnabi-

sicut necessaria est doctrina [a] inuisibilis fidei ad sanctificationē inuisibilis animæ. *Idem*. Renascitur [b] homo: [ex aqua,] visibili sacramēto, & [spiritu] inuisibili intellectu [c], vt symbolum [d] baptismi visibiliter accipiat, & spiritalem intellectum ipsius symboli perficiat † : Vel [ex aqua] visibili, [& spiritu] sancto [e].

In ea. glossa ad uers. ex aqua.

† *al. percipiat*

a ¶Doctrina.] Id est, fides, quæ habetur per doctrinam.

b ¶Renascitur.] De adultis scilicet & sensatis ab hinc intelligitur e. de pæn. dist. 4. cap in domo.

c ¶Intellectu.] In fide, quæ intellectu cōprehenditur. [1]

d ¶Vt symbolū.] Infra ea. ante viginti.

e ¶Spiritu sancto.] hoc quantum ad paruulos, qui non habēt fidem.

[1] Subaudi ex qua quis decernit & intelligit quid credere debeat. Arch.

Idem in libro primo de peccatorum meritis, & remiss. seu, de baptismo paruulorum, c. 39.

¶In baptismate concupiscentia extinguitur, non vt non sit, sed vt non obsit. C. II.

Per baptismum Christi id agitur, vt euacuetur caro peccati. Euacuatur [f] autem, non vt in ipsa uiuente carne concupiscentia conspersa, & innata repente absumatur, & non sit: sed ne obsit [g] mortuo, quæ oberat nato. Nam si post baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti peruenire potuerit, ibi habet, cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet, si non in vacuum gratiam eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo [h] ineffabili omnipotentissimi creatoris, vt lex peccati, quę inest in membris repugnans legi mentis penitus extinguatur, & non sit: sed, vt quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum fuerit, cum eidem concupiscentiæ subiecta mente seruiret; totum [i] aboleatur, & velut factum [k] non fuerit, habeatur.

¶*Restitutum est caput hoc suæ integritati, vt melius B. Augustini sententia perciperetur Neque enim glossa impediebat.*

Per baptismū Christi.] CASVS. Beneuen. sic ponit hunc casum. In hoc c. dicit Aug. ꝙ per baptismū omne peccatū actuale dimittitur: originale vero non deletur omnino, sed debilitatur & mitigatur, vt iam non imputaretur ad pœnam æternam, & ad quid remaneat interserit, vt s. homo cōtra illicitos motus ex illo procedētes pugnans & vincens coronam mereatur. vbi enim lucta, ibi corona nemo. n. coronabitur nisi qui legitime certauerit. & hūc casum melius ponit Hugo quam Beneuenta.

f ¶Euacuatur.] Nota ꝙ quadruplex est pœna originalis peccati, præcludit ianuam cęlestem, perpetuo damnat, causa est mortis temporalis & impotētia resistēdi vitijs. primā duo & vltimū tollit baptismus.

Peccati originalis pœna est quadruplex.

g ¶Sed ne obsit.] Immo & vt prosit, quia vbi maior pugna, maior corona. de pæ. dist. 3. ille rea. similiter remanet actu, sed inefficax, vt est in pacto de non petēdo insti. de excep. §. præterea. vel enim opponitur exceptio sententiæ. arg. ff. sol. mat. viro itaque. & sic originale transit reatu, sed manet actu.

ADDITIO. Hic adde & vide quod leg. & no. infr. ead. dist. non ea quo. Arch.

h ¶Miraculo.] Vt in B. Maria, & in Ioanne Apostolo, quia neuter eorū potuit peccare. Itē natiuitas Mariæ in utero non celebratur, sed natiuitas ex vtero bene.

i ¶Totum.] Arg. ꝙ in baptismo omnis sequela & infamia aboletur [2], & ꝙ gratia Dei in baptismo nō requirit gemitum vel planctum, vt dist. ead. sine pænitentia.

k ¶Factum.] Arg. extra de verb. sign. nam & ego. arg. ff. de adil. edic. quod ita.

Maria & Ioannes Apostolus peccare nō potuerunt.

Infamia aboletur in baptismo.

[2] Ar. contra 26. dist. de Iudæis. i. f.

Idem ad Petrum diaconum, c. 26.

Tom. 3. & inter opera Fulgēij.

¶Qui ex uiro, & muliere concipitur, cum originali peccato nascitur, nec sine baptismate saluatur. C. III.

Firmissime [l] tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditū, mortiq. subiectum; & ob hoc natura iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus: [Eramus enim & nos natura [m] filij [n] iræ [o], sicut & cæteri.] A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem [p] mediatoris Dei, & hominum hominis Iesu Christi.

Iuo par. 1. c. 26. & 27.
Pann. l. 1. cap. 8 & 9.

Eph. 2.

nabitur æternaliter, Bene. vero sic ponit hunc casum. Nemo ex semine viri nascitur sine peccato originali, à quo non liberatur adultus sine fide Christi, nec paruulus sine sacramento baptismi, sine quo si mortuus fuerit sine fine peribit. Apostolus in epistola ad Ephesios. Seq e. patet, quod loquitur de adulto.

l ¶Firmissime.] Sup. 1. q. 1. firmissime. extr. de hær. c. 3.

m ¶Natura.] Id est à natiuitate in vtero; Vel natura .i. consuetudine nascendi, non ex creatione. Vel dic natura .i. naturali & inseparabili vitio. s. originalis peccati, quod ab homine separari non potest, sicut naturalia ab homine non separantur. Arch.

n ¶Filij.] .i. debitores, & digni pęna ęterna .i. obnoxij.

o ¶Iræ.] id est, pœnæ æternæ.

p ¶Nisi per fidem.] Vel sacramentum fidei, vt in paruulis, vt infr. ead. quantis à mc.

[3] Vt hoc melius intelligas, sciendum, ꝙ duæ sunt natiuitates. s. in vtero: alia ab vtero. In vtero nasci ē in utero animam corpori infundi. Ex utero nasci est ex vtero in lucē prodire. Vñ B. Virgo & Io. bapt. & Iere. cū originali peccato nati fuerūt in vtero: & hoc vult dicere littera c. in princip. ibi, oēm hominē, &c. Vnde cōceptio B. Marię nō debet celebrari: sed natiuitas ex utero bene celebratur, & sancti Ioannis: quia fuerunt in vtero sanctificati, & eis fuit dimissum originale peccatum, H.

a ¶Sem-

a ¶Sempiterno igne.] Id est pœna æterna. 14. q. 1 pœnale.
b ¶Puniendos.] Infr. ea regenerāte. cōtra, vbi dr ꝙ habent mitissimā pœnā. sed dic igne sempiterno. i. pœna: quia semper erunt in tenebris. vt infra ead. nulli.
c ¶Non

re ante legem, & de tpe legis. In tēpore gratiæ, baptismus oīa delet peccata in paruulis & adultis. In tempore ante legem paruuli in fide parentū, adulti in fide sacrificiorum à peccatis mundabantur. In tempore legis adulti & paruuli per circumcisionem mundabantur.

Sēt. 4. di. 4. & 9.

Item, c. 27. ¶Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione vtentes, uerum etiam paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur siue cum de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine patris & filij & spiritus sancti, de hoc sæculo transeunt; sempiterno † igne [a] puniendos [b]: quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione, & natiuitate traxerunt.

† *ignis æterni sēpiterno supplicio*] orig.

† *forte Chromatius.*

Item Ioannes Chrysostomus †.

¶De eodem. C. IIII.

Sent. 4. dist. 12. supra de pę. di. 1. non potest.

NOn potest [c] quis gratiam vitæ cælestis accipere nisi [d] prius purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitentiæ confessionem [e], per donum baptismi [f] salutaris domini, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui est bene dictus in sæcula sæculorum.

Item Gregorius in Moralibus, libro 4. c. 2.

¶Sicut nunc in baptismate, ita olim in circumcisione remittebantur peccata. C. V.

Iuo p. 1. c. 49. Pann. l. 1. c. 10.

QVod autem apud nos valet aqua [g] baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui de Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circumcisionis.

Item Augustinus ad Valerium contra Iulianum de nuptijs, & concupiscentia libro secundo, c. 11.

¶Originale peccatum nunc in baptismate, olim in circumcisione remittebatur. C. VI.

Iuo p. 1. c. 50. Pann. l. 1. c. 11.

† *al. sanctificationē*] Grat.

EX quo instituta est circumcisio in populo Dei (quod erat tunc signaculum iustitiæ fidei;) ad significationem † purgationis valebat, & paruulis originalis, veterisque peccati: sicut & baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem [h] hominis, ex quo est institutus.

Idem de libero arbitrio, lib. 1. c. 23.

¶Paruulis in baptismate offerentium prodest fides. C. VII.

Alger. l. 3. c. 7. Iuo p. 1. c. 20. Pann. l. 1. c. 12.

ILlud perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid paruulis prosit; cum eo accepto plerumque moriuntur, priusquam ex eo quidquam cognoscere potuerunt. Qua in re satis pie, recteq. creditur prodesse paruulo fides [i] eorū à quibus cōsecrandus offertur.

g ¶Aqua.] Certe plus operatur hodie baptismus, quàm tunc circumcisio. quia circumcisio tantum pœnā tollebat, sed in baptismo sec9 est, vt extra de bapt. maiores.

EX quo.] CASVS. Quærebatur in quo tempore locum habuit & effectum circumcisio, & respōdet ꝙ ea quo circumcisio fuit instituta, & lex populo data: sicut baptism9 valuit ex quo fuit institutus.

h ¶Ad innouationē.] quod tunc credimus factum, cum Christus tactu suæ mundæ carnis vim regenerationis contulit aquis, teste Amb. vt infr. ea. per aquam. &c. propr.c. nō.n. baptismus Ioannis fuit proprie baptismus [r] sed baptismi assuefactio teste Aug. vt inf. ea. non regenerabantur. vnde licet baptizati essent ab eo quid: m.., tñ cum iterum baptizati fuerunt, nō. fuit facta iniuria sacramēto: quia eius baptism9 sacrm non erat, vt infra ea. aliud. quidam vero propter sacramētum circumcisionis, quod ceperant, & fidem, quam plene habebant, nō sunt rebaptizati. B. Alij dicunt, ꝙ institutus fuit baptismus cum dixit Nicodemo. Nisi quis renatus fuerit, &c. Alij dicunt tūc cū dixit discipulis suis, Ite bapt. o. g. &c. vt infr. c. proprie. sed p̄ualet quod prius dictū est: tñ baptismus eius adhuc plenum non habuit effectū, sed post mortē [z] eius cœpit plenū habere effectum: q a adhuc nō erat ianua cœli aperta, sed post mortem eius fuit aperta infr ead. proprie. ver. ad cuius. Io.

Baptismus quādo fuit institutus.

Baptismus Ioannis nō fuit proprie baptismus. [r] De hoc le. & no. supra 1. q. 1. c. dedit Arch.

[z] De hoc le. & no. inf. c. pprie. ver. ipsa igitur.

e NOn pōt.] Supr. de pæ. di. 1. illa sup. de pæ. di. 1. §. alij econtra. &c. nō potest. sed illud de adultis.
d ¶Nisi.] Infra ead. dist. oīs qui, sup. 15. q. 1. §. vt itaq.
e ¶Confessionem.] Quantum ad adultos.
f ¶Baptismi.] Quo ad paruulos, vel per aliud loco illius infra ea. baptismi vicem.

QVod autem.] CASVS. In hoc c. fit mentio de tribus temporibus. s. de tempore gratiæ, de tēpo-

ILlud perscrutari.] CASVS. Solet quæri quid pdest baptismus paruulis, qui moriuntur ante tempus discretionis? Et respondet prodest eis, quia saluantur in fide offerentis. vnde potest aliquis intelligere, quòd multum prodest alicui fides propria, cum tantum prodest paruulis fides aliena.
i ¶Fides.] Id est sacramentū baptismi collatū in fide

eorum

eorum, i. in nomine trinitatis, quam ipsi tenentur credere, & confiteri Bar.

ret baptizari à Ioanne, descendit ad aquam Iordanis: per quod intelligitur formam Euangelicam debere proferri super aquam. & post descēdit spiritus sanctus super eum baptizatum: per quod intelligitur qđ aqua baptismi per spiritum sanctum sanctificatur. Sequens cap.

Et hoc ecclesiæ commendat saluberrima auctoritas, vt ex eo quisque sentiat, quid sibi prosit fides sua quādo in aliorum quoque beneficio α, qui propriam nondum habeat potestatem, commoda sit.

α ¶Beneficio.] *Eadem lectio est apud Iuonem, in Pannormia, & in originali ad marginem. In textu autem est*, beneficium, qui propriam non habent, potest aliena commodari.

Idem de baptismo paruulorum lib. primo, c. 32. & 33.

¶Per fidem & baptisma iustificamur à peccatis.

C. VIII.

Filius Dei carnem peccati β suscepit, & pœnam sine culpa, vt in carne peccati & culpa solueretur, & pœna. Per fidem ergo & baptismum eius à peccato homo per iustificationem, & à morte liberatur per resurrectionem. ¶Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem, & offerentium responsionem. Qui vero non sunt baptizati, inter non credentes iudicantur ex Euangelio Ioannis 1 [Nisi quis renatus [a] fuerit ex aqua [b] & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.] C 33. Io. 3.

¶Caput hoc est summa verborum Beati Augustini in locis indicatis.

β ¶Carnem peccati.] *Apud B. Augustinum longe plenius & rectius.* Dominus autem, *inquit*, in carnem suam non peccatum transtulit, tanquam venenum serpentis, sed tantum trāstulit mortem, vt esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa; vnde in carne peccati & culpa solueretur, & pœna. *Multum igitur interest inter carnem peccati, & similitudinem carnis peccati. Quod explicans B. Augustinus cum alibi sæpe, tum potissimum sermone 4. de Verbis Domini, addebat tamen*, si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati; quomodo, vt de peccato damnaret peccatum in carne? solet & similitudo capere nomen eius rei, cuius est similitudo.

Item Ambrosius libro primo de sacramentis, c. 4. & 5.

¶Per aquam baptismi de terreno fit homo cælestis.

C. IX.

Per aquam † baptismi transitus est à terrenis ad cælestia. Hoc est enim Pascha, id est, transitus eius, transitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamēto ad sanctificationem. Qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit. Non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementū, aliud consecratio; aliud opus, aliud operatio. Aqua opus est: operatio spiritus sanctus est. Non sanat aqua, nisi spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit: sicut legisti, quòd cum Dominus noster Iesus Christus formam [c] baptismatis daret, venit ad Ioannem: & ait illi Ioannes:

† *Qui per hūc fontem transit, transit à terrenis, ori.*

Filius Dei.] CASVS. Dicitur hic, q filius Dei suscepit carnem similem carni peccatrici propter peccati redemptionem, vnde eius fidem & baptismum consequuntur adulti remissionem peccatorum: paruuli vero baptizati tanquam fideles saluantur: sed non sunt salui nisi baptismo fuerint renati, secundum uerba Euangelij.

a ¶Nisi qs renatus.] Id est, ea regenerat one, s. interiori, qua renascuntur illi, qui renascuntur ex aqua & spiritu sancto, &c. subaudi, vel nisi iusta ignorantia eos excusset, &c. extra de presbyt. non bap. c. 2.

ADDITIO. Vt supra dist. proxi. c. vlt. in fi. 28. q. 1. sic. n. Archid.

b ¶Ex aqua] Iā sanctificata per spiritum sanctum: nec ab hac sanctificatione separatur pater vel filius, cū inseparabilia sint opera Trinitatis, 28. q. 1. sic enim. & supra dist. proxi. c. vlt.

Per aquam.] CASVS. Benc. sic ponit hunc casum. Remittuntur peccata in aqua baptismi: in quam descendit spiritus sanctus, sicut legitur descendisse quando Christus baptizabat à Ioāne. & quamuis sit in vsu ecclesiæ prius aquam sanctificare, & hominem postea baptizare: tamen primo baptizatus est Christus, & postea descendit spiritus sanctus super eum: vt ostenderetur, q Christus non indigebat sanctificatione: sed sanctificare pertinebat ad eum, & ad suū spiritum. H. sic ponit hunc casum. In hoc ca. Amb. baptismum commendat dicens, quòd per aquam baptismi homo sanctificatur, & fit cęlestis, sed tantum illa aqua habet hanc efficaciā, super quam profertur forma Euangelica, & descendit spiritus sanctus: & sic per spiritum sanctum infunditur illi aquæ vis sanctificandi: quod hæc duo sint ibi necessaria, ostendit ex eo q Christus cum debe- capit. patet.

c ¶Formam.] Id est, institutionem factam eius exemplo;

Matth.3. [Ego à te debeo baptizari [a], & tu venis ad me? respondit illi Christus; Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.] vide, quia omnis iustitia in baptismate constituta est. Ergo quare [α] Christus descendit [b]; nisi, vt caro ista mundaretur, caro, quam suscepit de nostra cõditione? Non enim ablutio peccatorũ suorũ Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxij. *& paulo post.* ¶ Descendit Christus: descendit [c] & Spiritus sanctus. Quare Christus prior descendit, postea spiritus; cum forma & vsus baptismi hoc habeat, vt ante fons consecretur: & tũc descendat qui baptizãdus est? *& paucis interiectis.* ¶ Christus autem ante descẽdit; secutus est spiritus: qua ratione? vt nunquam ipse egere Dominus Iesus sanctificationis mysterio videretur: sed sanctificaret ipse, sanctificaret & spiritus.

α ¶ Ergo quare.] *Hac vsque ad Vers.* Non enim *emendata sunt ex B. Ambrosio. Antea legebatur.* Christus ad baptismum descendit, non vt caro mundaretur, quam suscepit de nostra conditione *Multis etiam a'ijs locis in capite hoc restituta est vera lectio.*

Item Chromatius β *in Matthæum, c.6.*

β ¶ Chromatius.] *Antea citabatur Chrysostomus, apud quem non est inuentum, sed in fragmentis Chromatij.*

¶ Aqua baptismi non purgaret peccata, nisi tactu Dominici corporis esset sanctificata. C. X.

Sent.4 dist.3. NVnquam aquæ baptismi purgare peccata credẽtium potuissent; nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent.

Triburiense, c. 12. *Item Siricius Papa Himerio Tarraconensi, epist.1.*

¶ Generale baptisma non nisi sabbato sancto Paschæ, & Pentecostes celebretur. C. XI.

Sent.4.dist.3. Ansl.l.9.c.13. Burc.l 4 c.5. Iuo p.1.c.58. & 200. Pann.l.1.c.16.

† *apparitionis*] or,

2 NOn ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, vt passim, ac libere natalitijs Christi, seu apparitione †, nec non & Apostolorum, seu martyrum festiuitatibus, innumeræ, vt asseris, plebes baptismi mysterium consequantur: cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes ecclesias Dominicum specialiter Pascha defendat cum sua Pentecoste.

Item Leo Papa vniuersis episcopis per Siciliam constitutis, epist.4.c.5.

¶ De eodem. C. XII.

Burc.l.4.c.2. Iuo p.1.c.59. & 107. Pann.l.1.c.17. DVo tempora, id est, Pascha [d] & Pentecoste ad baptizandum à Romano Pontifice legitime sunt præfixa. Vnde, quia manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima; dilectionem vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruantiæ misceatis.

¶ *Prior pars huius capitis vsque ad Vers.* Vnde quia.] *non est ijsdem omnino verbis in epistola. Sed in codice canonum est rubrica loco ad hoc caput, & refertur in concilio Maguntino 1.c.3.*

plo: post enim dedit præcepto. infra ead. propric.

a ¶ Baptizari.] id est. à peccato originali mũdari 1. & loquitur I persona ecclesię generaliter. Ipse enim vt pote sanctificatus non indigebat mundari ab originali peccato; & ita excusatur sacerdos cum d.cit, ego reus, &c.

1 Hæc non videtur bona expositio quamnis fuit H. & hoc propter id quod sequitur: sed dic secundum. H. i. à peccato originali, &c.i. debeo liberari a te a pœna, quæ debetur mihi & alijs pro originali peccato. Arch.

b ¶ Descendit.] infr. ea. aliud. contra. Sed bis dicitur descendisse. Primo in specie columbæ, vt ibi. Secundo inuisibiliter, vt hic, & ita bis: sed per aliud & aliud. arg. extra de testi. cum tu. sed solutionem ibi scriptam amplectaris, ne euanescat rõ quã hic ponit Amb.

c ¶ Descendit.] infra ea. aliud. contra ibi dicitur, quod columba in aquam descendit antequam Christus venit ad baptismu. sed ibi soluetur.

NVnquam aqua baptismi.] Id est, aqua, quæ est baptismus: vel, i. bapt. sumus in aqua celebratus posset. sub. manẽte tali dispositiõe. H.

NOn ratione.] Hęc est secunda pars di. in qua probatur per 9.c. quod non debet fieri baptismus solẽnis nisi in Pascha, & Pentecoste. Io. de Fant.

CASVS Quidam indifferenter omni die solẽni baptizabãt, & solenniter: quos Siricus Papa in hoc c. reprehendit: & dicit quod hoc fieri non debet nisi in Pascha & Pentecoste. sc. c. patet.

d DVo tempora, i.] Pascha. hoc c. intelligas de baptismo solenni. nam quolibet tẽpore propter timorem potest baptizari. supra ead. distinct. 3. celebritatem.

Pro-

PRoprie in] CASVS. Quæsitũ fuit à Leone, quare solẽnis baptismus celebretur tantũ in Pascha & Pentecoste, & non in festo epiphaniæ, quãdo Christus fuit baptizatus? Qui respondet de Pascha triplicem rationẽ assignãdo. Vna est, quia plena potestas data est baptismo in morte Christi & resurrectione. Alia est, quia in baptismo repræsentatur mors Christi & resurrectio. Tertia est, quia postquam Christus resurrexit, baptizandi formã discipulis tradidit, & gentes baptizare præcepit. De festo autem Pẽtecostes multiplex ratio assignatur, quia tunc Spiritus sanctus in Apostolos venit, sicut illa die venit in baptizatos. Et quia hæc solẽnitas, pendet ex paschali festiuitate, ideo semper celebratur die Dominica: & quia illi qui in Pascha baptizati non poterant ex aliquo impediti, in ea die baptizantur & hoc ad imitationem beati Petri, qui eodẽ die tria millia hominũ baptizauit, quos ad fidem conuertit. Die vero Epiphaniæ baptizare non debemus, sicut quidam putant, quia peccatorũ remissio nõ erat in baptismo Ioãnis, ad quem illa die venit Christus nec ideo fuit baptizatus, quod indigeret remissionẽ peccatorũ, sed vt instrueret in se sacramẽtũ baptismi. Et scias quod quidam habent ibi principiũ vbi dicitur, [Si quis aũt,] vt H. vnde per se ponũt tibi casũ, quod tu facere potes. baptismo cõtulit. su. ea. nũquã. Sed dicimus, quod tunc potestatem aquæ contulit: sed in morte sua voluit illam potestatẽ suũ consequi effectum, vt hic in fine dicitur.

h ¶Formamque.] Id est, per similem formam mysticam. sup. dist. 2. quia passus.

¶Quare in prædictis temporibus baptisma celebretur. C. XIII.

PRoprie in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis potẽtia baptismi [a] nouam creaturam condidit † [b] ex veteri: vt in renascentibus & mors Christi operetur, & vita, dicente beato apostolo Paulo: [An ignoratis, quia quicunque [c] baptizati sumus in Christo Iesu, in morte [d] ipsius baptizati sumus? Consepulti [e] enim sumus cũ illo per baptismum in mortem: vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudinis mortis eius; simul & resurrectionis erimus,] & cętera, quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputauit; vt appareret ex huius doctrinæ spiritu [f] regenerandis filijs hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem esse, & illud tempus electum [g], in quo per similitudinem, formamque [h] misterij ea, quæ geruntur in membris, his, quæ in ipso sunt capite gesta, congruerent: dum in baptismatis regula & mors interuenit interfectione peccati, & sepulturam triduanam [i] imitatur trina demersio; & ab aquis eleuatio resurgentis instar † est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas [k] docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem [l], in quo orta est & virtus [m] muneris, & species [n] actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quòd ipse Dominus Iesus Christus, postea quam resurrexit à mortuis discipulis suis (in quibus [o] omnes ecclesiarum præsules docebantur) & forma [p], & potestatem tradidit baptizandi, dicens: [Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.] De quo [q] vtique eos ante passionem potuisset instruere [r] nisi proprie [s] voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic obseruantiæ etiã

Margin: Leo p. 3. c. 45. † condidit] vera lectio. *Rom. 6.* † al. ad instar. *Matth. 28.*

[Regula, i.] Regulari facto baptizãdi. Species actionis, id est, similitudo. Sequentia 4 capitula plana sunt. [Sacramentum id est, festum in quo repræsentatur quod olim tali die gestum est.

a ¶Potentia baptismi.] Id est baptismus potens & efficax extra ead. maiores. §. eaute.

b ¶Condidit.] Id est, reformauit & innouauit, id est, institutum est vt condat quasi vt celebretur, tunc scilicet in morte.

c ¶Quia quicunque.] Id est, cuiuscunque conditionis, seruus vel liber, masculus vel fęmina, adultus vel puer, 29. q. 2. in princ.

d ¶In morte.] Id est, ad similitudinẽ mortis eius 2: vt sicut semel mortuus est ille, & semper viuit: ita & nos semel mortui in peccatis per baptismum, semper viuamus in bono: vel in morte eius dicimur baptizati: quia mors eius est causa purificatiõis nostrę. de pe. di 2. si. n.

e ¶Consepulti.] Et simili modo videmur fuisse mortui, & resurrexisse, ex quo nouã formã assumpsimus per mortem eius in baptismo.

f ¶Spiritu.] Id est, spirituali doctrina.

g ¶Electũ.] Sed videtur, quod tactu sui corporis vim

i ¶Triduanam.] infr. ead. postquam. & c. de trina.

k ¶Qualitas.] Id est, similitudo facti 3.

l ¶Legitimum diem.] Id est, diem naturalem. die sabbatum, & sequentem noctem.

m ¶Et virtus.] i. efficacia sacramenti, s. baptismi. habebat quidẽ ante efficaciã, sed non tantam 1 quia non erat adhuc porta cęli aperta: quãuis enim vis regenerandi aquis tactu sui corporis contulerit, vt sup. e. nunquam. non tñ patebat ianua ante passionẽ, quia apertionem paradisi passio eius specialiter operata est cũ resurrectione 4. extra ea maiores. § caute.

n ¶Et species.] i. similitudo vel repræsentatio, vel similitudo repræsentata, id est, quod repræsentatur ab actione, quæ fit in baptismo: scilicet mors, & triduana sepultura, & resurrectio Christi.

o ¶In quibus.] Supra dist. 51. miramur. 5.

p ¶Et formam.] Generalẽ scilicet: quod non fecerat ante. supra ea. c. per aquam. vel hic dicto, ibi facto 23. q. 5. c. si audierit. extra de appell. c. dilecti.

q ¶De quo.] i. de qua forma baptizandi generali.

r ¶Instruere.] Tantum supple, & non post: nisi, & c.

s ¶Nisi proprie.] Id est, generaliter ad omnes.

a ¶Pen-

1 Respicit litterã præcedentem. Mortui semel. ipsi viuimus.

2 Id est, similitudinis mortis eius H. aliqui dicunt in mortem, i. peccatorum ablutiõe & mortificatione. Baptismi vis quãdo data fuerit aquæ.

3 Id est, modus operandi, quẽ habet qui baptizat.

4 De hoc notat. supra e. ex quo.

5 Hoc vult dicere quia ad discipulos loquendo omnes comprehẽdit in hoc c. hic allegato mitamur, cum suis cõcor. Archid.

a ¶Pentecostes.] Sicut resurrectio. 75. dist. quod die. b Ad alios.] Id est, alijs diebus attribuantur, & in alijs diebus coniugãt; quoniam resurrectio semper die Dominico celebratur. c ¶Non ex nostra.] Quasi dicat, nõ ex nostro ingenio vt supra distin. 2. in Christo. d ¶Trium millium.] Sed quomodo posset esse, quod tot vna die baptizare? forte quia fundebat aquam super eos: aliàs non videtur, quòd quilibet posset imergere. Sed pone quòd non super eos fundebat aquam nisi in partem corporis: totus ne erat baptizatus? Dicit Hu. quòd si fundatur super caput, vel super maximam partem corporis, semper crederet eum baptizari: aliàs non. Vel dic eum baptizari, si aqua etiam cadat super pedem. arg. inf. e. nec quemquam. sicut sufficit possidere partem ad hoc vt possideat totum: dum tamen eius quidem animus sit vt totum intendat possidere, vt ff. de acq. poss. possideri. §. 1. sic de pœ. dist. 1. vulgaris.

ADDITIO. Hoc etiã no. Gof. in summa de baptismo. §. Itẽ quæritur quid si. & Innocen. extra, de baptismo debitum. Arch.

e ¶Petrus.] supra ead. distinct. a. tunc eis.

Baptizādo an sit õpus totũ n corpus immergere.

† Arg. contra infra, e. prima. ver. toto corpore.

† *al. consecrata* Pentecostes[a] ex aduentu Spiritus sancti sacra † solẽnitas, quæ de Paschalis festi pẽdet articulo: & cũ ad alios[b] dies alia festa pertineãt, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & † eos quos à die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit, inuitat[α], vt quibuslibet necessitatibus impediti, desiderij sui effectum dono Spiritus sancti consequãtur. *& infra c. 4.* ¶Hoc autem nos non ex nostra[c] persuasione defendere, sed ex Apostolica auctoritate seruare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum apostolum Petrum, qui in eo die, quo omnium † credentium numerum promissus Spiritus sancti repleuit aduentus, trium millium[d] populum sua prædicatione conuersum lauacro baptismatis consecrauit. Quòd sancta scriptura, quæ Apostolorum actus continet, fideli historia docet dicens: [His auditis compuncti sunt corde; & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus[e] vero ad illos: pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem † peccatorum; & accipietis donum Spiritus sancti.

† *vij.*] orig.

† *al. omnem*

Act. 2.

† *al. remediũ*

α ¶Inuitat. *Ius habet*, inuitans. *Sed in originali est*: interclusit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderij, &c.

Item in eadem epistola, c. 6.

De eodem. C. XIIII.

Sup. p. 1 c. 47. Ioann. l. 1. c. 18.

SI quis autem Epiphaniæ festiuitatem (quæ in suo ordine debito honore veneranda est) ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis: quia hoc quidam putant, quòd in eadem die Dominus ad baptismum sancti Ioãnis accesserit; sciat illius baptismi aliam gratiã[f], aliam fuisse rationem: nec ad eandem pertinuisse virtutẽ; qua per Spiritum sanctum renascuntur, de quibus dicitur: [qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate[g] carnis[h], neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt.] Dominus enim nullius indigens remissione peccati; nec quærens remedium renascendi[i], sic uoluit baptizari, quomodo voluit circuncidi, hostiamque pro se emũdationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret & sub lege, quam non uenerat soluere, sed adimplere, & implendo finire: sicut beatus Apostolus prædicat dicens[k]: [finis[l] autem legis Christus[m] ad iustitiam omni credenti.] Baptismi autem sui in se condidit[n] ad sacramentum: quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium: & tũc regenerationis potẽtiam[o] sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis.

Io. 1.

Rom. 10.

Matth. 5. Rom. 10.

f ¶Si quis.] Aliã gratiam.] Et ita nõ omnis Christi actio nostra est lectio: arg. sup. distin. 2. liquido. quia ex eo non esset remissio peccatorum a. vt infr. ead. dist. non regenerabantur.

g ¶Ex voluntate.] Id est, ex concupiscẽtia.

h ¶Carnis.] Id est, feminæ, quæ de carne Adæ est facta. propterea dicitur femina ea ro quæ regitur: vir spiritus, qui regit.

i ¶Renascendi.] scilicet pro nobis: quomodo & circumcidi.

k ¶Dicens.] in epistola ad Corinthios.

l ¶Finis.] scilicet cõsummationis. implet enim in se & in nobis quod lex prædixerat.

m ¶Christus.] Christus dico valens ad iustitiam omni credẽti. de pœn. dis. 2. si enim.

n ¶Condidit.] Id est, nunciauit & instituit

o ¶Potentiam.] Id est, plenam efficaciã, quia tunc ianua cœli fuit aperta, extra c. maiores. Io. De hoc supra, ea. proprie.

a Nam per illud baptisma tantũ corpus lauabatur exterius, nõ mundabatur interius à peccato. Arch.

Item ex concilio Gerundensi, c. 4.

¶In solennitate Paschali, & Pentecostes catechumini baptizentur. C. XV.

Iuo p.1.c.60. Pann. l. 1.c. 20.

DE catechuminis batizãdis id statutũ est, vt in Paschæ solennitate, vel Pentecostes, quanto maioris celebritatis maior celebritas est, tanto magis ad baptizandũ veniant: cæteris solennitatibus infirmi [a] tantummodo debeant baptizari: quibus quocumque tempore conuenit baptismum non negari.

¶Restitutum caput est ex suo originali.

Item Leo Papa, epist. 4. c. 6.

¶Necessitate cogente, quolibet tempore baptizare licet. C. XVI.

Burch. l. 4. c. 2. Iuo p. 1. c. 197. Pann. l. 1. c. 19.

SI qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij vrgentur [b], omni tempore debent baptizari.

¶Apud B. Leonem sententia huius capitis est post c. duo tempora & ante c. si quis autem. supra ead.

Item Gelasius Papa clero, et plebi Tarent.

In epi. Gregorii II. clero, & plebi Turingiæ, & in cõc. Vuormaciensi, c. 1. Burc. l. 4. c. 7. Iuo p. 1. c. 63. & 202. Pann. l. 1. c. 21.

¶Nisi necessitate cogente inter Pascha & Pentecostem nullus baptizare præsumat. C. XVII.

VEnerabilis baptismi [c] sacramentum non nisi in festiuitate Paschali, & Pentecostes tradere præsumat episcopus; exceptis ijs, quibus vrgente mortis periculo, talibus oportet, ne in æternum pereant, remedijs subueniri.

¶In epistola Gregorij secundi clero, & plebi Turingiæ, vnde citat Iuo (quamuis & Gelasij esse potuerit) & in concilio Vuormaciensi, vnde Burchardus, legitur, Sacrosancti baptismi. *itemque apud Iuonem, c. 202. In capite autem 63. est,* Generalis, *& in margine,* Venerabilis.

Idem Gelasius epistola ad episcopos Lucaniæ, c. 12.

Conc. Parisien. c. 7.

¶De eodem. C. XVIII.

Ans. l. 9. c. 12. Burch. l. 4. c. 4. Iuo p. 1. c. 198.

BAptizandi sibi quispiam passim quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramentum, excepto dũtaxat grauissimi languoris incursu; in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præuentus abscedat.

Item Isidorus de officijs, l. 2. c. 24.

¶Non nisi sacerdos baptizare præsumat. C. XIX.

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 67. Pann. l. 1. c. 23.

COnstat baptisma [d] solis sacerdotibus [e] esse tractandum: eiusdem mysterium [f] nec ipsis diaconis explere est licitum absque episcopo, vel presbytero [g]: nisi his procul absentibus, vltima languoris necessitas cogat. Quod & laicis [h] fidelibus plerumque permittitur, ne quispiã sine remedio salutari de sæculo euocetur. *Item Gela-*

Cathecumen⁹ si moriatur sine baptismo, an sit imputandũ presbytero.

a De hoc ẽt leg. & not. 18 dist peruenit. in fi. vbi vide. Arch.

Paruuli possunt in omni tempore baptizari.

DE catechumenis baptizandis.] Quid si sacerdos catechumenos sanos à baptismo repellat: & ipsi interim ante constitutum tempus sine baptismo decedant: nunquid imputabitur sacerdoti? non videtur, ab sit.n. vt ea, quæ propter bonum & licitum facimus, &c. vt 23. q. 5. de occidendis 2.

a ¶Infirmi.] Vel etiã paruuli supra dist. 5. baptizari.

b SI qui.] ¶Vrgentur.] ff. si qs eau. l. 2. sup. 18. dist. in. placuit ff. de diuer. & tẽ. præs. l. 1 alijs etiã modis in necessitate quis adstringitur. 18. dist. si episcopus.

c VEnerabilis baptismi.] Cum præter baptismum salus nulla infantibus permittatur, vt inf. ea. di. nulla. non vr circa eos obseruandum qd̃ in istis c. continetur, vt præter statuta tempora Paschæ & Pentecostes baptizari nõ debeant, ne præueniẽte morte, q regenerari possint nõ inueniãtur, vt di. 5. c. a. in ambiguis autem sequendum est quod certius æstimatur, vt supr. di. 95. presbyteri. hoc ẽt consuetudo ecclesiæ obseruat in paruulis, sec⁹ in adultis, in quibus simile periculum non timetur, quia in eis conuersio mentis ad Deum baptismi vicem supplere non dubitatur, vt infra ea. baptismi vicem.

BAptizandi.] .s. solenniter, & est rõ quare in istis duobus dieb⁹, vt Christo mortuo commoriamur, & sepulto cõspeliamur, & resurgenti consurgamus. Arch.

COnstat.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Isid. ad quem spectat officium baptizandi, & respõdetur, ꝙ ad solum sacerdotem, sed in necessitate presbytero vel episcopo absente potest baptizare diaconus. vel etiã laicus. Sequ. tria cap. plana sunt.

d ¶Baptisma.] Id est. baptismi mysterium vnde ad expositionẽ eius sequitur, eiusq; mysterium.

e ¶Sacerdotibus.] Infra ea. sanctum. contra: vbi dr, ꝙ auctoritas traditionis baptismi ẽt ad laicos pertinet Christianos, sed illud in necessitate verum est, vt hic subiungitur. & ibi in exemplo de pœnitente & catechumeno declaratur.

f ¶Mysterium.] Supra de pœ. dist. 1. quem pœnitet.

g ¶Vel presbytero.] Id est, licentia supra dist. 93. diaconos. & cap. diaconi. contra. dic vt ibi.

h ¶Quod & laicis.] Supra 30. q. 1. ad limina. 1. quæst. 1. quod quidam.

Mulier

MVlier.] Hæc est 3. pars dist. in qua probat per 12. c. q in necessitate potest fieri baptismus à quocunque. 10. de Faut.
a ¶Mulier.] Supr. 33. q. 1. mulierem. 23. dist. mulier.
b ¶Super quibus supr. 30. q. 3. super quibus.

e IN necessitate.] ¶Etiam laicos.] Supra. 1. q. 1. neque. & cap. si quis per ignorantiam. & c. quod quidã. supra 93. dist. diaconos.
d QVicumque.] supr. 1. q. 1. neque. & c. si quis per ignorantiam.

c ¶In*sius Papa.* ¶Diaconos quoque propriam, *&c. ut supra in tractatu ordinandorum, ubi de reuerentia diaconorum erga sacerdotes agitur.*

sup. dist 93. diaconos propriã.

Item ex concilio Carthaginensi 4. q. 99. & 100.

¶Non præsumat mulier baptizare. C. XX.

supra di. 25. mulier. Sent. 4. dist. 6. Burc. l. 8. c. 83. Iuo p. 1. c. 61. Pann l. 1. c. 25. 30. q. 3. super quibus.

3 MVlier [a], quamuis docta, & sancta uiros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non præsumat.

Nisi necessitate cogente. Vnde Vrbanus Papa II. [*super quibus*[b] *consuluit,*] *etc. ut supra in tractatu coniugij: ubi de compatribus agitur.*

Item Augustinus ad Fortunatum.

¶Etiam laici necessitate cogente baptizare possunt. C. XXI.

Iuo. p. 1. c. 191. Pann. l. 1. c. 26.

IN necessitate, cum episcopi, aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur, & vrget periculũ eius, qui petit, ne sine isto sacramento hanc vitam finiat, etiam laicos [c] solere dare sacramentum, quod acceperunt, solemus audire.

† *al. Martinians*

Item ex decreto Martini † Papæ III.

¶De eodem. C. XXII.

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 14. Burc. l. 4. c. 47. Iuo p. 1. c. 241. † *al. occasione*

QVicumque [d] presbyter in prouincia propria, vel in alia, vel vbicumque inuentus fuerit, commendatum sibi infirmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de alia aliqua excusatione †, & sic sine baptismo moritur; deponatur.

Item Isidorus.

¶Non reiteratur baptisma, quod à pagano ministratur. C. XXIII.

1. q. 1. si qs per ignorantiam. capit. l. 5. c. 4. Sent. 4. dist. 5. Alger. l. 3. c. 6.

ROmanus [e] Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat: sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi: licet paganus sit, qui baptizat.

¶*De hoc capite dictum est supra 1. q. 1. si quis per ignorantiam.*

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 104.

¶De eodem. C. XXIIII.

Sent. 4. dist. 3. Alg. l. 3. c. 6. Iuo p. 1. c. 148. Pann. l. 1. c. 29.

AQuodam Iudæo *a* nescitis, vtrum christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de ijs sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ Trinitatis [f], vel tantum in Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (vnũ quippe idem est, vt sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuo baptizandos.

Act. 2. & 19. Amb. l. 1. de spiritu sancto, c. 3. *tom. 3.*

a ¶Iudæo] *Apud Algerum est,* vt audio. *Verum in originali post hoc capus sequuntur verba hæc,* sed primum, vtrum Christianus, an paganus ipse Iudæus extiterit, vel si postmodum factus fuerit Christianus, inuestigandum est.

Item Augustinus contra Cresconium grammaticum, libro 3. c. 6.

ROmanus.] CASVS. Paganus quidã baptizauit hominem in forma ecclesiæ: quare quæsitũ fuit quid esset faciendum. Et respondet Isidorus, q Papa non attendit baptizantẽ hominem, sed Dei virtutem in baptismo.
e ¶Romanus.] Infra ea. dist. quos à paganis. contra ibi, non in forma ecclesiæ supra di. 62. nulla ratio, sup. 1. q. 1. c. 1. G. cõtra, ibi, .n. dicitur, q nemo dare potest quod nõ habet, vt inf. ea. quomodo. in prin. quomodo ergo baptismum paganus tradere dr̃? sic creditor dominiũ rei sibi obligatæ post biẽnium in alium transfert, quod tamen non habet. inst. quibus ali. licet vel nõ §. 1. Arg. contra ff. de acqui. rerum do. traditio. iuris ergo auctoritate permittente potest quis alium transferre qđ non habuit. & hoc casuale: illud vero regulare. 1. q. 7. Daibertũ.

Dare põt quis quod non habet.

AQuodam.] CASVS. Quidam baptizati fuerunt à quodã: sed nesciebatur vtrũ esset Iudæus, Paganus, vel Christianus, quare quæsitum fuit à Nicolao quid de his esset faciendũ. Qui respõdens dicit, q si in nomine patris & filij & spiritus sancti fuerunt baptizati non debent iterum baptizari.
f ¶Trinitatis.] Infra ea. di. sanctũ. & c. si nõ sanctificat cõtra infr. ea. dist. multi. & c. si reuera. & c. in synodo. cõtra. Sed hic expone Trinitatis explicite infra. e. dist. agũt hoĩes inf. ea. dist. postquam vos. Contra. Et quare potius baptizatur qs in nomine Christi, q in nomine Trinitatis. Tu dic, q in nomine Trinitatis non intelligitur nisi trium personarum essentiæ vnitas, & in nomine Christi

Baptizatur quis in nomine Christi, non autem in nomine Trinitatis.

1 vt Baz. secundum G.

Christi intelligitur vnctus, vngens, & à quo vngit. Dicit ergo Grat. t. concessum fuisse Apostolis baptizare in nomine Christi pp nomen Christi ampliãdum. hoc est abrogatum per contraria hic signata infr. ea. in synodo. & c. si non sanctificatur. hoc non credo, cum hoc cap. Nicolai posterius sit. Dico ergo, ꝙ non debet quis baptizari in nomine Christi. si tñ baptizatur, valet baptismus 2. & hoc innuit hic illa littera, quia non illorum. s. qui baptizant, &c.

2 Idem no. infr. c. mulu. ibi dicã. Arch.

f ¶Qui plantat.] Prædicando, ad fidem conuertendo.
g ¶Qui incrementum.] Id est, infusionem gratiæ, & remissionem peccatorum. 1. q. 1. si fuerit.
h ¶Itẽ ibidẽ ego.] Rñdet tacitę obiectiõi, q. d. licet malus minister conficiat vel baptizet, nihilo minus tamẽ

Ministri sacramentorum debẽt esse boni.

¶Sicut per bonum, ita per malum ministrum æque baptisma ministratur. C. XXV.

SI inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorem datur; nullo modo est malus, qui etiam per malum datur: quando idẽ baptismus datur: & ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est. Iuo p. 1. c. 160. Pann. l. 1. c. 30.

Idem super Ioannem in parte prima, tract. 5. ad c. 1.

¶Non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismate operatur. C. XXVI.

BAptismus † talis est qualis ille est, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur. *Item ibidem.* ¶ Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominũ. Quid nõ nouerat? potestatẽ [a] Dominici baptismi in nullũ hominẽ à Domino trãsiturã: sed ministeriũ plane transiturum, potestatem à Domino in neminem ministrorũ, ministerium & in bonos, & in malos. Non exhorreat [b] colũba [c] ministerium malorum: respiciat Domini potestatem. Quid tibi faciat malus minister, vbi [d] bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus præco, vbi beneuolus est iudex? *Item infra.* ¶Neque [e] qui plantat [f] est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum [g] dat Deus. *Item ibidem.* ¶Ego [h] dico, *a* & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse omnes, per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros, si ministrare iuste voluerint. Si autem noluerint esse iusti, qui in cathedra Moysi sedent; securum me facit magister meus, de quo spiritus eius dixit: [Hic est qui baptizat [i],] *Item infra.* ¶Non timeo adulterum, non ebriosum [k]: non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: [hic est, qui baptizat.

infr. ea. alind. Sent. 4. dist. 5. Iuo p. 1. c. 156. 157. 158. 159. Pann. l. 1. c. 31.

† *Baptisma tale*] orig.

sup. dist. 32. præter hoc.

1. Cor. 3.

Matth 23.

Io. 1.

a ¶Ego dico.] *Sic etiam Iuo: sed in originali,* Et ego, & omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si uolunt Si autem noluerint, &c. *Sunt autem partes huius capitis ex codẽ tractatu quinto hic inde collecta.*

Idem in tractatu 6. ad c. 1. Ioannis.

¶De eodem. C. XXVII.

CVm baptizat malus ex aliqua vel ignorantia ecclesiæ, vel tolerantia (aut enim ignorantur mali, aut tolerantur [l] vt palea, quousque in vltimo ventiletur area;) illud, quod datum est, vnum est: nec impar propter impares ministros; sed par, & æquale propter [hic est, qui baptizat.

Sent. 4. dist. 5. Iuo p. 1. c. 160.

Io. 1.

SI inter bonos.] CASVS. Quæsitũ fuit vtrum baptismus per malum datus sit malus, vel non æque bonus vt datus per bonum. Et respõdet Au. ꝙ nõ ideo melior est, quod per bonum vel malum datur, quia non baptizantis, sed Dei est.

BAptismus.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ solus Deus retinet potestatem baptizandi, per ministerium vero baptizat sacerdos bonus vel malus: & licet homo baptizet exterius, interius tñ nullam potestatẽ exercet, quia Deus est qui baptizat interius. quod probatur auctoritate Apostoli dicentis: Neque qui plantat, &c. & ad hoc etiã inducunt verba Ioannis Baptistæ, quæ sunt in euangelio Io. scilicet. Vidi spiritum descendentem de cælo sicut columbam, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Quæ verba exponit Augu. & dicit, ꝙ nesciebat eum, i. nesciebat, ꝙ potestatem baptizandi sibi retinebat, sed tantum ministerium baptizãdi ita didit bonis & malis.

a ¶Potestatem.] Cũ dixit, Vidi spiritũ descendentẽ de cælo sicut columbam, & mãsit super eũ, & ego nesciebam, hoc exponit Aug. ꝙ Io. nesciebat eum, id est, nesciebat quod sibi potestatem illam retinuisset Dominus, sed tantum ministerium baptizandi tradidit Dominus.
b ¶Non exhorreat.] Supr. dist. 32. §. verum, supr. 1. q. 1. neque in homine.
c ¶Columba.] Id est, ecclesia. 24. q. 1. loquitur.
d ¶Vbi.] 26. q. 7. alligant.
e ¶Neque.] Vt supr. dist. 19. secundum.

debent esse boni.
i ¶Qui baptizat.] Interius absoluẽdo à peccatis: nam illius est baptismus nõ à baptizandis sop. c. à quodam.
k ¶Ebriosum.] Dum tamen intelligat quod agit 3 cõ finemdioem hic notat hoc nomen, non actum. extra c. maiores. ver illud vero.
l ¶CVm baptizat.] ¶Aut tolerant] Sup. 23. q. 7. ca. 1.

3 De hoc etiã leg. & no. sup. 1. q. 1 dedit. ibi videas. As

Si

SI qui.] CASVS: Quidam ab hæreticis in forma ecclesiæ baptizati volebant ab ecclesiã redire. quærebatur vtrum essent baptizandi. Et respondetur φ non, sed debent integre instrui in fide, & ecclesiæ per man⁹ impositionem reconciliari. Si vero sunt paruuli, vel tales, qui infirmi non possint, debẽt chrismari, & patrini debent respõdere pro eis, & confessionem facere. [Cõmunicati.] id est, vncti vel communioni redditi.

a ¶Trinitatis.] Supr. 1. q. 2. neque in nomine.

b ¶Confessione.] Id est, inuocatione.

c ¶Et si consentiunt.] Hoc de adultis.

† al. dogmatibus

Idem de ecclesiasticis regulis †, c. 52.

¶Non reiteratur baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis ministratur. C. XXVIII.

Burch. l. 4. c. 39. Iuo p. 1. c. 160. & 233. ex Rhotomagensi.

SI qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis[a] confessione[b] baptizant, & veniunt ad nos; recipiantur quidem vt baptizati, ne sanctæ Trinitatis inuocatio, vel confessio annulletur: sed doceantur integre, & instruantur, quo sensu sanctæ Trinitatis mysterium in ecclesia teneatur: & si consentiunt[c] credere, vel acquiescunt confiteri; purgati iam fidei integritate confirmentur manus impositione. Si uero paruuli sunt, uel † hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis, qui eos offerunt, iuxta morem † baptizandi. Et sic per α manus[d] impositionem chrismate communicati[e], Eucharistiæ[f] mysterijs admittantur.

† al. &

† al. nomen] orig.

α ¶Per manus impositionem.] *In originali est*. Et sic manus impositione, & chrismate communiti, Eucharistiæ, &c. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Idem ad Orosium in libro 65. quæst. dialog. quæst. 59.

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 160. Pann. l. 1. c. 28.

QVamuis unum baptisma sit, & hæreticorum (eorum scilicet, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizantur,) & ecclesiæ catholicæ; tamen quia foris, & extra ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem[g], sed ad perniciem, habentes nimirum formam sacramenti β, uirtutem autem eius abnegantes. Et ideo eos ecclesia non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis[h] baptizati sunt. Ipsa est profecto forma sacramenti. Ideo, cum reuersi fuerint, accipiunt uirtutem spiritus sancti, quem † ij, qui extra ecclesiam baptizantur, nondum habent.

† al. quam

β ¶Formam sacramenti.] *Ita etiam apud Iuonem. In originali est*, habentes quidem speciem pietatis, uirtutem tamen eius abnegantes *& rursum*. Animales, tanquam, spiritum non habentes. *Et idcirco eos ecclesia, &c. Vtitur autem B. Pauli uerbis 2. Tim. 3 & Iudæ apostoli, c. 1.*

Item Pelagius Papa Gaudentio episcopo.

inf. c. multi sũt. Iuo p. 1. c. 161. Pann. l. 1. c. 62. S. T. 3. quæstio. 66. ar. 6.

¶Baptizantur qui tantum in nomine Domini baptizati probantur. C. XXX.

SI reuera hi de hæreticis, qui in locis tuæ dilectioni † uicinis commorari † dicuntur, solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur[i]; sine cuiusquam dubitationis ambiguo, eos ad catholicam

† al. destinatis vicinis] Iuo.

† al. cõmoratis

d ¶Per manus impositionem.] Confirmatoriam: quæ etiam in hoc casu reconciliatoria est infra ead. dist. ab antiqua. & 1. q. 1. §. ecce.

d ¶Per manus.] Sed nunquid de furioso iudicas secundum illum statum mentis, quem habebat cum in furorem incidit? Nam si volũtatem habuit baptizandi, & incurrit furorẽ: valebit ei baptismus in furore collatus: aliàs non. extra e. maiores § vl. Secus in puero: quia puer non habuit voluntatem vnquam: & tamen saluabitur baptizatus infra ead. quæris.

Baptismus an possit cõferri furioso.

e ¶Communicati:] Id est peruncti.

f ¶Eucharistiæ.] Hoc de adultis: quia paruulis, nõ datur corp⁹ Christi, vt infr. e. c. in ecclesia. nisi forte vbi consuetudo est, φ infunditur per ora eorũ sãguis Christi, non corpus, secundũ quosdã.

Corpus Domini nõ datur paruulis.

QVamuis.] CASVS. Dicitur hic, φ licet vnum sit baptisma hæreticorum baptizantium in forma ecclesiæ, & catholicorum: tñ qui extra ecclesiam baptizãtur[1], gratiam Dei non cõsequuntur: & ideo si ad fidẽ reuertũtur, reconciliari debent, & non rebaptizari.

g ¶Ad salutẽ.] Hoc dr de illis, qui scienter ab hæreticis baptizãtur, & eorũ errores imitantur: sed in necessitate mortis melius esset à talibus baptismum accipere q̃ sine perceptione talis sacramenti decedere: quia si euaserint manus impositionẽ, & cætera quæ sequuntur in catholica ecclesia recipiunt, vt infr. ea. sanctum est. in fi. paruulis hoc non nocet. 1. q. 4. placuit.

1 Vt 32. di. §. verum. c. ad hoc.

h ¶Trinitatis.] i. patris & filij & spiritus sanctus supr ead. pp.

SI reuera.] CASVS. Quidam erant ab hæreticis baptizati. quærebatur vtrũ rebaptizari deberẽt? Et respondetur: si dicũt se baptizatos tantum in nomine Domini, debent iterum baptizari: si vero in nomine Trinitatis explicite, scilicet, in nomine patris & filij & spiritus sancti, sufficit si recõcilientur: quia forma euangelica iterari non debet.

a Quod dic vt le. & no. infr. ea. placuit de infantibus.

i ¶Confitentur.] Hic creditur eis pro se: quia nulli fit præiudicium a

SOlet etiam.] Hæc est 4. pars distin. secundum Ioan. de Fan.

CASVS. Tres quæstiones mouet Augustinus in hoc cap. Prima est, an aliquis sit baptizatus, qui baptizatur ab aliquo non baptizato. Secunda est, an fictus accedens ad baptismum, suscipiat baptismum. Tertia est, an ille baptismum suscipiat qui mimice & ioculariter baptizat. Has q̃ones per ordinem præmittit Augustinus: & postea soluit primam & secundam, dicens in vtroq. casu baptisma esse collatum, licet sine charitate non possit ad salutem prodesse: quod probat auctoritate Apostoli. Quæstionẽ vero tertiã insolutã dimittit, dicẽs ad eius solutionẽ diuinũ responsum per alicuius reuelationẽ esse necessarium, & ꝙ de hoc vellet audire sentẽtias aliorum. Ergo [solet etiã quæri,] &c. [Nequaquã,] prima solutio. [Sicut iam.] Secunda solutio [dum ea,] id est, iusta.

a ¶Quod ab eo.] Supra e. dist. Romanos.

b ¶Intersit.] Quo ad sacramentum, vt infra ead. sicut.

c ¶Fallẽs.] Cũ dolo.

d ¶An iocans.] Tertia quæst.

e ¶Non præcedentibus,] .i. super hoc dicẽtibus prius bonis vita plenis meritorum.

f ¶Nequaquã.] Soluit primam q̃onem.

g ¶Simulatione.] maxime.

h ¶Fidem.] Sed quo modo possum habere talem fidem, & nõ charitatem: cum qui habet vnam virtutẽ, habeat & omnes? de pę. dist. 5. cap. vlt. Nõ possem quidem nisi miraculose *, secundum ꝙ mall etiã miraculose ꝓphetizãt. 1. q. 1. prophetauit. Vnde cante dixit. si. n. habeam, &c.

Virtutes omnes habet qui vnã habet.

* *Fides potest haberi sine charitate. & est vera fides, quãuis non vera virtus.*

Conc. Tr. sess. 6 c. 15. & cã. 28.

i ¶Montes transferam.] Intellige montes dupliciter. Vel ad litteram, sicut de B. Benedicto Vel, montes, id est, dæmones, à patientibus.

k ¶Sicut iam.] Soluit secundam quæstionem.

l ¶Fallaciter.] Supra 22. q. 2. nec artificio supra. 1. q. 1. sicut ficti supra dist. 27. quod interrogasti.

m ¶Dictum est.] à Ioanne.

n ¶Vbi.] Tertiam insolutam dimittit.

o ¶Implorandum.] Hæc quæstio alibi videtur determinata.

fidem venientes in sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. Sin uero apud dilectionem tuam eorum, qui conuerti uolunt, manifesta confessione claruerit, ꝙ in nomine Trinitatis fuerint baptizati; sola reconciliationis impensa gratia, catholicæ sociare fidei maturabis: ut tali dispositione seruata nihil aliter, quàm quod Euangelica iubet auctoritas, temeritatis cuiusquam spiritu uideatur effectum.

Item Augustinus de vnico baptismo, lib. 7. c. 53.

¶An approbetur baptisma, quod à non baptizato præstatur. C. XXXI.

4 SOlet etiam quæri, utrum approbandum sit baptisma, quod ab eo [a], qui non accepit, accipitur; si forte hoc curiositate aliqua didicit, quemadmodum dandum sit: & utrum nihil intersit [b], quo animo accipiat ille, cui datur, cum simulatione; an sine simulatione: si cum simulatione, utrum fallens [c], sicut in ecclesia, uel in ea, quæ putatur ecclesia; an iocans [d], uelut in mimo α. *& infra.* Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 162.

¶Veruntamen, si quis forte me in eo concilio constitutũ, ubi talium rerum quæstio uersaretur, non præcedentibus [e] meritis β, quorum sententiam sequi mallem, urgeret ut dicerem, quid ipse sentirem; si eo modo affectus essem, quo eram, cum ista dictarem, nequaquam [f] dubitarem habere eos baptismum, qui vbicumque, & à quibuscumque illud uerbis Euangelicis consecratum sine sua simulatione [g], & cum aliqua fide accepissent: quamquam eis ad salutem spiritualem non prodesset, si charitate caruissent, qua catholicæ insererentur ecclesiæ. [Si enim habeam, inquit, fidem [h] γ, ut montes transferam [i], charitatem autem non habeam, nihil sum;] sicut iam [k] præteritis maiorum statutis non dubito etiam illos habere baptismum, qui quãquam fallaciter [l] id accipiant, in ecclesia tamen accipiunt; uel ubi putatur esse ecclesia ab eis, in quo rum societate id accipitur: de quibus dictum est [m]: [ex nobis exierunt.] Vbi [n] autem neque societas ulla esset ita credentium, neque ille, qui ibi acciperet, ita crederet, sed totum ludicre, & mimice, & ioculariter ageretur; utrum approbandus esset baptismus, qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum, concordi oratione, & impensis supplici deuotione gemitibus implorandum [o] esse censerem: ita sane, ut post me dicturos sententias si † quid iam exploratum, & cognitum afferrent, humiliter expectarem. 1. Cor. 13. 1. Io. 2. † ne quid] or.

α ¶Velut in mimo] *Hic apud B. Augustinum & Iuonem multa sunt interiecta, quæ ad sequentia percipienda operæ pretium fuerit legere.*

β ¶Meritis *In originali & apud Iuonem est*, talibus. *Sed ob glossam non est mutatum. Multa vero alia emendata sunt.*

γ ¶Habeam, inquit, fidem] *Sine charitate potest haberi vera fides, sed non vera fidei virtus. Aliud est enim vera fides, aliud vera virtus: prout docuit B. Thomas 2. secunda, quæst. 4. art. 5* Quod

Baptizans debet habere intentionem baptizandi.

minata, vt 1.q.1.§.ecce nam etiam inuitus qs baptizatur, vt 45.dist.de Iudæis. Ad hoc dico q si baptizans intendit baptizare, qualemcunque intentionem baptizatus habeat, recipit sacramentum, sed si non intendit baptizare, licet verba proferat, nō est baptizatus, & q vel; mo, quia sicut baptizatus ab ecclesia transiens ad hæresim non amittit baptisma, sic nō amittit ordinē illum in quo habet officium baptizādi. Secundo probat q nō, ducendo eos ad inconueniens: nā cū fictus accedit ad baptismū, aut dimittuntur ei peccata, aut non: si dimittuntur: ergo falsum est quod dicitur, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Si non dimittuntur, qđ verū est: ergo homo sæpe baptizaretur, & verum baptisma reciperet, nec tamen peccata dimitterentur: quod fatuum esset dicere; & ita sine remissione peccatorum verum baptisma suscipitur.

r Hoc probat Au. qui dicit, q intentio requirit ad omne sacramentū: & sine intentione faciendi nihil fit in sacramento. Archid.

auctor gloss. videtur non satis percepisse.

Item libro 1. contra Donatistas. c. 1.

¶Non reiteratur baptisma, quod in fide sanctæ Trinitatis in hæreticis præstatur. C. XXXII.

Iuo ibidem.

5 OStenditur illos impie [a] facere, qui rebaptizare conantur orbis [b] vnitatem [c], & nos recte facere, qui Dei sacramēta improbare nec in ipso chrismate audemus. In quo enim nobiscū sentiunt, in eo etiam nobiscū sunt. In eo autem à nobis recesserunt, in quo à nobis dissentiunt. *Item paulo superius.* Sacramentum [d] baptismi est, quod habet, qui baptizatur: & sacramentum dandi baptismi est, quod habet, qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit; sic etiam ordinatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramēto iniuria [e] facienda est. Si discedit [f] à malis, vtrumque discedit: si permanet in malis, vtrumque permanet. Sicut † ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere, qui ab unitate discesserat; sic acceptandus est baptismus, quem dedit ille, qui sacramentum dandi, cum discederet, non amiserat. *Idem eodem libro, c. 12.* ¶Si ad baptismum fictus accessit, dimissa sunt ei peccata, an non sunt dimissa? Eligant quod volunt: utrumlibet elegerint, sufficiet nobis. Si dimissa dixerint; quomodo ergo Spiritus [g] sanctus disciplinæ effugiet fictum, si in illo ficto remissionē operatus est peccatorum? Si dixerint nō esse dimissa: quęro si postea fictionem suam corde concusso, & uero dolore fateretur, an denuo baptizandus iudicaretur? Quod si dementissimum est dicere, fateantur uero baptismo Christi baptizari posse hominem, & tamen cor eius [h] in malitia, uel sacrilegio [i] perseuerans peccatorum abolitionem non sinere fieri: atque ita intelligat in communionibus [k] ab ecclesia separatis posse homines baptizari: ubi Christi baptismus eadem sacramenti celebratione datur, & sumitur: qui tamen tunc proficit ad remissionem peccatorum, cum quis † reconciliatus unitati, sacrilegio [l] dissensionis exuitur, quo eius peccata tenebantur, & dimitti non sinebantur.

Pann. l. 1. c. 87.

† al. Si

Sent. 4. dist. 4

Sap. 1.

† al. quisque

Idem in epistola 23. ad Bonifacium.

inf. ea. quæst. 5. Sent. 4. dist. 6. Pann. l. 1. c. 95. Poly l. 3. tit. 10. Inn p 1. c. 171.

¶Valet ad salutem baptisma, & si non ea fide paruuli offeruntur. C. XXXIII.

† al. Nec

6 NOn † illud te moueat, quòd quidam non ea fide

a ¶Impie.] Nam iniuria fit sacramento: extra de apost. ea litterarum.

b ¶Orbis.] Id est, ecclesiæ, quæ diffusa est per totum orbem. r.

c ¶Vnitatē.] Id est, illos qui baptizati sunt ab hæreticis in vnitate ecclesiæ, id est, in forma ecclesiæ, quæ est: Ego baptizo te in nomine patris & filij & Spiritus sancti, supra e. cap. proprie.

d ¶Sacramentum.] Id est, potestas & ordo supra 1. q. 1. quod quidam. & cap. sicut Christus.

e ¶Iniuria.] Iniuria videtur fieri sacramēto, si secūdo baptizaretur vel ordinaretur quia videt fieri quasi tamen non fuisset baptizatus vel ordinatus vt 1 q. 1. sacramenta. tamen pęnitentia bene iteratur, licet sit sacramentū. de pę. dist. 3. quouis. § quod autem per pęnitentiam. Similiter vnctio in quibusdam ecclesijs. supra de pœn. dist. in. 3. quamuis.

ADDITIO. Quod no. 48. dist. §. quod ergo. & 95. dist. in. §. sed nund. & extra de secun. nupt. vir autem. ibi vocas.

r Vt 24. q. 1. loquitur & 21. dist. quamuis & hoc qđ hic dicit fa ciebant Donatistæ & Nouatiani, qui rebaptizabāt catholicos ad eorum hæresim transeuntes. 24. q. 3. quidā vet. Nouatiani. & ve. Donatistæ. Archid.

Pęnitentia licet sacramentū sit, bene iteratur.

verba debent seruire intentioni, vt 22. quæst. 5. humanæ. argumen. ad hoc inf. ead. retulerūt. Nam qui ioco, vel ludendo dicunt talia verba: spondes? spōdeo: non obligant sibi alios, vt ff de actio. & obliga. obligationum, in fin. & dic vt dicto §. ecce.

OStenditur.] Hæc est quinta pars dist. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quidam dicebant baptizatos ab hæreticis iterum baptizandos, si ad ecclesiam reuertuntur: & hoc ideo: quia peccata non fuerant eis dimissa. quos Aug in hoc c. reprehendit. & probat q nō, cuius licet ... Pri-

f ¶Discedit.] Quasi dicat, si alterutro istorū sacramentorum malus carere dicis, dicas carere & reliquis.

g ¶Spiritus sanctus disciplina.] Id est, spiritus disciplinans & instruens.

h ¶Cor eius.] infra ea. quomodo. contra.

i ¶Sacrilegio.] infra ead. distin. nullus autem. &c. tunc valere.

k ¶In communionibus.] id est, in conuentibus.

l ¶Sacrilegio.] id est, sacrilegij dissentione.

NOn illud.] Hæc est sexta pars dist. secundum Ioan. de Fan.

ad baptiſmum percipiendum paruulos ferunt, vt gratia ſpiritali ad vitam regenerentur æternam: ſed quòd eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere ſanitatem [a]. Non enim propterea illi non regenerantur quia non ab iſtis hac intentione [b] offeruntur.

Item de vnico baptiſmo contra Donatiſtas, l. 4. c. 22.

¶Effuſio ſanguinis implet vicem baptiſmi.
C. XXXIIII.

7 BAptiſmi [c] vicem aliquando implere paſſionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum eſt: [hodie mecum eris in paradiſo,] non leue documentum idē beatus Cyprianus [d] aſſumit. Quod etiam atque etiam conſiderans inuenio, non tantum paſſionem pro nomine Chriſti id, quod ex baptiſmo [e] deerat, poſſe ſupplere, ſed etiam fidem [f], conuerſionemque † cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtijs temporum ſuccurri non poteſt. Neq. enim latro ille pro nomine Chriſti crucifixus eſt [g], ſed pro meritis facinorum ſuorum: nec quia credidit [h], paſſus eſt; ſed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat etiam ſine viſibili ſacramento baptiſmi, quod ait Apoſtolus [i]: [corde [k] creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem,] in illo latrone declaratum eſt. Sed tunc impletur inuiſibiliter, cum myſterium baptiſmi non contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis [l] excludit. *& infra c. 24.* ¶Et ſicut in illo latrone, quod ex baptiſmi ſacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas, quia non ſuperbia, vel contemptu, ſed neceſsitate defuerat, ſic in infantibus, qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda eſt; quod non ex impia voluntate, ſed ex ætatis indigētia nec corde credere [m] ad iuſtitiam poſſunt, nec ore confiteri ad ſalutē. Ideo cū alij pro eis reſpōdent, vt impleatur erga eos celebratio ſacramenti, valet vtiq. ad eorum conſecrationē, quia ipſi reſpōdere [n] non poſſunt, *Item contra Iulianum Pelagianum, lib. 6. c. 4.* Alienū quippe opus eſt, cū credit [o] per alterū; ſicut alienum [p] opus fuit [q], cū peccauit in altero. *Item eodem 4. lib. contra Donatiſtas, c. 23.*

Sent. 4. diſt. 4. Iuo p. 1. c. 177. Pann. l. 1. c. 109.
Luc. 23.
Ad Iubaianū.
† *al. confeſsionemque.*
Rom. 10.
Vide lib. 2. retract. 18.
inf. ead. cū pro paruulis.

CASVS. Quidam dicebant, ꝙ paruuli non erant baptizati ſi offerebantur ea intentione vt ſanitatem corporis reciperent, & non vt conſequantur gratiam Dei. Et certe dicit Aug. ꝙ non ideo minus paruuli ſunt baptizati: nec nocet eis ſi ea intentione offerantur. non enim propterea non regenerantur, ſed regenerantur.

a ¶Sanitatem.] extra de apoſta. c. 2.

b ¶Intentione.] Error enim talis non nocet paruulis. inf. cap. ſatis oſtendimus. intelliguntur enim offerri ab ipſa eccleſia, vt infr. c. queris à me.

BAptiſmi vicem.] Hæc eſt 7. pars di. in qua probat triplicē eſſe baptiſmum. & hoc probat per quattuor c. Io. de Fant.

CASVS. Probat Aug. in hoc ca. ꝙ quamuis ad baptiſmū duo ſint neceſſaria, ſ. ſacramentū baptiſmi, & fides Chriſti: ſi vnū deficit ex neceſſitate, reliquum ſufficere pōt: quod apparet in latrone cui Dominus peccatum dimiſit in cruce. Et per illū probat Cyprianus quòd paſſio cum fide, in caſu valet: quod probatur auctoritate Apoſtoli: ſicut & econuerſo in paruulo, qui non poteſt credere corde, nec confiteri ore, ſufficit ſacramentum: ſi vero alterum prædictorum alicuius volūtate deſit, propter cōtemptum ſuū reatus eum inuoluit. B.

c ¶Baptiſmi.] CASVS. Quidam per illā auctoritatē. Niſi quis fuerit renatus, &c. dicebant ꝙ ſemper baptiſmus aquę eſſet neceſſarius, quorū opinionē reprobat Aug. exemplo latronis, cui dictum eſt: Hodie mecum eris in paradiſo.

d ¶Cyprianus.] Etiam in teſtimonium inducēs. dicit ergo baptiſmi defectum ſupplere paſſionem, vt in illo latrone: vel fidem conuerſi vbi neceſſitas baptiſmum excludit. ſicut in puero ſufficit aquæ baptiſmus ſolus: q2 ætatis neceſſitas fidē excludit: ita ſimiliter adulto ſola fides ſufficit, cū neceſſitas excludit aq̄ baptiſmū.

Paſsio ſupplet defectū baptiſmi.

e ¶Baptiſmo.] Baptiſmus conſiſtit in tribus, in aqua, in paſſione, & in cordis contritione.

f ¶Sed etiam fidem.] infra ead. catechumenum. contra Sed hic de fide informata charitate: ibi de informi 1. q. 1. vide.

g ¶Crucifixus eſt.] ſupra de pœni. diſt. 1. importuna. contra ſed dicitur ibi martyr, id eſt, confitens. Martyr enim interpretatur confitens, ad hoc 50. diſt. & purgabit, ſi tamen paſſus eſt pro Chriſto.

Martyr dicitur confitens.

h ¶Credidit.] ſup. de pœ. diſt. 7. nullus.

i ¶Apoſtolus.] in epiſtola ad Romanos.

k ¶Corde.] id eſt, fide, quæ eſt in corde, id eſt, mēte credit quiſquis: quod eſt ei ad remiſſionem peccatorum. id eſt, per fidem cordis iuſtificatur aliquis, id eſt, de impio fit pius.

l ¶Neceſſitatis.] poterit ne q2 ſeipſum in neceſſitate baptizare? non r. extra de bapt. & eius effe. debitum. ar. inf. ca. ſanctū. ibi, nec aliquis, &c. Nihil enim prodeerit ei, vt de pœnitente, qui ſibi peccata non poteſt confiteri, nec ſeipſum reconcillare. Item nunquid alio liquore ab aqua? Non. nunquid ſi permiſta ſit alij liquoti ſit baptiſmus? ſi aqua præualet, baptizatur. aliàs non 4 q. 3. c. hermaphroditus.

Baptizare ſeipſū nemo poteſt. r Not. hic. Hugo. ꝙ talis poterit ſe baptizare: & non erit baptizandus exēplo ſanctorum quorundā qui ſeipſos baptizaſſe leguntur. ſed hęc opi. corrigitur per hanc decr. debitū. Ratio: quia nemo à ſe naſcā Arch.

m ¶Credere.] ſup. 15. q. 1 §. vt itaque.

n ¶Reſpondere.] inf. ead. nihil eſt aliud.

o ¶Credit.] i. ſaluatur ſic per alterum, ſ. infans.

p ¶Alienum.] quaſi dicat, ex alieno opere cauſam ſui peccati contraxit ſup. c. 2. & 3.

q ¶Fuit.] ſ. Adæ. Nam omnis res per quaſcumq. cauſas cōtrahitur, &c. extra de re. iur. omnis res. de pę. d. 1.

quem

quem pęnitet.circa prin.ver.sed qui per vos.
a ¶Quia per pietatem.]id est, fidem & confessionem illius.n.
b ¶Mysticis.]id est,significantibus in serias presentis vitæ, quam ingrediuntur, sunt enim in signum futuræ miseriæ & laboris.
c ¶Compleri.]cum facultas adest.
d ¶Et illud.]inf.ea.dist.sicut in sacramentis. Illud,id est,baptisma sine fide.
e ¶Et hoc.]id est,fides sine baptismo.

f ¶Ex voluntate.] secus si ex ignorãtia. extra de presb. non bap.c.2.
g ¶Contemnitur.]infra,ea.non dubito.

SI quidquid.]CASVS. Dicebat Iulia. quod vbi baptizatur pręgnans mulier,nõ debet cũ natus fuerit puer baptizari: quia quidquid est in homine, baptizatur, & sanctificatur. quod Aug.reprobat in hoc c. quia secundum hoc inducuntur baptizari quæ in interioribus digerũtur: & eadem ratione si homo febricitat, febris baptizatur.
h ¶Si quidquid.] si. ff. de euic. si prægnãs & l. vaccæ. nã ibi dicitur, quod si vendidi tibi ancillam prægnãtem, & partus euincantur: non teneor de euictione: quia nõ intelligor eum vendidisse. ar. ff. de vsucap. si aliena. in fin. pro Iuliano tamẽ facit.ff. de ven. inspi.l. 1.§.1. vbi dicitur, quod partus est pars viscerum. Argu. contra.ff. de ver.sign. partus.
i ¶Non debere.] su. 24.q.3.si habes.
k ¶Qui nascitur.] tamen si mater est libera in tempore conceptionis, & partus est liber.ff. de sta. ho. l.vlt.

SAnctum est.]CASVS. Quæritur an in forma ecclesiæ possit laicus baptizare? Et respondet Aug. quod potest. Et ad hoc probandum inducit tale exemplum. Nam in quadã naui in naufragij periculo posita volebat quidam baptizari: non erat ibi Christianus, nisi pœnitens vnus. pęnitens eum baptizauit: & a baptizante recõciliationẽ accepit. Hoc si aliquis non credit, quia in auctoritate non inuenitur: certum est quod hoc contingere potest, nec possit aliquis tale factũ reprobare: sed dicetur Dei consilio factum esse [Traditoris & tradendi.] sed melior littera est traditionis.
l ¶Per seipsum.]non merito conferentis.
m ¶Auctoritas.]i.proueniens ex auctoritate Domini, qui tradidit formam baptizandi Apostolis, & per eos alijs et laicis.Sed cõtra sup.e.dist.constat,su.1.q.1.quod quidam.

¶Sicut autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit, perfecta salus est, quia per pietatẽ [a] spiritaliter affuit; sic & cum ipsa præsto est, si per necessitatem desit, quod latroni affuit; perficitur salus. Quod traditum tenet uniuersitas ecclesiæ, cum paruuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, quod latro potuit: quinetiam flendo, & uagiendo, cum in eis mysterium celebratur, mysticis [b] ipsis uocibus obstrepunt: & tamen nullus Christianorum dixerit eos inaniter baptizari. *Item c. 25.* ¶Quibus rebus [a] omnibus ostenditur, aliud esse sacramentum baptismi, aliud conuersionem cordis: sed salutem hominis ex utroque compleri [c]. Nec si unum eorum defuerit; ideo putare debemus consequens esse ut & alterum desit: quia & illud [d] sine isto potest esse in infante: & hoc [e] sine illo potuit esse in latrone, complente Deo siue in illo, siue in isto, quod non ex uoluntate [f] defuisset: Cum uero ex uoluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. Et baptismus quidem potest inesse, ubi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neque enim ullo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur [g]. Venditor nõ tenetur de partu euicto.

a ¶Quibus rebus] *His verbis apud B. Augustinum antecedunt ea quæ leguntur infra ead. cum pro paruulis.*

Idem contra Iulianum, lib. 6. c. 6.

¶Non baptizatur in homine, quidquid in eo est. C. XXXV.

Iuo p. 1. c. 184. SI quidquid [h] in homine est, quando baptizatur, baptizari, & sanctificari putandum est; dicturus es & ipsa in illo baptizari, & sanctificari, quæ in intestinis, & uesica sunt per digestionem corporis digerenda: dictus es baptizari, & sanctificari hominem in matris utero constitutũ, si ad hoc sacramentum accipiendum grauidam necessitas cogat, & ideo baptizari iam non debere [i], qui nascitur [k]: postremo dicturus es & ipsas baptizari, & sanctificari febres, quando baptizantur ægroti.

Item ad Fortunatum.

¶Valet baptisma, & si per laicos ministretur. C. XXXVI.

Iuo p. 1. c. 191. SAnctum est baptisma per seipsum [l], quod datum est in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: ita ut in eodem sacramento sit etiam auctoritas [m] traditionis per Dominum nostrum ad Apostolos, per illos autem ad episcopos [...]

Baptiſmus an[1] poſſit dari per laicus.

quidam. Sed hæc auctoritas dicitur permiſſio, vel licẽtia. de permiſſione eccleſiæ in articulo neceſſitatis poſſunt baptizare laici Chriſtiani, vt dicitur ſu. ea. cõſtat. in baptiſmo infidelitatis tolerantia ſup. ea. Romanus. In baptiſmo ſacerdotis auctoritas, vel melius myſteriũ infr. e. quo. Sed F. & B. non probant iſtã notulam, immo laicum hæreticum in neceſſitate à Deo habere potestatem baptizandi, vt dicunt nec eccleſiam facere poſſe, quin ipſi etiam ſine neceſſitate baptizarent, & tamen peccarent. 32. diſt. §. verum.

a ¶Et ſacramenti.] Id eſt, baptiſmi.

b ¶Aliquis.] vt qui nec baptiſmum nec formã nouerat. Nam primo erat ibi tec iterandum, ad Chriſtianum: & ita non erat qui ita competenter poſſet dare ſicut ille, qui acceperat: & hoc eſt quod ſequitur, acceperat.

c ¶Acceperat.] Scilicet ſacramentum baptiſmi.

d ¶Pœnitentiam.] infr. ea. diſt. ſine pœnitentia. contra. Sed forſan pęnitens ille pro aliquo graui peccato compunctus baptiſma petierat: quo ſuſcepto iterum in idẽ peccatũ relapſus eſt, vnde poſtea publicè meruit ſupponi pœnitentiæ. 26. q. 6. cap. ſi. ADDITIO. Et ſecundum hunc intellectũ debet fieri punctus in hoc verbo pœnitentiam.

e ¶Reconciliaret.] ſupra d. pę. diſ. 1. quẽ. pęnitet. & ſu. diſt. 21. inferior. cõtra. Sed quo ad hoc ſuperior erat ille poſt baptiſmum. quia ille non indigebat recõciliatione, ille ſic. Aſſignatur & aliud cõtra 24. q. 1. §. ſed illud. Nam ibi dicitur, quòd à laico non debet reconciliationem accipere, ſed dic quòd illud ſuccumbit 1.

1 De melius ꝙ hæc neceſſitas excuſat, q̃ legẽ nõ habet, vt ſu. e. diſt. 1. ſicut cum. Io. de Fan. nec iſi eſt reconciliatio ſacramentalis.

i ¶Non credit.] Arg. ꝙ fama non inducit probationẽ, nec partem 2 probationis, nec exẽplum: ſed lea. &c. C. de ſen. & inter. om. iud. l. nemo. ar. quod quis aſſerit, p ius ſcriptum probare debet 3. 24. q. 2. legatur.

CAtechumenum.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ catechu-

Fama non probat.
2 Arg. contra 4. q. 3. ſæpe fit. ibi de hoc.
3 De hoc 11. q. 3 noli te timere, iuxta fi. Ar.

ſcopos, & alios ſacerdotes, vel etiam laicos Chriſtianos ab eadem origine, & ſtirpe veniẽtes. *et infra.* a ¶Nam cũ illa hiſtoria narratur, omnes qui audiunt, prope ad lachrymas mouet. Cum in naui quadam fidelis nullus eſſet præter vnum pęnitentem, cœpit imminere naufragium. Erat ibi quidam non immemor ſalutis ſuæ, & ſacramenti [a] vehementiſsimus flagitator: nec erat aliquis [b], quo dare poſſet, niſi pęnitens ille. Acceperat [c] enim: ſed pro peccato, de quo agebat pœnitentiam, amiſerat ſanctitatem, ſed nõ amiſerat ſacramentum. Nam ſi hoc amittunt peccantes; cum reconciliantur poſt pęnitentiam [d], quare non iterũ baptizantur? Dedit ergo quod acceperat: & ne periculoſę vitam finiret non reconciliatus, petijt ab eo ipſo, quẽ baptizauerat, vt eum reconciliaret [e], & factum eſt: naufragium euaſerunt. Cognitum habes, quod fecerunt. Nemo extitit eorum, qui non pium [f] animum ita crederet, vt cõſilijs eorum in illo periculo Dominum crederet affuiſſe. Motus enim animus religioſus, & ſupplex ab homine exegit ſacramentum, à Deo ipſe impetrauit ſanctitatẽ. Quod ſi forte hoc, quod narraui de his, qui naufragio imminente periclitabantur, non vult aliquis credere (non enim hoc ſcripturarum diuinarum auctoritas, ſed incerto auctore fama commẽdat,) non repugnabo: ſed interrogabo, ſi tale aliquid contingat, quid futurum eſt? Nõ enim poteſt quiſquam [g] dicere relinquẽdum eſſe illum, qui morte imminente baptizari deſiderat. Quem baptizatum à pœnitente [h] quiſquis non credit [i] contigiſſe, oportet, vt credat poſſe contingere.

a ¶Et infra] *Hic apud Iuonem inſeruntur verba capitis, in neceßitate. ſupra ead.*

Idem ad eundem.

¶Quamuis recte viuat catechumenus, ſine baptiſmo non poteſt ſaluari. C. XXXVII.

Habetur in libro de dogmatib⁹ eccleſ. c. 74.

CAtechumenum, quamuis in bonis [k] operibus defunctum vitam [l] æternam habere non credimus, excepto a martyrio, vbi tota baptiſmi ſacramenta cõplentur, Baptizandus confitetur fidem ſuam coram ſacerdote, & interrogatus reſpondet. Hoc & martyr coram perſecutore facit, qui & confitetur fidem ſuam, & interrogatus reſpondet. Ille poſt confeſsionẽ vel aſpergitur aqua, vel intingitur. Et hic vel aſpergitur ſanguine, vel contingitur igne. Ille manus impoſitione pontificis accipit ſpiritum

Sent 4. diſt. 4. Poly. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 16. Iuo p. 1. c. 211. Pann. l. 1. c. 107. & 108.

f ¶Qui non pium.] Id eſt, qui non credunt animum eorum fuiſſe ita pium.

g ¶Quiſquam.] Non poteſt quiſquam dicere relinquendum illum eſſe, & non baptizandum, qui morte imminente petit baptizari.

h ¶A pœnitente.] Quiſquis non credit contingere quem id eſt, aliquem baptizandum eſſe, oportet vt credat, &c.

chumenus non ſaluatur niſi martyrium vel fides ſuppleat in eo baptiſmi vicem: poſtea multa in hoc c. enumerantur, in quibus martyrium adæquatur baptiſmo.

k ¶In bonis.] Patet hoc eſſe intelligendũ de adulto. nam paruulus bona opera habere non poteſt.

l ¶Vitam.] inf. ea. non dubito. contra. Sed hoc de eo, qui baptizari non quærit, vel eſt in peccato aliquo, ille ſi adultus eſt 4.

4 Itẽ cõtra. in. e. baptiſmi. ſed ibi ſoluitur.

Hi

sanctum: hic habitaculum efficitur spiritus sancti, dũ non est ipse, qui loquitur, sed spiritus patris, qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistiæ in commemorationem mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renunciaturum: hic ipsi renunciat vitæ. Illi peccata omnia remittuntur: in isto exstinguuntur.

a ¶Excepio] *Emendatum est ex originali & Magistro. Antea legebatur*, excepio duntaxat, nisi martyrij compleat sacramentum.

Item Leo Papa, epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 16.

¶Non reiteratur baptisma, cuius formam constat integre collatam. C. XXXVIII.

Poly. ibidem. An. l. 9. c. 6. Burc. l. 4. c. 42. Iuo p. 1. c. 236. Paun. l. 1. c. 91.

8 HI, de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius [a] fidei fuerint, qui eos baptizauere, se nescire profitentur; quolibet modo [b] formam baptismatis acceperint, rebaptizandi non sunt: sed per manus impositionem [c] inuocata virtute spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

Item Augustinus super Ioannem, tractatu 5. ad c. 1.

¶Et per bonos, & malos ministros æque baptizat Christus. C. XXXIX.

Sent. 4. dist. 5.

9 ALiud est [d] baptizare per ministerium [e]: aliud baptizare per potestatem *a* [f]. *Item infra.* ¶Ergo baptizabant [g] discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo baptizabat Iudas, non sunt iterũ baptizati, & quos baptizauit Ioannes, iterum baptizati sunt; Plane iterũ: sed non idẽ erat baptismus. Quos enim baptizauit Ioannes; baptizauit [h] Ioannes [i]: quos autem baptizauit Iudas, Christus baptizauit. [k] *Itẽ tractatu sexto.*

HI de quibus.] Hæc est 8. pars distinct. secundum Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam dubitabant vtrum baptizati ab hæreticis essent rebaptizandi? Et respondet eis Leo, ꝙ non: dummodo in forma ecclesiæ fuerint baptizati: sed debent ecclesiæ per manus impositionem reconciliari.

a ¶Sed cuius.] Supr. 1. q. 1. his per ignorantiã. contra.

b ¶Quolibet modo.] etiam cum barbarismis & solœcismis infra ead. retulerunt.

Reconciliatio siue manus impositio qualiter fiat.

c ¶Impositionem.] Reconciliatio sic fiet: imponetur ei manus ab epõ, & dicetur: Accipe spiritum sanctum, sicut in actibus Apostolorum factum esse legitur baptizatis à Ioanne cum ipsi dicerent Apostolis: Neque si spiritus sanctus sit audiuimus: manus ei Apostoli imponebant, dicentes: Accipite spiritum sanctum: si non fuerant chrismati, chrismabantur.

ALiud est.] Hæc est 9. pars distin. in qua probat per tria c. quod malitia baptizantis non nocet baptizato. Io. de Fan.

CASVS. In hoc c. ostẽditur, ꝙ Christus solus potestatẽ baptizandi retinuit. vnde nõ sunt iterũ baptizati quos Iudas baptizauit: secus de ijs quos Ioãnes baptizauit, suo baptismo. per hãc igitur potestatem stat vnitas ecclesiæ, quæ vna est sicut vnus est baptismus: quã potestatẽ, si Christus ministris dedisset, tot essent baptismi quot ministri: & sic non staret vnitas baptismi. Postea ostenditur qualiter & qñ Ioannes cognouit, ꝙ Christus prædictam potestatem erat retenturus, & non daturus alijs. s. postquam columba descendit super Christum, & mansit super eum de qua potestate dixit Christus, Iam mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis: & non dixit propter baptismum: quia in baptismo operatur verbum Dei: in quo iustus minister Petro vel Paulo est adæquandus.

d ¶Aliud est.] CASVS. Intendit probare Augu. ꝙ qui baptizat in forma ecclesiæ siue bonus siue malus, quod baptismus confertur: quod ex eo probat, quia baptizati à Iuda non sunt rebaptizati: præterea quia potestatem baptismi apud se retinuit Christus, non transfudit in alium: per quam potestatem vnitas constat ecclesiæ. nam vna est columba, &c.

e ¶Per ministeriũ] quod facit sacerdos.

f ¶Per potestatem.] quod facit Christus.

Baptismus vtrum ante passionem fuit institutus.

g ¶Itẽ infra ergo baptizabant.] hic colligitur baptismum ante passionem fuisse institutum: quia nõ est ratio quare baptizati à Iuda non sunt iterũ baptizati, sicut à Ioãne baptizati: nisi quia Ioannes non baptizabat in forma, quã dederat Iesus discipulis, quod faciebat Iudas. Vnde colligitur necessario, quod baptismus ante passionem fuit institutus, cum Iudas post passionem neminem baptizauit: sed plenam efficaciã non habuit vsque ad passionem, & ꝙ Iesus ante passionẽ formã baptizãdi dederat discipulis. Sed supetius cap. s. proprie in morte, aperte dicit, ꝙ post resurrectionem dedit formam illam. Ad hoc dicendum, ꝙ ante passionem & post dedit formam baptizandi, licet ante nõ ita generalẽ forte vt baptizarent tantum Iudæos. vnde dictum est eis: In viam gentium ne abieritis. 7. q. 1. denique. post generalem, forte vt baptizarent omnes gentes. Si quæras in qua forma verborum baptizabat Ioannes, dicendũ in hac. s. in nomine venturi, scilicet ad prædicationem, ad passionem, ad mortem, & ad iudicium: & in tali forma baptizauit Christum.

h ¶Baptizauit.] Id est, simpliciter lauit.

Baptismus Ioannis nõ fuit remissionis operatiuus.

i ¶Ioannes.] Baptismus ille Ioannis fuit quasi præcursorius, & præparatorius veri baptismi, vt eo quasi quodam præludio baptizari assuescerent, ideoq; non erat remissionis operatiuus, vt inft. ea. di. It. non regenerabantur. Sed nunquid rebaptizauit Christus quos baptizauit Ioannes? an non erat ille baptismus à Deo, cũ omne quod est bonum, à Deo est, & Deum habet auctorem 1. q. 2. quàm pio? Quod aũt baptismus Ioannis bonus fuerit, nullus dubitat: sed nõ dicitur Christi, quia non est sacramentum redemptionis nostræ, nec Deus per illum baptismum remissionem peccatorum operatus est. Vel quia non fuit collatus in forma Christi, sed Ioannis. vnde & Ioannis dicitur.

k ¶Christus baptizauit.] Non solum Iudas.

a Per hanc enim potestatem.] Id est, dignitatem, quã tunc nulli dedit, scilicet vt fieret remissio in baptismo collato in nomine mysterij, sicut fit in baptismo collato in nomine patris & filij & spiritus sancti: & diceretur baptismus illius, & ab eo denominarentur baptizati. sacramentum baptismi foris haberi pôt, cur non foris dari potest? inutiliter tamen habetur & datur extra ecclesiam, nisi fiat reconciliatio: & tamen habetur & datur foris. Ad vltimum tangit quandam falsam opinionem, quæ dicit, q si quis malus nõ vult pœnitere, & in tali

¶Per hanc enim potestatem [a], quam Christus solus sibi tenuit, & in neminem ministrorum transfudit, quamuis per ministros suos baptizare dignatus sit, per hanc stat vnitas ecclesiæ, quæ significatur per columbam: de qua dictum est: [Vna est columba mea: vna est matris suæ.] Si enim, ut iam dixi fratres mei, transferretur potestas à Domino ad ministrum; tot baptismata essent, quot ministri essent: & iam nõ staret vnitas baptismi. Intendite fratres. Antequam [b] veniret Dominus noster Iesus Christus ad baptismum, descendit columba β in aquam [c]: cognouit Ioannes quiddam proprium ei, cui [d] hoc dictum est: [Super quem videris spiritum descendentem sicut columbã, & manentem [e] super eum; ipse est, qui baptizat [f] in spiritu sancto.] Nouerat, quia ipse baptizabat in spiritu sancto: sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non transiret in alterum, quamuis eo donante, hoc ibi didicit. *Item tractatu* 80. ¶[Iam vos mundi estis propter verbũ, quod locutus sum vobis.] Quare non ait, mundi estis [g] propter baptismum, quo loti estis, sed ait, [propter uerbum [h], quod locutus sum uobis.] nisi quia & in aqua verbum mundat γ? *Item tractatu quinto.* ¶Si fuerit minister iustus [i], computo illum cum Paulo: computo illum cum Petro: cum istis computo iustos ministros. Quia uero † iusti ministri gloriam suam non quærunt (ministri enim sunt,) pro ducibus † haberi nolunt [k]: spem in se poni erubescunt. Ergo computo cum Paulo iustum ministrum. Quid enim dicit Paulus? [Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum [l] dedit.]

Cant. 6. — *Ioan. 1.* — *Ioan. 15.* — Beda ad Ro. 10. 1. q. 1. si iust⁹. & sup. ea. si iustus. — † *al. vere* — † *in ducibus*] orig. — 1. *Cor.* 3.

α ¶Per potestatem] *Hic apud B Augustinum sequitur, c. Baptismus. supra ead. relatum.*

β ¶Descendit columba.] *Tota hæc pars, quæ auctori glossæ difficultatem fecit, deprauata est. Nam in originali sic legitur.* Antequam venisset Dominus noster Iesus Christus ad baptismum (nam post baptismum descendit columba: in qua cognouit Ioanes quiddam proprium, cum ei dictum est, [super quem uideris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est, qui baptizat in spiritu sancto] nouerat, quia ipse, &c.

γ ¶Mundat.] *Apud B. Augustinum post hæc uerba sequitur. c. detrahe supra 1. q. 1.*

Item in lib. 1. de baptismo contra Donatistas, c. 1.

¶Nec baptisma, nec baptizandi potestatem schismatici amittunt. C. X L.

NVllus [m] autem illorum negat habere baptismum & apostatas: quibus vtiq; redeuntibus, & per pœnitentiam conuersis dum non redditur, amitti non potuisse iu-

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 27.

Columba in aquam descẽderat ante quam Christ⁹ baptizaretur.

b ¶Antequam.] Supra ea. per aquam. contra. Sed credẽdum est columbæ speciem sine spiritu in aquam antequã Christus venisset descendisse. qđ hic dicitur postquam autem Christus descendit, spiritus sanctus super eum putandus est in eum veniens in illa columba apparuisse, quod ibi dicitur, hoc sic se habere poteris scire, si quod hic subditur, diligenter attendis, scilicet cognouit. &c Columba autem illa prima (vt dicitur) redijt in primordialem siue præiacentem materiam.

ADDITIO. De hoc not. supra dist 3. cap. vlt.

c ¶In aquam.] Id est, super aquam.

d ¶Cui.] Scilicet Ioanni.

e ¶Et manentem.] nam aliter mansit super eum, & aliter super nos. de pæ. dist. 2. quærendum. & c post discursus.

f ¶Qui baptizat.] Id est, peccata dimittit.

g ¶Mũdi estis.] Arg. quod omnes Apostolici baptizati sunt, vt de pæ. dist. 2. si enim. circa prin. & infr. ead. quando ab Hierosolymis. Io.

h ¶Propter verbũ.] Id est, propter meipsum, qui sum verbum patris.

γ Et loquor vobis, & manifesto me ipsum.

i ¶Minister iustus.] Secus de malo, vt 1. quæst 1.

k ¶Nolunt.] Vt diceretur baptismus Petri, baptismus Pauli, infra ea. cum tantum.

l ¶Incremẽtum.] Id est, virtutes apponendo post peccatorum remissionem.

NVllus autem.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. Probat Aug. sacramentum baptismi extra ecclesiam haberi posse, & dari: quia cum hæretici & schismatici redeunt ad vnitatem ecclesiæ, nõ eis confertur. Vnde patet, q recedendo ab ecclesia, & manendo extra ecclesiam, illud non amiserũt. si ergo tali malitia baptizatur: tanta est vis baptismi, q in ipso puncto baptismi omnia peccata remittuntur: sed ita tim post baptismum redeunt.

m ¶Nullus.] Supra 1. q. 1. extra catholicam.

CASVS Primo loquitur de apostatis, id est de hæreticis.

Secundo

Secundo de schismaticis. Est ergo casus. Apostatæ etiã extra ecclesiam habēt baptismum: & extra ecclesiã illum conferre possunt: sed non sanctitatē habent extra ecclesiã, nec eam cōferre possunt: nisi forte ad punctũ per vim sacramenti remissionem operatur baptismus. suo siue in ecclesia, siue extra. bono vero quem baptizat malus, confert gratia non obstante dantis malitia: immo in necessitate pōt bonus ab hæretico baptisma recipere. Ad hoc.n. vt baptismus sit sanctus, nihil interest à quo sit traditus, nec ita impeditur sanctitas baptismi, quod non possit dari apud hæreticos: quia apud illos non possit habere. ei vero qui ficte baptizatur, peccata nō remittuntur: vel in puncto remittuntur, & statim redeunt. Hu. vero eundem casum sic ponit. Hoc c. in sex distinguitur articulos. In primo ostendit Augu quod per malos & bonos cōmuniter ministrantur sacramēta. sed gratia vel remissio peccatorum non datur nisi per Deum vel bonos, siue merito bonorum. In secundo ostēdit quod boni & mali suscipiunt sacramenta communiter: sed boni cum effectu.i accipiunt rem sacramenti: quod non faciunt mali. In tertio improbat sententiam Cypriani & quorumdam aliorum, qui dicebant sacramentum baptismi non posse esse, vel recipi extra ecclesiã, quia non distinguebant inter sacramentum, & rem eius: quia & extra ecclesiam non est res illius sacramēti: ideo dicebãt quod nec ipsum sacramentum. In quarto ostendit, quod malitia tradentis non impedit effectum sacramenti indigne suscipientem. In quinto ostendit quod sacramentum baptismi sicut foris potest haberi, ita & foris pōt tradi. Non.n. potest dici, quod non potest tradi foris, quia tradens eo ipso deterior efficitur, quia exit foras. Tradit enim malus sicut & bonus ergo peior sicut & malus. Nec potest dici hoc quod non possit dari foris, si contingat ex ipso sacramento. si enim hoc esset, eadem ratione nec foris haberi posset. In sexto tractat de fictis, ponendo de eis falsam opinionē quorundam. Seq c. patet.

a ¶Quod

dicatur. Sic & illi, qui per sacrilegium schismatis ab ecclesiæ communione discedunt, habent vtiq; baptismum, quē prius quàm discederent, acceperunt. Nam & ipsi, si redeant, non eis iterum datur. Vnde ostenditur illud, quod acceperunt in vnitate positi, non potuisse amittere ab vnitate separatos. Quod si haberi [a] foris potest, etiam dari cur non potest [b]? Si dicis, non recte foris datur, respondemus, sicut non recte foris habetur, & tamē habetur; sic non recte foris datur, sed tamen datur. Sicut autem per vnitatis recōciliationem incipit [c] vtiliter haberi, quod extra vnitatem inutiliter habebatur; sic per eandem reconciliationem incipit utile esse, quod extra eam inutiliter datum est. *Item lib. tertio c. 19.* ¶Hæretici [α] sacramenta, & scripturas habent ad spem, non ad salutem. *Item lib. quarto, c. 11.* ¶Perfidus & blasphemus, si in perfidia [d] & blasphemia permanserit, nec extra ecclesiam, nec intra ecclesiam remissionem accipit peccatorum: aut si propter vim sacramenti ad punctum temporis accipit [e], & foris [f], & intus eadem vis operatur sicut vis nominis Christi expulsionem dæmonum foris etiam operabatur.

Polyc. ibidem. Iuo p. t. c. 165.

Matt 7.

α ¶Hæretici]*Sic etiam refertur in Polycarpo. Apud B. Augustinum loco indicato hæc sunt inuenta.* Vt eorum error veritas appelletur & scelus eorum, iustitia putetur propter sacramēta & scripturas, quas tenent ad speciem, non ad salutem.

Item ibidem, lib. 5. c. 20.

¶Mali non sua potestate, sed Christi uirtute baptisma ministrant. C. XLI.

Polyc. ibidem. Ans. l. 9. c. 38. Iuo p. t. c. 117.

40 Quomodo exaudit [g] Deus homicidam deprecantē, uel super aquam baptismi, uel super oleum, uel super Eucharistiam, uel super capita eorum, quibus manus imponitur? Quæ tamen omnia & fiunt, & ualent

a ¶Quod si haberi.] Argum. quod excommunicatus possit contrahere matrimonium: cum liceat ei habere, & vt: contracto. extra de eo qui du. in matrimo. cap. significasti

¶ Hoc probatur extra de eo qui duxit i matri. quam pol. significasti.

b ¶Non potest.] Arg. quod non recte fit, fieri dr̄, vt 1. q. 1. quod quidam contra id quod dicitur non posse fieri; quod de iure non fit, vt 22. q. 2. faciat. Ioan.

c ¶Incipit.] Infra ea. distin. tunc valere. supra ead. distin. ostenditur.

d ¶Si in perfidia.] Hic tangit falsam opinionem quorundam infra ead proxi.

e ¶Accipit.] Remissionem peccatorum.

f ¶Et foris.] Per ministros malos, & per quosdam excommunicatos filios Iudæorum. 1. q. 1. prophetauit.

Quomodo.] CASVS. Beneuen. sic ponit hūc casum. Cyprianus & quidã alij, qui apud hæreticos non inueniebant effectum baptismi, i. remissionē peccatorũ: ideo dixerunt apud eos nō esse verũ baptisma. Cōtra hos ostēdit hic. quod in ecclesia per malos præstet Dominus sacrm̄, sed gratiam non dat nisi per seipsum, & per merita bonorum. Et mali sine effectu in ecclesia recipiunt sacramenta: boni vero cum gratia: & ita sacramenti effectus est a sacramento distinguendus, vt malus non præstet baptismum sine effectu

g ¶Quomodo exaudit.] Hanc quæstionem monet Augus. vt post soluat.

CASVS. Nota quod Cyprianus fuit in ea opinione, quod verum baptisma non confertur apud hæreticos. Illud ēt lauacrum diaboli appellauit. 32. dist. §. verũ. Cuius opinionem & errorē extirpat hic Aug. causam sui erroris assignans. In prima ergo parte dicit Aug. malos sacra in ecclesia conferre, & extra ecclesiã, sed non remissionem peccatorũ. In secunda facit differentiam inter sacramentum & effectum sacramenti, quod nō facit Cyprianus, & ideo errauit. In tertia dicit, quod sicut boni conferunt in ecclesia sacramenti effectum, sic mali extra ecclesiam, dum tñ in necessitate: aliàs non: sed tantum sacramentũ cōferunt. In quarta ponit quandã opinionē falsam, s. quod peccata dimittũtur ei, qui ficte accedit

ad

ad baptismum, ad punctum horæ, postea redeunt.
a ¶Id est per cor.] Supra de pæ. dist. 1. homicidiorum.
b ¶Nemo.] Supra. dist. 52. nulla ratio. supra 28. distin. presbyterum, supr. 2. q. 6. quoties post audiram, supr. 1. q. 1. ventum est.
ADDITIO. Dic ut notat sup. ea. Romanus.
c ¶Sacramentum.] hic exaudi, ut not. supra 1. q. 1 remissionẽ. aliàs contra diceret. infra eod. c. ver. cum malus.
d ¶Per sanctos.] Immo* per seipsum sẽper, numquã per ministrum hominem: sed neque per sacramentum, quod bonus ministrat magis quàm malus. Nam semper suum effectũ habet omne sacramẽtum, nisi suscipientis malitia impediatur, ut supra 1. quæst. 1. omnis. & 15. q. ult. c. ult. Sed forte dicitur per sanctos dimittere peccata: quia quæ prædestinata sunt, sanctorum precibus obtinẽtur, ut 23. q. 4. obtineri. Vel quia ipsis prædicantibus aliqui cõpunguntur, & sic etiã peccata dimittuntur, & dicitur hoc de bonis autonomasticè: vel per sanctos bonos, id est, per id quod boni vel sancti sunt, scilicet per charitatẽ, & cæteras virtutes. Vel sol' Christus dat remissionem peccatorum per auctoritatem: bonis dat per ministrantis meritũ: malis per ministerium.
e ¶Sanctos suos.] Id est, mediantibus precibus sanctorum.
f ¶Culpam.] Et ille, qui est reuersus ad fidem.
g ¶Sine quo.] De pę. distin. 2. fugerat sanctus. & supra distin. 7. nullus expectet supr. ea. dis. solet quæri.
h ¶Manus.] 1. q. 1. quod quidam contra 1.
i ¶Sãctificationem.] Id est, remissionẽ peccatorũ, sicut duobus modis dr manducari. supr. distin. 2. quid est Christum.
k ¶Atqui illud.] i. perceptio sacramenti.
l ¶Hoc autem.] Id est, vitæ sanctificatio.
m ¶Ab effectu.] Ipsius sacramenti.
n ¶Paleæ multitudinem.] Id est, ad multitudinem malorum, qui dicuntur paleæ: quia vacui, vel quia leuiter cadunt tempore tentationis, vel quia arsuri sunt igne inextinguibili, granis repositis in area cælesti.
o ¶Nec dare.] De merito vitæ: nam per ministerium bene dat supra 1. q. 1. remissionem.
p ¶Ouem.] Id est, ecclesiam.
q ¶Tradentis.] Baptismum.
r ¶Non separat.] Non separat malus à se, remouendo scilicet malitiam sui.
s ¶Et cum illi.] Scilicet bono fideli.

* *Vide S. Bonauenturam sen. 4. dist. 18. in expositione 2. partis ad responsionem tertij dubij.*

Sacramentum quodlibet semper habet suũ effectum.

Peccata per quos remittantur.

r Ibidẽ de manu consecratoria.

Mali dicuntur paleæ.

q ¶Tra-

etiam per homicidas, id est, per eos [a], qui oderunt fratres. 1. Io. 3.
Etiam in ipsa intus ecclesia cum dare nemo [b] possit quod non habet, quomodo dat homicida spiritum sanctum? & tamen ipse intus etiam baptizat. Deus ergo dat etiam ipso baptizante spiritum sanctum. ¶Quapropter eod. l. 5. c. 21.
sacramentum [c] gratiæ dat Deus etiam per malos: ipsam vero gratiam nõ nisi per seipsum, vel per sanctos [d] suos [e]: & ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per illius columbæ membra, quibus ait, [si cui dimiseritis, dimittentur: & si cui tenueritis, tenebuntur.] Io. 20. eod. l. c. 21.
¶Manus autem impositio, si non adhiberetur ab hæresi venienti, quamquam a extra omnem culpam [f] esse iudicaretur; propter charitatis tamen copulationem (quod est maximum donum spiritus sancti, sine quo [g] non valent ad salutem quæcumque alia sancta in homine fuerint) manus [h] hæreticis correctis imponitur. ib d. c. 24.
¶Induunt autem homines Christum aliquando vsque ad sacramenti perceptionem: aliquando & vsque ad vitæ sanctificationem [i]: atque illud [k] primum & bonis & malis potest esse commune: hoc autem [l] alterum proprium est bonorum, & piorum. lib. 6. c. 1.
¶Non ob aliud visum est quibusdam etiam egregijs viris antistibus Christi (inter quos præcipue beatus Cyprianus eminebat) non esse posse apud hæreticos, vel schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur sacramentum ab effectu [m], vel vsu sacramenti; & quia eius effectus, atque vsus in liberatione à peccatis, & cordis rectitudine apud hæreticos non inueniebatur; ipsum quoque sacramentum non illic esse putabatur. 1. q. 1. etiam corde.
Sed conuertentibus oculos ad interioris paleæ multitudinem [n] (cum & hi, qui in ipsa vnitate peruersi sunt, & perdite uiuunt, appareant remissionem peccatorum nec dare [o] posse, nec habere, quia non malignis, sed bonis filijs dictum est, [si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis, tenebuntur:] habere tamen, & dare, & accipere baptismi sacramentum;) satis eluxit pastoribus ecclesiæ catholicæ & ouem, quæ foris errabat, & Dominicum characterem foris accipiebat, venientem ad Christianæ vnitatis salutem ab errore corrigi, characterem tamen Dominicum in ea agnosci potius, quam improbari: quandoquidem ipsum characterem multi & lupi, & lupis infigunt: qui videntur quidem intus esse; verumtamen ad illam ouem [p], quæ etiam ex multis vna est, non pertinent. 1. q. 1. remissionem.
¶Cum malus tradit baptismum bono, id est, in vnitatis uinculo, ueraci conuersione mutato; inter bonum sacramentum, quod traditur, & bonum fidelem, cui traditur, tradentis [q] malitia † non separat [r]: & cum illi [s] veraciter ad Deum conuerso Eod. lib. c. 4.

† *malitia superatur*] vera lectio.

a ¶Di-

peccata dimittuntur [a] ab eis [b], quibus ipsa veraci confessione coniungitur; spiritus sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi charitate cohærentibus, siue [c] se nouerint corporaliter, siue non nouerint. Similiter cum alicuius peccata tenentur, ab eis vtique tenentur, à quibus ille cordis prauitate disiungitur, siue notis corporaliter, siue ignotis. ¶Omnes mali spiritaliter à bonis seiuncti sunt. Si autem etiam corporaliter aperta dissensione separentur, peiores fiunt. Sed nihil interest ad baptismi sanctitatem, quanto quisque peior id habeat, & quanto peiori tradat. Potest tamen tradere separatus [d], sicut potest habere separatus. Sed, quam perniciosum est habere, tam perniciosum est tradere. Ille autem, cui traditur, potest salubriter accipere, si ipse non separatus acceperit vrgente [e] mortis necessitate. ¶Cur hæretici à foris baptizare non possunt? an quia peiores sunt eo ipso, quòd foris sunt? Sed nihil interest ad integritatem baptismi [f], quāto peior id tradat. Neque enim tantum interest inter malum & peiorem, quantum interest inter bonum & malum; & tamen cum baptizat malus, non aliud dat, quam bonus. Ergo & cum baptizat peior, non aliud dat, quam ille, qui minus est malus. An forte non ad hominis meritū, sed ad ipsius baptismi sacramentum pertinet, vt foris dari non possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset: & toties necesse esset baptizari, quoties recedens quisque ab ecclesia rursus ad ecclesiā remeasset. ¶His qui ficto β corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur, quia spiritus disciplinæ effugiet fictū, aut in ipso tēporis puncto per vim sacramenti dimissa iterū per fictionem replicantur; vt & illud verū fit: [quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis,] & illud [spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictū:] id est vt induat eum Christò sāctitas baptismi, & exuat eū Christo pernicies fictionis. Nā redire [g] dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissime Dominus in Euangelio docet in illo seruo, a quo Dominus dimissum debitum petiuit, eo quod il lo conseruo suo debitum nollet dimittere. Sic non impeditur [h] baptismi gratia, quominus omnia peccata dimittat, etiam si odium fraternum in eius, cui dimittuntur, animo perseuerat. Soluitur enim hesternus dies [i], & quidquid superest, soluitur etiam ipsa hora [k], momento que† ante baptismum, & in baptismo: deinceps autē reus esse continuo incipit non solum consequentium, sed etiā pręteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus [l] omnibus, quæ dimissa sunt peccatis.

Ibidem.c.5.
Eugyppius. l. 2.c.224.
Ibid.c.14.
† *isti.*]orig.
Ex eod l.ca.12. su.ca. ostēdis. Sent.4. dist.4.
Gal.3.
Sap 1.
Sent.4 dist.2. su.de pęnitētia dist.4. Iuo p. 1.c. 161.
Ps.89.
† *momētumque*]or.

¶Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini, sed hinc inde collectis, & alio modo dispositis, interdumque in epitomen redactis.

α ¶Quamquam.] *In originali legitur*. Tanquam extra omnem culpam esse iudicaretur. Propter charitatis autem copulationem, &c. *Sed ob glossam in ver. culpam non est emendatum.*

β ¶His, qui ficto]*Hac vsque ad vers.* Nam redire: *Sunt epitome quadam verborum B. Augustini partim ex Donatistarum partim ex sua persona prolatorum.*

a ¶Dimittūtur.] sup. 1.q.1. vt euidenter. cōtra 1 ecclesia sanctorum hic dicitur remittere peccata conuersis: quia eius orationibus eis illa relaxantur: vel quoniam per charitatis vnitatem, quæ solum in ecclesia habetur, fit remissio peccatorum: vt infra, ea. distin. ecclesiæ charitas. 1o.

1 Adde q non est contra. Arch.

Remissio peccatori per quid habetur.

b ¶Ab eis.] Id est, ecclesia, quæ dicitur dimittere peccata.

c ¶Siue.] Consimile dicit lex C. de præscrip. x. vel xx. anno. l. vltim. ver. quid enim prodest in ipsa prouincia esse possessionem, cum ius vendicationis incorporale est?

d ¶Separatus.] supra 1.q.1. vt euidenter.

e ¶Vrgente.] 11. q. 3. quod prædecessor. ar. sup 33. q.4. ecce & c. recedite.

f ¶Baptismi.] supra ead. distin. si inter bonos. sup. 1.q. 1. si fuerit.

g ¶Nam redire.] su. 23.q.4. si illic. contra sup. de pę. dist. 5. c 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

h ¶Non impeditur.] sed non dicit hoc ita sentiendo, sed eorum opiniones referendo.

i ¶Hesternus dies.] Id est, peccatum hesterna die commissum.

k ¶Ipsa hora.] Sicut secundum leges eodem tēpore quis absoluitur, & statim obligatur si enim animo nouandi mulier intercedit, liberabitur debitor: & in eodem momento obligatur: quia ipso iure competit rescissoria. ff. ad Velleian. debitrix §. vlti. 2

Obligat & soluit quis eodem momento.

l ¶Redeūtibus.] nota de pęnit. distin. 4. §. verum. quia quidam dicunt quòd redeunt sicut flores in vere. B. & c.

2 De hoc not. ff. eo. l. aliquando §. 1.

Tunc

Sententia summati collecta

Idem eodem primo libro de baptismo, & eodem c.12.

¶ Quando profit baptiſmus ei[t], qui ficte illum accepit. C. XLII.

TVnc valere [a] incipit [b] ad ſalutem [c] baptiſmus [d], cũ illa fictio [e] veraci confeſſione receſſerit, quæ corde in malitia, vel ſacrilegio perſeuerante peccatorum abolitionem † non ſinebat fieri.

fu.e.c. oſtenditur, circa finẽ. Sent.4.diſt.4.

† al. ablutionem.

Idem ad Donatiſtas, epiſtola 48.

Ad Vincentiũ Donatiſtam.

¶ Non reiterantur ſacramenta, quæ extra eccleſiam conferuntur. C. XLIII.

NOn in vobis mutamus, in quibus nobiſcum eſtis (in multis enim eſtis nobiſcum, nam & de talibus dictũ eſt, [quoniam in multis [f] erant mecum:] ſed ea corrigimus, in quibus nobiſcum non eſtis, & ea vos hic accipere volumus, quæ non habetis illic, vbi eſtis. Nobiſcum autẽ eſtis in baptiſmo, in ſymbolo [g], in cęteris [h] Dominicis ſacramentis. In ſpiritu autem vnitatis, & vinculo pacis, in ipſa denique catholica eccleſia nobiſcum non eſtis. *& in epiſtola 51. ad Bonifacium.* ¶ Iſti autem cum quibus agimus, vel de quibus agimus, nõ ſũt deſperãdi, adhuc enim ſunt in corpore: ſed non quærant Spiritum ſanctum, niſi in Chriſti corpore [i]: cuius habent foris [k] ſacramentum: ſed rem [l] ipſam non tenent intus, cuius eſt illud ſacramentum; & ideo ſibi iudicium manducant & bibunt.

Polyc.l.3. ti.10.

Pſ 54.

Item Gregorius Quirino epiſcopo, & cæteris in Iberia a epiſcopis. l.9. epiſt.61.

a ¶ Iberia] *Sic emendatum eſt ex originali manuſcripto Vaticano. Antea erat* Hibernia.

¶ Quomodo recipiantur ab eccleſia, qui in nomine Trinitatis apud hæreticos baptizantur. C. XLIIII.

Poly. ibidem. Iuo p. 1. c. 133. Pann. l. 1. c. 88.

AB antiqua patrũ inſtitutione didicimus [m], vt q apud hæreſim in Trinitatis nomine baptizantur, cũ ad ſanctam eccleſiam redeunt, aut vnctione [n] chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſſione [o] fidei ad ſinum matris eccleſiæ reuocentur. Vnde Arrianos per impoſitionẽ manus occidens, per vnctionem vero ſancti chriſmatis ad ingreſſum ſanctæ catholicæ eccleſiæ oriens reformat. Monothelitas a [p] vero, & alios ex ſola vera confeſſione

TVnc valere.] Hæc eſt decima pars diſt. in qua probatur per 11. c. quòd non valet baptiſmus aquę cũ datur ficte: niſi fictio vel incredulitas recedat à corde percipientis. Ioan. de Fan.

a ¶ Tunc valere.] Hæc eſt vera ſententia.

b ¶ Incipit.] Quia tũc incipit eſſe in eo, & efficaciã in eo habere 1: & ibi ratihabitio retrotrahitur.[t] Et eſt argu. contra. ff. de his qui notan. infa. furti. §. qui iuſſu.

1 Quia tũc incipit, &c. vt i g[l]. ſeq. & ita totã cõtinuam ponit Hu. cuius fuit gloſ.

c ¶ Ad ſalutem.] Id eſt, res per baptiſmũ ſignificata tunc incipit habere remiſſionem peccatorum & non propter baptiſmũ, ſed propter cordis contritionem, id eſt, per charitatẽ vel humilitatem mentis, quam habet, dum habet cordis contritionem.

ADDITIO. Ad hoc not. ſup. 1. q. 1. ſi fuerint in glo. 1.

d ¶ Baptiſmus] Scilicet interior, ſcilicet peccatorum ablutio.

e ¶ Fictio.] ſup. ead. diſtin. oſtenditur. & cap. nullus.

NOn in vobis.] CASVS. Dicitur hic, quod in Donatiſtis ad ſidẽ redeuntibus nõ reiteratur baptiſmus, nec alia ſacramenta, quæ conferũt & accipiunt in forma eccleſiæ: ſed reconciliantur vt fiant de vnitate eccleſiæ, de qua non erant, cum ſacramentum exterius haberent, non ad ſalutem, ſed ad condemnationem.

f ¶ In multis.] Id eſt, in omnibus ſacramẽtis. ſed non in charitate, ſine qua nihil ſunt omnia. ſup. ead. quomodo, & c. ſolet.

Hæretici qualiter ſunt in ſymbolo nobiſcum.

g ¶ In ſymbolo.] Cõtradicit quod inf. ſequitur: quia in ipſa catholica eccleſia non ſunt nobiſcum. ſed dic, quod ideo dicuntur eſſe in ſymbolo, quia ſunt in maiori parte 2. Nam ſi in toto ſymbolo eſſent, ergo eſſent nobiſcum in eccleſia: cum hoc ſit de ſymbolo, credere in catholicam eccleſiam, ſicut & alibi dicitur quis non tenere fidem, cum nõ teneat eccleſiæ vnitatem. 24. q. 1. aduocauit.

2 Et no. hic quod ponitur pars pro toto, vt 14. q. 5. pœnale. ſicut econuerſo. 76. diſt. § non autem.

h ¶ In cęteris.] Arg. contra, 24 q. 1. ſchiſma. ſed illud quo ad effectum.

i ¶ In Chriſti corpore] ſunt viuentes. & Ideo non eſt deſperandum de eis, de pœn. diſt. 7 cap. 1.

k ¶ Foris.] videtur, quod extra eccleſiam hæretici conficiant, & ſic reprobatur quorundam opinio, qui dicunt extra vnitatem eccleſię corpus Chriſti confici non poſſe, vt 1. q. 1 Dominus declarauit. & cap. non nocet 3.

3 Ad idem 23. q. 4. quaſi facies. & ſupra, c. oſten diſt. in prin.

l ¶ Sed rem.] ſcilicet vnitatem eccleſiæ. Ioan.

AB antiqua. CASVS. Dicit hic, quod hæretici in forma eccleſiæ baptizati, ad fidem redeuntes, aut chriſmate cõfirmantur, aut reconciliatoria manus eis imponitur, vel de fide interrogantur. nã Arrianos occidẽtalis eccleſia reconciliat, oriẽtalis chriſmat: Monothelitas vero de fide interrogat: & tunc baptiſma quod apud hæreticos receperunt, eis proficit ad ſalutem.

f. contra. in eo quod ſe. & no. ſu. e. diſt. a. quid ſit. ibi dixi. Arch.

m ¶ Didicimus.] Hæc reconciliationum diſparitas fiebat, aut propter hæreticorum diſparitatem, aut eccleſiarum variam conſuetudinem.

n ¶ Aut vnctione] 1. q. 1. hi qui baptiſmum.

o ¶ Sola profeſſione.] Quia tantum interrogatur, ſi recte credant: quia manus eis erat impoſita, ſed ſi defeceret, ſuppleretur. 1. q. 1 §. ecce. De errore iſtorum habes 16. diſt. habeo.

p ¶ Monothelitas.] Qui dicunt vnam tantum voluntatem eſſe in Chriſto, ſcilicet humanitatis, non diuinitatis, vt 16. diſt. habeo.

Error Monothelitarum.

a ¶ Fidei.]

Haeretici diversimode ab ecclesia recipiuntur.

a ¶Fidel.] Diversitas suscipiendi haereticos, non ideo est, quod inter se ecclesia occidentalis & ecclesia orientalis sentiant contraria: sed quia diverso modo errabant, diverso modo recipiebantur. Arriani qui erant in oriente non chrismabantur: ideo oriens redeuntes chrismabat. qui erant in occidente, chrismabantur: & ideo vt ostenderet eos de vnitate ecclesiae, per manus impositionē eos recipiebat ecclesia orientalis. vnde est arg. quod diversae erant Arrianorū sectae. vnde su. ea. dist. 1. cap. ecclesias. vbi dicitur, quod ecclesia ab eis cōsecrata reconsecretur: ab Arrianis datus baptismus non iteretur. vt sup. 1 q. Arrianos. & arg. infra, ea. de Arrianis. Ioan.

recipit: quia sanctum baptisma, quod sunt apud hereticos consecuti, tunc in eis vires emundacionis recipit, cum vel illi per impositionem manus spiritum sanctū acceperint, vel isti propter professionem verae fidei [a], sanctae, & vniversalis ecclesiae visceribus fuerint vniti.

a ¶Monothelitas.] *In originali, & in Polycarpo, & apud Ivonem in textu est*, Monophysitas *De qua haeresi scribit Ioannes Damascenus in libro de duabus Christi voluntatibus, & Nicephorus, & alii. Sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus de baptismo, lib. 4. c. 1.

¶Extra ecclesiam baptismus accipi potest, sed non prodest. C. XLV.

Ecclesia paradiso cōparata indicat nobis [b], posse quidem eius baptismum homines etiam foris recipere: sed salutem [c] beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte paradisi, sicut scriptura testatur, etiam foras largiter manauerunt. Nominatim quippe cōmemorantur, & per quas terras fluant. (*Gen. 4.*) Et quia extra paradisum constituta sunt, omnibus notum est. Nec tamen in Mesopotamia, vel in Aegypto, quo illa flumina peruenerunt, est felicitas vitae, quae in paradiso [d] cō nemoratur. Ita fit, vt cum paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit extra paradisum. Sic ergo baptismus ecclesiae potest esse extra ecclesiam [e]: munus autem beatae vitae non nisi intra ecclesiam reperitur.

¶*Locupletatum est caput hoc ex originali, vt sententia melius percipiatur.*

Idem de vnico baptismo contra Donatistas, lib. 3. c. 11.

¶Haeresis β, & sacrilegium haereticorum sunt, non sacramenta. C. XLVI.

β Haeresis] *Sic emendatum est ex aliquot vetustis exemplaribus. Antea legebatur,* Baptismus, & sacrilegium haereticorum non sunt sacramenta.

(Ivo p. 1. c. 164. Pann. l. 1. c. 32.) (¶*Non autem sicut.*] orig.)

Nunc † autem, non sicut haeresis hereticorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium dissensionis ipsorum est; sic etiam baptisma, quod Christi est, dici debet ipsorum.

Idem lib. 5. c. 13.

¶De eodem. C. XLVII.

(Ivo p. 1. c. 167. Pann. l. 1. c. 33.)

Cum tantum [f] valet baptismus per hominē contemptibilem, quantum per Apostolum datus; ita nec illius, nec illius esse cognoscitur [g], sed Christi. *Item c 14.* ¶Inuenimus dictum ab Apostolo †, & gloriā meam, quamuis vtiq; in Domino, & ministerium meum, & prudentiā

† *al. Apostolis*

Ecclesia.] CASVS. Dicitur hic, quod de paradiso exeūt flumina: sed tū felicitas paradisi intus est, non extra. eodem modo sacramenta ad haereticos perueniūt: sed salutem non conferunt, quae est tantum in ecclesia: nec ducitur bona vita nisi in ecclesia. Hug. tamen illum casum sic ponit comparans ecclesiam paradiso, & baptismum fluminibus paradisi: baptismus in ecclesia celebratus gratiam confert, sed si extra ecclesiā celebretur baptismus verus, cōfertur, sed eum extra ecclesiam gratia non sequitur: sicut nec felicitas paradisi sequitur flumina illa ex quo exeunt de paradiso, seq. cap. patet, & vbi est [sicut,] supple non.

b ¶Nobis.] Supra 1. q. 1. sicut.

c ¶Sed salutem.] Supra, 1. q. 1. extra ecclesiam.

d ¶Quae in paradiso.] Quae interpretatur ortus Et agitur ibi de illo vbi fuit Adā, de terrestri. quandoque paradisus dicitur empyreum coelum 1.

Paradisus est duplex. † Vide pe. dist. 2. principium. & dicitur paradisus parans Deū, vel deitatis visum: quia ibi Deū videbimus facie ad faciem. Hu.

e ¶Extra ecclesiā.] 24. q. 1. alienus. & cap. quia.

Cum tantum.] CASVS. Probatur in hoc c. quod quicunque baptizat, baptismus Christi est, & non baptizantis: nec aliquis Apostolorū dixit suū esse baptismum: dicet quaedam alia dixerunt esse sua. dicitur etiam quod licet mali inaequaliter operētur cum bonis, ab omnibus tamen aequaliter baptizantur. Sequens c patet.

f ¶Cum tantum.] CASVS. Probat hic Augu. duplici ratione baptismum Christi esse, non ministri conferentis. Prima ratio: quia eodem modo valet a baptismus collatus per malum sicut per bonum. Secunda: quia licet Apostoli dixerint Euangelium meum gloriam meam: non tamen dixerunt, baptismum meum.

a Scilicet quantum ad remissionē peccatorum.

g ¶Esse cognoscitur.] Nā omnia nostra facimus, &c. C. de ve. iu. enu. l. 1. §. sed neque.

a ¶Baptismus.] Inuenitur tamen baptismus Ioannis, qui in forma sua baptizauit.

Gratia datur in baptismo omnibus æqualiter.

b ¶Gratia.] quę id omnibus datur æqualiter in baptismo, sed ex modo conuersationis nostræ minuitur, vel augetur, vt inf. c. nec quemquam. Sed hic non loquitur de illa gratia baptismi, quę datur sine personarum acceptione, dummodo fictus non accedat.

c ¶Doctior.] Nam non omnes, &c. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. si quis.

d ¶Satis ostēdimus.] ¶Vel accipientis errorem.] Dum tñ in forma ecclesię hoc faciat: vel etiam si corrupte loquatur, non est rebaptizādus, qd tamen aliter olim institutum fuit, ne ad hoc praui homines assuescant. sup. ea. distin. non illud. infra, ea. dist. non.

Baptismi forma corrupte prolata non vitiat ipsum.

e ¶De Spiritu sancto.] Dum tamen intendat baptizare, vt sup. ea. solet qsque licet enim Arriani errent circa personas concedentes, &c. credentes filium non esse æqualem patri, vt 24. q. 3. c. quidā, ver. Arriani. tamen Arriani baptizant. inf. ead. de Arrianis.

Hæretici baptizare possunt.

Est vnitas.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q mali percipiant sacramenta ecclesię, & in ecclesia sunt bonis admisti: sicut in humano corpore sunt humores mali, qui quandoque exeunt de corpore. Sequens c. patet.

f ¶Quæ late patet.] Sed ecclesiæ vnitas, quæ est in fide & charitate, non ita late patet: sed hæc amplectitur solos bonos. su. e. dis. 2. quia passus. Sed secundum vnitatem sacramentorum etiā malos alios cōplectitur, vt sup. e. quo modo. ver. Induat. & extra hanc multi se linquentur.

g ¶Mistas.] s. malos mistos bonis. Sunt enim mali misti inter bonos, sicut paleæ inter grana. & dicuntur paleæ, quia cadunt leuiter ventorum tentationis. de pœn. dist. 5. cap. 1. & 23. q. 8. cap. t.

Mali sunt bonis misti.

h ¶Exeunt.] Sic & mali homines de ecclesia, sed boni non exeunt, saltem finaliter & æternaliter, vt de pœn. dist. 2. §. hæc itaque. c. quæcumque. & cap. firmum. & c. nullus. Ioan.

i ¶Non est.] ¶Creatura.] Polluta tamen dici potest quantum in eis est 49. dist. cap. vlt. Ioan.

Siue hæreticus. CASVS. Dicit hic q quicunq; malus baptizet in forma ecclesię aliquē, nullus catholicus debet rebaptizare: cū videat, q inuocatio tāti nominis nullam vim habeat. Seq. c. patet, qd intelligit de ijs, qui nō sunt baptizati in forma ecclesiæ. Seq. c. etiā patet.

k ¶Baptizet. su. 1 q. 1. hi q. & c. dedit. su. 19 dist. secundum. su. c. dist. à quodā. sup. 1. q. 1. si quis per ignorantiam. contra. su. ea. dist. hi de quibus. contra. Sol. ibi in forma: hic non. Et reiteratur quantum ad factum.

meam, & Euangelium meum, quamuis vtique à Domino impertitum, atque donatum. Baptismus [a] autem meus, nemo eorum dixit omnino. Non enim omnium æqualis est gratia † [b], nec ministrant omnes æqualiter: nec æquali prudentia sunt omnes præditi, & in euangelizādo alius alio melius operatur. Et ideo dici potest alius alio doctior [c] in ipsa doctrina salutari. Alius autem alio magis, minusve baptizatus dici non potest: siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur.

† *gloria*] vera lectio.

Idem libro 4. c. 15.

¶De eodem. C. XLVIII.

Satis ostendimus ad baptismum, qui verbis Euangelieis consecratur, non pertinere cuiusquam vel dantis, vel accipientis errorem [d]: siue de patre, siue de filio, siue de Spiritu sancto [e] aliter sentiat, quàm cælestis doctrina insinuat.

Iuo p. 1. c. 165. Pann. l. 1. c. 34.

Idem in libro de baptismo.

¶Quòd bonis & malis sacramenta ecclesię communia sunt. C. XLIX.

Est vnitas ecclesiæ, quæ late patet [f], in sacramentorum videlicet societate, & communione: quæ complectitur cum granis etiam paleas: quando eas corporaliter mistas [g] ita patitur, vt neque illas iusti vitent, neque ab illis iusti vitentur. Sic sunt [a] in ecclesia homines mali, vt in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt [h] ex corpore.

Matth. 3.

¶*Huius capitis sententia vsque ad vers.* Sic sunt, *habetur in libro de vnico baptismo contra Petilianum, c. 14. & 15.*

a. ¶Sic sunt,] *Sententia sumpta est ex B. Augustino in epistolam primam Ioannis, & Beda in eundem locum. Glossa autem ordinaria ibidem sic habet.* Sic sunt ficti in ecclesia, quomodo humores mali in corpore: quando euomuntur, releuatur corpus; sic quando exeunt mali, releuatur ecclesia.

Idem de vnico baptismo contra Donatistas. lib. 3. c. 10.

¶Non transit ad aquam baptismi malitia benedicentis. C. L.

Non est aqua profana, & adultera, super quam nomen Dei inuocatur; etiam si à profanis, & adulteris inuocetur: quia nec ipsa creatura [i], nec ipsum nomen adulterum est.

Iuo p. 1. c. 116. Pann. l. 1. c. 54.

Item Beda homilia 36. ad c. 3. Ioannis.

¶Non est rebaptizandus, qui ab hæreticis baptizatur. C. LI.

Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctæ Trinitatis baptizet [k];

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 178. Pann. l. 1. c. 35.

Baptismus fit in nomine, & non in noib° patris, &c.

a ¶Nominis.] Cur aït non dr̃ nominum, vt in noībus patris & filij & spūs sancti te baptizo? hoc iō fit, vt appellatione singularitatis in essētia vnitas pr̃is & filij & spūs sancti, in psonis Trinitas designetur.

b Q Vos à paganis.] ¶Si ita.] Scilicet in forma ecclesiæ

d ¶Abijciatur.] Id est, proijciatur. i. proijciendus designetur. Et sic non est contra infr. ea. nec quemquā, & si non prosit ad vitam aliquid: quia pp hoc non fiunt minus indigni, quia mors adhuc in eis remanet, pdest tñ vt minus possit eis inimicus nocere, vt infra ead. de hinc. G.

non valet ille, qui ita baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari: ne confessio, vel inuocatio tanti nominis [a] videatur annullari.

Item Gregorius secundus Bonifacio episcopo, epist. vlt.

¶Baptizati à paganis, in nomine baptizentur Trinitatis. C. LII.

Iuo p. 1. c. 92.

QVos à paganis baptizatos esse asseruisti, si ita [b] habetur, vt denuo baptizes in nomine Trinitatis, mandamus.

& lib. de Eccl. dogmatibus, c. 31.

Item Cælestinus Papa episcopis Galliæ, epist. 1. c. 12.

¶Sine exorcismis, & exsufflationibus nullus baptizetur. C. LIII.

Poly. l. 3. tit. 10. Burch. l. 4. c. 1. Iuo p. 1. c. 205.

11 SIue paruuli [c], siue iuuenes ad regenerationis veniūt sacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quàm exorcismis, & exsufflationibus clericorum, spiritus ab eis immundus abijciatur † [d].

† al. abigatur

Item Rabanus de institutione clericorum, lib. 1. c. 25.

¶Officium baptizandi, catechumeni præueniant. C. LIIII.

† al. in hominem peruenire

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 32. & 83. Pann. l. 1. c. 38. Io. 9.

ANte baptismum catechizandi debet hominem † præuenire officium, vt fidei primum catechumenus accipiat rudimentum. *Item ibidem.* ¶Prius ipse Iesus cæci nati oculos luto ex sputo facto superliniuit, & sic ad aquas Siloe [e] misit: quia prius debet baptizandus fide incarnationis Christi instrui, & sic ad baptismum iam credulis admitti: ut sciat, cuius gratiæ in eo est particeps, & cui iam debitor fiat deinceps.

Item ex concilio Bracharensi 2. c. 1.

¶Quo tempore catechumeni ad exorcizandum sunt deferendi. C. LV.

10. q. 1. placuit. Burch. l. 4. c. 8. Iuo p. 1. c. 75. & 203. Pann. l. 1. c. 39.

ANte viginti [f] dies [g] baptismi ad purgationem exorcismi [h] catechumini concurrant: in quibus viginti diebus omnino symbolum, quod est, Credo in Deum patrem omnipotentem, spiritualiter † [i] doceantur.

† specialiter] vera lectio

Item ex concilio Agathensi, c. 13.

¶Quo tempore competentibus symbolum est prædicandum. C. LVI.

Burch. l. 4. c. 29. Iuo p. 1. c. 223.

SYmbolum etiam placuit ab omnibus ecclesijs vna die, id est, ante octo dies Dominicæ resurrectionis publicè in ecclesia competentibus [k] prædicari.

Item Nicolaus Papa.

¶In unaquaque ecclesia, baptizandi catechizari possunt. C. LVII.

Iuo p. 1. c. 82. Pann. l. 1. c. 40.

CAtechismi baptizandorum à sacerdotibus uniuscuiusque

Exorcismi effectus.

Quem effectū habet exorcismus? nūquid eijcit spiritū immundum? Immo donec baptizetur, est membrum diaboli, quia nō est medium, vt 24. q. 1. quoniā. Sed dic abijcit, i. significat abigendum, vel abijciendum, vel saltem compellit eū ne iam tantū noceat quātū nocere potuit pri°, vt supra ead. c. 2.

ANte baptismū.] CASVS. Probat in hoc c. φ primo debet baptizandus instrui in fide antequā baptizetur. Quod probatur exemplo Christi, qui prius oculos cæci nati sputo superliniuit, & postea eum ad aquas Siloe misit. Omnia autem quæ sequuntur patēt vsq; ibi, postea signatur. & per te videbitur quia non oportet vt te adiunem, cum non est necesse, & quod dicitur in hoc ca. [post quā se alterius,] scilicet Christi: [prioris] .s. diaboli. Quod dicitur in illo ca. postea signatur in corde,] Id est, in pectore.

e ¶Siloe.] Fons est, & interpretatur missus est: quia Christus in quo baptizamur, missus est. 23. dist. episcopus. Io.

Siloe est fons.

ADDITIO. Vel dic, φ Siloe iterpretat fons luminis, secūdū Papi.

f ANte viginti.] Supra 10. q. 1. placuit.

g ¶Dies.] In mediana hebdomada cū cātatur, Sitientes, supra dist. 63. principali.

h ¶Exorcismi.] Id est, adiuratione. exorcizare, i. adiurare.

Exorcizare quid sit.

i ¶Spiritualiter.] Sufficit, quòd sensum retineant. ff. de leg. l. scire leges. t. quæritur. t. Marchion.

1 Correctiue ponit. nā pter baptismū nul la salus est p̄tero inst. ea. nulla.

clesiæ non fuerunt baptizati. Ioan.

Sine paruuli.] Hæc est 11. pars dist. in qua probatur per 10. cap. φ catechismus debet præcedere baptisma. Ioan. de Fan

c. ¶Sine 1 paruuli.] De præcedenti solennitate baptismi subiungit, scilicet de exorcismo & catechismo.

k SYmbolū.] ¶Cōpetētibus.] .i. intellectū discretionis habētibus vel cupientibus. cōpetentes quidē appellant, qui libero arbitrio vtētes, pœnitentiā ab ecclesia accipiunt, vt sint digni accedere ad catechismū, deinde ad baptismi sacramentū, vt 25. dist. audire.

Competentes, qui dicantur.

CAtechismi.] Catechismus Græce, latine dicitur instructio,

ſtructio, vnde catechizare, id eſt, inſtruere. Arch.
a ¶Vniuſcuiuſq; eccleſiæ.] Hoc in multis locis fit. ſed in primo & vltimo ſcrutinio omnes conſueuerunt venire ad eccleſiam baptiſmalem. H.
b BAptizandos.] ¶Reddere.] Vulgariter loquitur, quaſi dicat, memoriter ſine inſpectione libri dicere. ſic infr. ca. proxi. Archid.
c NOn liceat ante duas.] Tantum: quia ante duas & ante tres, &c. cum aliàs duo continentur in tribus. ff. de arbit. diem. §. ſi plures.
d BAptizandi nomē ſuū dent.] In ſcriptis. hodie non tenet hoc. Et quod dicit, abſtinentia, conſilium eſt: & ita non eſt contra inſt. ead. ſine pœnitentia.
e ¶Et diu.] Intra viginti dies ſupra ead. ante.
f ¶Examinatione.] quia infidelis non recipitur ſine examinatione infr. ead. Iudæi. & ca. ne quod abſit.
g POſtquā.] ¶Per abrenunciationem] Supra diſt. 1. eccleſiaſticarum.
h ¶Se alienauerit.] Id eſt, alienari inceperit infr. ead. ſiue paruuli.
i SIcut noſtis.] ¶Quæ decepit.] Et ideo fuit reſtitutus. nā decept', &c. ff. ad Velleia. l. 1.
k ¶Creatura.] Nec diabolus inquantum eſt creatura, ſed inquantum eſt vitioſus. 23. diſti. quod epiſcopus ordinandus eſt.
l POſtea ſignat.] Id eſt, poſt exſufflationem interemptionis.
m ¶Suæ interemptionis.] Id eſt, ſignaculū ſanctæ crucis, per quod eſt interemptus, vt dixit diabolus de quodam Iudæo, qui ſupra ſe fecerat ſignum crucis: Inueni vas vacuum, ſed bene ſignatum.
n ¶Alienum.] Id eſt, alienādum. Sed ideo dicit, alienum: quia in proxi. & c. 23. q. 1. paratus.
o EX hinc.] ¶Typicum.] Id eſt, figuratiuum.
p ¶Careat.] Id eſt, quod per ſalem ſignificatur.

Ergo nō incipiuntur ſcrutinia in quarta feria poſt Dominicam, qua cantatur, Lætare Hieruſalē, Hug.

Diabolus crucem timet.

cuiuſque eccleſiæ [a] poſſunt fieri: ſicut in ſancta hac Romana Eccleſia (cui, Deo auctore, miniſterium famulatus noſtri exhibemus) ſolenniter fieri comprobantur.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 46.

¶De eodem. C. LVIII.

BAptizandos oportet fidei ſymbolum α diſcere, & quinta feria vltimæ ſeptimanæ vel epiſcopo, vel presbyteris reddere [b]. Burch. l. 4. c. 9. Iuo p. 1. c. 201.

α ¶Fidei ſymbolum] *Eſt priſca verſio, & ſententiam ſat bene reddit Hoc autem loco græce eſt, τὴν πίστιν*

Item ex concilio Martini Bracharenſis, c. 49.

¶De eodem. C. LIX.

NOn liceat ante duas [c] ſeptimanas Paſchæ, ſed ante tres ad baptiſmum ſuſcipere aliquem. Oportet autē, vt in his diebus hi, qui baptizandi ſunt, ſymbolum diſcāt, & in quinta feria nouiſſimæ ſeptimanæ hoc epiſcopo, vel presbytero reddant. in capi. ſynod. græcarum.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 85.

¶Antequam baptizentur, quilibet ſunt examinandi. C. LX.

BAptizandi nomen ſuum dent [d], & diu [e] ſub abſtinentia vini, & carnium ac manus impoſitionis † crebra examinatione [f] baptiſmum percipiant. Burc. l. 4. c. 11. Iuo p. 1 c. 206. †al. impoſitione crebra examinati

Item Rabanus de inſtitutione clericorum, lib. 1. c. 27.

¶Baptizandi quare exorcizantur, & exſufflantur. C. LXI.

POſtquam ſe baptizandus per confeſſionem veræ fidei in alterius commendauerit dominium, & per abrenūciationem [g] à prioris poſſeſſoris ſe alienauerit [h] ſeruitio; exſufflatur ab eo ſæuo poteſtas, vt per pium ſacerdotis miniſterium ſpiritui ſancto cedat fugiens ſpiritus malignus. Iuo p. 1. c. 90. Pann. l. 1. c. 41.

Item Auguſtinus de ſymbolo, libro primo, c. 1.

¶De eodem. C. LXII.

SIcut noſtis, fratres chariſſimi, & paruuli exſufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decepit [i] hominem, ut poſſideret homines. Non ergo creatura [k] Dei in infantibus exorcizatur, aut exſufflatur, ſed ille, ſub quo ſunt omnes, qui ſub peccato naſcuntur. Sent. 4. diſt. 6. Iuo p. 1. c. 94. Pann. l. 1. c. 42.

Item Rabanus de inſtitutione clericorum, lib. 1 c. 27.

¶Quare ſignetur baptizandus in corde & fronte. C. LXIII.

POſtea ſignatur [l] baptizandus ſignaculo ſanctæ crucis tam in fronte, quàm in corde: ut ab eo tempore ipſe apoſtata diabolus in uaſe ſuo priſtino, ſuæ interēptionis [m] cognoſcens ſignaculum †, iam ſibi deinceps illud ſciat eſſe alienum [n]. Iuo p. 1. c. 95. Pann. l. 1. c. 43. †al. ſignum

Idem ibidem continuo.

¶Quare ſuper eum orationes dicantur. C. LXIIII.

EX hinc iam dicūtur ſuper eū orationes, ut fiat catechumenus. Tunc datur baptizando ſal benedictū in os, ut per ſal typicum [o], ſapientiæ ſale conditus fœtore careat [p] Iuo p. 1. c. 97. & 99. Pann. l. 1. c. 44.

Sal

a SAl cælestis.] ¶ Offerre.] mystice. Cessat enim vetus observatio legis litteralis. extra de cõstis translato.

Exorcismi fiunt trib. dieb.

b DEhinc.] Mediana hebdomada tribus diebus fiunt exorcismi. Secũda iterum tribus, ut ita non restet in uigilia Paschæ nisi sola immersio: secundum

verba, quæ dixit Christus qñ mutũ & surdũ sanauit, scil. Effeta, eum cũ sputo tãgẽs. Nares aũt ideo tanguntur, ad denotandũ, q baptizãdus percipere dẽt odorẽ Dei. Aures aũt ut intelligat mandata Dei Sequens c. patet. [Propter gloriã muneris, idest propter gloriosum munus, scilicet corpus & sanguinem Domini, [& operis,] id est, propter gloriosum opus, idest, prædicationẽ.

d ¶ Typicam.] idest, figuratiuam sapiẽtiæ Dei. Per digitum Dei intellige dona spiritus sancti.

Versus circa materiã baptismi.

Est caro nostra lutum: patris sapientia sputum.

Creditur humanũ genus hoc medicamine sanum.

iniquitatis: & nec à uermibus peccatorum ultra putrefiat, sed magis illæsus seruetur ad maiorem gratiam percipiendam.

Item Beda in Esdram, lib. 2. c. 9.

¶ *Antea citabatur in libros Regum.*

¶ Quare sale initiantur Catechumeni.

C. LXV.

Ivo p. 1. c. 110. Pann. l. 1. c. 45.

SAl cælestis sapientiæ, quo initiantur catechumeni, in cunctis operum nostrorum sacrificijs iubemur offerre [a].

Item Rabanus, de institut. cleric. lib. 1. c. 27.

¶ Quare iterum exorcizentur. C. LXVI.

Ivo p. 1. c. 102. Pann. l. 1. c. 46.

DE hinc [b] iterum exorcizatur diabolus, ut suam nequitiam agnoscens, & iustum super se Dei iudiciũ timẽs recedat ab homine: nec iam contendat eum arte [c] sua subuertere, ne baptismum consequatur: sed magis honorẽ Deo creatori suo exhibens reddat opus factori suo.

Item Gregorius Papa in homilia 29. Euangel.

¶ Sacerdotes exorcizando dæmonia repellunt.

C. LXVII.

Ivo p. 1. c. 103. Pann. l. 1. c. 47.

SAcerdotes cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi dęmonia ejiciunt?

Item Rabanus de institut. cleric. lib. 1. c. 27.

¶ Quare de saliua nares, & aures tanguntur.

C. LXVIII.

Ivo p. 1. c. 104. Pann. l. 1. c. 48.

POstea tanguntur ei nares, & aures cum saliua: & dicitur ei uerbum illud Euangelicum, quod Iesus dixit qñ surdum, & mutum sanauit, tangens cum sputo linguam eius, & mittens digitos in auriculas eius dixit: (Effeta, quod est, adaperire.) Hoc enim sacramentum hic agitur, ut per saliuã typicam [d] sacerdotis, & tactum, sapientia, & uirtus diuina salutem eiusdem catechumeni operetur: ut aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, ut aperiantur il li aures ad audiendum mandata Dei, ut [a] aperiantur ei sensus in intimo corde ad respondendum.

Mar. 7.

a ¶ Vt aperiantur.] *In originali, & apud Iuonem legitur*, ad audiendum mandata Dei, sentique intimo cordis reponendum.

Item Ambrosius de sacramentis, lib. 1. c. 1.

¶ Quare nares, non ora baptizandorum episcopus tangit. C. LXIX.

† gratiam operis & muneris orig.

Ivo p. 1. c. 106. Pann. l. 1. c. 49.

PRopter gloriam † [e] muneris [f], & operis [g] non os tangit [h] episcopus, sed nares. Quare nares? ut bonũ odorẽ accipias pietatis æternæ.

Item Rabanus de instit. cler. l. 1. 27.

e PRopter gloriã.] idest, gloriosum munus Eucharistiæ, & gloriosum opus prædicationis. Ouid.

Homo est dignissima creaturarum.

Ouidius.

Pronaque cum spectent animalia cetera terram:

Os homini sublime dedit, cælumque uidere.

Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Et nil turpitudinis debet infligi faciei. C. de pœn. si quis in metallum Arg. contra extra de cri. fal. ad audientiam Gloriosius quippe & excellentissimum in humano corpore hominis os deprehenditur: per quod Deus glorificatur & benedicitur & prædicatur In signũ ergo tanti muneris, & operis dignitate non tangitur os cum saliua.

Facies humana nõ est deturpanda.

f ¶ Muneris.] Idest, corporis Domini, & sanguinis, quod est munus excellentissimum.

g ¶ Et operis.] idest, prædicationis ante enim quam quis baptizetur, nec ad corpus Domini sumendum, nec ad prędicationis officium gerẽdum est idoneus. Vnde nec debet quis ante baptismum corpus Christi sumere: nec prædicationis officium gerere: nec debet ei credi hoc uel illud. vnde in Euangelio Ioannis, Iesus non credebat se illis, scilicet infidelibus.

Baptismo carens neque corp' Dñi sumat: neq; prędicet.

dum hoc exorcismi uariantur.

c ¶ Arte].i. dolo. sic exponitur 22. q. 5. quacumque.

POstea tangũtur. [CASVS. Dicitur in hoc cap. q perfectis orationibus supradictis tangũt sacerdotes nares & aures baptizãdi cum saliua, dicendo illa

h ¶ Non os tangit.] ad ostẽdẽdum q non prius credendũ est homini, quam odor famæ suę processerit, de cau-

sa nctionis habetur extra de sac. vnc. cū venisset. Io. tur denuo? [quia plerumque, &c.] nam vtique hęc locutio suspensiue est usque ibi, [nec tamē.] Si [.i. quāuis.

e ¶ Si nō sanctificatur] pone casum per illa c. 7. ead. diu. reiteratur. & sup. dist. 38. sedulo.

f ¶ Contra catholicam fidē] .i. contra rectam uerborum

Deinde a sacerdote.] CASVS Dicit in hoc c. q peractis omnib. supradictis vngitur baptizādus in pectore oleo sanctificato cū inuocatione patris & filij & spiritus sancti, ut mēs eius confortetur in fide. Vngitur eodem oleo inter scapulas, vt undique muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur.

a ¶ Deinde.] Idest, postquam est baptizatus. vnde finis c. debuit esse principium. Io.

¶ Quare à sacerdote inunguntur. C. LXX.

Deinde a † sacerdote inungitur, ut sacrum baptismacū fide accepta custodiatur. Vngitur tunc illius pectus de oleo sanctificato cum inuocatione sanctæ Trinitatis, ut nullę reliquiæ latentis inimici in eo residenant: sed in fide sanctæ Trinitatis mens eius confortetur. Vngitur & inter scapulas de eodem oleo, ut undiq. muniatur: & ad bona opera facienda per Dei gratiam † roboretur *Item.c.28.* ¶ Cōsecratur post hæc fons: & ad ipsum baptismum cathecumenus accedit.

Iuo p. t. e. 108. Pann. l. 1. c. 50. † al. bene. dictione sacerdotali muniatur.

† al gloriam. Iuo p. t. e. 110. Pann. l. 1. c. 51.

Venit sacerdos.] CASVS. Primo dicitur in hoc c. quid facere debeat sacerdos cum ad fontem baptismatis primo venit. Secundo dicitur, quod ubi homo baptizatur secundum formam Euangelicam, adest præsentia Trinitatis, operatur Dei filius, descendit spiritus sanctus. Sed in baptismo Christi propter incredulos descendit in specie uisibili: qui similiter in Apostolos descendit propter hoc in linguis igneis. nos autē non percipimus eum uisibiliter, sed per fidem

b ¶ Primo] idest, olim in baptismo Christi.

c ¶ Descendit.] In specie columbæ. r.

d ¶ Sed per fidem.] ut legitur de pœ. dist. 2. quæ reu dū & c pœnarum aeternalia lo.

Si non sanctificatur] Hæc est 12 pars distin. secundum Io. de Fan.

CASVS. Quidā presbyteri qñ aquam baptismatis benedicunt vitiosas preces p imperitiam proferunt. quæritur quātum fuit ab Aug. utrum ualeat benedictio non obstante uitio locutionis, uel quæ hæc

r De hoc sup in ea. ca allud. Hu.

Item Ambrosius in lib. 2. de sacramentis, c. 5.

¶ Quomodo fontem baptismi Trinitatis præsentia consecrat. C. LXXI.

Venit sacerdos ad † fontem: dicit precem; inuocat patris nomen, præsentia.n filij, & spiritus sancti; vtitur uerbis cælestibus. Cælestia verba, quæ Christi sunt. Præsentia Trinitatis adest: operatur sermo æternus: ubi descendit spiritus, primo [b] quasi columba descendit [c], ut increduli uocarentur ad fidem. In principio signum debuit esse: in posterioribus debet esse perfectio. Apostolis enim spiritus sanctus datus est in igneis linguis propter incredulos: nobis iā in plenitudine ecclesiæ non per signa, sed per fidem [d] ueritas est colligenda.

Iuo p. t. e. 118. † precem dicit adj. item] or.

¶ *Caput hoc aliquot locis in nimias prope angustias conclusum est. Quare præstat originale ipsum adire.*

Item Augustinus de unico baptismo, lib. 6. c. 25.

¶ Verba erroris per imperitiam prolata non impediunt aquæ sanctificationem. C. LXXII.

12 Si non sanctificatur [e] aqua, cum aliqua erroris uerba per imperitiā precator effundit; multi non solū mali, sed etiā boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificāt aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatæ: & multa in eis reperiuntur contra catholicam [f] fidem. Numquid, si manifestetur aliquos baptizatos cum illæ preces dictę super aquam fuissent, iubebuntur denuo baptizari? Quid ita? quia plerumque precis uitium superat precantis affectus [g]: & quia illa certa Euangelica uerba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum ualent, ut per illa sic euacuentur, quæcumque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur: quemadmodum dęmonium Christi nomine excluditur. Nam vtique [h]

Aug. l. 3. c. 13. Iuo p. t. c. 115. Pann. l. 1. c. 52. & 53.

sim sapit? & certe probat Aug. q valet, nā si aliqs fuerit baptizatus in forma ecclesiæ in aqua ubi fuerunt dictæ preces: ille tñ non iteratur baptismus, & hoc q a precantis affectus superat uitiosam locutionem. & hoc fit per uerba Euangelica, sine quibus baptisma fieri nō potest. Nam si hæreticus in forma ecclesiæ baptizat, qui charitatis affectum non habet: licet preces offerat uitiosas: tamen vere baptizat. Idem etiam est in quolibet malo sacerdote, qui cum forma baptismi proferet preces uitiosas ab hæreticis uel ab alijs compositas. [Quid ita,] idest, cur ita edīquasi cur nō iube. rum formam in ecclesia catholica constitutā. Vel eß dicit, baptizo te in nomine Trinitatis, & diaboli.

ADDITIO. Hoc etiam fuit dictum Lao. Vel dic 5 fidem, .i. ɔtra bonos mores, q scilicet sapiunt hęresim. sed sacerdos simplex imperitus sic uōintelligit, immo credit eas sanū & rectū intellectū cōtinere. Io. de Fan.

g ¶ Affectus. .idest, bonitas hominis superat uitiū locutionis.q d. non, sed potius verbum Christi.

h ¶ Nam vtique.] Probat q vitium precū p p affectum bonum non emendat in baptismo: sed uerbum Christi operatur uirtutē. uam hæreticus bonum affectum non

Baptismus non vitiatur precum vitio.

non habet: & quamuis vitium precum afferat, non tamen minus baptismus suum effectum habebit, quia tantum valent illa certa verba Euangelij, vt quarumcumq; preces aliæ vitiosæ sint, formam tamen à Christo institutam non possint euacuare: immo potius quantum.

hæreticus si afferat [a] precem vitiosam, nec habeat bonum charitatis affectum, quo possit illa imperitia superari: & ideo similis est ei, quicumq; in ipsa catholica ecclesia inuidus & maleuolus, quales arguit illic Cyprianus [b]: afferat ēt, vt fieri solet, aliquam precem, in qua loquatur contra regulam [c] fidei (multi [d] quippe inruunt in preces non solum ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorantiæ simplicitatem non eas valentes discernere, vtuntur eis, arbitrātes q̄ bonę sint;) nec tamen q̄ in eis q̄ peruersum est, euacuat illa, quæ ibi recta sunt: sed ab eis potius euacuatur [e].

Item Augustinus ad Neophytos, homilia, 3.

¶ Quid significant mysteria, quæ in fonte baptismatis celebrantur. C. LXXIII.

Ino p. 1. c. 194. Pann. l. 1. c. 55.

13 PRima igitur, & secunda prædicatione de his tantum locuti sumus, quæ vobis, priusquam ad fontem sanctum veniretis, iuxta catholicæ ecclesiæ † instituta tradidimus. Et quod significaret vnctio, quæ diuersis corporis nostri adhibita partibus diuersum intellectum designat (prout Dominus donare dignatus est) interpretati sumus: cum ostenderemus vos per oleum sanctificationis ad auditum plenæ fidei præparatos, & ad bonum Christi odorem vocatos, ex toto corde ad abrenuntiandum diabolo esse commonitos. Nunc vero de interioribus iam mysterijs locuturi sumus, quæ in ipso sacro fonte celebrata sunt. Emissa enim certissima cautione [f], qua vos abrenuntiare omnibus

† al. regula. — 2. Cor. 2. — Sent 4. dist. 6.

de test. heredes palam. §. vl. vbi distinguitur an interponatur actus extraneus. & circa hoc est omne verbū extraneum à forma: quod non concedo: qui.n. dicit, baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & omnium sanctorum; non dicit, baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: quia secundum hoc dno diceret, quod est impossibile: & eadem ratione debeset dicere cum dicitur, non ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, q̄ esset baptizatus, q̄a verba baptizandi protulit, quod patet falsū esse. Sed pone q̄ mutat ordinem baptizandi, an baptizabit? vt si dicat baptizo te in nomine patris, & spiritus sancti & filij, videtur q̄ sic. extra de rescrip. causam arg. C. de testa. præposteri. nec enim scripturæ obseruandus est ordo ff. de sol. nec enim. contrarium tamen dicitur ar. ff. eo. C. de sen. & inter. l. prolatam. Dico enim ordinem verborum esse de forma. Si autem mora interponatur naturalis & compendiosa, vt de respirādo vel tussiendo vel excreando, non obest. aliàs cō tra. C. de testa. eum antiquitas. & de tempore hoc, & de actu qui interponitur, distingue per l. ff. de duobus reis consti. duos reos. §. vlt. & pe. & de ver. ob. continuus. nam modicum interuallum nō impedit, quod tamen magis intellectu, quàm locutione, &c. ff. de sol. rarum Et hoc etiam arte eodem circa formam Eucharistiæ Pone enim q̄ dicit formam panis, demum post aliquantulum spatium formam vini: numquid transubstantiatur ibi panis vel vinum? Resp. vt præmisi. tamē quæstio non procederet secundum eos, qui dicunt esse duas formas, vt notaui sup dist. 2. quia passus.

verū, si illud oppositum subsequitur, vt sequit̃ & idē te. net hic H. & illorū fuit hæc snīa vsq; loi, q̄ non concedo, &c. vbi adde q̄d hoc fuit dictū Io. vsque ibi sed pone, &c. & secutus est ipse Ioā. magistrū Petrū, qui dixit q̄ in talib. non est forma seruata. Aliud est enim dicere in nomine patris & filij, & spiritus sancti & diaboli, & aliud signatur. Arch.

tum spectat ad baptismum, omnes euacuentur ab illis euangelicis verbis: & hoc est, nam vtique.

a ¶ Si afferat.] si, id est, quamuis.

b ¶ Cyprianus] Cypriano & lxxx epis visum est baptismū Christi nō posse esse apud hæreticos, vel apud schismaticos, qui etiā baptisma hæreticorū lauacrū diaboli appellabant. sup. ea dist. quō. & dist. 38 § verum.

c ¶ Regulam.] non enim debent verba cælestis Dei restringi sub regulis Donati. 38 dist. indignum palea est. q. d. si virtus verborum excludit dæmonium, ita & precum vitium.

Vtile nō debet per inutile vitiari.

d ¶ Multi.] parentesis, est, id est, interpositio vsque ibi non tamen

e ¶ Euacuatur.] arg. q̄ vtilia non vitiantur per inutilia. sup. dist. 37. turbat. sup 23 q. 4. quid ergo. C. de do. sancimus. sup. 1. q. 1. nonne Sodomitæ &c. Dñs declarauit sup. dist. 37. si quid veri at. tamen contra. ff de aqua quotid & æsti. l. 1. §. item quæritur. sup. dist 23. quorundam sup. dist, 9. si ad sacras. sup. 3. q 9. pura.

Baptismi forma an vitiet̃ si aliqd superfluum m apponat̃, aut si ipsius ordo mutetur. 1 Vi Lau. q̄d dicit

e ¶ Euacuatur.] ex hoc c. colligitur q̄ nō vitiatur forma baptismi si quid in ea apponatur superfluum: quod admittunt quidam t. vt si dicatur, baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & diaboli. vel (Arma virumq; cano: vel quidquid sequatur baptizatus est arg. contra ff. de ver obli. quæ extrinsecus. Idem est si quid præmittatur antea formā· vt si dicātur [Arma virumque cano: & ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Si vero aliquid interponatur, vt si dicatur, baptizo te, & Deus est in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, &c. si est baptizatus. arg. ff.

PRima igitur.] Hęc est 13. pars dist. sm Io. de Faut.

CASVS. Beneuen. sic ponit hunc casum. Prædicauerat Augu. semel & iterum nephitis. & exposuerat illis de exorcismis, qui dicuntur & fiunt circa baptizandos: Hic ostenditur, qui baptizantur qualiter interrogentur, & respondeant de articulis fidei: & qualiter, responsiones debeant intelligi H. vero sic ponit hunc casum. In hoc c. ostendit Aug. se in superioribus tractasse de his quæ fiunt pueris in catechismo & exorcismo. Secundo dicit se nunc velle de his tractare, quę fiunt circa pueros in ipso baptismo. & dicit q̄ in baptismo pręcedit interrogatio & responsio de symbolo. Inde sequitur immersio in nomine patris & filij & spiritus sancti: sicut docuit Christus: sed quia non inuenit̃ in symbolo, sed sanctam ecclesiam. Aug credit esse repetendum ter, vt dicatur: credo sanctam ecclesiam, sicut ibi, credo in Deum, &c. Ad vltimum subiungit q̄ in alio sensu dr̃, credo in Deum: & in alio sensu dr̃, credo ecclesiam catholicam. Sequen. duo c. plana sūt.

f ¶ Cautione.] hic ergo intercedit stipulatio & obligātur pueri ex promissione patrinorum, licet nō intelli-

Stipulatio intercedit in baptismo per quam obligant̃ paruuli.

gant:quod speciale est in baptismo·illud autem est loco stipulationis, credis in Deum? tenetur ergo obseruare fidem puer factus adultus. 45. dist. de Iudæis. & obligantur, licet nihil intelligant. C. de fal. mo. l. 1. imino si bene inspexerimus, potius liberatur à diabolo, quàm obligetur. nam ignorans per alium bene liberatur. Itē ex eo q dicit certissima, est arg. q simplex cautio, idonea cautio dicitur tamen lex dicit, quod cū dicitur idonea cautio, intelligendum est pignus vel fideiussor, vt ff. de fideicom liber l. 4. §. addici.

Cautio idonea q est.

a ¶ Ergo.] vocabulum semel positum potest accipi propriè et improprie, arg. distinct. 28. presbyterum.

b ¶ Quasi in Deum.] Crede Deo, credasque Deum: plus credo valere, Si credas in eum quàm quod ei, vel eum.

PAruuli.] Hæc est 14 pars dist. in qua probat per sex c. quod solus baptismus sufficit paruulis, qui aliàs non possunt credere nisi per sacramentum fidei. Io. de Fan.

Pueri septennes possunt mentiri, & verum dicere.

c ¶ Loqui.] aliter si possunt loqui. vnde Augu. in epistola ad Renatum episcopum. Septennis ætatis pueri & mentiri & verum dicere, confiteri & negare iam possunt, & ideo cum baptizantur, iam symbolum reddant, & ipsi pro se ad interrogationem respondeant.

d ¶ Vel credere.] ar. quod habet puer fidē. sed nescit ea vti: vt extra e. maiores. ver. à plerisque.

e ¶ Muti.] vel etiā furiosi pupillus enim infans vel infantiæ proximus non multum à furioso distat. institu. de inutil. stip §. pupillus differentiā tū dat inter infantē & furiosum sup. ea. hi qui,

Obligat° per alium liberari potest.

f ¶ Vice.] nam satis conueniens est, vt q per alium obligatus etiam liberetur per alium inf. c. quęsis. Itē dicit lex qd pro ignorante fideiubere possum. ff. de fideius. fideiubere. & ignorant etiam actio acquiritur. ff. si cer. peta. si à furioso.

g ¶ AEgrotantes.] ¶ Sui.] scilicet amici.

h ¶ Dixerit.] vel dici fecerit i vel per signa, vel dis sui, scilicet voluntatis.

pompis diaboli, & omnibus operibus eius, & omni fornicationi diabolicæ spopondistis; descēdistis in fontem sacrum, fontem redemptionis, fontem sanctificatum virtute cælesti. In hoc ergo fonte antequam vos toto corpore tingeremus; interrogauimus; Credis in Deum patrem omnipotentem? Respondistis, Credo. Rursus interrogauimus, Credis & in Iesum Christum filium eius, qui natus est de spiritu sancto ex Maria Virgine? Respondistis singuli, Credo. Iterum interrogauimus, Credis & in spiritum sanctum? Respondistis similiter, Credo. Hoc autem fecimus iuxta Domini nostri Iesu Christi saluatoris imperium: qui, cum ad patrem in cælum ascenderet; discipulis suis, idest Apostolis mandauit dicens: [Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.] *Item* ¶ Quod autem interrogauimus, Credis a sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem: non eo modo interrogauimus, vt quomodo in Deum creditur, sic & in ecclesiam sanctam catholicam, quæ propterea sancta & catholica est: quia recte credit in Deum. Non ergo a diximus: vt in ecclesiam, quasi in Deum b crederetis: sed intelligite nos dicere, & dixisse: vt in ecclesia sancta catholica conuersantes in Deū crederetis: crederetis etiam resurrectionem carnis, quæ futura est.

Ni. — i Scilicet p alium, qui eius voluntatē probauit. 26. q. 6. q recedunt. & c. se. de pę. distin. 1. multiplex. Archid.

Matth. 28.

Serm. 181. de tempo. c. 12.

a ¶ Credis sanctam.] *Legebatur*, in sanctam. *Inducta est particula*, In, *ex aliquot vetustis, & Iuone. Atque ita loquendum docet sæpe Augustinus.*

Item Isidorus de officijs, lib. 2. c. 24.

Sent. ibidem.

¶ Aliorum fide, & professione paruuli baptizantur. C. LXXIIII.

14 PAruuli alio profitente baptizantur: quia adhuc loqui c, vel credere d nesciunt, sicut etiam ægri muti e, & surdi; quorum vice f alius profitetur, vt pro eis; dum baptizantur, respondeat.

Et in Afr. c. 12.

Item ex concilio Carthaginensi. 3. c. 34.

¶ Aliorum testimonio ægrotantes sunt baptizandi. C. LXXV.

Bure. l. 4 c 30. Ivo p. 1. c. 125. Pann. l. 1. c. 14.

AEgrotantes g, si pro se respondere non possunt, cum β voluntas eorum testimonium sui dixerit h; baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum est.

β ¶ Voluntas eorum.] *Nihil mutatum est ob glossam in verbo*, dixerit *sed in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, & in concilio Carthaginensi tertio, & concilio Africano in corpore conciliorum trib. tomis impresso. & apud Iuonem, qui citat Isidorum, legitur:* Cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint. *In eodem autem Africano in codice canonum. & in Carthaginensi recentioris editionis conciliorum, et apud Burchardum est*, Cum voluntatis eorum testimonium hi, qui suis periculo proprio assistere, dixerunt, *In Carthaginensi autem Græco, ὅτε τῇ αὐτῶν προαιρέσει τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν.*

Nihil eſt aliud. CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. qua te pro paruulo eum interrogaſ, credis in Deum, reſpondeāt patrini, credo: cum paruulus fidei articulos non intelligat, & reſpondet, quòd talis reſponſio adhibetur, vt ſacramentorum ſolennitas impleatur.

Item Auguſtinus epiſtola 23. ad Bonifacium.

¶ Sacramentum fidei, non ipſa fides paruulum facit fidelem.

C. LXXVI.

Sent. ibidem. Iuo p.1.c.187. Pann.l.1.c.56.

NIhil eſt aliud credere, quàm fidem [a] habere: ac per hoc, cum reſpondetur paruulū credere, qui fidei non dum habet affectum † reſpondetur fidem habere[b] propter fidei ſacramentum, & conuertere ſe ad Deum propter conuerſionis ſacramentum: quia & ipſa reſponſio ad celebrationem † pertinet ſacramenti. *Item infra.* ¶ Paruulum etſi[c] nō dum fides illa, quæ in credentium voluntate conſiſtit, iam tamen ipſius fidei ſacramentum[d] fidelem[e] facit. Nam ſicut credere reſpōdetur, ita etiam fidelis vocatur, non rē ipſam[f] mente annuendo †, ſed ipſius rei ſacramentū percipiendo.

† al. affectum. † al. celebrationem. ſ.ea.c. quæris. † al. annuendo.

Item in lib.4. de baptiſmo, c.24.

¶ Alterius profeſſio non valet ei, qui per ſe reſpondere poteſt.

C. LXXVII.

T.e. Baptiſ.vlcē Sent. ibid. Iuo p.1.c.124. Pan.l.1.c.15.

CVm pro paruulis alij reſpōdent, vt impleatur erga eos celebratio ſacramenti, valet vtique ad eorū cōſecrationem, quia ipſi reſpondere[g] non poſſunt. At ſi pro eo, qui reſpondere poteſt, alius reſpondeat, nō itidem[h] valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictū eſt, quod omnes, cū legitur, naturaliter mouet, [Aetatem habet ipſe pro ſe loquatur.]

Io.9.

Item Auguſtinus in homilia tertia.

¶ Quare trina merſio in baptiſmate celebretur.

C. LXXXII.

Sent.4.diſt.3. Iuo p.1.c.194. Pan.l.1.c.57.

POſtquam[i] vos credere promiſiſtis, tertio capita veſtra in ſacro fonte demerſimus. Qui ordo baptiſmatis dupli ci[k] myſterij ſignificatione celebratur. Recte. n. tertio merſi eſtis, qui accepiſtis baptiſmum in nomine ſanctæ Trinitatis. Recte tertio merſi eſtis, qui accepiſtis baptiſmum in nomine Ieſu Chriſti, qui die tertia reſurrexit à mortuis: illa enim tertio repetita demerſio typum Dominicæ exprimit ſepulturæ: per quam Chriſto conſepulti[l] eſtis in baptiſmo, & cum Chriſto reſurrexiſtis in fide: vt peccatis abluti in ſanctitate virtutum Chriſtum imitando, viuatis.

Rom 6.

Item ex canonibus Apoſtolorum, c.50.

¶ De his, qui ſemel, non tertio in baptiſmate merguntur.

C. LXXIX.

Bute.l.4 c.23. Iuo p.1.c.128. Pann.l.1 c.58.

SI quis presbyter †, aut epiſcopus non trinam merſionem[m] unius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in ba-

† epiſcopus aut presbyter. † al. iori.

d ¶ Sacramentum.] Baptiſmus dr̄ ſacrum fidei: quia in fide Chriſti conſecratur: & in fide eccleſiæ confertur, vel quia noīe Trinitatis cōfert, q̄ offerentes [3] & oblati tenent credere, & cōfiteri. Vel qa ſignū eſt, q̄ ſuſcipiēs fidē habeat, ēt ſi nō hēat, aliquo impediente.

e ¶ Fidelē.] ſunt qui dicunt ipſos fideles dici, quia fidem habent habitu nō vſu, i. nō exercitio. & ſic de aliis virtutibus. Iſti ſic illud intellegūt: fides illa, quæ, &c. non facit fidelē vſu, i. exercitio. inf. eo. paruuli. & ſic de alijs.

f ¶ Non rem ipſam.] ſicut virtutem.

CVm p paruulis.] CASVS. Dicit hic, quod alii reſpondent pro paruulis vt ſacramētum celebretur, & valet pro eis talis rīſio: quia per ſe reſpondere nō poſſunt, ſi aūt poſſent pro ſe reſpondere: talis reſpōſio nō valeret eis, quod probatur auctoritate Euangelij.

g ¶ Reſpondere.] ſic diſtinguit lex. ff. de admini. tuto. leg 1. §. vlti.

h ¶ Itidem.] i. tantū, & hoc quo ad præſum. ptionē [4]. Arg q taciturnitas non habetur pro conſenſu ſup diſt. 62. tanta ſup. diſt. 27. diaconus. ſup di.54. ſi ſeruus, ſed cōtra. ſup. 2.q 6 biduum.

POſtquam.] CASVS. In hoc c. duplex ratio aſſignatur quare hō ter immergitur in baptiſmo. Vna eſt, quia baptizatur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Alia eſt, quia Chriſtus tertia die reſurrexit à mortuis, cum quo etiam morimur in baptiſmo.

i ¶ Poſtquam.] de forma baptizandi & modo tractat vſque ad c. veniſti.

k ¶ Duplici.] etiā ter mergitur: & quia fit inuocatio Trinitatis: & quia Chriſtus tertia die reſurrexit. vt inf. ſequitur.

l ¶ Conſepulti.] quantum ad vitia.

ADDITIO Hoc ſupra ea e proptie.

SI quis presbyter.] CASVS Quidam in baptiſmo ſemel tantum hominem immergebant, & dicebant, Baptizo te in mortem Domini; dicitur quod tales debent deponi: quia formam non conſequuntur.

m ¶ Trinā merſionē.] ī. e. c. prox ſ. ſed aliud eſt ſemel immergi ſub illa verborū forma: baptizo te in morte Dñi, qd̄ hic interdicit. Aliud in nomine Trinitatis vnica merſione: qđ ibi in eccleſia quibuſdā permittit.

a ¶ In

Baptiſmus eſt ſacramentū fidei.

[3] Quod de illis offerentibus dicitur, nō vr̄ eſſe de ſubſtātia. inf ea in baptiſmate in litera rubea. Arc.

[4] Subaud. quia non præſumit tm̄ valere quo ad remiſſionem peccatorum. Ioan. de Faut.

Tacēs nō cōſentit. Baptizandus ter debet immergi.

pleatur & pp ſacramentum fidei per quod paruulus dr̄ fidem habere, & credere, vnde fides vocatur, licet fidei veritatem non habeat in actu, ſed in habitu.

a ¶ Quam fidem.] i. ſacramenti fidei profeſſionē, ſed non virtutem: ſed ſi non habent charitatem, quomodo ergo ibunt in patriam poſt mortē [1]? hoc eis datur [2] à Deo. Alij dicuntur quòd habent eam in habitu. extra de baptiſ. & eius effe. c. 1. ſed & per alios dicuntur credere. inf. eadem in eccleſia.

b ¶ Habere.] infra ead. quæris. ſup. 15. q. 1. §. vt itaque. ſup. diſt. 1. hoc eſt, quod dicimus.

c ¶ Etſi.] ideſt, quamuis.

[1] vt ſupra e ſolet.

[2] Scilicet charitas, ſine qua nemo ſaluatur.

ptismate (quod α dari à quibusdam iubetur in morte [a] Domini) deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate: sed: euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. *Matt. 28.*

α ¶ Quod dari.] *Prisca versio hoc tantum loco discrepat à Gratiano. Sic enim in ea legitur*, quod dari videtur in morte Domini. *eodem modo apud Burchardum. Iuo habet*, quod dari iubetur in Domini mortem. *Græce autem est*, *ἀλλὰ ἂν βάπτισμα τοῖς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδάμενον, id est*, sed vnicam mersionem quæ in mortem Domini datur.

Itē Gregorius Leādro episcopo Hispaniarū, li. 1. epi. 41.

¶ De eodem. C. LXXX.

Et in Tole. 4. c. 5. & in Vuormacensi, c. 5. Sent. ibidem. Polv. l. 3. ti. 10. Ans. l. 9. c. 62. Iuo p. 1. c. 130. Pann. l. 1. c. 60.

15 De trina mersione baptismatis nihil responderi verius potest, quàm quod ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit sanctæ ecclesiæ consuetudo [b] diuersa. Nos autem: quòd tertio mergimus, triduanæ sepulturæ sacramēta signamus: vt dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quòd si quis forte etiā pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque istud aliquid obsit baptizandos semel in aquis mergere: quia dum in tribus personis † vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter, vel semel immergere: quādo & in tribus [c] mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari.

† al. subsistentys.

Item Hieronymus super epistolam ad Ephesios, lib. 2. ad cap. 4.

¶ De eodem. C. LXXXI.

Ad verb. [Vnus Dominus.] Iuo p. 1. c. 161. Pann. l. 1. c. 61.

Eodem modo [d] & in patrem, & filium, & in spiritum sanctū baptizamur, & ter [e] merigimur, vt Trinitatis vnum appareat sacramētum, & non baptizamur in nominibus patris, & filij, & spiritus sācti, sed in vno nomine, quod intelligitur Deus. *Item infra.* ¶ Potest vnum baptisma & ita dici; quod licet ter baptizemur propter mysterium Trinitatis, tamen vnum baptisma reputetur.

¶ *Locupletatum, & emendatum est caput hoc ex originali.*

Item Pelagius Papa, Gaudentio episcopo.

¶ De his, qui in nomine Christi semel tantum mergunt.

C. LXXXII.

Iuo p. 1. c. 184. Pann. l. 1. c. 62.

Multi sunt [f], qui in nomine solummodo Christi vna etiā mersione se asserunt baptizare. Euangelicum vero præceptum ipso Deo, & domino saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis [g], trina etiā mersione sanctum baptisma vnicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis: [Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus β sancti.] *Io. 6.*

β ¶ Spiritus sancti.] *Hic videtur sequi c. Si reuera supra ead.*

Item Zacharias PP. Bonifacio episc. in epist. cuius initium: [*Sacris liminibus.*]

---

† Aliàs i. in memoriam, vel ad similitudinem mortis, &c. secundum Io. de Fan.

a ¶ In morte.] idest, ad inuocationem & mortis eius.

De trina.] Hæc est 15. pars dist. in qua dr, q nō est contra fidem si semel immergitur puer in nomine patris & filij, & spiritus sancti propter vnionem Trinitatis. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam in baptismo ter immergebant: quidā semel, vtriq; in forma ecclesiæ. quærebatur quid iuris esset: & respondet, q bona est vtraq; consuetudo: quia trina mersio & eleuatio mortem Chri significat, & reseruationem tertia die, & trinitatē personarū, quæ in vna substantia cōsistūt. vna vero immersio vnitatē substātiæ designat. Sequens c. patet.

b ¶ Cōsuetudo.] sup. di. 12. scit sancta. Am. li. 8. de forma. sup. dist. 76. c. pen. & vlt.

ADDITIO. Vel dic consuetudo, scilicet immergendi semel, vel ter dummodo forma ecclesiæ obseruetur. Archid.

e ¶ In tribus.] videtur contrarium huic c. quod Amb. dicit de Cypriano. In suo sensu abūdat Cyprianus. est semel immergat pueros, qui quod intelligebat, studiose adimplebat bonis operibus abundando, licet in hoc nescius delinqueret, sed post correctus à Domino abūdauit altiori sensu, ter illos immergēdo. Sol. Forte ille n. semel debere immergere dogmatizabat: vel ibi erat consuetudo semel immergere.

Cyprianus semel tātū immergebat.

d Eodem modo.] idest, in nomine patris & filii & spiritus sancti.

e ¶ Et ter.] i. ter immergitur in baptismo: & ita tres mersiones sunt vnum sacramētū sicut plures voces a vnum nomē. ar. extra de re. iur. oia.

a Dicēdo in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Multi sunt.] CASVS. Quidam in Chri nomine baptizabāt, & semel. n. immergebant, qui in hoc ea. reprehenduntur, quia iuxta Euangelium ter debemus immergere in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

f ¶ Multi sunt.] nō prohibet baptizati in nomine Chri, sed reprehendit illos, qui dicebant quòd debet baptizari tantum vna immersione. & tantum sub vna forma verborum in nomine Christi.

g ¶ Trinitatis.] explicite. Nūquid & Græci hēnt eādē formam.

Baptism an possit dari in nomine Christi.

Baptismi forma apud Græcos & latinos est eadem.

forma; Sic, quia idē est effectus, voces aūt nō eadē vt dicit Ati. vnde Grecus huc veniens baptizaret in sua lingua,& latinus in Grecia in lingua sua qa apostoli varijs linguis loquebaut, & iuxta illud. Qui pibāt & qui sequebaut, clamabant, Osanna, & tamē fotma rea- fieri baptismus, sed sie nō baptizat in nomine paternitatis & filiationis,&c. Itē si omittit hoc pronomē, ego.& dicit baptizo te, &c bū baptizat:qa subintelligit pnomē. Ar. C de fideic. verbū volo. maxime qm nec Christus apposuit pronomē, cū dixit: Ite. baptizate, &c.nū est cōtra ex tra de bap. c.1.1.quia ibi ēt verbū emisit. Sic aūt nō baptizat, mergo te in noie patris, &c. qa nō est synony mū cū illo verbo baptizo, nec p hāc vocē baptizo te in nomine trium personarum.

ǂ Ibi vide quod ibi plene no tatur pec in. Arch.

¶ In inuocatione Trinitatis tertio in baptismate mergere debemus. C LXXXIII.

Sent. 4 dist.3. Iuo p.1.c.169. Pann.l.1.c.63.

16 IN synodo Anglorum decretū, & iudiciū firmissime præceptum,&diligenter demōstratū esse dinoscitur, vt quicunque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est: quia si locus in fonte baptismatis quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine patris, & filij, & spiritus sancti fuerit baptizatus. Hoc quoq. obseruari in prædicta synodo sacerdotes voluerunt, vt qui vel vnam de Trinitate personā in baptisma nō nominaret, illud baptisma esse verum non posset. Quod pro certo uerum est: quia qui unam ex sancta Trinitate confessus non fuerit, perfectus Christianus esse non potest. Qui enim confitetur patrem, & filium, si confessus non fuerit & spiritum sanctum, neque patrem habet, neque filium; & qui confessus fuerit patrem,& spiritum sanctum, & filium non fuerit confessus: neque patrem habet, neque spiritum sanctum: sed uacuus est à diuina gratia.

IN synodo.] Hęc est 16.pars dis.in qua probat. q forma baptizādi debet seruari, & qui vnū de Triuitate cōfessus non est si. ne negauerit, non est Christiau°. Io. de Fāt. CASVS. Quidā erāt qui in baptismo non nominabant oēs tres personas, & quos in synodo Anglorū est diffinitum, q nō dicitur aliquis vere baptizatus nisi in nomine patris & filij & spiritus sancti amē, fuerit baptizatus, nam si quis duas personas tue rit cōfessus, & tertiā negauerit, duarum confessio nihil ei prodest.

Item Gregorius Quirino episc. in Iberi i, lib.9.epist.16.

¶ Rebaptizatur, qui in nomine Trinitatis baptizati non fuerit. C. LXXXIIII.

† Bonosiani. 1.q.1.quis. Iuo. p.1.c.153. Pann.l.1.c.64.

HI uero hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosyani † a, & Cataphryges (quia & illi Christum Dominium non credunt: & isti b sanctum spiritum peruerso sensu esse quendam prauum hominem, Montantum credunt: quorum similes multi sunt) & alij tales, cum ad sanctam ecclesiam ueniūt, baptizantur: quia baptisma non fuit, quod in errore positi in sanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt.

HI vero hæretici.] CASVS. Bonosiani non credebāt filiū esse deū, nec Cataphriges spiritum sanctum, ideo in nomine Trinitatis non baptizabant ipsi, nec multi alij. vnde sic baptizatis dicitur, q si ad ecclesiā venerint dēnt rebaptizari. Sequēs c. pater. Simplam.] idest, vnicam vel vniformem.
a ¶ Bonosiani.] s. 24. q. 3 quidam. ver. Bonosiani. Hi dicebant Christum adoptiuum filium Dei, non proprium.
b ¶ Et isti.] alias tā captimitur eorum error, 24.q.3.quidam ver. Cataphrygia, qa auctores eorum dixerunt spiritum sanctum in se descēdisse, non in Apostolos.

Item ex concilio Toletano 4.c.5.

¶ Semel baptizmate mergere licet. C. LXXXV.

Iuo p. 1.c.129. Pann. l.1.c.59.

PRopter uitandum schismatis scandalum, uel hæretici dogmatis usum, amplam c teneamus baptismi mersionem.

Item Zacharias Papa, Bonifacio episcopo in epistola decretali.

¶ De sacerdote qui per ignorantiam linguæ latinæ in inuocatione Trinitatis deliquit. C. LXXXVI.

Burch.l.4.c.43 Iuo p.1.c. 137. Pann. l.1.c.65.

REtulerunt nuncii tui, quòd fuerit in eadem prouincia sacerdos; qui latinam linguā penitus ignorabat, & dū baptizaret, nesciens latini eloqui, infringēs linguā dice

baptizase in no. realis est attēdenda,& nō vocalis.ī.ea retulerunt Itē mine ge. pone q aliquis dicit: baptizo te in nomine genitoris nitoris, & nati,& sancti flaminis, an baptizetur, Vr q sic: qa & e an va nō refert vtrū ex æquipollentibus qs dixerit.arg.ff de cat. vet.obl.quæ ea triusecus,& l.si sub vna.& ff si cer.pe. Leertū qd cōcedo.& sub nominibus synonymis bā.pt

c PRopter.] ¶ Amplā.] alludit cōsuetudini loci Vel simplam.idest, vniformem. Et ita est aig q omnes debemus baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti.ī.co d.propter.

REtulerunt.] CASVS. Quidā presbyter imperitus in arte grammatica, in baptizando verba baptismi &

mi, & formam corrupte proferebat, episcopus loci volebat rebaptizare eos, quos iste baptizauerat. vnde super hoc consuluit Papam, qui respondet, dicens, quod talea non debeant iterum baptizari, si sacerdos ille errorem, vel hæresim introducere non intendebat: sed tantū ex ignorantia sic corrupte proferebat. Sequentia c. patent. [Ministerum, id est, chrisma.] Signaculum.] idest, sacramentum confirmationis. [Sacerdotis.] id est. episcopi

a ¶ Introducens] nā vnius syllabæ error non nocet. ff. de man. test qui habebat.

b ¶ Aut hæresim.] maxime, quia si errorem induceret, dūmodo in forma ecclesiæ baptizaret, teneret baptism' i, vt s̄ e fatia.

Pētecostes: quia lecta fuerat epistola de aduentu spiritus sancti in Apostolos.

n ¶ Sacerdotis.] idest, episcopi, eo quia solus episcopus facit hanc inuocationem. j. di. 5. manus.

ADDITIO. vt j ea presbyteri. &c. sequen. Archid.

Post

rer, baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritu sancta. Ac per hoc tua reuerenda fraternitas considerauit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille, qui baptizauit, non errorem introducens [a], aut hæresim [b]: sed pro sola ignorantia Romanæ locutioni infringendo linguam, vt supra fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire, vt denuo baptizentur.

α ¶ Nunti tui.] *Hæ duæ voces additæ videntur à Gratiano (quamquam Vergilius, & Sidonius, qui hoc retulerant proprie nuntij Bonifacij non fuissent) ne ea, quæ in epistola antecedunt, referre cogeretur: quod tamen Burchardus, & Ivo fecerunt.*

Item. Ambrosius de sacramentis, seu lib. 1. c. 2.

¶ Quare baptizati à sacerdote vngantur. C. LXXXVII.

Iuo p. 1. c. 109. Pann. l. 1. c. 51.

17 VEnisti † [c] ad fontem: ingressus es: considera, quid † videris [d], quid locutus sis, considera: repete [e] diligenter occurit tibi leuita: occurrit presbyter: vnctus es [f], quasi athleta Christi: vt α ad baptismum catechumenus accedas.

† al. Venimus. † quæ] vera lectio.

β ¶ Vt ad baptismum.] *Ita etiam Ivo, & auctor glossæ ad ver.* Vnctus. *videtur huc spectasse: sed tota hæc clausula abest ab originali: in quo huius loco sunt verba hæc.* quasi luctamen huius sæculi luctaturus, professus es luctaminis tui certaminne.

Item Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c. 28.

¶ Quare baptizatus à presbytero vngatur in cerebro. C. LXXXVIII.

Iuo p. 1. c. 140. Pann. l. 1. c. 66.

POstquam [g] ascenderit baptizatus de fonte, statim signatur in cerebro à presbytero cū sacro chrismate sequēte simul & oratione, vt regni Christi particeps fiat, & à Christo Christianus [h] possit vocari.

Item. Ambrosius de sacramentis, tract. seu lib. 2. c. 7.

¶ Quid super baptizatum à sacerdote dicatur. C. LXXXIX.

Iuo p. 1. c. 141. Pann. l. 1. c. 67.

EMersisti γ [i]: venisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit? [Deus, inquit, pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te vngat in vitam æternam.] Vide, vbi [k] vnctus es: in vitam, inquit, æternam.

γ ¶ Emersisti.] *Sic apud Ivonem. In originali est:* Ergo mersisti. *eodem sensu, quem elicit auctor glossæ ex verbo.* Emersisti. *Frequens autem est apud B. Ambrosius istius vocabulū in hanc sententiam vsus.*

Idem in libro 3. de sacramentis, c. 1. & 2.

¶ Quare vnguentum super caput baptizati ponatur. C. XC.

Iuo. p. 1. c. 142. Pann. l. 1. c. 68. Eccl. 2.

ACcepisti misterium, hoc est, vnguentum supra caput. Quare supra caput? quia sensus sapientis in capite [l] eius. *& infra. c. 2.* ¶ Sequitur spiritale signaculum, quod audisti hodie [m] legi: quia post fontem superest, vt perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdoris [n] spiritus sanctus infunditur.

Item Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c. 29.

1 Vel dic quod faciet mētionē de errore quia si errarer quod aliud dicere vel facere intēderet, quod dicāt vel faciāt catholici, talis error impediret. B. Hisp.

c VEnisti.] Hæc est 17. pars distin. in qua interpretatur verba sacerdotia, quæ dicit in exorcizando & baptizādo. & vestes quid significent. Io. de Fant.

c ¶ Venisti.] de ijs quę in baptismi celebratione fiunt dictū est: nūc principaliter sequitur de ijs, quæ post lauacrū sequunt s. quę post baptismū baptizato fieri dēant & 6. cap. annectit. in postremo tamē habetur quæ circa ipsum facta sunt prius.

d ¶ Quid videris.] i. quid audieris, nam sub visu omnis sensus continetur. a

2 ad hoc facit optime quod legitur & no. 1. q. 9. testes. 93. di diaconi ast. ver. ipse enim. & fuit ista glo. L. & Io. de Fā.

e ¶ Repete.] ostendit quæ circa ipsum prius facta sunt vsque ad cap Iudæi.

f ¶ Vnctus es.] sputo, non oleo, scilicet, in catechisma.

g POstquam.] j e. di. 5. nouissime j. ead. presbyteri. & cap. nullus ministrorum.

h ¶ Christianus.] s. 2. q 1. olim.

i EMersisti.] id ē, mersus fuisti.

k ¶ Vbi.] id est, ad quod.

l ACcepisti.] ¶ In capite] i. anima. s. de pæ dist. ille rex & ita anima habet sedem in capite. aliàs non bene concordaret littera.

m ¶ Hodie.] s. in die

Post baptismum.] CASVS. Quæsitum fuit quid significet vestis candida, qua baptizatus induitur? Rndetur φ significat munditiam & puritatē, quam ab intus à peccatis vsq; in diē iudicij dēt seruare significat & gloriosā resurrectionē fideliū, & regnū futurū: regi-

b ¶Innocentiam.] Candor .n. munditiam designat. 30.q.vlt.feminæ.
c ¶Ad mysterium.] Designandum.per hoc.n designatur futura resurrectio corporum gloriosa & animarū: vel etiam nunc à peccatis.

Cādoc mūditiam signat.

¶Quare candida vestis traditur Christianis. C. XCI.

POst baptismum [a] traditur Christiano vestis candida, designans innocentiam [b], & puritatem Christianam: quam post ablutas veteres maculas studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet repræsentandam † an te tribunal Christi. Cuncti vero renati albis induuntur vestibus ad mysterium [c] resurgentis ecclesiæ. *Item ibidem.*

† al. ad præsentandam

¶Vtuntur ergo baptizati albis vestibus: vt quorum primæ natiuitatis faciem † vetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundæ generationis gloriæ præferat indumētum. Tegitur enim post sacram vnctionem caput eius mystico velamine, vt intelligat [d], se diademate [e] regni, & sacerdotali dignitate potiri.

† al. infantiā

Item Ambrosius in libro de ijs, qui initiantur mysterijs, c.7.

¶De eodem. C. XCII.

Iuo p.1.c.144.
Pann.l.1.c.70.
† al. Volupiate al. voluntate

ACcepisti post baptismum vestimenta candida, vt esset indicium [f], quòd exueris inuolucrum † peccatorum, & indueris innocentiæ casta velamina [g].

Item ex concilio Agathensi, c.34.

¶Quot mensibus Iudæi inter catechumenos habeantur. C. XCIII.

Burch.l.4.c.81.
Iuo p.1.c.275.
Pann.l.1.c.71.

18 IVdæi [h], quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses [i] inter catechumenos [k] ecclesiæ limen introeant: & si pura [l] fide noscuntur venire; tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quòd, si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

Item ex concilio Toletano 4.c.58.

¶De Iudæis plerisque frequenter ad iudaismum redeuntibus. C. XCIIII.

Burc.l.4.c.81.
Iuo p.1.c.279.
Pann.l.1.c.75.

PLerique ex Iudæis, qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solum iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominanda, circumcisiones [m] exercere præsumpserunt. De quibus consultu pijssimi, ac religiosissimi domini nostri Sisemundi regis hoc sanctū decreuit conciliū, vt huiusmodi transgressores pōtificali auctoritate correcti ad cultum Christiani dogmatis reuocentur: vt quos propria uoluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem, quos circumciderunt, si filij eorum sunt, à parētum

d ¶Vt intelligat.] Istud sacramētum est regni & sacerdotij. Quilibet.n. fidelis rex debet esse & sacerdos: rex, quia se & alios virtutibus regere debet: sacerdos, quia cor contritum & humiliatum, qđ est vera oblatio, id est, se debet offerre Deo.
e ¶Diademate.] Supra.12. q.1 duo sunt.
f ACcepisti.] ¶In dicium.] Qualis vestis, talia corda gerit.41.dist.§. fin.
g ¶Velamina.] Forte de hoc vel[illegible] dixit 24. q. 1. quoniā vetus t.

Fidelis quilibet debet esse rex & sacerdos.

IVdæi.] Hæc est 18. pars di. in qua dicitur qualiter Iudæi & alij baptizātur, & quę sunt dona baptismi. Ioan. de Fant.
h ¶Iudæi de baptizandi examinatione vel pænitentia agit vsque ad c. non plures.
i ¶Octo mēses.] Hoc cap. corrigitur per illud, quod sequitur infra ea. ne quod absit.
k ¶Catechumenos.] per hoc c. intelliguntur oia illa c. q̄ dicunt quòd infideles possunt esse vsq; ad missam.2. catechumenorum in ecclesia. non contradicit 21.di. clero s. in fi. quia illud de infidelibus, qui parati sunt reprehendere. 43.di. in mandatis. & ita non dico ea abrogata, secūdum φ quidam dicunt. & est ratio, quare hoc fiat, vt audientes prædicationē in ecclesia facilius cōuertātur: vel loquitur de præcisis. Ioan.
l ¶Et u pura.] Vt ergo φ vsurarius Iudæus nō debeat baptizari, nisi vsuras restituat supra de pę. di. 5. falsas. q̄a obligationes in baptismo nō tolluntur.

1 Subau. ibi olim Christi uestimētū suscepi.

Infideles possunt esse in ecclesia vsq; ad missam catechumenorum.
2 De hoc & notatur 35. q. 3. de his. & habetur de hoc sup. e. dist. 1. episcopus nullum. Arch.

PLeri.q. ex Iudæis.] CASVS. Aliqui Iudæorum facti fuerunt Christiani,

regimi & caput eius mystico velamine, vt intelligat, se debere potiri corona regni, & dignitate sacerdotali. Sequentia duo capitula patent.
a ¶Post baptismum.] CASVS. Dicitur cuiusmodi vestis traditur. quia alba, & quare.

qui postea ad ritu Iudæorum reuersi, filios suos & seruos circūcidebāt: vnde præcipitur hic, vt fidem seruare cogantur, filij vero circūcisi ab eis auferātur: serui aut liberi efficiantur.
m ¶Circumcisiones.] Circumcidendo aliquos.

a ¶Con-

consortio [a] separentur [b]: si serui, pro iniuria corporis sui, libertati tradantur [c].

Filij Iudęorum baptizati, sunt à parentibus separandi.

Item Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c. 27.

¶Ante baptismum diabolo, & eius operibus renunciare debemus. C. XCV.

PRimum interrogatur paganus, si abrenunciat diabolo, & omnibus damnosis operibus eius, atque fallacibus pompis: vt primũ respuat errorẽ, & sic appropinquet ad veritatem: possitque iuxta Apostolum [d] deponere veterem hominem secundum pristinam conuersationem: qui corrumpitur [e] secundum desideria erroris, abnegans impietatem, & sæcularia desideria.

Iuo p. 1. c. 78. Pann. l. 1. c. 76.

Eph. 4. Coloss. 3. Tit 2.

Item Augustinus in libro de pœnitentiæ medicina, c. 2.

¶Non transit in nouam vitam, quem non pęnitet veteris vitæ. C. XCVI.

OMnis [f], qui iam suæ voluntatis factus est arbiter [g], cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris [h], nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizantur, soli paruuli † immunes sunt. Nondum enim vti possunt libero arbitrio.

De pę di. 1. tres sũt, & q̃s aliquã. Iuo p. 1. ca. 76. Pann. l. 1. c. 35.

† *al. pueri*

Idem ad Seleucianam, epist. 108.

¶Ante baptisma pœnitentiam agere debemus. C. XCVII.

AGunt homines ante baptismum pœnitentiam [i] de suis prioribus [k] peccatis: ita tamen, vt etiam baptizentur: sicut scriptum est in actibus Apostolorum loquente Petro ad Iudæos, ac dicente:] Agite pœnitentiam: & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domine Iesu Christi.

Sent. 4. dist. 16. Iuo par. 1. c. 77. Pann l. 1. c. 36. *Act. 2.*

Item Gregorius Fantino Defensori, lib. 7. epist. 24.

¶Quadraginta dierum abstinentia Iudęis baptizandis indicatur. C. XCVIII.

NE, quod absit, longa [l] dilatio Iudæorum retro possit animos reuocare, cum fratre nostro episcopo loci ipsius loquere, vt pœnitentia, ac abstinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominico [m], aut si celeberrima festiuitas fortassis occurrerit, eos omnipotentis Dei misericordia protegente baptizes †.

† *baptizet*] Iuo Glo ordi. ibi

Item Ambrosius super epistolam ad Romanos, ad c. 11.

¶Pœnitentia non est necessaria baptizandis. C. XCIX.

SIne pœnitentia [n] sunt dona, & vocatio Dei: quia gra-

De pęn. dist. 1. quis aliquãdo.

1 Die quo Iudæis filios suos circũcidere licet, si alios circũciderent pœna castrãtis tenerentur, vt ff. ad legẽ Cor. de sica. l. circũcidere. Hic antẽ cũ eis mitius agitur q̃ supra dictũ sit, q a ad fidem cum pœnitentia renocãtur. Arc.

a ¶Consortio.] Et viris religiosis alendi tradentur, vt 28. q. 1. Iudæorum de paternis tamen bonis alẽdi sunt. C. de alen. lib. l. 3.

b ¶Separentur.] Et bonorum proscriptione & perpetuo exilio damnabuntur, vt C. de Iudæ. & cœ. Iudæi. sed hoc si suæ sectæ sunt mancipia: aliàs enim capite puniuntur. C. de man. Christianum. l. vna. C. de eunn. l. 1.

c ¶Tradantur.] sup. dist. 54. cap. nulla. &c. fraternitatem. sed cõtra su. 17. q. vlt. Iudæi.

PRimũ] CASVS. Dicitur hic, q̃ ante baptismum debet paganus interrogari si abrenunciat diabolo & omnibus malis operibus, vt sic ad veritatẽ possit peruenire: & iuxta apostolũ veterem hominẽ deponere, id est, vetustatem peccati.

d ¶Apostolum.] Ad Ephesios scribentem.

e ¶Qui corrũpitur.] Scilicet vetus homo. de pę dist. 1. tres sunt.

OMnis qui.] CASVS. Dicitur hic q̃ homini intelligẽti quando baptizat, si non pęnitet, peccata non dimittuntur: sed huiusmodi pęnitẽtia paruulo nõ est necessaria: quia libero non vtitur arbitrio: sed sacramentũ baptismi, per quod homines efficiuntur fideles.

f ¶Omnis.] Supra de pę. dist. 1. tres sunt.

g ¶Arbiter.] si est discretus. H.

h ¶Veteris.] Quod hominẽ reddit vetustum. & quidem interior penitentia necessaria est in adulto: exterior non exigitur. infra. ead. fine.

AGunt homines.] CASVS. Dicitur hic q̃ homines primo debent agere pœnitẽtiam, & postea baptizari: quod probatur auctoritate Petri dicente in actibus Apostolorum. Agite pęnitentiam, &c.

i ¶Pœnitentiam.] Id est, pœnitudinem.

k ¶De suis prioribus.] Nunquid est pręceptio vel suasio de hac pęnitentia agenda? sed cui hoc prȩciperet? nunquid gentili iubere potest? non, sed duntaxat monere. 47. dist. §. necesse.

NE, quod absit.] CASVS. Quidam Iudæi volebant baptizari. prohibetur hic ne longa pęnitentia eis imponatur, sed tantum xxxx. dierum ne forte velint à proposito resilire. Omnia cap. quæ sequũtur vsque ibi [vos ante omnis.] patent.

l ¶Longa.] Octo mensium est longa. sup. ead. distin. cap. Iudæi

m ¶Aut die Dominico.] Nõ obuiat quod dictum est sup. ead. c. dno. quòd tantum bis in anno baptismus debet celebrari. illud enim de solenni intelligitur, id est, quod consecratur tanta solennitate. sup. ead. venerabilis. & cap. seq.

Baptismus solẽnis bis tantum in anno celebratur.

n SIne penitentia] Id est, sine satisfactione exteriori & afflictione, quæ solet exigi in pęnitẽtia, nã sine interiori in adultis vacuũ est baptismi mysterium: & ita nõ contradicit de pę. dist. 1. tres. su. e. omnis q. prox. capi. contra. Sed illud generaliter in alijs, quam in Iudæis: illud specialiter fiebat quondam in Iudęis, nõ

Baptismus adultorum an valeat sine satisfactione.

propter satisfactionem peccati: sed propter reuerentiam baptismi, quod Iudæi per operationem circuncisionis & aliorum legalium sacramentorum non adeo appretiabantur.

a ¶Gratia.] Supra de pę. dist. 7. nullus expectet.

b ¶In baptismate.] Hoc ideo dicit, quia in pęnitentia etsi dimittatur peccatum per contritionem, remanet tamen temporalis satisfactio: in baptismo non. Nam tanta est vis sacramenti, quod nec etiā temporalis satisfactio in baptismo remanet pro peccatis. ideo nō est mirum si infamia qualibet ibi dimittatur: quod non est in pęnitentia, vt de pę. dist. vlt. si quis.

ADDITIO. Arg. contra. su. 32. q. i. quod autē. in fi. ver. de hoc. & extra de diuor. gaudemus. in fi. ibi videas. Archid.

tia[a] Dei in baptismate[b] non requirit gemitum, non requirit planctum, vel opus aliquod: sed solam fidem, α & omnia gratis condonat.

α ¶Sed solam fidem.] *Sic in glossa ordinaria: Vnde potius videtur hoc loco sumpsisse Gratianus, quam ex Ambrosio, apud quem legitur,* nisi solam ex corde professionem. *quemadmodum etiam refertur supra de pænitentia, dist. 1. c. quis aliquando, in vers. Gratia Dei.*

Item Higinus Papa.

¶Necessitate cogente, in catechismo, & confirmatione idem compater esse potest. C. C.

Burc. l. 4. c. 24. Iuo p. 1. c. 218. Pann. l. 1. c. 77.

19 IN catechismo[c], & in baptismo, & in confirmatione vnus patrinus[d] fieri potest, si necessitas cogit. Nō est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli suscipiunt[e].

Item ex decreto Leonis Papæ.

¶*Cæteri collectores citant ex decretis Leonis Papæ apud S. Medardum.*

¶Non plures, sed vnus paruulum in baptismate suscipiat. C. CI.

Poly. l. 3. c. 10. Ans. l. 9. c. 19. Burc. l. 4. c. 25. Iuo p. 1. c. 219. Pann. l. 1. c. 78.

NOn plures[f] ad suscipiendum de baptismo infantem accedant quàm vnus, siue vir, siue mulier. In confirmatione quoque id ipsum fiat.

Item ex concilio Moguntino.

¶Qui nō est baptizatus, nec confirmatus, aliū in chrisma te, vel baptismate tenere non debet. C. CII.

Burc. l. 4. c. 26. Iuo p. 1. c. 220. Pann. l. 1. c. 79.

IN baptismate, vel in chrismate non potest alium suscipere[g] in filiolum, qui non est ipse baptizatus[h], vel confirmatus.

Item ex concilio Antissiodorensi, c. 25.

¶Abbati, vel monacho non licet commatres habere. C. CIII.

Iuo p. 1. c. 132. Pann. l. 1. c. 80.

NOn licet abbati, vel monacho[i] de baptismo suscipere filios, nec commatres[k] habere.

Item ex libro capitulorum.

¶De eodem. C. CIIII.

Iuo p. 1. c. 133. Pann. l. 1. c. 81.

MOnachi sibi compatres commatresue non faciant: nec osculentur[l] feminas.

¶*In indice septimi libri capitularium, numero 494. (nam capita ipsa à 478. vsque ad 558. in volumine, quod ex Gallia habitum est, desiderantur) hæc leguntur.* Ne sibi compatres, & commatres monachi faciant.

Baptismus est efficacior pœnitentia.

Item ex sermone S. Augustini post Pascha, qui sic incipit: [Hodiernus dies.]

IN catechismo.] Hæc est 19. pars di. in qua probat quid iuris sit de patrinis & filijs spiritualibus. Io. de Fant.

c ¶In catechismo.] De materia illa dixi 30. q. 1. peruenit.

d ¶Patrinus.] Baz. dixit in his tantum cōtrahi cōpaternitatē: sed H dixit in omnibus eā contrahi, quæ baptismū præcedunt: sed tamen compaternitas in catechismo contracta non est tanti momenti vt matrimoniū dissoluat, cū vix etiam impediat. extra de cogna. spi. contracto.

Compaternitas contrahitur per catechismum.

e ¶Suscipiunt.] Et ita latius se extenderet charitas. 35. q. 1. cum igitur.

f NOn plures.] Supra, 30. q. 4. qd autem vxor. contra Sol. ibi.

g IN baptismate.] ¶Suscipere. sed qd si suscipiat? dicunt quidam, quod non contrahitur compaternitas, secus si baptizet.

h ¶Baptizatus.] Si aliter tamen fit cum baptizare possit, non impeditur baptismus. sed hoc ideo institutum est, quia patrini debent instruere filios suos in symbolo, & in alijs. infr. c. vos. hoc facere nō possūt qui primo in eis instructi non fuerunt. 47. dist. §. necesse.

Patrini filios instruere debent.

i NOn licet.] ¶Monacho.] sup. 16. q. 1. placuit communi.

k ¶Nec commatres.] 18. q. 2. peruenit. sed cōtra sup. 16. q. 1. doctos. & 30. q. 1. oēs 1. cōtra, sed baptizando possunt, nō leuando.

1 Dic vt ibi, & in prædicto c. peruenit. Arch.

l MOnachi. ¶Nec osculentur.] forte tangit consuetudinem alicuius loci, vbi compatres osculabantur commatres.

Vos.

¶ Qui in baptiſmo paruulos ſuſcipiunt, pro eis apud Deú fideiuſſores exiſtunt. C. CV.

VOs ante omnia tam mulieres, quàm viros, qui filios in baptiſmo ſuſcepiſtis, moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores [a] apud Deum extitiſſe pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Ideoq. ſemper eos admonete, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiã diligãt, charitatẽ teneant, *& paulo poſt.* ¶ Ante omnia ſymbolum, & orationem Dominicam & vos ipſi tenete, & illis, quos ſuſcepiſtis de ſacro fonte, oſtendite.

Iuo p. 1. c. 134. & p. 11. c. 17. Pann. l. 1. c. 82.

¶ *Iuo etiam recitat ex Dominica prima poſt Paſcha. In ſermone 163. de tempore, apud B. Auguſtinum hæc leguntur.* Quicunque viri, quæcumque mulieres de ſacro fonte filios ſpiritaliter ſuſceperunt, cognoſcant ſe pro ipſis fideiuſſores apud Deum extitiſſe: & ideo ſemper illis ſolicitudinẽ veræ charitatis impendant. *Similia etiam habentur in ſermone 215. qui eſt ſecundus Dominica decima poſt feſtum Trinitatis.*

Item ex concilio Ilerdenſi. † *al. Meldenſi*

¶ Ad baptizandi officium, & ad veſtimenta altaris lauanda ſacerdos propria debet habere vaſa. C. CVI.

20 OMnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens ad hoc ſolummodo baptizandi officium habeat: quod extra eccleſiam non deportetur. Similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vaſa: in quibus nihil aliud fiat.

Burc. l. 4. c. 13. Iuo p. 2. c. 208.

¶ *Similia habentur in ordine Romano de officijs diuinis, pag. 156.*

Item ex concilio Carthaginenſi tertio, c. 38. Et in Afri. c. 15.

¶ Neque rebaptizationes, neque reordinationes fieri licet. C. CVII.

21 NOn licet † [b] fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes [c] epiſcoporum.

Iuo p. c. 152. Pann. l. 1. c. 83. † *al. licent*

Item ex epiſtola Auguſtini 203. ad Maximinum.

¶ De eodem. C. CVIII.

REbaptizare hæreticum hominem, qui hæc ſanctitatis † ſigna perceperit, quæ Chriſtiana tradidit diſciplina, omnino peccatum eſt: rebaptizare autem catholicum, immaniſſimum [d] ſcelus eſt [e].

Sent. 4. diſt. 6. Iuo p. 1. c. 172. Pann. l. 1. c. 84. † *al. ſancta Trinitatis.*

Item ex concilio Arelatenſi, 1. c. 8.

¶ De Arrianis, quando baptizentur, & quando non. C. CIX.

DE Arrianis, qui propria lege ſua vtuntur [a], placuit, ſi

VOs.] CASVS. Dicitur hic ꝙ qui ſuſcipit aliquem de ſacro fonte videt̃ ꝓ illo apud Deũ fideiubere, & ideo debet eum in bonis operibus inſtruere: ſymbolum & orationẽ Dominicã docere. Seq. tria cap. patẽt.

a ¶ Fideiuſſores.] Et hæc eſt cauſa quare inſtitutum fuit quòd in baptiſmo & in catechiſmo & confirmatione qui nõ eſt Chriſtianus nõ offerat puerum. cũ. n. nobiſcum non tenet articulos fidei, qualiter poteſt eſſe obſes pro puero? & qualiter docebit in ijs quæ hic dicuntur? ſed non videtur ꝙ ſint fideiuſſores pro puero: quia ſi quærat̃ ab eis, erit iſte bonus? dicerent ſic, vel non. infra ea. quæris. ſed ſont quaſi fideiuſſores. ff. ad munic. l. a. §. proinde. & ſufficit ꝙ puer non cõtradicat. ff. ſol. ma. l. 2. §. vl. Nam infans furioſo comparatur. 13. quæſt. 1. §. vlti. & capit. illud peræque. & ita eo ipſo tenetur paruuli, ꝙ non contradicunt, infra ead. quæris. aliàs enim nõ tenentur fideiuſſores. ff. de fideiuſſor. omnis.

Pueros in baptiſmo tenere non poſſunt qui Chriſtiani non ſunt.

OMnis presbyter.] Hæc eſt 20. pars diſt. ſecundum. Io. de Fan. & hoc intellige de presbytero eccleſiæ baptiſmalis: Et ſic continuatur. Supra dictum eſt de efficacia baptiſmi & offerentibus ad baptiſma: nunc vero ſubijcit de loco in quo fieri debeat baptiſmus. Archi.

NOn licet.] Hæc eſt 21. pars diſt. in qua ꝓbat per 12. c. ꝙ nullius debet rebaptizari: ſed tamen ſi neſciunt vtrum ſit baptizatus an nõ, debet baptizari: quia non intelligitur iteratum quod neſcitur factum, ſup. ea. diſt. 1. ſolennitates.

b ¶ Non licet.] De rebaptizatiõe nõ faciẽda. 12. cap. adiungit.

c ¶ Trãslationes.] id eſt, mutationes, niſi neceſſitate vel vtilitate. 7. q. 1. mutationes. ĩ qua enim eccleſia quis intitulatus eſt, in ea perpetuo perſeueret. vt diſ. 70. ſanctorum. Io. ad idem 21. q. 1. c. 1. Arch.

d REbaptizare.] Immaniſſimum.] Et capite punitur. C. ne ſanctum baptiſma reiteretur. l. 1.

e ¶ Scelus eſt.] Nã mai⁹ peccatũ eſt rebaptizare Chriſtianum hominem vel catholicũ q̃ hæreticũ, ſi. arg. ꝙ maius peccatũ eſt occidere Chriſtianũ, quàm paganũ. ſi. diſt. 50. de his clericis. & 23. q. 5. ſi nõ licet. Sed cõtra videtur: ꝙ qui paganum occidit, & corpus & animam occidit: & videtur occaſionem dare perdẽdi animam eius, ſed cum occidit Chriſtianũ, animã eius nõ occidit: quia forte bonus eſt. ſimiliter & in primo videtur eſſe æquale peccatũ: quia ſimiliter iniuria ſacramẽto fiet in iſto ſicut in illo: ſed forte q̃a hæreticus à Deo receſſerat, videt̃ ꝙ magis eſſet rebaptizandus: & ideo dicit minus peccatum eſſe in iſto, quàm in illo [a].

Chriſtianũ occidere an grauius ſit quã paganum.

1 Ad hoc 24. q. 1. ſi habes. iuxta fin. ibi de hoc.

DE Arrianis.] CASVS. Dicit̃ hic ꝙ ſi Arriani reuertentes ad fidẽ catholicã dixerint ſe baptizatos in nomine

a Hæc eſt ſententia H. & L. quorum fuit iſta gl. Archi.

nomine patris & filij & spus sancti. debent tantum recōciliari: alioquin debent rebaptizari. Seq. c. parent.
a ¶ Nō responderint.] idest, responderint inter se nō esse baptizatos in nomine Trinitatis, idest, patris & filij & spūs sancti. error enim cuiusdam siue dantis, siue

ut inf. cap. placuit.
c PArvulos.] ¶ Debeas.] 1. dist. 68. presbyteri, quos. & §. quod ergo.
d ¶ Qui testificetur.] eos baptizatos esse.
e ¶ Ratio.] nam in talibus certius est tenēdum. extra de spon. iuuenis. de pæ. dist. vlt. c. antepe. & vlt. Ioan.

ad ecclesiam aliqui de hac hęresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum: & si peruiderint eos in patre, & filio, & spiritu sancto esse baptizatos: manus eis tantum imponatur, ut accipiant spiritum sanctum. Qui si inter rogati non responderint [a] hanc Trinitatem, baptizentur [b].

Vide Arelat. 2. c. 16 & 17.

α ¶ Vtuntur.] *In concilio impresso sequitur, vt rebaptizentur. Ac solitos fuisse ab Arianis rebaptizari catholicos, ac fortasse etiam nō catholicos, narrat B. Augustinus in libro de heresibus, c. 49. ceterum in quibusdam peruetustis huius concilij codicibus sic legitur,* De Afris, quod propria lege sua vtuntur, vt rebaptizent, placuit, &c. De Afris *autem habetur supra dist. 98. c. Afros. (quod est Gregorij primi: & repetitur in epistola Gregorij secundi ad vniuersum clerum, & plebem Turingiæ) itemque in synodo Felicis tertij.*

Item Gregorius tertius Bonifacio, epistola quarta.

¶ Baptizentur, de quibus ignoratur, an sint baptizati. C. CX.

† *Pro par. uulis.*] ori. Ivo p. 1. c. 141. Pann. l. 1. c. 92.

PArvulos †, qui a parentibus subtracti sunt, & an baptizati sint, ignorant: hos ut baptizare debeas [c] secundum patrum traditionem, si non fuerit qui testificetur [d], ratio [e] poscit.

Et in Afr. c. 39 & in Vuorma. 70. in sexta synodo. c. 25. Ans. l. 9. c. 16. Burc. l. 4. c. 45. Ivo. p. 1. c. 147. & 139. Pann. l. 1. c. 93.

Item ex concilio Carthaginensi quinto, c. 6.

¶ De eodem. C. CXI.

PLacuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, [f] neque ipsi sunt per ætatem [g] idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque vllo scrupulo eos esse baptizandos: ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc etiam legati Maurorum [h] fratres nostri consuluerunt: quia multos tales a barbaris redimunt. Similiter β & de ecclesijs, quoties super earum consecratione hæsitatur, agendum est: idest, ut sine vlla trepidatione consecrentur.

β ¶ Similiter.] *Hac usque ad finem absunt a codice regio huius concilij, à 72. Carthaginensi canone græco, à Vuermaciensi, & Burchardo. In canone autem sextæ synodi neque illa habentur quæ præcedunt, idest,* Hinc etiam, &c.

SIcut [h] in sacramentis ueteris testamenti uiuebant quidã spiritales, ad nouum scilicet testamentum [i], quod tunc occultabatur, occulte pertinentes: sic & nunc in sacramentis † noui testamẽti, quod iam reuelatum est plerique uiuũt animales: qui proficere si nolunt ad percipienda, quę sunt spiritus Dei, quo eos hortatur sermo Apostolicus [k], ad vetus [l] testamentum pertinebunt. Si autem proficiunt, & antequam capiãt baptismum †, ipso profectu, & accessu ad nouum pertinẽt: & si priusquam spiritales [m] fiant, ex hac uita rapiantur, custoditi per sacramenti [n] sanctitatem in terra uiuentium cõputantur, vbi est spes nostra, & portio Dominus. Nec inuenio, quid verius intelligatur in eo, quod scriptũ est: [Imperfectũ meũ viderũt oculi tui:] quãdo quidem sequitur [& in libro tuo oẽs scribentur.] *Item lib. 3. c. 14.*

Act. 10.

Ioan. 3.
Matt. 5.

† Lãfranc ĩ l. de sacrã. & sententia, apud B. Aug. tract. 80. ad c. 15. Ioãnis. Alger. l. 3. c. 6. in o p. 2. c. 9. Pan. l. 1. c. 110.

Act. 5.
1. Per. 3.

† al. sacramento

1. Cor. 2.
† abest ab os.

Psal. 141.
Psal. 118.

† Et 26. di. deide. ĩ. ca. baptismi. Atcb.

2 Cap. 3.

a ¶ Anteponere.] sup. c. catechumenum cõtra. sed hic loquitur de eo, qui habet desiderium baptizandi, ibi non. extra eo. maiores § si.

b ¶ Centurio.] 26. di. deinde. ĩ. ca. baptismi vicem.

c ¶ Cornelius.] ĩ. 2. q. 7 non omnes. t

d ¶ Capessendum.] i. contemnit accipere baptismũ, cum possit.

e VErus.] ¶ Alibi.] scilicet in epistola Petri 2. & est hoc uerbum Augustini: quod sequitur est Petri.

f ¶ Depositio.] idest, exterior ablutio.

g ¶ Sed cõscientiæ.] non enim sufficit baptizando habere bonam conscientiam, nisi ad interrogationem ecclesię suam fidem ostendat. 86. di. non sa tis. in prin. lo.

SIcut in sacramentis.] CASVS. H sic ponit hunc casum. licet totum ca. possit ĩ de baptizatis: melius tamen vsque ibi, [nõ interest.] loquit de adultis non baptizatis: extunde de baptizatis. In prima parte dicitur, quod sicut in ueteri testamẽto erãt quidam boni, sic & in nouo sunt quidam mali, qui si incipiunt bene operari dimissis malis, & uelint baptizari, uel perfecti esse, si ante decedant quã hoc consequi possint, saluabuntur. In secunda parte ostẽdit, quòd qualicumque fide qs suscipiat baptismum, quantum ad integritatem uerum accipiat baptismũ: sed non quantum ad salutem, nisi bona fide accipiat. si ille qui ficte & mala fide accipit baptisma, postea emendatur, non ideo reiteratur baptismus. Credo qđ H. hũc casum posuit: qa a Beñ. positum non inuenit.

h ¶ Sicut in sacramentis.] prima pars intelligitur de adultis nõ baptizatis, vsq ad illud, nõ interest, &c. & dicit in c. sicut in ueteri testamento fuerunt quidam boni, ita in nouo sunt qdam mali: qui si incipiunt bonũ operari dimissis malis, & velint baptizari, uel per- sunt rebaptizandi.

i ¶ Testamentum.] idest, ad gratiam, quæ data est in nouo testamento 3.

k ¶ Apostolicus.] scilicet Iudæ Apostoli ibi, q̃ sursum sunt sapite.

l ¶ Ad vetus testamẽtum.] idest, ad duritiam ueteris testamenti.

m ¶ Spiritales.] per baptismum, cũ non stat p eos. 4.

n ¶ Per sacramẽti.] idest, quæ solet dari & cõferri in sacramento.

3 Vel ad beatitudinem æternam. Arc.

4 Ad hoc ar. C. q pe. tuto. pol. cum a ma tribus.

In.

a ¶ Interrogari.]super articolis fidei, & alijs ad salutem animæ pertinentibus.
b ¶ Opinionum.] quia quot homines, tot opiniones, arg. ff de arbit. non cogendum § principaliter & §. item si vnus. argum. 12. q. 1. c. 1. & quælibet prouinciæ in suo sensu, & c. 76 distin. vtinam.

PLacuit.]Hæc est 31. pars dist. in qua ponit quasdam incidentes quæstiones loen.
CASVS. In Mileuitano concilio condemnabatur quædam hæresie, quæ dicebat, Adam mortalem factum necessitate naturæ, & non peccati merito: vnde siue peccasset, siue non peccasset, tamen mortuus fuisset.

¶ Non interest cum de sacramenti integritate, & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viã: sed ad sacramenti quæstionem nihil interest. *Item infra.*

¶ Manifestum est fieri posse, vt fide non integra integrum in quoquam maneat sacramentũ baptismi. *Item c.15.* Si possent singuli diligenter interrogari a, tot diuersitates opinionum b fortassis inuenirentur, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Numquid tamen ideo non integrum sacramentum accipiunt? aut numquid ideo si profecerint, & opinionem carnalium vanitatum emendauerint, denuo, quod acceperant, repetendum est? Accipit quisque secundum fidem suam, sed quantum capit, gubernante illa misericordia Dei, de qua præsumens idẽ Apostolus dicit: Si quid aliter sapitis; id quoque vobis Deus reuelabit.

1.Cor.2.
Philip.3.
Et in Afr.c.76

Item ex concilio Mileuitano, cui interfuit Augustinus, & Anselmus † Romanæ ecclesiæ legatus contra Pelagianos, c.1.

† Videtur mẽdũ in hoc nomine.

¶ Non naturæ necessitate, sed merito peccati Adam moriturus erat, C. CLII.

In lib.de eccl. dogm.c.24.

3 PLacuit igitur omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc, quæ in præsenti concilio diffinita sunt: Vt quicumque dicit Adam primum hominem, mortalem c factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ d; anathema sit.

Item eiusdem concilij, c.2.

Et 1 Afri.c.17. & in lib.de eccl dogm c.24.

¶ Paruuli non solum pœnam, sed etiam culpam à parentibus trahunt. C. CLIII.

Bore.l.4.c.34. Iuo p.1.c.228.

PLacuit e, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos a baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quòd lauacro regenerationis expietur (vnde f fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera †, sed falsa g intelligatur,) anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt: nisi quemadmodum ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hãc enim fidei regulam etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorũ remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt.

† al. vere sed falso.
Rom.5.

a ¶ Eos baptizari.] *Sic est emendatum ex aliquot vet ustis, & ipsis originalibus: Nam antea legebatur*, non baptizari.

Io Afri.c.78.& eee dogm.ca. 22.
Cep.epi.1.c.10

Item eiusdem, c.3.

c ¶ Mortalem.] i. moriendi necessitati subiectum: secundũ quod dicit factũ: erat enim immortalis, idest, potens nõ mori, non enim non potens mori. & ita fuit mortalis, & immortalis. Solet quæri quare peccatum originale imputetur animæ, cum illud contrahatur tantum ex carnis corruptione. Sol. dicunt quidam, quod ideo quia anima delectatur ipsi carni, & ideo ei imputatur. Alia sõ est & melior, vt scilicet ibi quędã digna retributio notet, quia anima primi hominis prius peccauit, & ita corrupit ipsam carnẽ: vnde & modo corruptio carnis corrumpit animas.

1 Qđ nõ fuit ante peccatũ. Adã erat immortalis.

d ¶ Naturę.] videtur contra, quia dicit Aug. si Adam non peccasset, senio defecisset. Sed dic, senio defecisset, idest, in seniũ, q. d. nõ peruenisset ad seniũ. quia semper fuisset in iuuentute.

Adã si nõ peccasset à semper iuuenis fuisset.

PLacuit.] CASVS. Quidam dicebant quod paruuli ex parẽtibus peccatum non contrahunt, & ideo non sunt baptizandi, & si baptizent, nõ fit in eis vera remissio peccatorũ. Hæc hæresie damnatur auctoritate Apostoli. & constitutione ecclesiæ. Sequens cap. planũ est.

e ¶ Placuit.] CASVS. Excõmunicãtur quidem hæretici, qui dicebant paruulos nõ esse baptizandos, quia nihil peccati contraxere sunt ab Adam, quod in baptismo esset delendum, nam qđ male dicent, probat auctoritate Apostoli.

f ¶ Vnde fit.] id est, ex hoc sequitur.

g ¶ Sed falsa.] Idest, sine effectu.

a Placuit.] ¶ Ad adiutorium.] supra ea. gratia. ADDITIO. In primo statu in quo fuit Adam potuit homo mori, & potuit non mori: hic in secundo statu potest mori, sed non potest non mori: quia est mortalitas iā est necessitas. In tertio, scilicet in patria non potest mori, & non potest m orire.

d ¶ Omnes.] hic secundum quosdam incipit. 5 distin. sed competentius (vt quidam dicunt) incipit ab illo c. conuenit inf. ea. Nam abinde agit de officijs ecclesiasticis & ieiunijs.

e ¶ Post baptismum.] vnde hostia prius lauabatur in litto.

b Quisq; dixerit.] CASVS. Est igitur casus istius cap. talis. Excōicantur, hic quidā hæretici, qui dicebāt ꝙ gratia Dei non iuuat nos ad vitationē peccati, nisi quantum ad hoc, ꝗ dat nobis cognitionem boni & mali: nō autem iuuat nos, vt ꝑ eā faciamus, bonum vel malum.

b ¶ Quisquis.] quidā volentes vitare correctionem præcedentis ca. incidunt in aliud malum. & ideo reprehenduntur.

Placuit.] Hæc est 31. pars distin. in qua dicit, ꝙ sine gratia nullus saluatur, quę etiam adiuuat ad non peccandum. Io. de Faut.

e ¶ Gratiam.] sed quod ergo valet liberū arbitrium, eū per illud nō possit saluari? Nam primam gratiam non potest quis promereri, vt 13. q. 4. Nabuchodonosor. Sed dic quod per liberū arbitrium homo habilem se potest reddere, vt ei Dominus gratiam infundat.

Arbitriū liberū ad ꝙ valeat.

¶ Gratia & peccata remittit, & ne reiterentur, adiuuat. C. CLIIII.

Placuit, vt quicumque dixerit, gratiam Dei, qua † iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iā cōmissa sunt, nō etiam ad adiutorium a, vt non committantur; anathema sit. Burc. l. 20. c. 78. Iuo p. 17. c. 38. † al. in qua

Item eisdem, c. 4. In Afri. c. 79. & dogm. c. 19.

¶ Quid sit peccatum, gratia docet, & vt vitetur, facit. C. CLV.

Quisquis b dixerit, eandem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. Burch ibidem Iuo p. 17. c. 39. In Afric. c. 80.

Item eiusdem, c. 5.

¶ Sine gratia diuina mandata impleri non possunt. C. CLVI.

32 Placuit, vt quicumque dixerit ideo nobis gratiam e iustificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tamquam etiam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possumus etiam sine illa implere diuina mandata anathema sit. Burc. ibidem. Iuo p. 17. c. 30.

Item Vrbanus Papa omnibus Christianis. epist. 1. c. 7.

DISTINCTIO. V.

¶ Post baptisma, confirmationis sacramentum præstetur. C. I.

Omnes d fideles per manus impositionem episcoporum, spiritū sanctum post baptismum e accipire debent, vt pleni † f Christiani inueniantur: quia, cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur. Poly. l. 3. ti. 10. Ans. 9. c. 13. Burc l. 4. c. 66. Iuo p. 2. c. 160. & 196. Pann. l. 1. c. 113. † plene] orig.

Item Melchiades Papa in epist. ad episcopos Hisp. c. 2.

¶ Quod conferat spiritus sanctus in baptismate, quid in confirmatione. C. II.

Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit g illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad inno- Eusebi⁹ Emiss. senus in hom. in die Pentecostes. Poly. l. 3 ti. 10. Ans. l. 9. c. 31.

Omnes.] Hæc distin. diuiditur in alij partes. In qua rum prima agitur de confirmatione, de ieiunijs, & de alijs: secunda ibi, [Nū quid.] Tertia ibi, [Omni die,] Quarta ibi, [Conuenit.] Quinta ibi, [Quadragesima.] Sexta ibi [Contristia] Septima ibi [Quia.] Octaua ibi, [Caueᵗ.] Nona ibi [In omnibus.] Decima ibi, [Nullus.] Vndecima ibi. [Non oportet.] Duodecima ibi, [Fucare,] Tertiadecima ibi, [De spiritu. Ioan de Faut.

*Immo & ipsa propriè sacramen. tum est. cō. ni die, c l. Tri. sess. 7. c. p. 3. mo. & post. ꝗ est itera. r sacramē ta illa qua non impri mant cha. racter em. S. Tho. par. 3. q. 73. ar. 6.

d ¶ Omnes.] Expleto tractatu de baptismate, subiūgit magister distinctionem istā, in qua tractat de cōfirmatione, quę in fronte fit: & merito vltimo loco de hoc tracto quia vltimū est inter alia sacramenta necessitatis præter vnctionē infirmorum, quæ non ita proprie dicitur sacramentū * maxime secundum opiniones eorum, qui dicunt eam iterari posse: nam sacramentanō iterantur, vt sup. proxi. dist. ostēditur præterea alia ratio ne: quia hoc sacramentum tanquam dignius à solis episcopis confertur, vt inf. ead. cap. manus.

Cōfirmatio à solis epis con fertur.

littore, & postea offerebatur in holocaustum.

f ¶ Vt pleni.] quia si contemnerent, peccarent mortaliter. hoc de adultis, nam puero sufficit baptismus. sup. distin. prox. quæris Ioan de Faut.

Spiritus sanctus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ peccata remittuntur in baptismo, sed in confirmatio ne homo recipit augmentum gratię, & quā uis bapti smus sufficiat ad salutem statim morituris, confirmatio tamen victuris est necessaria vt confirmentur & proarentur corroborentur contra vitia & peccata, vt possint diabolo resistere. sVt supra dixi cap. per aquā &c. aliud & ca venit. Archid.

g ¶ Descendit.] conferendo vim regeneratiuam aquis supra dist. 4. numquam. t.

a ¶ Ad

a ¶ Ad innocentiam.] vnde & datur puero vestis candida post baptismũ, vt 3. dist. pros. accepisti. & c. venit.
b ¶ Armat] idest, instituit.
c ¶ Et instruit.] hic habes ad quid valeat cõfirmatio.
d ¶ Non potest.] in hac enim vita uel meritũ comparamus.

scopi uocantur. 18. dist. si episcopus. sed tamen Papa hodie summus Põtifex appellatur. Et hic vsq. adeo est accõmodatum, q non nisi a maioribus, &c. Et est hic argumentum aliquid dici maius ratione ipsius cõferentis. arg. contra sup. distin. 2. nihil in sacrificio. de quo ibi notatur.

centiam [a]: in confirmatione augmentum præstat ad gratiã. Et quia in hoc mundo tota ætate uicturis inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad uitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur †, post baptismum roboramur. Et quã uis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, uicturis tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pace [a] beati sæculi recipiẽdos: confirmatio autem armat [b], & instruit [c] ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia non potest [d] peccare post mortem.

† al. alimur

a ¶ Pace beati.] *Sic est emendatum ex manuscriptis, originali, & Polycarpo. Antea legebatur*, pace baptismi, uel sæculi.

Idem Ibidem.

¶ Manus impositionis sacramentum dignius est sacramento baptismi. C. II.

Poly. ibidem. Ans. l. 4. c. 32. Burc. l. 4. c. 61. Ino p. 1. c. 255. Pann. l. 1. c. 124.

DE his vero, super quibus rogastis vos informari, idest, utrum maius esset sacramentum, manus impositio episcoporum, aut baptismus: scitote vtrumque magnum esse sacramentum: & sicut vnum a maioribus fit, idest, a summis [e] pontificibus, quod a minoribus fieri non potest: ita & maiori ueneratione uenerandum, & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hęc duo sacramenta, ut ab inuicem (nisi morte præueniente) nullatenus possint segregari: & unum sine altero rite perfici [f] non potest.

Item Eusebius Papa epist. 3. ad episcopos Tusciæ, & Campaniæ.

¶ Non ab alijs, quàm ab episcopis manus impositionis sacramentum perfici potest. C. III.

Poly. ibidem. Burc. l. 4. c. 83. Ino p. 1. c. 257. & 297. Pann. l. 1. c. 125.

MAnus quoque impositionis sacramentum magna ueneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractũ [g] esse: nec ab alijs, quã ab illis, qui eorum tenent [h] locum, umquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptũ fuerit, irritum [i] habeatur, & uacuum: & inter ecclesiastica numquam reputabitur sacramenta.

Item Rabanus de institutione cleric. l. 1. c. 30.

¶ Quare confirmationis sacramentum baptizato tradatur. C. V.

NOuissime a summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur per

f ¶ Perfici.] i. Christianum facere plenũ & perfectum, ut supra ead. distin. cap. 1. Ioan. 1.

MAnus quoque.] CASVS. Dicitur hic, q tempore Apostolorum soli confirmabant Apostoli, & hodie successores eorum, idest, episcopi debent confirmare: & si alius confirmauerit, sacramentum non tenebit.

† Ad idẽ j. c. vt ieiunii Vel die, i. meritorie recipi altero cõtempto. Arch.

g ¶ Peractum.] contra 95. dis. ca. 1. sol ibi. Vel hoc non inueniimus de iure communi factum esse, sed ex dispensatione.

h ¶ Tenent,] alibi monachi dicuntur tenere locum aij. Apostolorũ quo ad renuntiationẽ proprietatis. 16. q. 1. ca auctoritate alibi sacerdotes quo ad cõfectionem Eucharistiæ. 11. q. 3 absit.

Monachi quo ad renũtiationẽ ꝓprietatis tenẽt locũ Apostol.

i ¶ Irritum.] tamen ex demandatione Papæ quilibet conferre potest quod habet. vnde ordinarius ordinem quem habet conferre posset, & confirmaret confirmationem s. distin. pro al. nulla rõ. alias non r, ut s. 1. q. 1. gratia. & q. 7. Daibertum. Vnde nota q cũ collatio sacramenti competit alicui ratione ordinis & officij, etiam prohibitus conferre potest, ut 9. quęst. 1. ordinationes. 1. q. 1. quod quidam. vbi uero ex adminiculo ordinis & demandatione, & ut confirmatio in fronte sacerdoti, vel collatio ordinis competit, non ẽpia, ut 95. dist peruenit. & 69. dist. cap. 1. In eo casu prohibitus nihil agit, ut hic in cap. manus.

amus, uel culpam. 13 q. 2. tempus.

DE his uero.] CASVS. Quęsitũ fuit a Melchiade, an maius sit sacramẽtũ confirmationis, q̃ baptismi. Et rñdit q vtrumq. sacramẽtũ ẽ magnũ: sacramẽtũ tñ cõfirmationis i maiori ueneratione est habẽdũ, quia non pt conferri uel ꝯfici nisi a maioribus, i. episcopis.

e ¶ A summis.] idest, episcopis: qui summi dicuntur, quia ultra eos nullus est ordo. nã metropolitani episcopi

NOuissime.] CASVS. Dicitur hic q spũs sanctus traditur homini ab epõ, ut confirmetur ad ꝓdicãdũ aliis, i. ad donum ꝓdicãdi: q per gratiam in baptisma ie habuit donatus uitę æternę. Secundo ostendit q̃d significet, q baptizatus inungitur chrismate a pñsbytero in vertice, & ab episcopo in frõte. Sequẽtia duo e. patent, & supplentur in principio c. seq statuimus, uel præcipimus, ut ieiuni, &c.

spiritum sanctum ad prædicandum [a] alijs idem donum, quod ipse in baptismate consecutus est per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capitis summitate: per pontificẽ vero in frõte, vt in priore unctione significetur spiritus sancti super ipsum descensio ad habitationem [b] Deo consecrandam: in secũda quoque, ut eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ, & uirtutis uenire in hominem declaretur.

Item ex concilio Aurelianensi, c.3

¶ Ad confirmationem, non nisi ieiuni veniant.

C. VI.

VT ieiuni [c] ad confirmationem ueniãt perfectæ [d] ætatis, ut moneantur confessionem facere prius, ut mũdi donum sancti spũs ualeant accipere: & quia nũquam erit Christianus [e], nisi confirmatione [f] episcopali fuerit chrismatus.

Burc. l. 4. c. 60. Iuo p. 1. c. 254. Pan. l. 1. c. 214.

Item ex concilio Meldensi, c.6.

¶ Episcopi non nisi ieiuni baptizatos confirment.

C. VII.

VT episcopi [g] non nisi ieiuni per impositionem manuũ spiritũ sanctũ tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus [h] Sicut autem duobus temporibus, Pascha uidelicet & Pẽtecoste a ieiunis celebrari debet baptismus: ita etiam traditionem spiritus sancti a ieiunis [i] põtificibus conuenit celebrari.

In capitu. adiectis c. 6 In cõc. Parisiẽsi. l. 1 c. 33. Poly. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. ca. 67. Iuo p. 1. c 261. Pan. l. 1. c. 261.

Item ex concilio Tarraconensi, c.6.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citãt ut Gra·. Habetur autem in Cabilonensi 2. c. 27. usque ad uers. Quia bis, & in capitularibus adiectis, cap. 53.*

¶ Secundo uel tertio nullus confirmetur. C. VIII.

DIctum est nobis, quòd quidẽ de plebe bis, uel ter, uel eo amplius, episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem episcopis confirmentur. Vnde uisum est nobis eamdem confirmationem, sicut nec baptisma, iterari minime debere: quia bis, uel ter, uel amplius [k] baptizatos, aut confirmatos, nõ sęculo, sed soli Deo sub habitu regulari, uel clericali religiosissime famulari decretum est.

Burc. l. 4. c. 50. Iuo p. 1. c. 244. Pann. l. 1. c. 121.

Item Gregorius tertius, epi. 4. ad Bonifacium.

¶ De eodem. C. IX.

DE homine, qui a pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda est.

Item Stephanus Papa quintus.

¶ Omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur. C. X.

3 NVmquid non omnia chrismata † [l] sacerdotalis mysterij † crucis figura perficiuntur? numquid baptismatis unda, nisi cruce [m] sanctificata, peccata relaxantur? Et

Iuo p. 1. c. 114. & p. 2. c. 91.

† al. charismata † al. ministe. ij.

a ¶ Ad prædicandũ.] Arg. cõtra, 16. q. 1. adijcimus. extra de hære. ad abolẽdã. sed prędicare dici potest dando de se bonum exemplum alijs.

b ¶ Ad habitationẽ.] bis enim descendit spũs sanctus sup Apostolos, primo quñ insufflauit in eos dicens. Accipite spiritum sanctum: postea descẽdit de cælo super eos in igneis linguis. s. dist. 4 proprie, & c. 1.

Spũs sct. quñ descẽdit 1 Apostolos.

c VT ieiuni.] Statutum est, supple.

1 Scilicet die Pẽt. s. dist. proxi. proprie. Arch.

d ¶ Perfectæ.] perfectam uocãt forte xij. annorũ, quñ promoueri potest ad ordines minores. 77. dist. ca. 2. vel xxv. annorũ ff. de minoribus l. 1.

e ¶ Christianus.] plenus quo ad uis sacramenta s. ead omnes.

f ¶ In cõfirmatione.] nũquid minorem habebit gratiam paruulus non confirmatus quàm confirmatus? videtur quod sic, quia in confirmatione datur augmentũ gratiæ. s. ca. c. 2 quod cõcedendum est, si dicas quod paruulo concedatur gratia in baptismo 2.

g VT epi.] supple, statutum est.

2 Hic vidẽ quod leg. & no. s. e. di. 4 nihil. & quod ibi di. xt. Archi.

h ¶ Periclitantibus.] 3. dist 4. venerabilis.

i ¶ A ieiunis.] hoc etiam in aliis sacramẽtis obseruandum est. s. 22. q. 5 honestum. s. dist. 2. liquido.

DIctũ est.] CASVS. Quidam ignorãtibus epis faciebãt se pluries cõfirmari. vnde statutum fuit hic, quod sicut baptismus nõ debet iterari, ita nec confirmatio: & quod bis baptizati vel confirmati debent relinquere sæculũ, & Deo seruire tantum. Sequentia 4. ca. patent. Cruce.] id est, signũ crucis: sed nõ remouet, quin aliter possint sanctificari, & ualere ad remissionem peccatorũ: sed refert factum: nec aliter fit solennis baptismus.

k ¶ Amplius.] s. dist. prox. qui bis. contra, sed hoc cum necessitas ecclesiæ exigit: alias de iure nũ posset, ut extra de apo. ca. 2. Vel licet hic habeant uestem clericalem, s. clausam, non tamen erunt clerici. sup 85. ist dictum 3.

3 Et 50. di. confirmãdũ. in fi vbi de hoc.

NVmquid.] Hæc est 2. pars dist. in qua di. quod omnia mysteria debemus facere cum signo crucis. Io.

l ¶ Chrismata.] idest, sacramenta, quæ cum unctione chrismatis pręstantur.

m ¶ Nisi cruce.] non remouet quin aliter possit sanctificari, & ualere ad remissionem peccatorum: sed refert factum,

factem, qoia sic sis: quis in modum crucis sit solennis baptismus: non aliter ꝙ proxi dis. sal.
a ¶ Sine crucis.] auctoritas illa docet nos facerre signū crucis t. Egressus à patre, regressus eius ad patrē excursus eius vsq; ad inferos, recursus vsq; ad sedē Dei.

vel mensis alienationes mentis patiuntur.
e Neophyti.] quia nuper baptizatos dissolute viuentes solebant dæmones energumenos, id est arreptitios faceret ideo subiunglt. à quibus neophyti debeant abstinere.

† Vel dic vt no. tt. dist. eccle siarum.

vt cetera prætereamus, sine crucis [a] signaculo quis sacerdotij gradus ascendit?

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 90. & sequentibus.

¶ Energumeni omnibus diebus exorcizentur C. XI.

Burc. l. 2. c. 221. Ivo p. 6. c. 298.

OMni die exorcistę energumenis [b] manus imponant. Energumeni vero pauimenta domorum Dei verrant. Quibus assidentibus in domo Dei victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

Item ex eodem, c. 86.

¶ A quibus neophyti abstinere debent. C. XII.

Burc. l. 4. c. 12. Ivo p. 1. c. 267.

NEophyti [e] aliquandiu à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant.

Item ex concilio Agathensi, c. 30.

¶ De ordine officiorum. C. XIII.

4 COnuenit [d] ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter [e] custodiri. Vnde studendum est, sicut vbique fit, vt post antiphonas collationes † [f] per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel vespertini diebus omnibus decantentur; & in conclusione matutinarum, vel vespertinarum missarum † post hymnos capitula † de psalmis dicantur, & plebs collecta [g] oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione mittatur.

† al. collectiones.
† al. e missarum.
† al. capitella.

Item ex concilio Gerundensi, c. 10.

¶ De eodem. C. XIIII.

ID semper placuit obseruari, vt omnib. diebus post matutinas & vesperas oratio Dñica à sacerdote proferatur. [h]

Item Gregorius VII. in generali synodo residens statuit.

¶ De eodem. C. XV.

Poly l. 3. tit. 17. Ans. l. 6. c. 221.
† al. nostrum.

IN die resurrectionis vsque in sabbatum in albis, & in die Pentecostes vsque in sabbatum eiusdem tres [i] psalmos tantum ad nocturnas †, tresque lectiones antiquo more cantamus, & legimus. Omnibus diebus alijs per totum annum, si festiuitas est, nouem psalmos, & nou ē lectiones dicimus. Alijs vero diebus duodecim psalmos, & tres lectiones recitamus. In Dominicis diebus xviij. psalmos, (excepto die Paschæ, & Pentecostes) & nouem lectiones dicimus. Illi autem qui in quotidianis diebus tres tantummodo psalmos, & tres lectiones celebrare volunt, non ex regula sanctorum patrum sed ex fastidio, & negligentia probantur hoc facere. Romani vero diuerso modo agere cęperunt, maximo à tempore quo Teutonicis concessum est regimen † nostræ ecclesiæ, Nos autem & ordinem Romanum [k] inuestigantes, & antiquum morem nostræ ecclesiæ, imitantes antiquos patres, statuimus fieri sicut superius pręnotauimus.

† al. regnum.

COnuenit.] Hæc est quarta para distin. in qua dicitur q̄d orones & collectas debemus facere sine ꝑferre in ecclesia. Io. CASVS Incipit hic tractare de officijs ecclesiæ, & de ieiunijs. Dr ergo hic quem ordinem clerici debeāt in diuinis officijs obseruare. Seq c. patet.
d ¶ Conuenit.] de officijs & diuinis & ieiunio tractare incipit & ponit tria cap.
e ¶ Aequaliter.] sup. 12. dist. cap. vlt.
f ¶ Collationes.] id est, collectę: & sunt quædā capitula quæ dicuntur ab ep̄is. a.
g ¶ Collecta.] id est, expleta nam tūc omnia colligantur oratione dicta, vel plebs collecta oratione, i. orationis causa
h ID semper.] ¶ Proferatur.] i. dicatur silenter, vel dic alta voce loco orationis: & hęc erat consuetudo in primitiua ecclesia secundum H.

a Scilicet illorū dierū: & leganf sine Iube Domine, ac absq; benedictione sacerdotali, secundum Hu.

IN die Resurrectionis.] CASVS. Ostēdit in hoc capit. quot psalmi & lectiones debeant dici quolibet die in matutinis: & reprehendunf illi, q in diebus quotidianis tantum tres psalmos & tres lectiones dicebant in matutinis: & reprehenduntur hic Romani, qui mutauerūt morē solutū postquā regnū Italiæ Teutonicis fuit concessū.
i ¶ Tres.] solet quæri quare diebus istis seruatur ternarius iste tam in lectionibus, quàm in alijs? potest dici ꝙ hic fit quia per hoc notatur triduana Domini sepultura, vel hoc fit propter honorem Trinitatis. Vel ideo quia eo tempote per præcedens ieiuniū sunt facti homines emacerati, & afflicti, vnde eis parcitur in illis temporib. & hæc sit causa quare expleto hoc volumine non cōpellantur magistri legere decretales.

Psalmi tres & lectiones totidē dicūt vt in hebdomada Paschę & Pentecostes.

Dei. Per dexteram partem, sedem Dei: per sinistram inferos intellige.

OMni die.] Hæc est tertia pars dist. in qua dr̄ quid iuris sit energumenis. ā. e. dist. manus. Io. de Fan.
b ¶ Energumenis.] ꝭ. 13. dist. exorcista. qui. s. à dæmonibus sunt obsess. vel energumenis, ab erge. quod est labor: & mene, q̄d est defectus: q̄a, s. in defectu iunæ

Energumeni, q sunt.

K ¶ Romanum.] arg ꝙ per duo extrema colligitur medium, & reprobatur. arg. 35. dist. ab exordio. arg. contra 28. dist. quia sunt.

licet ibi sit aliquod interuallum, nam dicit cõtinua, & tamen dieb. Dominicis non ieiunamus, verba.n.ci uili modo sunt intelligenda ff. de ser.l.si cui.
n ¶ Si post pariter.] q.d. si tantum postea vna vice comedas, quantum debet tibi sufficere tribus vicib. vel plu-

d ¶ Sed modico.] arg. contra 25. dist. ab exordio.
Contraria.] Hęc est sexta pars dis. in qua pbat per 2.c. φ nõ debemus nos multum dare medicinis, nec multũ affligere nos ratione medicinę, nec malos comedere cibos nec vltra mensuram. Io. de Fant.

†al. obseruatur. figiens. Nihil prodest biduo, triduoque transmisso vacuum portare ventrem: si post pariter [a] obstruatur † [b].

Idem.

¶ De eodem. C. XX.

1. Tim. 5. Burc. l. 13. cap. 24. & 25. Iuo p. 4. c. 56. & 57. Pann. l. 2. c. 186.

Sint tibi ieiunia pura, & continua, moderataque, id est, quotidie esurire, & quotidie [c] prandere. Apostolus inquit: Noli adhuc aquã bibere, sed modico [d] vtere vino propter infirmitates tuas. Curat enim vulnera delinquentis, curatosque sanctificat ieiunium.

¶ *Burchardus citat ex dictis Pimenij eremitæ: & habetur in vitis Patrum par. 2. §. 50. ex Pamenio. Apud B. Hieronymum de vita clericorum ad Nepotianum hæc habentur* Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata, & non superstitiosa ieiunia.

Item Ambrosius in psalmum cxviij. serm. 22. ad vers. Concupiui salutare.

¶ Medicinæ præcepta diuinæ sunt cognitioni contraria. C. XXI.

Poly. l. 3. ti. 29. 6 Contraria [e] studiose sunt diuinæ cognitioni pcepta medicinæ. A ieiunio reuocant, lucubrare [f] non sinunt, ab omni intentione meditationis [g] abducunt. Itaque qui se medicis dederit: seipsum sibi abnegat.

Ex glossa ord. Gen. 25.

Item Gregorius in expositione beati Iob, lib. 30. c. 27.

¶ Quot modi vitium gulæ nos tentat. C. XXII.

Quinque modis nos gulæ [h] vitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit, aliquando vero tempus non præuenit [i], sed cibos [k] lautiores quærit: aliquando quæ sumenda sint, præparari accuratius expetit [l]: aliquando autem & qualitati ciborum, & tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. Nonnumquã vero & abiectius est, quod desiderat [m]: & tamen ipso æstu immensi desiderij deterius peccat.

ī. de pæn. di. 3. nihil prodest. Poly. l. 3. ti. 25. Poly. l. 3. ti. 25.

Item Pius Papa, epistola 1.

¶ Absque puritate mentis, ieiunia, & orationes non prosunt. C. XXIII.

Nihil enim prodest [n] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

Item Hieronymus.

¶ Mediocre bonum non est magno præferendum. C. XXIIII.

Poly. l. 3. ti. 25. sine auctoris nomine.

Non mediocriter errant [o], qui bono magno p præferũt mediocre bonũ. Nonne rationabilis homo dignitatẽ amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert sensus integritati, vt propter abstinentiam & immoderatam [q],

e ¶ Contraria.] contra 7. quæstio. 2. cap. vlt. & 26. q. 2. illud.
f ¶ Lucubrare.] idest, flere peccatum, vel in nocte vigilare [1].
g ¶ Meditationis.] cũ suadent contraria Deo, maxime sanis.
Quinque modis.] CASVS. Dr hic, quod gulosi quinque modis delinquunt: vel quia nimis cito comedunt, vel quia cibos nimis ptiosos, vel nimis cura paratos, vel nimium suscipiunt de cibo, vel cũ ardore nimio. Seq. ca. planum est.
h ¶ Gulæ.] nã gula à paradiso expulit quẽ abstinẽtia reuocauit. sup. dist. 15. sexto.
i ¶ Præuenit.] supra ea dist. 1. solent.
k ¶ Cibos lautiores.] ī. dist. 41. ca 1. 2. & 3. [2]
l ¶ Expetit.] sup. dist. 50. ḋ his vero, & hoc cum sine causa facit. sup. dist. 41. c. 1. 2. & 3.
m ¶ Quod desiderat] nam latius est more Domini pisce vesci, &c. 41. dist cap. e.
n Nihil. n. prodest.] ad vitam æternam, vt de pœ dis. 3. §. potest, & c si quis aũt, quod est enim quo ad temporalia. sup. 22. q. 2. si quaslibet.
Non mediocriter.] CASVS. In hoc ca reprehenduntur quidam, qui nimis ieiunant, orant & vigilant: charitatĩ tamẽ & eleemosynis non insistunt. Ex nimia. n. psalmorum decantatione incurritur amentia, vel tristitia, vel corporis ægritudo. Deus ẽt magis cõsiderat intentionem, quàm multitudinem orationum. Cũ ergo pro cẽtum defunctis oratur, tantum vnicuiq; confertur acsi pro vno solo oraret: [3]

1 Vel l. ꝓ illari secũdũ Pan.

2 Ista c. videntur contrariari φ hic dr sed dic φ hoc intelligit qñ facit sine iusta cã: sed ex cã hoc licitum est, vt ibi: modus.n. vię di est in culpa: nõ cibi natura.

3 Subaudi est charitas & ceteræ virtutes, & earũ opera vt credere in Deũ & diligere Deũ, & huiusmodi. Arch.

plusibus: quod quidam faciunt.
b ¶ Obstruatur.] idest, repleatur postea per crapulam vsque ad summum.
c ¶ Sini.] ¶ Et quotidie] & ita vr, φ non debet per totum diem abstinere, nisi forte ex causa, vt 75. dist. quod à patribus, quod faciunt Sarraceni.

& ideo nullus in talibus debet corpus suum nimis affligere, quod probat auctoritate Esaiæ, & Apostoli.
o ¶ Non mediocriter errant] nam inter bonos semper sectare meliores 16. q. 1. si clericatus, &c. sic viue.
p ¶ Bono magno.] sine quo nõ põt haberi sal' ęterna. 3
q ¶ Immoderatã.] at. φ idẽ facit plus qᵭ minus. extra

da

de offi.custo.c.1.Arg.3.ff.de ser vr.prę si arborem.
a ¶ Tristitia.] Melancholiæ,quæ tristitiam inducit,& ponitur symptoma morbi pro morbo.
b ¶ Deus.] nā hō flecti pōt verborum multitudine.nā importunitate qñque quia obtinet.de pæ.di.1.impor.

Melācholia tristitiam inducit.

Quadragesima:per quam si bene ieiunauerimus,accepturi sumus mercedē,s.denarium:quod ex eo designatur,quia denarius adiunctus quadragenario, fit quinquagenarius, vnde cum labore Quadragesimam celebramus ante Pascha:cum lætitia vero quinquagesimam

atque indiscretam psalmorum, vel officiorū decantationem aut amentiæ,aut tristitiæ [a] notam incurrat? Numquid verborum multitudine flecti Deus [b] vt homo potest? Nō enim verbis tantum †, sed corde orandus est Deus. Melior est quinque † psalmorum declaratio cum cordis puritate, & serenitate,& spiritali hilaritate,quàm totius psalterij modulatio cum anxietate cordis, & tristitia Cum igitur [c] pro cunctis † animabus psalmus,vel missa dicitur, nihil minus,quā si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur. Audiant itaque,qui ea,quæ necessaria sunt corpori subtrahūt,illud, quod per prophetam Dominus loquitur: Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum.De rapina vero holocaustum offert,qui siue ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderate affligit.Videat itaq; quid Apostolus dicat:Carnis curā ne feceritis[d] in cōcupiscentijs,&c.

In regula Monac.apud Hieron c.de contemplat. oratione, & lect.

† abest ab orig.

† al.sepe in

Ga.t.4.

† al.cunctam.

Esa.61.

a ¶ Abstinentiam.] Sic est emendatum ex manuscriptis,& Polycarpo. Antea legebatur, innocentiam.

Rom.13. Gal.5.

Item Augustinus super Ioannem,tract.17.

¶ Non à cibis,sed ab iniquitatibus abstinere,est magnum & generale ieiunium. C. XXV.

Et sent.24. ad fratres in eremo.

IEiunium[e] autem magnum & generale est,abstinere ab iniquitatibus,& illicitis voluptatibus sæculi;quod est perfectum ieiunium. *& infra.* ¶ In hoc ergo sæculo quasi Quadragesimam abstinentiæ celebramus,cum bene viuimus, cū ab iniquitatibus,& illicitis voluptatib.abstinemus.Sed quia hæc abstinentia sine mercede non erit,expectamus beatā illam spem,& reuelationem gloriæ magni Dei & Saluatoris Iesu Christi.In illa spe,cum fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. *& infra.* ¶ Denarius ergo, qui accepit nomen à numero decem,redditur †, & coniunctus quadragenario fit quinquagenarius. Vnde cum labore celebramus Quadragesimam ante Pascha:cum lætitia vero, tamquam accepta mercede, Quinquagesimam post Pascha. Nam huic tamquā salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenariū numerū,additur quietis & felicitatis denarius,vt quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipse Dominus Iesus multo apertius, quando post resurrectionem quadraginta diebus [f] cōuersatus est in terra cum discipulis suis:quadragesimo autem die,cum ascendisset in cælum,peractis decem diebus misit mercedem spiritus sancti.

Tit.2.

† al add. tur.

Ioan.14. Act.1.

Item ex dictis Apollonij.

¶ Raptorem,vel furem non facit necessitas,sed voluntas. C. XXVI.

DIscipulos,cū per segetes trāseundo vellerent spicas [g],

tuna. Insti a. n opportune & importune. 24. dist. sit rector. immo ēt quandoque à Deo obtinet. 8. q.1. audacter. Et est arg. hic contra testiū multitudinem, in auth. de referendarijs. §.a. coli a.
c ¶ Dum igitur.] sed numquid est hoc ita verū?Dicunt quidam q sic, & est in sacramentis speciale hoc pp sanctum spiritū, qui non datur ad mēsuram, vt sup.proxi. dist.nec quemquam, sed omnia facit communia. supra proxi. di.quæria. Vel hoc referas ad ipsum celebrantem:quia tātum valet ei vt missam celebret pro centum sicut pro vno, &c. Vel referas hoc ad casum in quo canon loquit. s. q non minus valet vna missa cum hilaritate mentis dicta pro cētum, quàm si pro quolibet diceretur cum anxietate.
d ¶ Ne feceritis.] s.in delicijs & desiderijs, q. dicat superflua phibet non necessaria ā. dist 1.peruenit.

Missa vna an tātū prosit omnibus quantum vni.

IEiunium autem.] CASVS. Hic ponit nis hunc casum, In hoc c. Aug. loquitur de ieiunio spirituali quod est verū & perfectū ieiuniū, & semper ab oībus tenēdū toto tempore ipsius vitæ:sicut enim corporaliter in quadragesima ieiunamus ante Pascha,& post Pascha in lætitia celebramus quinquagesimā quasi accepta mercede præcedētis laboris: sic in hac vita quasi in quadragesima ieiunam' post hāc vitā in lætitia recepturi mercede,cū denarius nobis vitæ æternæ addetur,quadragenari'. n.numerus hanc vitā laboriosam significat,denarius vitā æternā: qui post hāc vitā addit pro mercede, ad qđ significādū quinquagesimam,quæ fit ex denario addito quadragenario,in lætitia celebramus,sequen.duo c.plana sunt.
e ¶ Ieiunium.] CASVS. Tota vita nostra est quædam

simam post Pascha, idest, accepta mercede,quod etiā ipse Dominus significauit.
f ¶ Quadraginta diebus.] ī.76.di § nō aūt, &c.scire.3.
g DVbi dr̄ per l.dies.fiūt.Sed ibi l.pro xl ponuntur.
Discipulos.] ¶ Spicas.] Est ergo differentia inter furtum

furtum,& furtum. arg. ff. de offi. præsi. plebiscita. non tamen quin furtum speciæ cōmittatur, sed nō cōmittitur quo ad pœnam. arg. extra de fur. si quis in prin.
a ¶ Et ederent.] hoc licebat, sed non falcem in messem alienam mittere. 6. q. 3. scriptum. AD.

ex delicti nas. § furtum. ff. de furtis. qui.
e Quidquid &c.] Quasi dicat, nō est meritoriū. 33. q. 6. § ex his in princip. Vel dic q id qd propter necessitatem fit cito soluitur, idest, solui cito debet, scilicet cessante necessitate. 1. q. 7. quod pro remedio. Ioan.

& ederent [a], ipsius Christi vox innocentes vocat, quia coacti fame [b] hoc facerunt.

Item Hieronymus in c. 7. Oseæ.

¶ Non necessitas, sed voluntas facit perseuerantiã. C. XXVII.

Quidquid [c] enim necessitate fit, cito soluitur: quod voluntate arripitur, perseuerat.

Itē Ioānes os aureū, hom. 29. ad c. 12. epist. ad Hebræos.

¶ Ciborum temperantia salutem, abundantia contrarium parit. C. XXVIII.

Nihil enim [d] sic iucundum est, sicut cibus bene digestus & decoctus. Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento & sospitatem simul procreat & voluptatem [e]: abundantia vero morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim [f] fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborum: magis autem & multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac [a] vita pænali: excessus vero ciborum consumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna: & tunc eum morte crudeli consumit.

a ¶ De hac vita pænali.] *Absunt hæc ab originali græco: sed sunt in versione Scholastici, quam satis tolerabilem sequitur Gratianus.*

Item Hieronymus aduersus Iouinianum, libro secundo.

¶ Ciborum delitiæ, si abundauerint, lædunt. C. XXIX.

Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comesos, magno partos, & perditos labore [g] doleamus: olerum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus est, & arte, impendijsque coquorum non indiget: & sine cura substentat humanum corpus, moderateq. sumptus (quia nec auide deuoratur [h], quòd irritamenta gulæ non habet) leuiori digestione conquoquiritur. Nemo enim vno [i], aut duobus cibis, hisque vilibus vsque ad inflationem ventris oneratur: quæ diuersitate carnium, & saporis delectatione percipitur. Cum varijs nidoribus [k] fumant patinæ: adesum sui expleta esurie, quasi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex saturitate nimia concitantur: multique impatientiam gulæ, vomitu remediantur [l]: & quod turpiter ingresserunt, turpius egerunt. Hippocrates in aphorismis [m] docet crassa, & obesa [n] corpora, quæ crescendi

Pat. 1. Aphoris.

Nihil enim.] CASVS. Dr hic q leuea & digestibiles cibi sunt sumendi. Cibus. n. moderate sumptus bene nutrit: sanum & lætū hominē facit. Cibus aūt nimꝰ morbos inducit, & crudelius hoīem interficit q̄ fames: nam fames hominem cito perimit: nimius vero cibus hominē longa ægritudine macerat

d ¶ Nihil enim.] curauit Gratianus animas, modo vult curare corpora. 7. 15. q. 1. non est.

e ¶ Voluptatem.] id est, hilaritatem.

f ¶ Quod n fames. &c.] arg. ex duobus contrarijs eumdem sequi effectum.

Ne tales.] CASVS. Beneu sic ponit hūc casū. Cōmēdatur hic cibi parcitas, & reprebēdit gulositas: & ostēdit q̄ sunt cōmoda parcitatis, & q̄ incommoda gulositatis. cū enim homo nimis repletus, est si sanguinem non minuat (sm Hippocratē) morbū incurrit. Nā cum homo nō possit in eodē statu manere, oportet eū, q est in sūmo decrescere. Vnde & Galenꝰ dicit q athletę q nimis comedūt, diu viuere nō possūt, nec esse aliàs subtilis ingenij. [Patinæ,] i. coquinę vel paropsides magnę. Ad vsum sui. aliàs ad vsū suę libidinis explendę, aliàs ad esū [Animal] i. hoīem, aliàs animū.

ADDITIO. Quia lex vetus hoc permittebat: sed Pharisæi reprehēdebāt eos, q a in sabbato hoc faciebāt. Ar.

Necessitate vrgēte multa licent, quę aliàs nō licerent.

b ¶ Fame.] necessitas famis excusat à furto, vt hic, & extra de fur. c. si quis. quia necessitas non hēt legem vt 5 dist. 1. sicut. sic propter necessitatem famis Dauid comedit panes propositionis. 25. q. 1. §. his itaque. nā ob necessitatem famis potest pater distrahere filios, vt C. de patribus, qui filios dist. l. a. & est ratio, quia in necessitate omnia debent esse cōmunia, vt 47 dist. sicut hi. & maxime cibaria. vt ff ad legem Rhod. de iac. l. 2. § cum in eadem naui in fin. Item quia ipse Dominus præcepit teneri pascere esurientē. vt 85. dist. pasce vnde talis fur iuste potuit credere Dominum hoc permissurum, & sic non deliquit, vt institut. de obliga. q ex delicti nas.

g ¶ Labore.] ne breuis hora cōsumat victū lōgi tpis extra de cen. cū Apostolus. Ad hoc innitat monachos cū ipse monachus fuerit, nō alios. ar 41. dis nō cogant

h ¶ Deuorat.] nō habet in se causam auide deuorādi.

i ¶ Vno.] vel vino.

k ¶ Nidoribus.] Nidor proprie dicitur quidam odor carnium assatarū il nidor est eo, q nebula leuatur.

Nidor q̄d significat.

l ¶ Remediantur.] idest remedium habent

m ¶ Aphorismis.] Aphorismus dicitur ab a, quod est de, & phoras, idest, terminatio, inde aphorismus quasi determinatio, vel sermo determinatus vel dicit ab, a qd est sine, & photos, qd est defectus. inde aphorismus, quasi sermo breuis, paucis verbis: diues sētētijs

Aphorismus vnde dicatur.

n ¶ Obesa.] idest, rotunda.

Mutabi. Ita sunt omnia.

a ¶ Manere.) nihil enim est quod mutabilitatem nõ sentiat. in auth. de non alie aut permutare §. nos igitur coll. 2. & quotidie recedũt de corpore nostro quędã particulæ: & aliæ statim succedũt. ff. de iu. proponebat. b ¶ Animal.) id est, hominem animatum: & ita in parte intelligitur totũ. Arg. cõtra ff. de eui. si dictum § in stipulatione alias animã. c ¶ Hippocratis.) vt dicit Hippocrates in aphorismis Repletiones in vltimo existentes difficiles sunt. d ¶ Quorũ vita.) ad hoc commedere dẽt vt viuãt, non viuere vt comedant. e ¶ Sagina est.) Iuuenalis:) Genialis agatur Ista dies, stomachum propera laxare saginis.

lineis absit aera. & semper aliquid operari Io. de Fan. m ¶ Carnem.) de abstinentia & studio monachorum duobus c. intersertis n ¶ Monacho.) moniales vinum vt venenum fugiãt. 35. dist. in palea, vinolentum. — Moniales vinũ nõ bibant. — o ¶ Set.

mensuram compleuerint, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralysim, & pessima morborũ genera erũpere: & idcirco esse necessariã demptionẽ, vt rursus habe t in quæ possint crescere: non enim manere a in vno statu naturã corporũ, sed aut crescere semper, aut decrescere: nec posse viuere animal b, nisi crescẽdi capax sit. Vnde & Galenus vir doctissimus Hippocratis c interpres athletas, quorũ vita d & ars sagina é e, dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere posse diu, nec sano esse, animasq; eorũ ita nimio sãguine & adipibus, quasi luto inuolutas nihil tenue, nihil cæleste, sed sẽper de carnib. & ructu, & ventris ingluuie cogitare.

Item ibidem paulo inferius.

¶ Multorum infirmitates ieiunia sanant. C. XXX.

Legimus quosdã morbo articulari f, & podagræ humoribus laborantes proscriptione g bonorũ ad simplicẽ mensam & pauperes cibos redactos cõualuisse h. Caruerant enim solicitudine dispensandæ domus, & epularũ i largitate: quæ & corpus frangũt, & animã. Irridet k Horatius appetitũ ciborũ, qui consumpti relinquunt pænitentiam. — Sperne voluptates, & c. — Li 6. regesti sui

Item Gregorius VII. in synodo celebrata Romæ anno sui Pontif. vi. c. 8.

¶ Dies sabbatorum à carnibus abstinere debemus. C. XXXI. — Poly. l. 3. tit. 25

7 Quia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorumdem auctoritatem sequentes, salubriter admonemus l, vt quicumque se Christianæ religionis participem esse desiderat, ab esu carniũ eadem die (nisi maiori festiuitate interueniente, vel infirmitate impediente) abstineat. — Smaragdus in expositione regulæ S. Benedicti, c. 39. ex Fructuoso.

Item Fructuosus episcopus.

¶ Monacho carnem gustare non licet. C. XXXII.

8 Carnem m cuiquam monacho n nec sumendi, nec gustandi est cõcessa licentia, non quod creaturam Dei iudicemus indignam, sed quòd carnis abstinentia vtilis, & apta monachis æstimetur, seruato o tamen moderamine pietatis erga ægrotos. &c. *& infra.* ¶ Quòd si quis monachus violauerit p, & contra sanctionem regulæ, vsumque veterum † vesci carnibus præsumpserit; sex mẽsium spatio retrusioni, & pænitentiæ subiacebit. — † *al. veterem.*

Itẽ Hieronymus ad Rusticũ monachũ de viuẽdi forma.

Xxxiiij est ꝙ episcopus, qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus presbyter, 4 diaconus, 3. subdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis pęnitere debent. 1 q 1. quicquid inuisibilis.

Xxxv. est, quòd sortilegus 40. diebus pœniteat extra de sortileg. requisisti.

Xxxvi. est, quod qui videt in astrolabio, pęniteat duobus annis extra de sorti. ex tuarum.

Xxxvij. est de stilla sanguinis altaris cadentis super terram. vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere 40. diebus. Si cecidit super pallio altaris pęniteat 4. diebus de conse. dist 2 c. si per negligentiam.

Xxxviij. est, ꝙ si aliquis euomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, si laicus, pęniteat. 40. diebus. Si clericus vel monachus, vel presbyter, vel diaconus, pœniteat 60 diebus. Si episcopus, pęniteat 90. diebus. Et debet euomitura comburi. & iuxta altare collocari Si vero causa infirmitatis euomuerit 7. diebus pęniteat. de conse. dist. 2. si quis propter ebrietatem.

Xxxix est, quando mus corrodit, vel comedit corpus Christi, de pœnitentia huius casus inquire, vbi sit notata. de cons dist 2. circa finem.

Xl. est, ꝙ qui domum vel aream voluntarie succendit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pęniteat. extra de iniu. si quis domum Canon tamen dicit ꝙ si ex odio, vel iniuria hoc fecerit, excõmunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit ꝙ ignem de cetero non apponet. Imponitur autem sibi, vt Hierosolymam vel in Hispaniã vadat in Dei seruitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus vel episcopus hoc relaxauerit, damnũ restituat, & ab officio episcopali per annũ abstineat 23.q 8. pessimam. Hodie autem postquam sunt denuntiati, non possunt citra sedem apostolicam absolui: extra de sent. excom. tua nos. Imo tex. loquitur de incendiarijs indistincte, postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expresse, & Gra. extra. de sen. excom. quicumque, & Goff. licet Ro contrarium dicat. Secũdum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bestijs: si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulã relegatur ff de incen rui nau. l si. Qui vero alibi, vt in villis, vel castris remissis, ibidẽ ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburet. Et hoc intelligendum secundum Hostien. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia cõtigerit, sarciet damnum: vel si minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur. l. qui ædes.

Xli est, quòd qui dederit vel acceperit communionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitũ ab ecclesia, & postea intelligit, pęniteat vno anno Si aũt sciuit, & neglexit, pęniteat 10 annis, vel secundũ quosdã. vij vel secundũ alios v. Qui vero permittit hæreticũ missam celebrare in ecclesia catholica per ignorantiam iuris: pęniteat 40 diebus Si pro reuerentia eius per annum pęniteat Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ: & pro consuetudine Romanorum proijcietur ab ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens, alioqui pœniteat 10 annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transierit: & alios ad hoc induxerit: pœniteat. 12. annis: tribus extra ecclesiam. 7. inter audientes: duob. extra communionem & sic duodecimo anno communionem, siue oblationem percipiat 24.q. 1. si quis dederit.

Xlij est: ꝙ patronus qui res ecclesiæ dilapidat: vno anno pœniteat. 17.q 6. c filijs.

Xliij. est: quòd qui domũ suam magicis & incantatoribus lustrat: vel aliud facit. & qui ei hoc cõtulit, annis 5. pœniteat. 17.q.5. qui diuinatores. &c nõ liceat.

Xliiij. est: quòd qui pacem cum proximo suo non facere iurat, anno vno pœniteat: & ad pacem redeat. 22. q 5. qui sacramento

Xlv. est: ꝙ pro periurio: adulterio: homicidio, dantur pro pœnitentia regulariter 7. anni: & similiter pro fornicatione: licet non ita aspera pœnitentia iniungantur. 22 q. 1. prædicandum. 33.q. 2. hoc ipsum: & §. sequenti.

Xlvj est: ꝙ qui sciẽter rebaptizatur: 7. annis pœniteat: & ferijs 4 & 6. in pane & aqua ieiunando: tres quadragesimas faciat & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro mũditia: idest: pro salute corporis obtinenda: vt extra de aposta. c. 2. tribus annis pœniteat: de cons. dist. 4 qui bis. & talia qui bis baptizatur: vel confirmatur: fit de foro ecclesiæ: & cogitur fieri irregularis. dist. 84 dictum est. De pœna autem talium habetur de cõns. dist. 4. eos. Cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis.

Xlvij. est: quod qui vxorem adulteram cognoscit ante quam pœniteat: 3. annis pœniteat. 32. q. 2. si quis secundo. Qui vero cognoscit eam pęnitentem ante pęnitentiam peractam: pœniteat 2. annis ea q. si quis primo. Quomodo vero pœnitentia iniungenda sit mulieri partum alterius supponenti: vel etiam de non suo viro concipienti: habetur extra de pœni. & re. officij.

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo: potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias; pro diuersis criminibus secundum canones imponendas; & ex eã consideratia circunstantij. vt dictum est supra; moderari poterit eas Et licet ab ipso omnes circunstantiæ sint diligenter attendendæ; principaliter tamen qualitates personæ: & pcipue vtrum sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo seruitutis Nã circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat: per quam illis, quibus sunt adstrictæ, præiudicium fiat: maxime

circe

circa coniugatos: vnde si seruus sit, & timore pecca uerit, obediens domino suo in attrocioribus, est mi tius puniendus. 22. q. 5. qui compulsus, obedire tū non tenebatur in talibus. 11. q 3. si dñs. Si aūt volun tarie peccauerit corpore punieť, ēt acrios quā alius. 24. q 1. qoi ∋ pacem. Nec est serno iniūgēda peregri natio, p q̃ Dñs eius, qui non est in culpa, illi⁹ seruit tio defraudeť. extra de senten. excom relatū. Si uero liber sit, tota pœnitētia canonis, si p̄t facere, dēt imponi 6 q. 1. sacerdotes penitentiam. Sed ex cau sa poterit eam presbyter moderari.

Considerāndum etiam erit, vtrum sit persona nona in fide: q3 nouis in fide minor debet ēt pœnitētia imponi. extra de pœn. & re. Deus qoi. Et similiter consi derandæ erunt aliæ personarum circunstātiæ, de q. bus ad præsens superſedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, q in foro pœnitentiali dicunť legi timę ferię. 2 4 & 6. dist. 81. presbyter. de conse. dist. 3. ieiunia. Aliqui tamen ot dicit Rom. pro 2. feria ponunt sabbatum.

Insuper notādum est, q si pœnitentia in pane & aqua imponať, nō habēti panē, p̄t loco panis leguminib. & piſciculis uesci: & ēt alijs, si necessitas illud reg. rat, extra de pę. & re. licet. I tex. & gl aliās nō licet.

Notandum ēt secundum Ioan. si pœnitentia sit imposita a canone, liberatur q3 a ieiunio dando denariū uel legēdo psalterium propria auctoritate Inno. ne ro dicit q ieiunia necessaria, ut quattuor tēporū, & huiusmodi non possunt redimi nisi subsit ratio- nabilis causa: voluntaria uero redimi possunt, etiā sine auctoritate superioris. Ieiunia an possint redimi.

Ad hoc ēt nota, q ubi imponitur pœnitentia aliquot annorum siue quadragesimarum, nec additur quomodo q3 debet penitere, hoc relinquitur arbitrio p̄sbyteri, eum pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt dictum est supra. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam secundum canones. 50. dist. de his clericis. extra de homi. ea. a. & in multis alijs ioribus. Et sic intelligitur illud. extra de accu. accusasti. & de spon dilectus. & similia.

Expliciunt Canones pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLO-RVM PER CLEMENTEM A PETRO APOSTOLO Romæ ordinatum episcopum in vnum congesti.

i. EPISCOPVS a duobus aut tribus episcopis ordinator.

ii. Presbyter ab uno episcopo ordinator, itē diaconus, & reliq clerici.

iii Si quis eps, aut presbyter p̄ter ordinationē Dñi, q̃ de sacrificio instituit, alia quæpiā, puta aut mel, aut lac, aut p uino siceră, aut confecta quædā, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, ut qui ∋ ordinationem Dñi faciat, deponitor: excepto nouo frumento, & uva, opportuno tempore. Præterea licitum non esse aliud quid piam admouere ad altare, q uam oleum in candela brum, & incensum oblationis tempore.

iiii. Omnium aliorum pomorum primitiæ epo, & presbyteris domum mittūtor, non super altare. manifestum est autem quod eps & presbyteri inter dia conos, & reliquos clericos eas diuidunt.

v. Episcopus aut presbyter, aut diaconus, uxorē suā prætextu religionis non abiicito: si abiicit, segrega tor a communione: si perseuerat, deponitor.

vi. Episcopus aut presbyter, aut diaconus, sæculares curas non suscipito: alioqin deponitor.

vii. Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus sā ctum diē Paschę ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

viii. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicūque ex sacerdotali cōsortio, oblatione facta, non communicauerit, causam dicito. Et si bona ratione subnixa sit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam q populo auctor offensionis fuerit, mota contra eū suspi cione, qui obtulit.

ix. Quicumque fideles ecclesiam ingrediūtur, & scri pturas audiunt, neque apud preces, & sanctam com munionem permanēt: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducāt, a communione arceri oportet.

x. Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iste communione priuator.

xi. Si quis cum deposito clerico, ut cū clerico, preces coniunxerit, deponitor & ipse.

xii. Si quis clericus, aut laicus a cōmunione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, sine commendatitijs lit teris receptus fuerit, a communione excluditor tā qui recepit, quā qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio pro tenditor.

xiii. Episcopo, qui parochiā suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet a pluribus ad hoc compella tur: nisi rōnabilis aliqua causa subsit, quę hoc ipsū facere vi adigat, nēpe q plus lucri & utilitatis his, qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre poſ sit. neque hoc tamen a seipso, sed multorum episco porum iudicio, & exhortatione maxima.

xiiii. Si q3 presbyter, aut diaconus, aut quicunq; eādem de clericorum consortio, relicta parochia sua in aliam concesserit, & omnino trāsmigratione fa cta præter uoluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus ne porro in ministe rio publico sit ecclesię: maxime si accersente ipsū epo eius, redire contemnat, peruerso illic ordine perseueraos, ut laicus tamen ibi locorum in communione admittitor.

xv. Quòd si eps, ad quem accesserint, pro nihilo te. putata uacationis a ministerio ecclesiastico pœna, quæ cōtra eos definita est, ipsos ut clericos suscepe rit, a communione excluditor, ut peruersi ordinis magister.

xvi. Qui post baptismum duabus implicitus fuit nu ptijs, aut concubinam habuit, is episcopus, aut pres byter, aut diaconus aut denique in consortio sacer dotali esse non potest.

xvii. Qui viduam duxit: aut diuortio separatā a uiro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliq̄, quæ publicis mancipata sit spectaculis. episcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

xviii. Qui duas sorores duxit aut consobrinam, cleri

cus esse non potest.

xix. Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

xx. Si quis humana violētia eunuchus factus est, aut in persecutione amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.

xxi. Qui sibi virilia amputauit, clericus nō efficitor, sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

xxii. Si quis, cum clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor. homicida etenim sui ipsius est.

xxiii. Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eijcitor. puta, quia ipse uitæ suæ posuit insidias.

xxiiii. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehēsus, deponitor, non tamē à communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam nō exiges. Eidem cōditioni consimiliter & reliqui clerici subduntor.

xxv. Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus ut lectores tātum & cātores (si velint) nuptias contrahant.

xxvi. Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, q uel fideles delinquētes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim dñs hoc nos docuit. Imo uero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum lacesseretur conuicijs, non regerebat conuicium: cum pateretur, nō comminabatur.

xxvii. Si quis eps, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuste depositus, attingere ministerium, quod aliquando tractauerat, præsumpserit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.

xxviii. Si quis eps aut presbyter, aut diaconus pecunia interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipse, quàm qui eum ordinauit, & omnino à communione abscinditor, quemadmodum Simon magus à me Petro.

xxix. Si quis eps sæcularium magistratuum familiaritate usus, per ipsos ecclesiā nactus fuerit, deponitor. segregantor quoque a communione, quicūque cum ipso communionem habent.

xxx Si quis p̄sbyter, proprium aspernatus episcopū, seorsum cōuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopū in pietate ac iustitia cōdemnarit, deponitor, quasi qui principatū ambiat: tyrannus enim est. Consimiliter & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici uero a cōmunione segregantor. Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

xxxi. Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum a communione exclusus sit: hūc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quā ab eo, qui ipsum a cōmunione exclusit: nisi forte fortuna episcopus, q ipsum a cōmunione segregauit, defunctus sit.

xxxii. Nemo peregrinorum episcoporū, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitijs suscipitor litteris: & si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vocātor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntor: sin minus, ubi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem, & ulteriorem ipsius consuetudinem non admittote. multa enim per obreptionem fiunt.

xxxiii. Cuiusque gētis epos oportet scire, quinā inter ipsos primus sit, habereq. ipsum quodāmodo p caput neque sine vllius voluntate quicquā agere insolitum. illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium uoluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum, in sancto spiritu.

xxxiiii. Episcopus extra terminos suos in ciuitatib. & regionibus sibi non subiectis, ordinationes facere non p̄sumito. Si vero præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent, id fecisse cōuictus fuerit, deponitor tam ipse, quàm etiam ij quos ordinauit.

xxxv. Si quis ordinatus eps ministerium, & curā populi sibi commissam non susceperit, hic a communione seiunctus esto tādiu, donec susceperit, obedientiam accommodās. Similiter autem & p̄sbyter & diaconus. Si uero non pro uoluntate sua, sed pro malitia populi non susceperit: maneto ipse quidem episcopus, clerus uero eius ciuitatis a cōmunione segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

xxxvi. Bis in anno episcoporum celebrator synodus, ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem uocanto: ne q. non in ecclesijs incidentes cōtradictiones dirimūto: semel quidem quarta feria † Pentecostes, secundo duodecima Hyperberetei *.

† al. hebdomade.
* Hypberetus apud Asiæ populos & Macedones. Octob. Græce dictus

xxxvii. Omnium rerum ecclesiasticarum curam eps gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Nō licitum autem ei esto, quidpiam ex ijs sibi tanquā proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint, vt pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ venundato.

xxxviii. Presbyteri & diaconi absque uoluntate epi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

xxxix. Manifestæ sunto priuatæ res episcopi (si modo & priuatas hēt) manifestæ item sunto Dominicæ, vt priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidāt res episcopi, qui nonnumquam vxorem & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum.n. est apud Deum pariter & homines, simul ne ecclesia per ignorationem rerum episcopi damni aliqd sustineat, simul ne episcopus aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur, aut ēt qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiusque mors implicetur diffamationibus.

xl. Præcipimus ut episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominū animæ, fidei eius committēdæ sunt, multo utique magis oportuerit, & de pecunijs mandatū dare, ut illius arbitratu dispensent, neque non cum timore Dei, summaque sollicitudine per presbyteros ac diaconos erogent in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quārum ad necessarios suos & hospitio exceptorum fratrum vsus opus hēt,) ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quā cæteri. Ordinauit.n. lex Dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur: quando nec milites unquam suis annonis arma hostibus inferant.

xli. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor

xlii. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: vel desinito, vel a communione seiūgitor. Similiter & laici.

xliii. Episcopus aut presbyter, aut diaconus, q vsuras à mutuum accipiētibus exigit: vel desinito, vel deponitor.

xliiii. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, q cum hæreticis preces coniunxerit, dūtaxat a communione suspenditor. Si vero etiam ipsos tamquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor

xlv. Episcopum, aut presbyterum, q hæreticorum baptisma aut sacrificium susceperit, deponi p̄cipimus. Quæ etenim cōuentio inter Christum & Belial? aut

quæ

quæ particula fideli cum infideli.

XLVJ. Epiſcopus aut presbyter ſi eum, qui verũ baptiſma habeat: iterum baptizauerit: aut pollutum ab impijs non baptizauerit, deponitor; vt qui crucem & mortem Domini derideat. Neque diſcernat veros ſacerdotes, à ſacerdotibus impoſtoribus.

XLVIJ. Si quis laicus, cum ſuam à ſe vxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam, a cõmunione ſegregator.

XLVIIJ. Si quis epiſcopus, aut presbyter ſecundum ordinationem domini nõ baptizauerit in Patrẽ & Filium, & Spiritumſanctũ, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos deponitur.

XLIX. Si quis epiſcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vna duntaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, In mortem meam baptizate: ſed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

L Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de ſacerdotali conſortio, nuptijs, & carnibus, & vino abſtinuerit, nõ propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem t oblitus, quòd omnia pulchra valde & quòd maſculum & fœminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitor aut deponitor, & ex eccleſia reijcitor. Conſimiliter & laicus.

LI. Si quis epiſcopus, aut presbyter eum, qui à peccato reuertitur, non recipit, ſed reijcit: deponitor, eo qđ Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cælo.

LIJ. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus & vino feſtiuis diebus non vtatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat cõſcientiam, & multis auctor ſit offendiculi.

LIIJ Si quis clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à communione excluditor. excepto tamen eo, qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

LIIIJ. Si quis clericus epiſcopũ contumelia affecerit, deponitor, principi enim populi tui non maledices.

LV. Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum aut diaconum à communione ſegregator.

LVJ. Si quis mancum, aut mutum ſurdumve, aut cæcũ, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſannauerit, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

LVIJ. Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque eu pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

LVIIJ. Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, à communione reijcitor: ſin perſeuerat; deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.

LIX Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in eccleſia ad populi & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

LX. Si accuſatio cõtra fidelẽ inſtituatur de fornicatione aut adulterio: aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

LXJ. Si quis clericus per metum humanũ, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, ſi quidẽ nomen Chriſti, ab eccleſia reijcitor. ſi vero nomẽ clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, vel laicus recipitor.

LXIJ. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut à beſtija abreptum, aut ſuffocatum, deponitor. hæc enim lex prohibuit. Sin vero laicus fuerit à communione excluditor.

LXIIJ. Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum aut hæreticorum, conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & à communione ſecluditor.

LXIIIJ. Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu ac pulſatione interemerit, deponitor propter temeritatem ſuam. Si vero laicus ſit, arcetor à communione.

LXV. Si quis Dominicum diem: aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. ſin laicus, à communione eijcitor.

LXVI. Si quis virginem ſibi non deſponſatam, admota vi detinet, à communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto, quàm ſollicitauit, quamuis paupercula ſit.

LXVIJ. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecundam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinauit: niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hęreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neq; fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

LXVIIJ. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacrã Quadrageſimã Paſchæ, aut quartam feriam, aut Paraſceuem non ieiunauerit, deponitor, præterquam ſi imbecillitate impeditur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

LXIX Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aut omnino quicunque ex clericorum conſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor. ſi laicus, à communione ſegregator.

LXX. Si quis Chriſtianus oleũ ad ſacra gentiliũ, aut in ſynagogam Iudęorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.

LXXI Si quis clericus, aut laicus ceram aut oleum, ex ſancta ſurripiat eccleſia, à communione ſeiungitor.

LXXIJ. Vas aureum & argentum ſanctificatum: aut velamen linteumve, nemo amplius in ſuos vſus aſſumito: iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

LXXIIJ Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatũ homines ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit: & confeſſus conuictusve fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperauerit: ſecunda quoque vice vocator: miſſis duobus ad ipſum epiſcopis. Quòd ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit: ſynodus ſuã contra ipſum pronuntiato ſententiam: ne quid tergiuerſando detractandoque iudicium lucrifacere videatur.

LXXIIIJ. In dictionem teſtimonij contra epiſcopum, hęreticus nõ admittitor: ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum aut triũ teſtium conſiſtet omne dictum.

LXXV. Item non oportet epiſcopum fratri aut filio: aut alteri cognato humano gratificari affectu Neque enim eccleſiam Dei cõferre debet in hæredes. Enim uero ſi quis id fecerit: irrita permaneto ordinatio; ipſe autem excommunicatione percellitor.

LXXVJ. Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat: & dignus ſit; epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit: ſed inquinatio animæ.

LXXVIJ. Qui vero mutus ſurdusve & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor; non quia olæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

LXXVIIJ. Si quis dæmonem habeat; clericus non efficitor: ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor: & ſi dignus fuerit, clericus efficitor.

lxxix. Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus est, aut ex conuersatione praua, eum iustum nõ est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est eum, qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat

lxxx. Dicimus, q non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationib. immittere, sed vacare, & commodum se exhibere vsibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

lxxxi. Serui in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem: hoc ipsum operatur redhibitionẽ. Si quando vero seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint; efficitor.

lxxxii. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul vtrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

lxxxiij. Quisquis Imperatorem aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luito & quidẽ si clericus sit, deponitor: si laicus, à communione remouetor.

lxxxiiij Sunto omnibus vobis, clericis simul & laicis venerandi ac sacri libri, veteris quidam testamenti Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regum quattuor, Derelictorum ex libro dierum, duo, Hester vnus. De Machabæorum gestis tres, Iob vnus. Psalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, vnus Esaiæ, Hieremiæ vnus, Ezechiel vnus. Daniel vnus. Inquiritor autem à vobis extrinsecus, vt adulescentes vestri addiscant. Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra vero, hoc est noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quatuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quæ omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in se continent, Et Actiones nostræ Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

SVMMARIVM SEV Flosculus totius Decreti.

QVoniã inter cętera, quę vtilia sunt, prauidi Legistis & Canonistis, qui propter temporis breuitatẽ seu libri prolixitatem, vel penuriam studere in Decretis nequeunt, hoc opus fore vtile. Et quia quæ quis bñ scit, ita memoriæ commendare non potest, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hispanus, professor iuris canonici & ciuilis, ad summariã totius libri, quàm breuissime potui Deo summ auxilium præbente, collegi, quæ flos Decreti merito dici põt. Et cum eo quãdoque concordantias Decretorũ & legum tam de texs. quàm de notatis, vt mihi memoriæ occurrebant inserendas decreui. Summaque totius libri, hæc est: quia ꝑ partes diuisus est Et prima pars est diuisa in c. & distinctiones: modos quarum, seu intentionem sigillatim & summarie in hoc opere declarabo. Secũda pars est diuisa in 36. causas quarũ quælibet habet sub se certas & conumeratat species, quarum omniũ solutiones & sentẽtiæ in hoc opere breuiter patesiunt. In hac secunda parte in 36. causas, & q̃uo inter ipsas causas inserit̃ tractatus de pænitentia, qui à quibusdam, tertia pars ipsius libri dĩ, quod non placet quia ĩ 7. dist. est diuisus, quarum mẽt in hoc opere breuiter clarет & aperte. Tertis & vlti. pars est de cõsecratione, diuisa in 5 dĩ. quarũ mens hic summarię ꝑlibat Sumant itaq; dñi mei Legistæ & Decretistæ hoc donum sui amici, quod quãuis exiguũ, cõmendandum tamen ab eis, si memores erũt illius dicti, quod Philosophus ait: Exiguũ munus eũ dat tibi pauper animus, &c. Aliqui ponunt hic versus. Cẽtũ dist. & una: causæ sunt triadena & sex Pœna tenet septem, de cõsect. quoque quinque.

Distinctio prima.

HVmanũ genus duobus modis regitur, &c

Tractaturus in hoc libro magister Gratianus de iure canonico, incipiens quasdã iuris diuisiones præmittit vsq; ad quartam dist. In primis, prima quæstio cum auctoritatibus sequentibus ponit, & probat differentiam, quæ est inter ius diuinum & humanũ, seu legem diuinam & humanam, quæ est vsque ad 1. distinct.

Prima distinctio ponit differentiã inter ius scriptum & non scriptum: & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis sumitur, vel accipitur apud Canonistas.

Secunda distinct. ponit, & probat differentias inter leges & plebiscita seu consulta. & de omnibus habetur melius. ff. de iust. & iu. & de legi. & constit. & seq. per totum.

Tertia dist. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta distinctio, ponit & doces causam, quare factæ sunt leges & canones: & qualiter fieri. & promulgari debeãt, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat. de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta distinct ponit, & exponis differentiã inter ius naturale & ciuile, & cætera iura.

Sexta distinctio, quærit vagando extra materiam aliquantulam, & exponit superfluitatem naturæ, quæ accidit homini in somnis, an ad peccatum imputetur.

Septima distinctio ponit, qui fuorunt auctores iuris: & qualiter incepit ius: & hoc melius ff. de orig. iur. C. de vet. iur. enuc. per totum.

Octaua distinct. ponit differẽtiam inter ius naturale & cõsuetudinem: & qualiter consuetudo cedit iuri naturali: & quòd ius naturale vincit alia iura: & de hoc extra de consuetu per totum. ff. de legi. & consti. l de quibus, & leg. sequentibus.

Nona dist probat, ꝙ quælibet consuetudines debent cedere iuri naturali, & ꝙ ius naturale præiudicat humano.

Decima distinctione probatur consuetudines principũ, seu leges Canonibus nõ præponi. vbi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia sunt dignæ. de hoc de secun. nupt. c. fi. & de operis noui nun. cap. 1. C. de sacrosan. eccle. priuilegia.

Vndecima distinctione probatur, quod consuetudo. quæ non obuiat legibus vel canonibus. seruanda est. & quòd consuetudo praua cedit legi.

Duodecima distinctio ponit, ꝙ nõ licet nouitatẽ inducere, & alterius quàm Romanæ ecclesiæ cõsuetudinẽ seruari, & quę consuetudo sit seruanda.

Decimatertia distinc ponit, quòd aduersus ius naturale nulla admittitur dispensatio, nisi forte duo mala vrgeant: & necessariũ sit alterum eligi.

Decimaquarta distinctio q̃rit & soluit, vtrum liceat nobis minora peccata cõmittere, vt alij grauiora vitent: & dicit quòd non. de hoc 22. quæstio. 2. ne quis arbitretur.

Decimaquinta dist. ponit originẽ & auctoritatem ecclesiasticarũ constitutionum: & quę opuscula sunt admittenda.

Decimasexta distinct. ponit, ꝙ canones apostolorum sunt recipiendi. & non inter apochrypha numerandi, & generalis concilia: & quorum tempore celebrata sunt: & quorum auctoritas præmineat.

Decimaseptima distinctio ponit, ꝙ generalia concilia nõ sunt congreganda, nec habent vim nisi auctoritate Apostolicæ sedis.

Decimaoctaua distinctio tractat ꝺ concilijs archiepiscoporum, in quibus tractabantur causæ antiquitus, vt hic docetur. & cæterorum prælatorum maxime episcoporum, & quo tempore celebranda sunt, & quantam vim habeant.

Decimanona distinct. docet & probat, ꝙ ecclesiasticæ epistolæ canonibus conciliorum pari iure adæquendæ sunt.

Vigesima distinctione probatur. ꝙ decretis Romanorum põtificũ & sacris canonibus conciliorũ ecclesię negotia terminãtur: in quibus terminandis potestas & scientia necessaria est, & in quantũ præmineãt decreta & canones expositionibus aliorũ, qui sacram paginam glossatũt. & sic an dicta expositorũ sacrę paginæ prefer antur constitutionibus Papalibus.

Vigesimaprima distinc. probat, qui sunt executores ministri canonũ à maiori, vsque ad infimũ. & differentias ministrorũ locorũ assignas probans, quòd maior à minori iudicari nõ debet. & de ecclesiasticis ordinibus, & ipsorum ordine.

Vigesimasecũda distinctio docet quòd inter omnes ecclesias Romana obtinet principatum, & quòd sunt quatuor patriarchales sedes. & de ordinatione maiorũ ecclesiarũ, & primatu Romanæ Ecclesiæ.

Vigesimatertia distinct probat, & docet. qualiter quis minister in ecclesia Dei ꝓmoueri & ordinari debet, incipiens à summo Põtifice, vsque ad inferiorem gradũ, vel ordinem. qui psalmista appellatur.

Vigesimaquarta & quinta distin. probat, quid ad episcopum, & quid ad vnumquemq; inferiorũ pertineat

pertineat: & sic de clericorũ ordinatorum examinatione, & ꝙ qui est eps sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timotheũ sub illo capitulo, nunc videndum, & quot modis crimẽ accipitur, ꝙ regula apostolica 13. habet capitula, quæ prosequitur vsque ad 49. di. & hic prosequitur primã c. in §. nunc autem, & per singulos circa ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quòd ordinandi in episcopum, vel sacerdotem, debent esse vnius vxoris viri, & quòd bigamia nõ tollitur per baptismũ: sed peccata delentur: & incipit ibi a. capit. apostoli. & de eo tractat vsque ad 25. dist.

Vigesimaseptima distinctio ꝓbat quòd volentes vouere continẽtiam ad sacros ordines promouendi non sint, assignans differentiam inter votum simplex & solenne: & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto vti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quòd clericis habere vxorẽ non licet in ecclesia occidentali, addẽs de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat: & in qua ætate, & in quibus ordinibus ꝓmouendi sunt: & vtrum laicus in episcopum promoueri possit in e de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare non debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula quòd ex causa, loco & tempore consecrã di sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in tribus præmissis proxima distin. discordare videbantur, quorum quidam dicebant, quòd clerico licet habere vxorẽ, quidam a cõtrario asserebant.

Trigesima distin. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quòd ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinct. probat, & ponit exẽpla in terminis, qualiter clerici continere debẽt, & in fine concludit, ꝙ ab omnib. est seruanda cõtinentia, præter quam ab orientalibus, & dicit quòd continentia clericorũ cœpit ex tempore, & ponit de causa continentiæ, ponens de superstitionibus quorundam hæreticorum cõingia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinct probat reprobando incontinentiam, & quòd à clerico incontinenti nõ sunt audienda diuina offic. postea probat cõtrarium & illud tenet. Item probatur, quòd laicus vxoratus potest ea dispensatione habere beneficium, & de cohabi. clericorum & mulierũ tractat.

Trigesimatertia distinct. probat, ꝙ non solum illi, qui duas vxores habẽt promouendi nõ sunt: sed & ille qui vnã vxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, vel vxorem siue meretricẽ ad sacros ordines ꝓmouendus non est, vel illi, qui morbo epileptico, vel dæmonico furore, vel simili, quandoq; laborant, seruata distin ibidem posita in notatis.

Trigesimaquarta distin. ponit, ꝙ oportet episcopũ vitare nimiã familiaritatem domesticatũ personarum: & quòd non licet venari, & iterum reuertitur, quod non licet clerico habere concubinam vel vxorem meretricem, etsi laico licet habere concubi. nam idest vxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinct. probat quòd ordinandum in episcopũ oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non vinolentũ, & hoc infra distinct. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta distinct. probat, ꝙ oportet episcopum prudentem esse, non solum litteratum peritia, sed etiam sæcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinctione.

Trigesimaseptima dist. quærit, & ponit quòd sæcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dum modo non ad voluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quã te periculosa est ignorantia episcopis & clericis.

Trigesimaoctaua distin probant quòd litteris dẽt esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & vltimo reprobat ignorantiam, ponens ꝙ voluntaria ignorãtia omnibus est noxia, & si nesciat loqui bene Latinum, non propterea est reprehẽdendus à scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quòd scholaribus & sacerdotibus necessaria est notitia sæcularium negotiorum & peritia: & quod nimia simplicitas repellit à ꝓmotione: & sunt ibi multa bona capitula ad probandum quod bona est scientia.

Quadragesima dist probat, ꝙ oportet episcopum ornatũ esse moribus & virtutibus: & ꝙ nõ locus hominem, sed hõ locum sanctificat. excepta apostolica sede, & ibi incipit v. c. apostolicæ regulę.

Quadragesimaprima distinct probat ꝙ oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu, & cibis. de hoc de vita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecũda distinctio ꝓbat, quòd oportet sacerdotẽ esse hospitalem extra de præben. de monachis, & quod in hospitalitate non est habenda delectio ꝑsonarum. Item quòd debet esse pudicus. & ibi sunt. 6. capi. apostolicæ regulæ.

Quadragesimatertia distinctio ꝓbat, ꝙ episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacẽda proferat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta dist probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in cõmessationibus & ebrietatibus, nec in cõuiuijs, & hoc extra de vi. & hone cle. à crapula.

Quadragesimaquinta distin. probat, quòd non debet esse episcopus percussor hominum, nõ iracibilis, sed patiẽs, de hoc extr. de sent. excommu. vniuersitatis, & eodẽ titulo, in voluntate. nec debet per vim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maioris. vltra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat, quòd litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio verba, Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tũ intonant: quòd ea arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Itẽ quòd vsurarij vel maledici promouendi non sunt, & est causa quare non dẽnt esse episcopi: quia tales vel sunt adulatores, vel detractores, vel discordiam seminãtes, vt extra de cleri. maled. per totum de excess. præla. per totum.

Quadragesimaseptima dist probat quòd cupidus & vsurarius non ordinatur, extra de præb. cum iamdudum, & 47 dist. sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suæ, & sciat suos corrigere quã tum in se est, tractat in hac distinct 11. &c.

Quadragesimaoctaua dist. prohibẽt neophytos in episcopos promoueri, & quòd ordinate ad ordines ascendendum est, nã casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, ꝑ abrupta quærit ascensum, in eadem dist. c fina.

Quadragesimanona dist. ponit causas & rõnes, quare criminosi & vitiosi nõ debeãt in episcopꝰ ꝓmoueri, qui in prædicta regula aposto.

apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant. distinctiu. ij. aliquandu nouimus. quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur. irati animus ad deteriora. pronocatur. deinde ponit c. in quo demonstrat, ꝙ cęci & turto naso, magnu, vel paruu promouendi nõ sunt, & qualiter prumotus in episcopũ vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compẽdio tractat 13. cap. apustulicæ regulæ de quib. præmisit.

Quinquagesima distin. quærit vtrũ criminosi post peractã pænitẽtiã in proprijs ordinibus remanere vel ad maiores grad' ascendere valeant. & probatur quòd sic: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem: vt ibi notatur, quæ est super princip distinctio. & eius diffinitiune secundũ varias upin. de hoc etiam de temp ordi. ca. si vltimo tractat, de homicidis & publice pænitentibus ad sacros ordines non promouendos: vt extra de bigamis. ca. j. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquagesimaprima dist. probat quòd curiales & rationibus obligati iudices & aduocati prumouendi non sunt.

Quinquagesimasecũda distinctiu tractat de clericu per saltũ promoto, qui in ordine suscepto nõ ministrat, nisi prius habeat ordinem quẽ umisit. de hoc tractat extra de clericu per saltum promoto, per totum.

Quinquagesimatertia distinct. probat, quare curiales & aliter ubligati ordinandi nun sunt.

Quinquagesimaquarta distinctiu prubat. quòd serui & Saraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia chistiana.

Quinquagesimaquinta distin. probat. quòd curpore vitiati, illiterati, bigami, sortilegi, serui prumouendi nun sunt: vel uriginariæ cundiriunis nec sollenniter pænitẽs, bigamus, & cęteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct. probat, quòd ille qui est filius sacerdutis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatiune habilis fit.

Quinquagesimaseptima distinctio prubat, ꝙ qui baptizatur in ęgritudine nõ ordinatur: quia eius fides nun est voluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin probat, quoòd monachus nõ debet assumi ad regimen ecclesiæ sæcularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcupi de hoc plene de capel. mo. cap j. & c sequen.

Quinquagesimanona dist. probat. ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti nun sunt per urdinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per urdines.

Sexagesima dist probato & ustensu a xl. distin. §. nunc autem. qs pussit ad sacerdotium promoueri, & quis non, probat, & docet ex quibus urdinibus in archiepiscopum vel præpositum vel episcopum sint eligendi. de hoc extra de æta. & quali. à multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctiu probat, quòd laici non sunt in episcopos promouendi vel eligendi: sed per singulus urdines sũt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quòd electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest de hoc extra de ele cum inter & c. cum magistrum, & ꝙ differentia est inter electionem & postulationem, vt in sequenti. §. & visitatur nun potest de rebus ecclesiæ alienare in §. cui.

Sexagesimasecunda distinct. probat, quòd electio episcoporũ facienda est per clericos nõ ꝑ laicos: quia populus ducendus est non sequendus. de huc plenius de causa possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum de hoc de electi. quisquis. & capit. sacru. sed electiones iam factæ possunt eis præsẽtari.

Item quòd electiu episcoporũ debet fieri intra tres mẽses, in quibus sedes vacauerit, & à maiusi parte capituli. de huc extra de electiu. ne pru defectu. Et ponit de dunatiune Ludouici Imperaturis facta Romanę ecclesię. & de iuramentu, quùd imperatus prętat Papæ.

Sexagesimaquarta distinctio. probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcupi cõsecrari. de huc extra de tempo. ordi. si archiepiscupus.

Sexagesimaquinta distinctiu probat quùd præsentibus umnibus cum prouincialibus episcopis, vel se excusantibus, debet episcopus cunsecrari ab archiepu. de hoc extra de tẽpo. ordi si archiepiscopus. & quùd primas etiam debet consentire si prouincia hẽt primatẽ. de off. ord. dun. in tex. & in not. & quòd si omnes episcopi defuerint, ius vniuersitatis tradit vnum.

Sexagesimasexta distio probat, ꝙ archiepiscupus ab omnibus cõprouincialibus episcopis, est urdinandus. & quùd in consecratione episcopi ad minus debẽt tres episcopi interesse.

Sexagesimaseptima dist. probat, ꝙ ceteri prælati & chorepi, & sacerdotes possunt ab vno solo episcopo cõsecrari vel ordinari & ꝙ solus episcopus põt illum honurem cõferre sed non solus auferre. de huc extra de translatiun cap. ij. in principiu.

Sexagesimaoctaua distinct. ꝓbat, ꝙ illi qui sunt urdinati ab illis quos non constat esse episcopos ficturum sunt urdinandi. Item de ecclesijs de hoc titulo de baptismo c. j. & de consecratione eccle. ca j. & ij. & quare chorepiscupi sunt remoti. & ꝙ non sunt episcopi, qui à minus quàm à tribus sunt consecrati.

Sexagesimanona dist. ꝓbat. ꝙ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup. neg. præla c. j. & de ætate & quali. cum contingat. nec ab epõ alterius ciuitatis, nec à suo absolute clericus ordinari dẽt.

Septuagesima dist. probat. ꝙ clericus sine titulo ordinari non debet, & ꝙ clericus non potest habere nisi vnum titulum, per e. sãctorũ. de quo habetur, ea tit de elect. dudum. & de ętate & qualitate. eam te.

Septuagesimaprima dist. probatur quùd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericus alienus, cum litteris proprij episcupi. de hoc extra de temp. urdina.

Septuagesimasecunda distinct. probatur, quùd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formã ipsarum litterarũ. de quibus habetur, de cler. pere. ꝑ totum. & de cle. non resi. fraternitati.

Septuagesimatertia distiu. prubat qualites litterę formatę & dimissurię fiant.

Septuagesimaquarta distinct. probatur, ꝙ clerici inuitis ordinandi sunt per subtractiunem beneficiorum. extra de electionibus cum in cunctis. vltra medium, & de ętate & qualitate. capitu. quęris.

Septuagesimaquinta distinct. ꝓbatur, quòd die duminicu debet episcupus consecrari, & intra tres menses. de huc habetur extra de tẽpuri. ordina. litteras, & ꝙ ceterurum clericurum ordinatiunes debent fieri in sabbato quattuur temporũ, de quo extra de tempo. urdinan. capitulu. tertiu.

Septuagesimasexta distin probat quare prędicta quattuor tẽpora sunt ieiunanda: & quibus tẽporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinct probat, qualiter clerici sunt ꝑ gradus urdinandi, & de interstitijs tempo.

temporum, & de ætate ordinandorum vsque ad episcopum.

Septuagesima octaua distinctione docetur, qua ætate sunt sacerdotes ordinandi. de hoc extra de electio com in cunctis. & de ętate & qualitate. per totum.

Septuagesimanona distinctio, probatur, q electio summi pontificis fienda est à solis Cardinalib. de ele. licet. & vnus de Cardinalibus viuente apostolico, electione nō tractet & per quē gradum quis sit promouendus in Cardinalē, & quæ electio p̄ualeat.

Octuagesima distin. docetur, in q bus locis debeāt primates & patriarchæ institui, & in quib. episcopi, & q non multum debet distare vna sedes episcopalis ab altera de hoc extra de priuileg. c. 1. & quo tempore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima, distin. Incipit sub epilogo dare etiam quæ do cuit à 25. dist. de regula apostolica, & de hoc tractat vsque ad 88. dist. c. 3 & sub epilogo alio ordine reiterat. c. apo. tegulę & docet quòd ordinandus in episcopum debet esse sine crimine, nec dēnt clerici mulierib. cohabitare. & in ipsa docet pro quib. criminibus sint ipsi prælati deponēdi, & in monasterijs ponēdi, & an ipso facto fiant depositi de vi & bo. per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet q episcopus his, qui suis manibus laborare non possunt proui dere debet, & videtur repetere illa, valus vxoris virum. & de cōtinentia clericorum & de incōtinentia puniēda, & de pœnitentia, & dispen. quæ cum eis fieri potest, & de fornicationis peccato, seu alijs criminib. de hoc extra de iudi. at si.

Octuagesimatertia distin. docetur q prælatus non solū immunis à peccato esse debet, sed etiam peccatis aliorū cōsentire nō debet: quia error cui nō resistitur approbatur de hoc extra de homi. sicut dignum. & nihil miserius tali prælato

Octuagesimaquarta distinct. docetur, quòd debet esse vigilans circa defensionem pauperum, relevationem oppressorum, & curationem monasteriorū, & iterū da munditia castitatis, quę debet esse in clericis.

Octuagesimaquinta distin. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni, iure prohibētur ordinari extra de præbendis. cum iam dudum.

Octuagesimasexta distin. probatur q episcopum oportet esse docto rē, vt sciat corrigere subditos, & q doctrina sua debet p̄ferre sacrā scripturā nō litteras sæculares Item liberalē patientibus necessitatē, non tamē histrionibus. Item non percussorem, non venatorem, clementem & cōpati calamitatibus, non credere facile, operib illicitis non instare non turpis lucri cupidus sit, sub ueniat viduis, pupillis, & oppressis, nec ad vindictam facilis.

Octuagesimaseptima distin probatur q uiduis, orphanis, & oppressis episcopus debet dare sub sidium & pupillis.

Octuagesimaoctaua distinc. p̄batur, quòd cūcti cupiditatis causa negotiatores esse non debent sed pietatis causa curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler. vel. mo c. j. de vita & bo ne. clericorum c. si.

Octuagesimanona distinct. probat. q ideo oportet episcopum esse domi suæ bene præpositum, vt sciat in dispensatione verum ecclesiæ regulam esse obseruādā, q singula officia singulis personis committat & q œconomum vel vicedominū habere debet. & q propinquis, vel fauore sibi coniunctis nō cōmittat ecclesiastica officia: sed sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist. probatur, quare religiosus ordinādus est, & qualiter litigiosi corrigiendi sunt & non ordinandi: & quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima distin. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas: & q etiam, si sibi sua beneficia non sufficiant, q possint sibi quęrere necessaria artificio suo licito de hoc extr. ne cle. vel monac. c t

Nonagesimasecūda dist. probatur q magis corde quàm vocibus cātandem est in ecclesia Dei, & nō cum organo, vel melodijs vt populum delectet, sed contra eam de consuetudine seruatur Item q episcopi si non recipiuntur à diœcesi sua, possūt in alijs suis parochijs officiū presbyteri exercere, & priora officia & beneficia retinere, quousque reci piantur, extra de elect. eum in cū ctis.

Nonagesimatertia distinct. probatur, q obedientiam inferiores maioribus debent: & q nullus debet cōmunicare inimicis Romanæ ecclesiæ Item omnes episcopi, qui sunt propinqui ei, debent eam semel in anno visitare per se. cęteri vero per nuncios extra de iureiurā. ago N. reliqui minores in ecclesia semp debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris teneat, vel tenuerit. extra de maio. & obedien. capitulo secundo & capitulo statuimus & quanta differentia sit inter presbyteros & diaconos, & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinctio. probatur, quòd maior in officio potest committere minori vicem suas, ita quòd legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi: & quam potestatem habet archidiaconus super presbyteros parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio. probatur, quòd etiam prælentibus episcopis possunt presbyteri q̄uis ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus: & qualiter ipsi episcopi debeāt à suis clericis reuereri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede: sed in domo sunt eius socij: & presbyteri chrismate possunt vngere infirmos

Nonagesima sexta distinctio probatur, q laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, vel iudicandi de rebus ecclesiarum: & qualiter sacerdotium, & imperium sint distincta ab ipso Deo. de hoc extra de iudic. nouit de maio. & obedien. solitæ & de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quòd precibus ecclesiæ Imperator & cęteri princi. pes possunt in præsumptores animaduertere, & ecclesiā tuna re. de hoc in capitulo primo, de officio ordi

Nonagesimaoctaua distinctione, ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi, ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio. v. episcoporum recipiēdi nō sunt. de hoc extra de cler. pereg. per totum.

Nonagesimanona distinct. docet iterū, & plenius de primatibus & potestate eorum, qualiter solo nomine differunt à patriarchis, & q maiores sint episcopia de hoc extra de officio ordinarij, duo. & de diuisione prouinciarum aliquid dicit.

Cētesima distinctio tractat de pallio & vsu eius, de quo habetur de electione, significasti. & ca. qd sieut & de trāsla. capitulo secundo, de vsu pal per totum

Centesimaprima distinctio. probatur, q vna prouincia non debet diuidi in duas. de hoc extra de præbend. maioribus. nec vna prouincia dēt habere duos archi.

archiepiscopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat causas, in quarũ prima de simoniaco, & ordinationib. tractat, eo ꝙ de eiec ecclesiastica, & de ordinibus superius sufficienter monstratum erat.

Causa prima.

Quidam habens filium obtulit eum ditissimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras soluit.

HAec est prima causa, tractans de simonia, ꝙ inter cætera crimina maximum est, & in sequentibus duabus causis, de criminalibus tractabit simpliciter, præmittens Gratianus has tres causas criminales. Et habet hæc causa vij. quæstio & incidentia quædam extra simoniam more suo interserens.

In prima quæritur, an sit peccatũ emere spiritualia Gratianus primo allegat ad probãdum ꝙ sic, vsque ad §. sed obijcitur. Ibi in contrarium obijcit, & tres facit obiectiones quibus respondet, & responsiones auctoritatib. ꝓbat, probãs quòd ordinationes ab hæreticis factę, dummodo in forma ecclesiæ tenẽt, distinguẽs in §. signo inter sacramentũ necessitatis, & sacramẽtum dignitatis, & eam prosequitur vsque ad § ex his. ibi transfert se ad hęreticos, & de eorum sacramẽtis varie constat, vsq; ad §. constat. ibi ad principale propositum redit, & tractat de simonia, vsque ad finẽ quæstionis, & de hoc, extra de simo. per totum, & de renun. nisi cum pridem. super. §. secundo. Probat etiam qualiter simoniaci remanent in ordinibus suis dispensatiue, & quidã non, & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptismo, & eius effectu. de hoc extra de baptismo. per totum, & de Eucharistia de quo ex̃ de celeb. miss ꝑ totum Tractat ẽt incidenter, ꝙ non sunt sacramenta in peccatoribus prælatis despicienda, vsque ad §. duo autem. de quo extra, de vita & honestate cleri. vestra. deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicunt. & §. obijcitur, ꝙ baptisma & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma ecclesiæ: sed non ad effectum, vel executionem, nisi ignoranter recipiantur: quia tunc bene, quo ad executionem & effectum cõferuntur, vsque ad §. constat. A §. constat. vsquẽ ad §. sicut. probatur, ꝙ pro nullo sacramento recipi potest pecunia, nedum pro ordinatione de quo. extra de simonia. nõ satis, & eo tit. cum in ecclesiæ. & cap. cũ sit Romana. Postmodũ distinguit inter illos, qui scienter à simoniacis ordinantur: & illos qui ignoranter: & de pęna: & ignorãtia eorum: in c. statuimus: probans in capitulo, ordinationes. quot modis simonia cõmittatur: quia aliud est munꝰ ob obsequia: & c. & in c. sunt nonnulli. dicens ad finẽ quęstionis: ꝙ qui ab ordinãdo vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, puniri debet sicut qui promittit pecuniam ob accusandum: vel ob iudicãdum: vel ob testimonium ferendum: vel nõ ferendum, punitur quasi simoniam committat, vt. t. quæst. 3. videntes.

Secũda quæstio. quæritur, vtrum ꝓ ingressu monasterij pecunia sit exigẽda, vel ẽt exacta persoluenda? docetur ꝙ non: ostendẽs primo: quòd ecclesia non debet construi: nisi primo dos ei constituatur, de hoc extra de ecclesiæ ædi. c. penult. Si tamen aliquid sine petitione fuerit oblatum: recipi potest. de hoc extra de simon. & si quæstiones in authenti. de sanctissi. episco. §. si quis autem clericos. probat insuper, quod beneficia ecclesiastica nõ sunt danda diuitibus, sed pauperibus: per capitu clericos: & capitu pastor. qui aliàs vnde viuat habet, & beneficium ecclesiæ receperit: sacrilegium committit: & iudicium sibi manducat & bibit.

Tertia quæst quæritur: an ingressum ecclesiæ vel præbendam emere sit simoniacum: docet ꝙ sic: quia nec spiritnale: nec spirituali annexum emere licet: nisi in casibus de quibus habetur. extra ne prælati vices suas. que relam: & hic in not. pri. & super capit. a. Item de pœna taliũ ementium & vendentium ostẽdit, docet ẽt: ꝙ si iudex pro iudicãdo pecuniam receperit, simoniam committit per capit. vendentes. de hoc extra de vita & honestate clericorum, cum ab omni: & Innocen. super cap. non solum.

Quarta quæst. quæritur: an paternum crimen filio imputetur, qđ eo ignorante cõstat esse admissum: docetur primo: ꝙ ignorantis excusat multis auctoritatib. nisi filij imitãtur vitia paterna: vel nisi quantum ad eos peruenit extra de renun nisi cum pridem: vltra medium, de vsuris. ina. distinguens in § notãdum. inter ignorãtiam iuris & facti: & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui te. epi. cap. 1.

Quinta quæstio. quærit, an liceat ei esse in ecclesia: vel fungi eo ordine, quẽ sic paterna pecunia est assecutus probatur ꝙ sic, dispensatiue renunciando episcopatui. de hoc. ex̃. de simo. nobis, possunt ẽt promoueri isti ignorantes, & ẽt dicendum est si per vim etiam arcteur simoniam intercedere: vt in c. fin.

Sexta quæstio quæritur; vtrũ illi, qui ab isto simoniaco ignorãter ordinẽ receperunt sint abiiciendi? respondetur ꝙ non: per cap. si quis. qđ est in j. quæst. huius causę, si quis à simoniacis. Itẽ docetur in eadem quæstione: ꝙ dare aliquid vt eligantur: vel vt electio eius confirmetur: simoniacum est per cap. sicut is inultus. & C. de episc. & cleri. si quõquam.

Septima quæstio. quęritur: an iste renuncians suę hęresi sit recipiendus iterũ in episcopali dignitate suadẽte ecclesiæ necessitate: vel vtilitate: & ibi super §. nisi rigor. tractatur de dispensatione ad plenum, tractatur ẽt de hæreticis quando reuertuntur ad ecclesiam: & qualiter: & sub qua forma recipiendi sunt. & ꝙ necessaria est quandoque dispẽsatio, per capit. dispensationes, ad finem probat, qualiter ordinati ab ecclesia sint ab hæreticis recipiendi, cõcludens per capitu. fin ꝙ cætera crimina respectu simoniacæ prauitatis pro nihilo reputantur. de hoc extra de simo. cap. tanta.

Causa secunda.

Quæritur, quidam episcopus de lapsu carnis à laico impetitur: Duo monachi, vnus, &c.

ISta cã habet 8. quæstiones. In prima quæstio. tractatur, qualiter eires iudicia, & causis in occultis, & qualiter in notorijs sit procedendum.

Secunda quæstio. tractatur, ꝙ spoliatus ante restitutionem suis spoliatoribus respondere nõ cogitur, de hoc extra de ordine cognitio.

Tertia qęstio. tractatur, qua pœna feriẽdi sunt calumniatores, & de abolitionibus, de hoc extra de accusatio. super his, & de collusione.

Quarta quęstio tractatur, quot testes in quolibet causa sufficiãt, de hoc melius de testi. per totũ titu. & præsertim in ca. licet.

Quinta

Quinta quęstio tractatur de purgatione canonica & vulgari. de hoc melius, extra de purgatione canonica & vulgari.

Sexta quæstio. tractatur qualiter & quando sit appellandum, de hoc extra de appellationibus, & C. & ff. & in authentica.

Septima quæstio. probatur, quòd laici contra clericus, in accusatione regulariter audiendi non sunt, nec inferior clericus contra maiorē. de hoc, extra de hæreticis. excōmunicamus, de testi. de cetero, & de accusa. c. i.

Octaua quæstio ponitur, qualiter accusans se debet subscribere, & libellum formare, de hoc extra de procur. cap. tuæ,

Causa Tertia.

Quidam episcopus de propria sede deiectus est, petit restitui, post restitutionem, &c.

HAec est tertia Causa, in qua tractat in sui principio de resti. spol & habet 10. quæstiones.

In prima quæritur, an restō sit danda omnibus spoliatis, probatur quòd spoliari restituendis sunt ante ingressum causæ principalis, de hoc, extra de restitutione spolia. per totum.

Secūda quæstio. tractatur de inducijs, quæ debent dari ipsis restitutis, antequā ad iudicium reuocentur, & die breuiter hodie, ꝙ sont arbitrariæ. docetur in fine, quòd cum agitur contra prælatum de dilapidatione, interim debet more tutorum, vel curatorum ab officio suspēdi. de hoc, extra de offi. deleg. venerabili. & de simo. licet Heli.

Tertia quæstio. probatur, quòd induciæ sunt dandæ, postquam ad iudicium sunt vocati.

Quarta quæstio probatur, quòd infames, & non legitime cōiuncti ad accusationem admitti nō debent, & generaliter, qui admittēdi non sunt ad accusationem.

Quinta quæstio tractatur, quòd testes de domo actorum producēdi non sunt, & ēt de suspectis iudicibus tractat, & de testibus, & qui à testimonio & accusatione repelluntur. de hoc extra de accusa. c. 1. & de testib. c. fin.

Sexta quæstio. probat, quòd actor debet sequi forum rei, & quòd nemo de prouincia in prouinciā debet in ius vocari: sed hæc quæstio plenius examinatur, extra de foro compet. per totum, & de rapto. ca. 1 & qd episcopi, deponēdi non sunt, nisi auctoritate Papæ, & quòd alij iudices vel prælati vocati sunt in partē solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Septima quæstione probatur, qd criminosi & infames iudices aliorum esse non debent, nec ad vocati, & super hoc inducit totum titulum ff de postula. & C. tamen dum in administratione tolerantur, nō potest eorum iudicium declinari, & de hoc plenius de postulā. C. & ff. & extra de rescrip sciscitatur.

Octaua quæstione probatur, quando ad episcopum deponendum accusatum, ad minus debent interesse duodecim episcopi cū metropolitano, vt assessores, nō vt iudices, de hoc extra de re iudi. cap. non potest.

Nona quęstione docet, ꝙ accusatus contra accusatum absentē, vel testis in absentia illius cōtra quem deponit, audiēdi nō sunt, & qualiter testes, de quibus deponere debent sunt instruendi. de hoc extra de testi. cap. 1.

Decima quęstione probatur, quòd testis vel accusator, q differunt in vno casu, in alio audiendi nō sunt, quia præsumuntur calumniosi, de hoc. extra de accusa. cum P.

Vndecima quęstio. probatur, quòd in criminibus reaccusatio non habet locum, nisi in casibus, de hoc melius. C. qui accusare non possunt l. 1. & l. neganda, & extra de iudi. at si clerici.

Causa Quarta.

Quidam vir in excommunicatione constitutus episcopum accusare disponit, &c.

HAec est quarta Causa, & hēt sex quæstiones In prima quęritur vtrum excommunicatus possit aliquem accusare, & probatur quod non, de hoc, extra de iudi. intelleximus.

Secunda & tertia quęstio. Insimul examinantur, & tractant, qui & quales, & qui ętate debeāt esse testes, & qualiter examinari debeant. de hoc plenius ff. & C. de test. & extra de testi. per totum.

Quarta quęstio. tractatur, quòd in iudicio quattuor personæ sunt necessariæ Et quòd alius debet esse accusator, & alius testis Et ꝙ inscriptio in accusatione præcedere debet, nisi in casibus, de quibus extra de verb. sig. forus. & de accusa. super his.

Quinta quæstio. tractatur, ꝙ si accusator ad diem vel terminum sibi assignatum non venerit, potest excōmunicari. de hoc, vt lite non contesta. per totū: de verbo sig. ex parte.

Sexta quęstione tractat: ꝙ illi qui ab accusatione repelluntur si suā vel suorum iniuriam prosequūtur: bene admittuntur: de hoc extra de testi. de cetero.

Causa Quinta.

Infamia cuiusdam episcopi chartula accusatoris inscribitur, &c.

HAec est quinta Causa: & hēt quinque quæstio. In prima q̄stio. tractat: qui pęna feriēdi sunt, qui libellos famosos in oculto cōtra aliquem scribūt: de hoc C. de fal libel. per totum.

In secunda quæstio. probatur: qd reus edictis legitimis dēt vocari ad causam: antequam in eum sententiis cōdemnationis profertur: de hoc extra de dolo & contu. per totū: & de maio. & obe. Inter quattuor ff. de iudi. l. ad peremptorium eum l. sequen.

Tertia quæstio. probatur: quòd in criminalibus causis non potest interuenire procurator: & nec ad allegandum causas absentiæ: de hoc plenius ff de procur. seruū. § publice extra de accusationibus. veniens.

Quarta quæstione probatur: ꝙ episcopus absque synodali audientia: & auctoritate apostolica: cōdemnādus non est: & cum fuerit in synodo: dēt mitissima relatione verborum factum suum proponere: non indiscretis vocibus perstrepere: quod si fecerit: dēt de concilio expelli: vt exeat iurgium cum eo.

Quinta quæstione probatur: quòd non debet aliquis reputari inimicus eo quòd accusat: quia nō omnis q osculatur: est amicus: & non omnis qui verberat est inimicus.

Sexta quæstio. docet: qua pœna feriendi sunt accusatores: qui nō probant quod intēdunt: de hoc tractauerat ii. quæstio. iii.

Causa Sexta.

Duo fornicatores & infamia notati quendam religiosum episcopum de simonia, &c.

HAec sexta causa: & habet quinque quæstiones.

In prima tractat: an infames & criminosi ad accusationem episcopi sunt admittendi! Et respōdet

quòd non: nisi forte in exceptis criminibus, puta in simonia, vel in crimine læsæ maiestatis, & hæresis. Et ostendit quòd maiores à minoribus accusandi non sunt, nec iudicandi: quia nō est discipulus supra magistrum. Et ponit qui sint infames, probans quòd quandoque detractio (licet in se mala sit) à Deo permittitur, ne in superbiam eleuetur quandoque.

Secūda quæstione probatur, quòd non creditur episcopo soli si dicere voluerit aduersarium suū criminosum, vel quòd hoc ei confessus fuerit. de hoc extra de testi. licet. & de offic. ordi. si sacerdos.

Tertia quæstione probatur, quòd non licet episcopo accusato ire ad Archiepiscopum alterius prouinciæ, qui non potest eum ligare vel soluere, nisi in casu extra de rap. cap. j. & ibi probatur quæ dicatur prouincia, & quot episcopos debet habere.

Quarta quæstione probatur, quòd si contingat episcopos & Archiepiscopum discordare in iudicio istius episcopi accusati, quòd archiepiscopus vicinæ prouinciæ cum aliquibus de sua prouincia episcopis euocandus est, vt cum eis quæstio dirimatur, vel si prouincia habet primatem, recurratur ad eum. Quorum quidē sententia tenebit, nisi ad superiorem fuerit appellatum. de hoc extra de re. iud. c. si.

Quinta quæstione probatur, quòd deficiente accusatore reus non est cogendus ad purgationem, nisi fuerit infamatus: quia accusatore non probante, &c. extra de accu. cum. P. & de purg. can. per totum, de simo. de hoc, in si. & ca. sequenti.

Causa septima.

Quidam episcopus longa ægritudine grauatus, sibi alium institui rogauit: cuius precibus, &c.

HAec est septima causa, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione tractat de clerico ęgrotante. In sui principio ponit, quòd in ecclesia sua alter assumendus non est quantumcumq; sit tempore infirmus. Imo schismaticus dicitur, qui se ad hoc ingerit vsque ad § ecce. Sed eo petēte forsan infirmitate grauato, surrogetur alius ei, vel detur ei coadiutor. & si quis deficit in medio missæ, alius sacerdos, qui debet ei assistere, compleat sacramentum. Item quòd episcopi vel cęteri prælati non debent deserere ecclesias suas, & ire ad alienas. de hoc de cle. ægro. & de cler. non resi. per totum, & de transla. quanto. Item quod non debet eis pretium cōstitui, ponens casus quibus prælato viuente, potest alius substitui. de quo habes eā de ren. nisi cum pridem. & ca. post translationem.

Secunda quæstione probatur, quòd episcopus ea quo renuntiauit, & alius substitutus est, postea episcopatum suum recuperare non potest: celebrationem missarum, si causa infirmitatis dimiserit valetudine recuperata, exequi non prohibemus.

Causa Octaua.

Quidam episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamēto instituit, &c.

HAec est octaua Causa: & habet quinque quæst. Et hæc causa habuit ortum ab illo cap. quod est supra causa proxima, quæ. i. petisti. vbi fuit cōcessum cuidam episcopo sibi eligere successorem.

In prima quæstio. probatur, quòd nullus prælatus debet, vel potest sibi eligere successorē: quia ecclesia Dei iure hæreditario possideri non debet. & de hoc vsque ad §. his omnibus. de hoc extra de fil. presby. conquerente. Deinde quædam adiungit ad electionem pertinentia, probās, quòd electus electionem nō debet respuere, & qualiter eligi debeat. de hoc habetur C. de epis. & cle. si quemquam. et de renū. nisi cum pridem. Et hoc propter bonū obedientiæ, quod magnū est, de quo extra de ma. & obed. c. ij. & qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Interserit qualis & qualiter eligi debeat, vsque ad §. cum autem. probans etiā, quòd quādoq; eliguntur mali prælati, propter peccata subditorum. & quā grauiter peccant, qui sciētes se insufficientes prælaturas assumunt, cum aliorum sedē, qui magis digni sunt non dubitāt occupare.

Secunda quæstio. probatur, quod eorum patrocinia in electione conualescere non debent: sed vita & moribus est præferendus. Et quòd domini electores de eligēdo possunt iudicare & examinare, postquam electus fuerit, de eo non possunt iudicare. extra, de electio cum inter.

Tertia quæstione probatur, quòd nō est simoniacus, qui post suā electionem pro indemnitate ecclesiæ suæ iuramentum præstat, de hoc extra de ele. significasti.

Quarta quæstione probatur, quod pendente accusatione contra prælatum ante tempus sententię non debent subditi ab eo discedere, vel ei non obedire, de hoc extra de accu. olim.

Quinta quæstione probatur, si quis prælatus super aliquo crimine ad sedem apostolicam fuerit vocatus, non debet à curia discedere sine litteris Papæ. de hoc extra de iudi. cap j. & de procura. consilium.

Causa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus, aliquot clericos alterius Metropolitani ordinauit quemdam capellanum sui suffraganei, &c.

HAec est nona Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione probatur, qđ ordinationes factæ ab excōmunicatis, & electiones factæ ab hęreticis non sunt recipiendę: quia non habent executionē, nisi fuerit cū ordinatis dispēsatū. de hoc de ordina. ab epi. cap. si.

Secūda quæstione probatur, quod nullus episcopus debet clericos alterius diœcesis promouere sine commendatitijs litteris proprij episcopi, vel parochianum alienius recipere ad diuina, vel iudicare. de hoc extra de procura. cap ij. & iij. Rata tamen poterit haberi talis ordinatio à proprijs episcop^s^, vt probat c. Lugdunen. & extra de tempo. ordina. post translationem.

Tertia quęstione probatur, quòd archiepiscopi de subditis suffraganeorum suorum non iudicēt nisi in casibus. de hoc extra de offic. ordi. c. pastoralis. quamuis ecclesia Romana de omnib. indifferenter iudicet, & nullus de ea, nisi Deus: imo cuilibet ecclesiæ potest propter prærogatiuam suæ potestatis de prælato prouidere, & eū remouere similiter, vt in c. nūc vero. & de hoc extra de procura. constitutus.

Causa Decima.

Quidam laicus Basilicam à se factam, à diœcesana lege segregare quærit. Episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem, &c.

Hæc

HAec est decima Causa, & habet tres qō. In prima quęstione probatur, quòd ecclesia cum omnibus rebus suis ad Episcopi ordinationem, in cuius territorio sitæ sunt, pertinent, & ecclesiæ oblationes. & facultates earum à laicorum dispositionib. iubentur esse immunes. de hoc extra de sepul. certificari. & de offic. ord. conquerente. de relig. do. de xenodochijs. de censi. cum apostolus. per totum. de consti ecclesia.

Secunda quęst. probatur, quòd quamuis ecclesiæ cum rebus suis sint in dispositionibus episcopi, nō tamen habent potestatem dilapidādi, vel vēdēdi bona ipsius, quod probatur per authenticam, hoc ius porrectum, & per alias leges nisi in casibus. Item quare precariæ constituuntur, & reuocantur. de hoc extra de re. eccle. non aliená. c. per totum & alienator tenetur res ipsas ecclesiæ restituere, nihilominus tamquam fur & latro priuatur. extra de elect. quod sicut.

Tertia quæstione probatur, quid nomine cathedratici debent habere epī de ecclesijs parochialibus, & qualiter quartam vel tertiam pro fabrica ecclesię reparanda secundum diuersas consuetudines, & de obuētionibus ecclesiarum, & de quibus oblationibus habere debeat, & quòd nullus debet habere plures ecclesias, nisi propter paupertatē, quàm vnam, de hoc extra de his quæ fiunt à maiori parte cap. de sepult. certificari. de elect. c. dudum. Item imponit modū, secūdum quem episcopi debeant parochias visitare. de hoc extra de censi. c. cum Apostolus. de offic. archidiac. cap. iij.

Causa Vndecima

Clericus aduersus clericum quęstionem de prædijs agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere voluit reus, non nisi, &c.

HAec est vndecima Causa, in qua tractatur in parte de litigijs, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione examinatur & docetur multis auctoritatibus, quòd clericus semper est trahendus coram suo non ciuili iudice, nisi in casibus, de auctoritate tamen sui maioris. de hoc extra de foro compet. c. per totum. & maxime in capit. si diligēti. de iudic. at si clerici. ad finem.

Secunda quæstione probat, quòd suspēsione dignus est, qui ad ciuilem iudicem clericum trahit. vt in prædicto c. si diligenti.

Tertia quæstione probatur, quòd qui suspensus celebrat, irregularis efficitur, & deponi potest de hoc extra de cleric. exc. mini. c. per totum. & quod ideo publicanda est excōmunicatio, quia communicantes minori excōmunicatione sunt ligati. de hoc extra de senten. excommuni. cap. per totum, probans qualiter sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est: dicens postmodum contrarium, quòd iniustę sententiæ parendum nō est, nisi propter bonum obediētiæ, & ne homines in nos peccent, quia apud nos cōscientia bona, apud alios bona fama de nobis necessaria est per cap. inter verba laudantium. & ea non sunt audiēdi. & ca. iræ, aliàs væ qui bonum, malum dicitis, &c. Imo ille qui male excommunicat potestate ligandi se priuat. probans qualiter sententia quādoq; est iniusta ex ordine, quādoque ex causa: quia sine causa numquā debet quis excōmunicari. vt in authētica de san. epis. §. omnibus antē episcopis, quandoq; ex ordine. de hoc de sent. excōmunicatio. c. sacro. & quattuor sunt, quæ peruertūt humana iudicia. & quòd non semper est obediendum maioribus nostris: & qui sunt illi, qui non incidunt in excommunicationē propter communionem excommunicatorum. ad finem probat qualiter excommunicati sunt absoluendi, &c.

Causa duodecima.

Quidam clerici propria relinquere volunt, de suis & ecclesiæ rebus testamentū cōficiunt, de rebus ecclesiæ nonnulla largiunt, &c.

HAec est duodecima causa, in qua tractat vtrum clericis liceat habere proprium, & de ecclesiasticarum rerum alienatione, quia in superiori causa tractauit de litigijs clericorum, & habet quinque quæstiones.

In prima quęstione tractat, & quęritur, vtrum liceat clericis sæcularibus proprium habere. Probatur primo, quòd non vsque ad illud c. ego sum. & §. cōtra vero. deinde probatur, quòd sic: deinde soluit, postmodum quęrit ibi incidenter, vtrum res ecclesiæ possint diuidi p prębendas. & soluit quòd sic, & non probat. imo causa super hoc inducta contrariū innuit. Item est in quadam nota in capitu illi qui. glo. in verbo, hic patet. super capitu. j. ibi, aut vbi examinatur. vtrū illi, qui de patrimonio possunt viuere, possint sine peccato beneficiū recipere, & soluit quòd sic. sed nō ad suū vsum, sed ad vsum pauperum, aliàs sibi iudicium manducant. sed consuetudo contrarium seruat: quam Papa scit: & dissimulat, non dico tollerat. de hoc extra de rescrip. postulasti.

Secunda quęstione quæritur, an res ecclesiæ donata, vel alienata per clericos possit stare apud donatores, vel recipientes. docetur quòd non, nisi cum datur ob redemptionem captiuorum, ob debitum ad eleemosynas pauperum: & ob vtilitatem ecclesiæ. vt habetur in princ q. in notatia in eius summa, & in casibus, q sunt C. de sacrosan eccle l. iubemus. in authenticis ibi positis. Itē in casu de quo habet extra de dona. c. j. & tunc sine cōsensu capituli, vt videtur, tenet alienatio.

Tertia quæstione quęritur de his, quę quis postquā fuit ordinatus clericus in ecclesia acquisiuit, quę non habuit ante: respondetur, quòd si intuitu ecclesiæ acquisiuit, debent esse ecclesię: cętera redeant ad hæredes. de hoc extra de testa. cap. i. & capitulo cum in officiis. & de suc. ab intesta. cap. ij.

Quarta quæstione, qua quęritur si de suis, & ecclesię reb. aliquid acquisiuit clericus, docetur, quòd pro rata inter hęredes clerici, & ecclesiā diuidi debent, vt dicto capitulo requisisti. & si de pecunia ecclesię emit aliquid nomine ecclesię, de hoc debet cōficere instrumētū. de hoc extra de peculio clericorum. c. j. & per totum titulum.

Quinta quæstione docetur, quòd potest clericus condere testamētum de his, quæ habuit antequā ecclesiā acquisiuit: de his quæ postea intuitu suę personę, non autem de his, quę ad ecclesiam pertinent. aliàs tantundem de suo ecclesiæ relinquet.

Causa decimatertia

Diœcesani cuiusdam ecclesiæ baptismalis cladibus bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliam diœcesim, &c.

Hæc

HAec est decimatertia Causa in qua tractatur de decimis, cui ecclesiæ sunt soluendæ: & de iure funerandi & habet duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrum illi, qui transferunt se de vna parochia in aliam, & habẽt prędia in alia possint soluere decimas de prædijs in parochia in qua morantur, vel in secunda, in qua transiuerunt: docetur quod in parochia vbi sita sunt prædia soluendæ sunt decimę prædiales: nisi per præscriptionem eas amisit parochia. de hoc de parochi. cap. fina. & per totum. de deci. per totum. & maxime in c. ad hæc. hoc tamen ultimum quod dicit de præscriptione, pertinet ad secundam quæstionem.

Secũda quæstione, qua quæritur, vtrum isti parochiani, ꝙ sic se transtulerunt possint eligere sepulturã in prima, uel in alia ad quam se trãstulerunt: probatur ꝙ in prima regulariter, ut extra de sepul. per totum. Item docet ibi ꝙ sepultura uendenda non est, vt extra de sepulturis, abolẽdę. & inde credo ꝙ sint extracta illa de decr. Item docet, inf. eodem, pro quibus sit orãdum post mortem, qui debeant in ecclesia sepeliri vel non. & quot modis aię defunctorum purgantur. & qualiter per trigita dies, vel quadraginta sit ꝓ mortuis vel eorum exequijs celebrãdũ. & de eorum exequijs qualiter sint celebrandæ. de quib. cauetur extra de celebratione missa. cum marthę. ad fin. de testa. c. penul. & quòd eis qui suspendio moriuntur sepultura non est neganda, &c. de hoc septuagesima tertia, quæstione quinta. quid ergo. vt quia Deus nõ punit bis in idipsum. & inf. c. proximo. secunda, quæstione vltima.

Causa decimaquarta.

Clerici cuiusdã ecclesiæ quæstionem de predijs mouẽt: testes ex suis fratribus producunt: negotiatorib. pecuniam crediderunt, ut ex eorum, &c.

HAec est quartadecima Causa: & habet sex quæstiones.

In prima quęstione, tractat de clericis, an possint petere res proprias.

Secunda quęstione, qua quęritur, an clerici possint clericos suæ ecclesiæ in testes producere, docetur quòd sic: quia non est ꝓ clericis, sed pro ecclesia quæ mater est pauperum testificari. de hoc extra de testi. cum Mar tius.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sit vsura exigere lucrum de mercibus comparatis de pecunia mutuata. dr ꝙ quicqd ultra sortem accipitur, usura est. & quodcumque nomen imponatur ei, est usura.

Quarta quęstione, quærit, vtrum liceat clericis, uel laicis vsuras exigere: respõdetur ꝙ non: nisi ab hostib. & paganis secundũ quosdam. de hoc extra de usu. per totum titu. Item emere uilius ut carius uẽdatur, turpe lucrum est, & probibitum est, & de hoc extra ne clerici, vel monachi. c. t.

Quinta quęstione, qua quæritur, vtrum de vsuris, & de illicite acquisitis possint fieri elesmosynę, docet ꝙ non. extra de usu. c. super eo. Item de deci. c. prohibemus. Item ꝙ non est auferendum uni iniuste ut alij detur. & ideo prohibitum est sacerdotibus aduocare per c. denique ne per suffragium alterum lędat. de hoc extra in ca. si. de postul. Nec obstat illud, ꝙ mandato domini in Aegypto furta commiserunt & per ca. dicit dominus. per quod tractat extra de diuor. gaudemus. circa mediũ, & de eo ꝙ medicus & aduocatus acquirit, per ca sane. de hoc infra. capitu. prox. quæstione secunda.

Sexta quæstione, qua quęritur, an vsurarij possint iuste pœnitere nisi ablata restituatur. rñdetur ꝙ nõ, per c si res aliena. de hoc extra de fur. per totum tit. & in pręcedẽti questio. tetigit de rapina quomodo sit prohibita: & ꝙ non liceat clericis auferre sures quando ducunt ad suspendium, sed possunt rogare ne suspendãtur. de hoc de episco. audien. addictos.

Causa decimaquinta.

Quidã sacerdos crimine carnis lapsus esse perhibetur antequam sacerdotalẽ benedictionem consequeretur: postquam uero, &c.

HAec est quintadecima Causa, & habet octo quæstiones tractans de incontinentia clericorum, prę mittens tractatum de his, quæ mente alienata fiũt, & de quibusdam alijs.

In prima quęstione, qua quærit, an q̃ mente alienata fiunt sint imputanda, respondet, ꝙ non nisi culpa sua inciderit in furorem, tractans de infirmitate corporis, vel carnis: & bene distinguit inter peccatum uolũtariũ, & non uoluntarium, ꝓbans ꝙ qui in furore, uel inuitus aliquem hominem interfecit, nõ peccat.

Secunda quęstione, qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio, docetur ꝙ sic. extra de postula. capit. ttia. cõtraria intelliguntur de sæcularibus.

Tertia quęstione, qua quæritur, vtrum mulieri, cum quæ crimen commisit, sit credẽdum. respondetur ꝙ non: quia confitẽti de se, de aliorum criminib. credẽdum non est, ut extra de cõfes. ca. t. docens in quibus casibus accusatio, uel testimonium mulieris possit admitti, & superinducit multas leges.

Quarta quęstione, qua quęritur, vtrum liceat epõ die Dominico aliquam causam uentilare, docetur quòd non, tractans ibi de ferijs.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrũ clerico neganti sit indicẽda purgatio. docetur ꝙ nõ, nisi de illo crimine remanserit infamatus: vt supra 6. q. de hoc melius. de pur can. i. per totum. & de simo. de hoc.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrum clerici sint ad quæst ponendi. rñdetur ꝙ non, contra. videtur extra de commo. grauis. & quęst. 5. c. villicus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus pontifex potest deponere principes terrarum: sed si ini qui fuerint & inutiles potest absoluere uasallos a iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. c. si & de elect. c. venerabilẽ, & in consti. noua ad rei memoriam.

Septima quęstione, qua quęritur vtrum sine synodali audientia possit p̃rbyter deponi & condẽnari. soluit ꝙ nõ, quia licet episcopus honorem dare possit, nõ tamen potest solus auferre. de hoc extra de test c. a. in princi. & quod in depositione epi. 13. episcopi. in depositione presbyteri. 7. in depositione diaconi, tres debent esse, per capi. si quis durandum. & ca felin. & c seq. de hoc extra de re iud. c. 3. Item quod in pertractandis causis alijs debent adesse clerici ipsius episcopi de iure: licet sit secus hodie de consuetudine in quibusdã ecclesijs. extra de diuor. c. ex litteris.

Octaua quęstione, qua quærit, vtrum clericus confessus in iure de crimine, quod ante cõfessio-

nem perpetrauit, possit in susce. pro ordine post pœnitētiam mi nistrare, probatur quòd non de rigore iuris, nisi ex dispensatione cum distin. quæ est in nota. tis super princi questio. & quali ter a criminoso possum audire diuina, φ est de cohab. cle. vestra. & quòd filij clericorum suscept. de conubio secūdum quosdam, secundum alios etiam de concubina, debent esse serui ec clesiæ illius vnde erat clericus, qui eos genuit. & est ibi speciale, ut filij puniantur pro peccato patris.

Causa decimasexta.

Quidam abbas habebat ecclesiam parochialē, Instituit ibi monachum, ut officiū celebraret populo, possedit eam per quadraginta annos, &c.

HAec est decimasexta Causa, & habet septem quæstiones. In prima quæstione huius causę probaꝰ, quòd monachi de licentia sui episcopi possunt regere parochiales ecclesias: & tunc licet eis quæ aliis sacerdotibus. de hoc extra de stat. monach. quod dei. cum similibus.

Item, quòd monachi, qui in monasterijs resident, non tenētur solnere decimas de suis pdijs, nisi sicut alij clerici. de hoc extra de deci. c 1. & e. ex parte. & ca. presbyteri.

Item incidenter probatur, φ sicut venire duos episcopatus in vnum, & diuidere vnum in duos pertinet ad summum Pōtificē: sic venire duas parochias, vel ecclesias ptinet ad epm loci. de hoc extra de religio. do. c. t. de exces. prælato. sicut unite. de re. eccle non alie. c. 1.

Item, quòd sedes epalis nō debet esse ubi numquam fuit, & ubi fuit, non debet remoueri, nisi ex causa. Item probatur ibi, φ decimę baptismali ecclesiæ sūt soluendæ. de hoc dicitur de de ci. cū contingat. & qui contra faciūt, excommunicati sunt: ut probatur in capi in canonibus. vbi sūt illa verba pulcherrima: Ferro abscindenda sunt quæ fomentarum non sentiūt disciplinam, & quòd domini plati non debēt tātum esse custodes chartarum: sed quādoque ad facta venire debent. Item quòd episcopi in ip...a decimis non nisi tertiam uel quartam secūdum locorum cōsuetudinem, pcipere debent. probat insuper q̄ gra ue est ipsas decimas & primitias non soluere sacerdotibus. In fine probat, quòd quicquid habent clerici, pauperum est: & quòd decimas de consensu episcopi possūt licite monachi possidere: quod intelligitur secundum illud cap. cum apostolica. extra de his quę fiunt a prælato.

Secunda questione probatur pet cap. visis. ubi sunt illa verba, φ Diabolus mille modos nocēdi habet. & illa, humani moris est illum ueteri, &c. & φ capellæ monachorum, quæ eis pleno iure fuerunt datæ, ad eos ptinet Institutio & destitutio presbyterii: alijs vero quæ ad eos pleno iure non pertinent, idest, quas ipsi monachi in suis villis fundauerunt præsentatio ad eos ut patronos: institutio uero ad eos non pertinet, sed ad epm loci, hoc idem est de pri. eū & plātate. & de capel. monacho. c. 1.

Quinta quæstione decimęsextæ causæ, quæ intitulatur ante tertiam, & quartam, probaꝰ quòd si monachi, vel Clerici construxerunt ecclesias in territorijs, quæ habent in ciuitatibus, uel diœcesib. epsrum aliquorū, ordinatio illarū ecclesiarū. in sua diœcesi ad illos epos ptinebit: præsentatio uero ad ædificātes. nisi ædificator fuerit eps: quia tunc vt per cap. primum, quòd Institutio ad eum pertineat. et in aliena diœcesi. quod facit pro episcopo uero in ecclesia de Riuolis.

Tertia quæstione probatur, quali ter ecclesia aduersus ecclesiam præscribere possit. hoc idem ex tra de præscriptio. p totum. de parochis. c. pen. C. de vsufr. lege corruptione. C. de pręscriptione triginta, vel 60. annorum, per totum.

Quarta quęstione probaꝰ, φ ecclesiæ contra monasterium nō præscribūt, nisi quadraginta annis, per ius autem quod est C. de sacrosanctis ecclesijs. authentica, quas actiones. & per Gregoriū de ecclesia ad ecclesiam prorogatū est, quia antiqui canones, triginta annos de ecclesia ad ecclesiam admittebāt ut supra quæstione proxi. per ca. omnes. & extra de præscriptio. sanctorum.

Sexta quæstione probatur, quòd ea, quæ de iure debentur ecclesijs rectores earū non dēnt sua auctoritate usurpare: φ si fecerint, cadunt a causa de hoc extra de dolo, c. t C. vnde vi, si qs in tātam. probatur postmodum quòd delictum personę in damnum ecclesiæ redundare non debet extra de except. cum venerabilis. & ibi est quoddam cap. quod multum facit φ eis, qui habent chartas ab epis, uel aliquid de mensa.

Septima quæstione probaꝰ, quòd non licet abbatibus, nec alicui de manibus laici decimas recipere: quia laici, nec per se, nec p authoritatē epi decimas possidere pñt. d̄ hoc extra de deci. c. quamuis & c. prohibemus docens φ decimæ & ecclesię omnes constitutę in diœcesi alicuius de iure cōi ad dispen episcopi diœces. pertinent. in c. omnes. & in ca. nullus. denuntians excommunicatos minori excōmunicatione secundum Hugo. uel excommunicandos omnes qui de manu laici abbatiam. vel alias dignitates recipiunt: & ipsam laicum excommunicatum probat, uel excommunicādum secundum aliam causam. de hoc extra de elec. c. quisquis de iure patro. pręterea.

Item probat, φ eps non debet habere œconomum laicum nec p manus laicorum res ecclesiæ ministrare. quibus obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, extra de constit. ecclesia sanctæ Mariæ. excepto qd̄ possunt habere in ecclesia ius patronatus. vt extra de iure pat. per totum. & qualiter eis cōpetit docet: & in quo patroni tenean tur ipsis ecclesijs docēs ad finem, φ sicut licitum est monachis decimas male detentas de manu recipere laicorum cōsensu episcopi: ita & ecclesias recipere possunt, ut extra de his q̄ fi. a præla. cum apostolica, & de offi leg c dilectus.

Causa decimaseptima.

Quidam clericus infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit ecclesiæ: & beneficio in manu aduocati renunciauit, &c.

HAec est decimaseptima Causa, quæ habet quattuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an reus sit uoti, q dicit se uelle fieri monachum: & an liceat ei a proposito cordis discedere. & primo φ non possit multis auctoritatibus probatur. postmodum in ɔtrarium allegat, & solnit. quod nequaquam habeꝰ va ti reus, extra de vo. e. s.

Secunda quęstione pbat solutionem suā, quam fecit in prima, docens quantum spa sit ad pro fessionē dādū uolentib. uāitre ad

ad religionem. extra de regu.c. ad apostolicam.

Tertia quæstione probatur, quòd ex quo aliquis semel trāsiuit ad religionem: ex quo tenuit ingressus, non licet redire ad seculum, etiam de licentia abbatis.

Quarta questione queritur, vtrum si aliqs exit de monasterio sint ei sua reddēda: respōdetur quòd non. de hoc de renun.c.3. de cle. coniug. ꝙ à te. inducit incidenter, quia de sacrilegio fecit mentionē, & de eo docet quo modo & quot modis dicatur sacrilegiū vt infra. §. sacrilegium. & §. qui autem. & §. sequentibus. & qualiter committatur: & qualiter puniatur. extra de sent.en. excom. per totum. de foro compe.ca. cōquestus. ostendens per quot passus habet ecclesia immunitatē: & qualiter non sit aliquis, qui eam confugerit, nisi in casib. extrahendus. & qualiter sit sacrilegus, qui res ecclesiæ non in casibus licitis alienat. probat etiam ꝙ abbas cum consensu sui capituli non potest alienare. nisi episcopus loci consentiat.

Causa Decimaoctaua.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea, &c.

HAec est decimaoctaua Causa, & habet duas quæstiones.

In prima questione docet, ꝙ quicquid habeat abbas: ex quo fuit factus abbas, totum pertinet ad monasteriū vnde est abbas: & quicquid lucratur postquam est episcopus, totum est de iure episcopatus, ad quem trāsit, de hoc extra de testamentis cap. 1.

Secunda quæstione docetur, ꝙ abbas non per episcopum debet postulari vel eligi, sed per monachos, vt extra de statu mona. c. 1

Causa Decimanona.

Duo clerici ad monasterium transiuerunt, vterque ab episcopo suo licentiam petijt.

HAec est decimanona Causa & habet tres quæstiones.

In prima quæstione queritur, si episcopus debet permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur. & soluit quod sic.

Secunda quæstione docetur, quod etiā inuito episcopo possit clericus monasterium ingredi, & dimittere beneficium. de hoc extra de regu. in cap. licet.

Tertia quæstione, qua queritur, vtrum liceat canonico regulari transire ad monasterium, probatur ꝙ non: quod est intelligēdū de transeuntib. causa leuitatis. alias esset contra predictā decre. licet & illa seruatur. Item queritur incidenter, vtrum monachi possint regredi in ecclesias seculares, & docetur ꝙ non extra de relig. do. inter quattuor. de reb. eccl. non alie. possessione. & ne cle. vel mona. relatum. Item probat ibidem: ꝙ ex quo aliquis est ingressus monasterium. non potest testari de rebus suis, nisi cū distinctione illius legis. C. de sacrosan. eccl. auth. si qua mulier. authen. ingressi.

Causa Vigesima.

Duo pueritiæ annos agentes, à parentibus monasterio traditi sunt, vnus inuitus, alter spontaneus, &c.

HAec est vigesima Causa, & habet quattuor quæstiones.

In prima questione queritur, vtrū in pueritię annis traditi à parentibus, cogantur propositū religionis tenere. & probatur qđ non.

Secunda questione, docetur quod ab adolescentibus, qui preter voluntatem parentum religionis habitū susceperunt, ex quo illi legitimo tempore permāserunt exire non licet. & quod nō licet abbatissæ imponere velum monialibus suis: & quando offeruntur infantes monasterijs à parentib. suis sub testimonio multorū dicitur conferri, vt maledicendi actio auferatur. hoc est contra minores & predicatores, qui cōtra voluntatem parentum recipiunt pueros.

Tertia questione, qua quæritur, si quis preter voluntatem suam factus est monachus, vtrum sit cogendus ad obseruantiam. probat quod non per c. presens. vbi dicitur quod quis negligit, nec optat profecto nec diligit, qui autem non diligit, facile contemnit, de hoc extra quod metus causa. c. 1.

Quarta quæstio est, qua quæritur, si ab vno monasterio in aliud strictius sit licitum transire. & probatur quod sic, quod est expressum in dicta decre. licet. extra de reg.

Causa Vigesimaseptima.

Archipresbyter cuiusdam ecclesiæ præposituram alterius recepit, nec priorem vult relinquere, sæcularium quoque, &c.

HAec est vigesimaprima Causa & habet quinque quæstiones quia ex præmissis quinque causis tractatum de monachis interposuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & prosequitur thema.

In prima questione probatur, ꝙ non potest clericus vnus in duabus ecclesijs intitulari: nisi in casib. de hoc extra de elect. dudum 2. & ire ad alias sine commendatitijs episcopi sui. & de hoc de cle. non resi. per totum. Et ꝙ ex quo aliquis transfertur de vna ecclesia ad aliam, tunc non habet facere cum prima. de hoc extra de

Tertia quæstione prohibetur, ne clerici procuratores secularium negotiorum existant. de hoc extra de cler. vel mona. c. 2. ad si. & cap. a.

Quarta questione docetur. qđ clerici non debēt vti fulgidis & secularibus vestibus: & si moniti non destiterint, per priuationem beneficiorum puniendi sunt, extra de vita & hon. cle c. pen.

Quinta questione probatur, quòd ab episcopo correpti per suspensionem vel excommunicationē, non debent ad secularem iudicem confugere: quod si fecerint grauius puniantur.

Causa Vigesimasecunda.

Quidā episcopus iurauit falsum, quod putabat verum: quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam, &c.

HAec est vigesimasecunda Causa, & habet quinque questiones. De negotijs clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotijs clericorum secularium subiungere disponit.

In prima questione queritur, vtrū iuramentum sit prestandum. Dicitur primo quod non & postea probatur quòd sic. & soluit sicut est solutum; extra de iureiuran. & si Christus.

Secunda questio est, qua queritur vtrū sit periurus, qui iurauit falsum, quod putat verum. & docetur multis auctoritatibus. ꝙ nō: deinde dicit ꝙ sunt duo genera mendacij, & qualiter sancti excusantur à mendacio, puto propter iocum vel simulationem.

Tertia questione docetur : qualiter

liter subditi nō debent deserere suum prælatum; etiam si sciant eum esse periurum, vel criminosum vsque ad diffinitiuam sententiam. de quo. 8. q. 4. ca. nonne. & de accu. olim.

Quarta quæstione, docetur, ꝙ illicitum iuramentum seruari non debet: quod fit tribus modis; cū quis male iurat, cum incaute iurat, cum puellæ in puellari ætate iurant patre postmodum contradicente: ꝙ probat c. tribus extra de iureiur. per totum. de hoc in ca. quanto de elec. venerabilem. ad fi. per quod probatur, ꝙ si tantum profectus charitatis debent impediri, quod iuramentū non est seruandum iuramentum obseruandum non est, puta in eo qui iurauerit nō fideiubere, vel nō esse prælatus, patet quod frangitur illa causa; quod semper [illegible] æternæ, vt probat ea. q. ca. inter cætera quia illud non videtur frangere, qui in melius illud commutat, in ç veniens. vsque ad finem.

Quinta quæstione, probatur, quòd qui prouocat aliquem ad iurandum, & scit quod falsum iurat. ille prouocans periurus est, & infamis: qualiter dicatur sciēs probat per cap. hoc. videtur. in quo ca probatur, ꝙ reuelare secreta illi q possit prodesse & nō obesse, non est peccatum, nec periurium committitur, si ex sacramento tenebatur.

Item probat, ꝙ sacramentum intelligitur quandoque secundum illum qui exhibet, cōsiderata qualitate, & ratione vtriusque bona & mala, & quia Deus duplicitatis est aspernator, simplicem intentionem vtriusque considerat & verborū artem aspernatur, & creat: vt in § de his omnibus. extra eod. tit cap. veniens. docens quòd in decimo quarto anno cōpellitur quis iurare in fine formam fidelitatis, quę fit cum iuramento tam à vasallis domino. econtra ostendit concludens, ꝙ nec simplici loquela, neque in iuramento mendacium dicere debemus.

Causa vigesimatertia.

Quidam episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circa adiacentes catholicos, &c.

HAec est vigesimatertia Causa habens sub se octo quæstiones, tractans in sui principio, vtrū bella sint licita clericis.

In prima quæstione, qua quęritur vtrum militare sit peccatum, docetur ꝙ non, nisi propter prædā militetur, & quod de licentia superiorum, vel ducum, vel principum militetur propter pacē seruandam. Quid autem sit militare, exponitur in notula super princip. huius glos.

Item, quod hosti seruanda est fides si promittatur.

Item, quod præcepta patientię nō molestatione corporis, sed in tempperatione cordis seruanda sunt, &c.

Secunda quæstione, qua quæritur quid sit iustum bellum, probatꝰ ꝙ illud est iustum bellum, quod iurisdictio ingerit, vel quod in iniuriam iustis vlciscitur, probās ꝙ a filijs Israel iusta bella gerebantur, eo videlicet ꝙ viæ publicæ negabantur eis, quod fieri debebat.

Tertia quæstione, an iniuria sociorum armis propulsanda sit: docetur ꝙ nō, nisi cui incumbit ratione officij: illi autem tenentur, alij vero non, nisi velint vbi plene de hoc modo super principa. quæst. & extra de senten. ex commun. ca. quanto. Alij dicunt, ꝙ quemlibet tenetur eum armis propulsare: alias non videtur sine scrupulo societatis occultæ, &c extra de homi. sicut dignum & in eam partem videtur declinare Gratianus.

Quarta quęstione, qua quęritur an vindicta sit inferenda. Videtur ꝙ nō. Primo multis auctoritatibus & capitulis probando ꝙ mali sustinendi sunt, & tolerandi per bonos: quia nec dominus Iudam, quamuis malum sciret à cōuiuio remouit. de hoc extra de offi. ord. c. si sacerdos, quia Deus bonos & malos in ecclesia esse voluit, per cap qui secundū carnem natus est quia hęc vita quæ inter Cælum & infernū sita est, oportet ꝙ conditionem vtriusque loci recipiat, imo hoc ipso præsumitur malus, qui malos tolerare nescit. per c quamuis. &c. seq ꝙ verum est de his quos corrigere nō possumus; quia actoritatē non habemus, vel quia peccata probare non possumus. & in hoc procedit vsque ad finem. Et est etiam alia causa, & ex tunc probat, ꝙ si ibi mali sunt prædestinati, superflua est eorum correctio; si sunt præsciti, inutilis, & ibi aliquo modo vindicta inferenda non est. In contrariū postmodū soluit quòd crimina semper sunt ferenda, quando salua pace fieri potest: & quòd multitudo non sit in causa. & hoc probat vsque ad §. semel vero. Item quòd prælatus propriam iniuriā vindicare non debet, per c inter querelas, deinde redit ad probandum solutiones. docet etiam quod a §. breuiter monstratum est vsque ad finem, quod debet de necessitate fieri vindicta, deinde probat ꝙ semel culpa dimissa iterum in vltionem venire non debet.

Quinta quæstione, qua quęritur, vtrum sit peccatum iudici reos morti tradere: cum probatum sit in superiori quòd crimina tolerari possint, docetur quod non. Item pbatur ꝙ sine iudice, nec alium, nec seipsum occidere licet c. de occidendis. vsque ad c. nō est necessariū. deinde in ca. regum officium est docet ꝙ propitijs principibus reuerētiam & fidē seruare debemus. & qui nō facit, apud deum præmia inuenire nō potest: & sicut fidem & reuerentiā eis exhibere cogimur, vt extra de maio. & obed. solitæ. proprium eorum est vt ecclesias iuuent, & defendent. & probat per capi. administratores. quòd si non fecerint, à prælatis admoniti excommunicari poterunt, vt extra de offi. ordi. c. 1. deinde probat ꝙ supra dixerat, ꝙ licite mali principes & iudices occiduntur, & schismatici, & hæretici & excommunicati, vsque ad § si vero rei.

Sexta quęstione qua quęritur, vtrū mali ad bonum sint cogēdi, docetur qđ sic, vt supra quęstione proxima.

Septima quæstione, qua quæritur, an hæretici rebus suis sint spoliandi, vtrum illi qui eos expoliant, iuste spolia eorum possideant: & idem de Sarracenis, in not. sup: a prima quæst. probatur multis auctoritatibus quòd sic, de hæreticis. excommunicamus.

Octaua quæstione, qua quæritur, de episcopis & clericis, vtrū sua auctoritate, Vel Romani Pontificis arma, vel bella inferre possint, docetur qđ nō, nisi hortando; sed illud officium alijs committere debent. de hoc extra de exces. præla. ca. ex litteris. extra de voto, magnę ad finē. & in no. ostendens esse differentiā inter prælatos, qui solis decimis & primitijs viuūt. & hi nō ita se possunt armis immiscere nisi hortādo, & illi qui castra & ciuitates tenent à regibus. hi habent ire ad exercitum de licētia tamen Papæ debent talia facere: quam differentiam probat decre extra de maio. & obe. solitæ. circa princi. Docēs insuper qualiter tributa sint licita & pręstanda principibus & maioribus nostris: cuꝫ ab ipsa nostra ecclesia pro pace tenēda extra de cēsi. c. 1. in fi. & de pœnitētia: quæ impositæ incē-

diariis

diarijs tractat, de qbus habetur extra de senten. excōmu. c. tua. docens ꝙ regibus & principib. facultas faciēdi iustitiam est ꝑmissa: si multi vulnerāt vnum, & inde moritur, quis eorum teneatur: & videtur ꝙ qlibet, qui percussit sit homicida propter dubium.

Causa vigesimaquarta.

Quidam episcopus in hæresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio priuauit, &c.

HAec est uigesimaquarta Causa, & habet sub se tres q̄stiones.
In prima quæstione quæritur, an episcopus lapsus in hęresim possit subditos suos excommunicare, & soluit ꝙ nec lapsus in hęresim antiquam, uel nouam, ex quo incepit eā prędicare est excommunicatus, nec pōt excommunicare alium, quod multis c. ꝓbatur. de hoc extra de hære. excommunicamus & in c. si de eo qui renunt. episco. & ibi c. quodcūque ligaueris. illa summa qualiter illa verba quodcū que ligaueris, &c. extra de sen. excom. c. a nobis. & illa summa de fide. c. hæc est fides, qua ē extra de sum. tri. & fide ca. meli' i sed prędicti bene possunt baptisare, ut in ultimo § istius. imo & ordines cōferre in forma ecclesiæ, ut sup. in quęstione sup § quid. in fi. & c. sequētibus. & de hoc extra de summa trinitate. c. i. in fine.
Secunda quæstione q̄ritur, an aliquis post mortem possit excommunicari: & respondet ꝙ non, nisi ꝓ crimine hæresis. de hoc de sentent. excommu. a nobis. Item cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus. de hoc extra de sepul. ex litteris. & capit. a nobis præalleg.
Tertia q̄stione, qua quęritur, an ꝓ peccato alicuius tota sua familia sint excōmunicāda. soluitur ꝙ non, ꝑ capi. si habes. Item ꝙ snia excōicationis iniuste lata, conuertitur in damnatorem suum, capitulo, de illicita. cum c. sequen. & præcedenti. de hoc cauetur extra de sen. excom. sacro. & c. cum medicinalis, lib 6. Item tractat an nocētes, vel criminosi sunt maledicendi. & primo quod non ad finem. §. illicita. ergo usque ad § sed quid. deinde probat, ꝙ à sanctis uiris rationabiliter in malos zelo iustitię proferri potest excommunicatio, probans ꝙ medicinalis sit excommunicatio, pere. corripiant, qua pœna nulla maior in ecclesia Dei, ut ibi & quia nesciunt q̄d de quolibet pariat futura dies, de nemine quantumcumque excommunicato dum moritur desperandum est.
Item ponit differētiam inter hęreticos & schismaticos, & quot sint hæreticorum sectæ, a capitu quia vero. vsque in finē causæ de hoc extra de hæreti. ꝑ totum, & de schisma. &c.

Causa vigesimaquinta.

Sancta Romana ecclesia quādam ecclesiā muniuit suis priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens, &c.

HAec est vigesimaquinta Causa habens sub se duas q̄stiones, tractans quantā ptātem habeat Romana ecclesia in concedēdis priuilegijs alijs ecclesijs: qa in superiori causa ostendit, ꝙ omnis catholicus est subiectus Romanę ecclesię, similiter in hac tractat plenius. de hoc extra de priuilegijs per totum.
In prima quęstione, qua q̄rit, vtrū clerici decimalis ecclesiæ possint petere decimas ab ecclesijs de prædiis suis sitis in parochia ecclesiæ baptismalis. docet primo quod non, docens ꝙ Papa ꝯ canones facere negr. dist. c. sunt quidam. & quod nullus tātum, quantum Romanus pontifex canones seruare tenetur, etiam vsque ad effusionem sanguinis. & quod contra ecclesiam dispēsare non potest, nec contra diuinas scripturas. de hoc extra de bigamis. capitulo secundo. In contrarium tamē soluit, ꝙ priuilegia cōcedere potest, dum tamen status ecclesię nō subuertatur, ut extra de priuilegijs. in pluribus locis.
Secunda quæstione, qua quærit, vtrum secūda priuilegia cōcessa cuidam monasterio sito circa baptismalē ecclesiā deroget primis priuilegiis clericorū ecclesiæ baptismalis: docetur primo ꝙ non: & probat per multos canones & leges inductas. C. de prec impe. offeren. & si contra ius; uel utilitatem pub. & titu. sequen. & hoc uerum est, nisi ea causa prius priuilegium perderetur, uel reprobaretur. de q̄bus causis habes extra de dec. suggestum, uel de illis, qui propter suam culpam amittunt suū episcopum. per c. Innocens. de hoc melius extra in capitulo prædicto, & de rapt. super litteris, & de consti. cum venissent.

Causa vigesimasexta.

Quidam sacerdos cum conuinceretur apud episcopū correctus ab episcopo, noluit cessare, &c.

HAec est vigesimasexta Causa. in qua Gratianus de sacramētis tractaturus, præmittit tractatum de superstitionibus, quæ speciem sacramēti habere vidētur, & habet sub se septem quæstiones.
In prima quæstione quæritur, qui sint sacrilegi: docetur & soluit per capitulum primum.
Secunda quęstione, qua quæritur, an sit peccatū esse sortilegum, docetur primo allegando ꝙ nō sit malum, deinde conuertit stylum & soluit in contrarium, per multas auctoritates, de hoc extra de sorti. per totum.
Tertia & quarta quęstione, quæ simul tractantur, quarum prima est à quibus diuinationis genus sumpsit exordium, & quot sunt diuinationis genera docetur. Item quæ dicitur fuisse matheseos, & ꝙ vsque ad natiuitatem Christi celebrati fuerūt illi Magi, qui eum prædixerūt, deinde desiuati sunt. Item de natura Dæmonum, & qualiter futura prænoscant ostendit.
Quinta quæstione qua quæritur, vtrū sortilegi & diuini si cessare noluerint sint excommunicādi: docetur ꝙ sic, extra de sortile. per totum. Item quòd clerici propter quosdam dolores prohibentur extenere altaria & spinis honorare, vel missas mortuorum cātare, & multos modos diuinandi ostendit, q omnes sunt reprobati à iure.
Sexta quæstione quæritur, vtrum excommunicatus per suum episcopum, possit ab alio quàm suo episcopo absolui. probatur ꝙ non, nisi à summo Pontifice, vel metropolitano: sed excommunicati à præsbyteris, ab episcopis absolui possunt, ostendens ꝙ reconciliatio publica, confectio chrismatis, & virginis consecratio ad episcopos pertinent, & benedictio solennis in missa, in necessitate tamen præsbyteri excommunicatos à quolibet absoluunt, de officio ordina. pastoralis, & capitu. conquerente. de sententia excommunicationis per totum.

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sit pænitentia morientibus iniungenda: docetur quòd non: sed innotescenda, & quòd pænitentiæ sunt arbitrariæ vbi canon non imponit eas. de his êt quas canon imponit, potest presbyter ex causa relaxare per capitu tempora pænitudinis, & ca. sequēti. Prohibens ne die Dominico ieiunetur, nā q die Dominico studiose ieiunat, nō creditur esse catholicus, ostēdēs ꝙ cū magno gaudio & affectu debent recipi pænitentes, nec dēnt eis imponere onera grauia, per cap. allega. de hoc extra de pęnitem. omnis. ad finem quæstionis redit ad sortilegos, & dicit ꝙ dies ægyptiaci, & calendarum non sunt obseruandi, quia gentes obseruabant illos.

Causa Trigesimaseptima.

Quidam votum castitatis habens desponsauit sibi vxorem, illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad, &c.

HAec est vigesimaseptima causa, hucusq; de negotiis, de cætero de sacramentis, & quia matrimonium est magnum in Christo & in ecclesia sacramentum, & est antiquius cæteris. & de eo quotidie quæritur in iudiciis. in his decem causis sequētibus de matrimoniis tractat: & iste tractatus à causis nō separatur, &c. tractās de impedimento voti contra matrimonium.

In prima quæst. & secūda, de spōsalibus tractat. & habet in se duas quæstiones in quarū prima quæritur, an coniugium possit inter vouentes cōtrahi, probat quòd nō, de hoc clarius extra qui cle. vel vo. per totum. Item inter viduas & moniales, quæ vouēt solenniter, & postea contrahunt, prosequit. de hoc extra de reg. vidua, & punit eadē pęna eos, qui cum eis cōtrahunt. vel qui eas rapiunt de hoc in præalleg. titulo, qui cle vel vouen.

Secunda quęstione, qua quæritur, vtrum puellæ alteri dispensatæ possint renuntiare priori conditioni, & alteri nubere: tractat primo vtrū inter sponsos sit matrimoniū, & probatur quòd sic per diffinitionem matrimonij, & per multa alia capitula, & sic soluitur ꝙ matrimonium est: sed non ratum: immo nō simpliciter coniugium, interserens quot bona sunt in matrimonio. Item tractat ibi, quòd vnos coniugatorum, post carnis copulam sine consensu alterius non pōt ad religionem transire. de hoc melius extra de conuer. con. per totum, sponsi vero sic. extra de coniug. lepro. ex parte Item tractat ibi de frigido & maleficiato per totum: sed de hoc melius in vltima causa. Item tractat ibi, de eo qui cogno. consan. vxoris suæ, & de rapto ca. pitulo finali. Item quæritur ibi, quare incontinenti post sponsalia non traduntur sponsæ sponsis, & soluitur, quòd vt eas habeant chariores ad finem soluit quæstiu. quòd sponsa de futuro possit nubere alii, sponsa de præsenti, nequaquam.

Causa Vigesimaoctaua.

Quidam vir infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est: vxor vero eius fidei odio Christianæ, &c.

HAec est vigesimaoctaua Causa, & hēt tres quæstiones.

In prima quæstione primo quæritur, an coniugium sit inter infideles: & soluitur quòd sic, & vtrum si vnus infidelis conuersus fuerit ad fidē Christi, possit dimittere aliam, & respondetur quòd non, nisi in casibus de diuor. quanto, & eodem titulo gaudemus, quod intelligitur de paganis, quia si vxor iudæi conuersa fuerit ad fidem, bene potuit dimittere Iudęū: vt in capitulo iudęa, & in capitulis ibi positis. Itē docet ibi, quòd filii, qui ex tali matrimonio nascuntur, Christi fidem sequi habent. Item quòd cum Iudęis non licet comedere, nec bibere, nec balneari, quamuis cum paganis possumus, ex. quęstione prima, ad mensam, quia illi cibos nostros non discernūt à suis, sicut isti iudæi maledicti. docet etiam, quòd si fidelis cū infideli contrahat matrimoniū, quòd non valet nisi infidelis eō verti voluerit ad fidem: designans differentiam inter ratum legitimum & non legitimum matrimonium, & illam auctoritatem ponit, Quod non est ex fide, peccatum est. & optime exponit quæ præmissa sunt, quod inter infideles sit matrimoniū admirari videtur Beru

Secunda quæstio qua quæritur, vtrum viuente vxore infideli aliam ducere possit, cōuersus ad eidem catholicam, & videtur quòd non: nisi ab eo recesserit, odio fidei Christianæ: quia tūc habet locum illa auctoritas, infidelis discedit. de hoc in prædictis capitulo, quanto & capitulo, gaudemus. circa finem: secus si vnus fidelium trāseat ad infidelitatis errorem.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum talis bigamus sit, q vnā ante baptismum, & aliam post baptismum habuit respondet, quod sic. de hoc extra in præallegato capitulo. gaudemus. ad finem & supra uigesimasexta distinctione per totum.

Causa Vigesimanona.

Cuidam nobili mulieri indicatum est, quòd à quodam filio cuiusdam nobilis in coniugem petebatur, &c.

HAec est vigesimanona Causa, quę tractat de errore: & habet sub se duas quæstiones.

In prima quęstione quęrit, vtrum sit matrimonium inter eum & eam, quem mulier credit liberum & nobilem: & tamē est seruus, respondetur quod non, assignans differētiam inter errorē personæ & fortunæ cōditionis, & qualitatis, & q cōsensum cōiugij non admittat. & sup hoc multa bona argumēta inducit de isto errore.

Secunda quæstione, qua quęrit, vtrū liceat huic mulieri dimittere hunc seruum, quē putabat primo liberum. Respondet q̄d sic, nisi ex quo sciuit eum seruū cum eo habitare consensit. de hoc extra de coniugio ser. per totum.

Vltimo pbatur, quòd si seruus cū ancilla contrahit matrimonium, stabit, & tenet & nihilominus tenētur reddere seruitia dominis suis.

Causa Trigesima.

Quidam vir populorum frequentia impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: vxor, &c

HAec est trigesima Causa, tractans de spirituali pximitate & legali, qualiter impediant matrimonium, addit etiam de ætate, & de clandestinis matrimoniis, & habet sub se quinque quæstiones.

In prima quæstione tractatur, & quæritur vtrum vxori suæ debitum reddere valeat, qui propriũ filium de sacro fonte suscepit, & docetur quòd sic, nisi propria vtriusque voluntate abstineant: de quo extra de cogn. spi. capi. super eo probans in cap. 1. quod sicut 7. sunt dona spiritus sancti, sic & septẽ sunt dona baptismi, & in quolibet contrahit cõpaternitas, de hoc extra de cog. spi. Item probatur, q̃ non solũ per baptismum, sed per confessionem contrahitur compaternitas inter presbyterum & omnes illas personas, quas ad pœnitentiam recipit. & quod grauiter puniri debent, si cum eis committerentur. de hoc extra de cogn. spiri. in ca. si.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum sponsalia cõtrahantur per infantes. & tenetur quòd non, si sunt intra septenniom quòd expressum est in c. literas, & c. accessit. de despon. impoberum.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum filij spirituales valeant copulari naturalibos in matrimonio. docetur quod non, extra de cognatio. spiri. & legali. per totum

Quarta quæstione, qua quæritur, vtrum quis possit ducere in vxorem commatrem vxoris suæ. docetur q̃ si vxor mea postquam ego eam cognoui fecit eam commatrem, non possom eam ducere, sed si antequam esset vxor mea fecit eam commatrem, possum. de hoc extra de cogna. spiri. Martinus. Alio modo videtur soluere Gratianus in §. notandum. sed ad idem tendit.

Quinta quæstione, qua quærit, an clandestina desponsatio manifestæ præiudicet: & certe præiudicat, dummodo sit legitime probare: sed prohibentur ideo clandestina matrimonia; quia si altera negaret, & probari nõ posset, negans posset prohiberi à primo matrimonio: quia de incertis iudicare, vel diffinire non possumus. de hoc extra de clan. desp. c. 1. per totum. probans hac occasione, quod index antequam sententiet, debet cuncta rimari, per cap. nullus namque iudicantem oportet cuncta rimari: nec in re dubia certa potest fieri sententia.

Causa Trigesimaprima.

Quidam vir vxorem alterius stuprauit, & eo mortuo vxorem duxit: filiam ex ea suscepit, cuidam in coniugẽ se daturum iurauit, &c.

HAec est trigesimaprima Causa, tractans de criminis enormitate impediente matrimoniũ & de coactione. & de fide sponsalium.

In prima quæstione quæritur, vtrum possit duci in coniugem, quæ prius est polluta per adulteriũ; & probatur quod sic, nisi alter fuerit machinatus in mortem viri. vel nisi fidem dederit viuente viro de eadem ducenda. de hoc extra de eo qui duxit in matrim. q̃ pol. per adult. cap. 1. & vltim. & per totum. dicas quod bis vel ter potest quis nubere: & deinceps mortua prima, per c quod si dormierit, de quo extra de secũdis nuptijs per totum.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum filia possit tradi inuita in matrimonium, vel per metũ: docetur q̃ nisi libera voluntate alicui non est copulanda. de hoc extra de despon. impu. c. 1. & c. veniens. & c. cum locum.

Tertia quæstione, qua quæritur, an filia impubes desponsata per patrem, possit alij nubere. docetur quod non, si ipsa desponsationi consentit, aliàs sic, vt in prænallegato. c. 1.

Causa Trigesimasecunda.

Quidam vir, cum non haberet vxorem, quandam meretricem sibi in coniugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui filia originarij: quam cum, &c.

HAec est trigesimasecũda Causa, tractans in sui principio, vtrum cum meretrice possit esse matrimonium eo, quia supra proxima causa tractauit vtrum quam polluit quis adulterio possit habere vxorem. & ponit octo quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ meretrix licite ducatur in vxorem. docetur primo q̃ non, quia nõ liceat alicui retinere nec ducere corruptam. Sed in contrarium soluit, q̃ meretrix duci potest in vxorem, extra de spon. cum inter opera. dũ tamen spes sit de ea q̃ corrigatur: & in solutione illa de bonis matrimonij tangit aliquid etiã de bono virginitatis in cap nuptiæ. quæ suadeti potest, imperari nequaquã, vt in c. Integritas.

Secunda quæstione, qua quæritur, an ea sit coniunx appellanda, quæ causa incontinentiæ ducitur. docetur primo, quod non. Sed in contrarium solutio est, dummodo aliquid de his, quæ sunt contra substantiam matrimonij non opponatur. de hoc extra de condi. appo. c. fin. §. his ita respondetur: vbi probatur vbi primo fuit institutum matrimonium. & de bonis matrimonij tangit ibi in ca. quicquid. & in cap connubia vbi est optima nota de illo coniugio, vbi dicitur, quod in coitu etiã coniugali non adest, nec est gratia sancti spiritus incidenter tractat, qui abortum committunt seu procurant, vtrum sint homicidæ. & docetur quod sic, si puerperium formatum est: vel erit, per cap. Moyses. quod est expressum, extra de homic. si aliquis. & iterum redit ad probandum solutionem suam prædictam & an consensus parentum requirẽdus est in copulandis filijs, per c. honorantur.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum neptis ingenui habens patrem suum teneatur sequi arbitrium aui ingenui: dicit q̃ aui.

Quarta quæstione, qua quæritur, an viuente vxore sterili, liceat alicui filios ex ancilla quærere. probatur quod nõ, nõ obstantibus maiorũ patrũ exemplis, Abrahę, Loth, & Iacob, docent, quod fornicatio non solum adulteriũ hodie est prohibita. in fin. docet quod partus ventrem sequitur, de hoc, extra de ser. non ordin. cap. fin.

Quinta quæstione, qua quæritur, an ea, quę vim patitur peccatũ admittere comprobetur docetur quod non: quia reuera non antea caro potest corrumpi, nisi mens fuerit corrupta: verũ tamen est quod corruptę sunt per capit. si Paulus. Item probatur quòd nõ peccat, quæ sic vim passa est nec propter hoc potest à viro dimitti.

Item probat, quod ex quo vir, & vxor coniugali affectu sunt copulati, non licet eis ab inuicem separari, per c. horrendus excepta causa fornicationis. extra de sponsa. ex parte & quod excommunicandi sunt qui dimittunt vxores suas, supra cap proximo. q. 1. & q̃ eodem modo puniendi sunt viri, si adulterẽtur, & probatum fuerit: sicut & mulieres. aliter si non probatur, contra eos procedi non potest, quia occulta peccata non habent vindictam, & probatione cessante, vindicta cessat per capit. Christians.

Sexta quæstione, qua quærit, vtrũ adulter possit dimittere adulteram. probatur quod non, de hoc extra de adult. capit. primo & si.

Septima

Septima quæstione, qua quæritur vtrum ille, qui dimittit vxorē suam causa fornicationis, possit ea viuente aliam ducere. probatur quòd non. de hoc in dicto capitu. ex parte. de spōs. probās ꝙ adulterium magnum est peccatum, & fornicatio, & incestus & peccatum contra naturam. & quot sunt in capitu. non solum. & capit. quid adulterio grauius & capit. flagitia. de his extra de eo qui cog no. consangui. vxo. suæ, pro totum. Item ꝙ post matrimoniū contractū, si alter fiat furiosus vel stultus, semper remanet matrimoniū: quia illud vinculum matrimonij, in nullo casu rumpi potest. extra de conuer. coniug. ex parte.

Octaua quæstione, qua quæritur, vtrum liceat ei, qui dimisit vxorem ducere aliam infidelem, vt eam ad fidem deducat. & respōdetur quòd non. extra de con. uex. in fin.

Causa Trigesimatertia.

Quidam maleficijs impeditus vxori suæ debitum reddere non poterat. alius interim clanculo eam corrupit, à viro suo separata, &c.

HAec est 33. Causa, tractans post multa impedimenta matrimonij, de impotentia coeundi, de criminis enormitate, de feriatorum tempore, quibus de pænitentia, longum interserit tractatum, & ponit de ipso themate quinque quæstiones,

In prima quæstione quærit, vtrū propter impossibilitatem coeundi mulier sit separāda à viro? Respondet quòd sic, si naturale fuerit impedimentum, ante carnalem copulam: quòd si illa postmodum cū alia coierit, priora connubia separentur. Si autem propter maleficium, numquam priora separantur per capitu. si per sortiarias. de hoc apparet hic, & extra per totum tit. de frigidis.

Secunda quæstione, qua quæritur an à viro suo separata possit nubere illi, qui eam durante primo matrimonio cognouerat: Respondetur quòd sic peracta pænitentia: si per iudicium ecclesię separata fuerit, aliter nō: quia nullus debet dimittere vxorē suam sine iudicio ecclesiæ: quia hoc esset pœnam apponere, quę imponi non debet nisi per iudicem, vt extra de diuor porro. quòd si dimissa fuerit, ante omnia restituēda est vxor. extra de restit. spol. ex cōquestione & c. litteras. Item quòd non licet viro suam vxorem interficere, etiam si inueniat eam in adulterā tem: quod est verum secundum canones, quia gladio materiali neminem puniri volunt, sed spirituali: quia propter fornicationem dimitti potest, non occidi à viro suo secundum Euāgelicam veritatem: & de pęnis eorum, qui vxores suas interficiunt ponit, & quòd clericis licet si vxores eorum peccauerint, eas in custodia detinere ligatas, nō vsq; ad necē eas affligere. de hoc extra de iureiuran. quēadmodū. Item soluit quare post vij. annos pænitētes ad pristinum statum reuertuntur vel recipi iubentur, sed pænitens ad matrimonium vel militiam non recipiuntur regulariter. extra de peniten. & remi. c. ij. nisi ex dispēsatione, iusta causa suggerente, & nisi haberent vxores isti penitentes, quia tunc eis vti possunt: quia quos Deus coniūxit, homo non separat.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione absq; oris confessione quisque possit Deo satisfacere.

TRACATVS DE pænitentia.

Hinc incipit tractatus de pænitentia, qui in septem partes distinguitur, quæ vsualiter distinctiones appellantur, in quorum qualibet diuersa quæstio tractatur.

Distinctio Prima.

Prima distinctio tractatur, quod supra positum est & primo nititur probare quòd sola cordis contritio, & secreta satisfactio sufficit, & multorum sanctorū auctoritatibus & legibus super hoc inductis. Sed in contrariū soluitur: an tamen sola cordis contritio sufficit ad remissionē pœnæ ęternæ, vbi duo reliqua necessitatis excludit: & quid de hac quæstione sit dicendum, tene quod pluribus in locis ibi adnotatum est.

Distinctio Secunda.

Secunda distinctio qua tractatur, an charitas semel habita possit amitti. probatur quòd sic, de imperfecta dum est homo in vita ista, de qua tractat post e occasione earum, de tertia in secūda incipit facere mentionem, & occasionaliter, & incidenter venit ad hanc quæstionē. ꝓ pꝫ eos, qui negant pænitentiam reintegrari posse: asserentes, quia charitas semel habita numquam amittitur, ita pænitentia semel celebrata vere nulla sequente culpa maculatur, docens in sui principio quid sit charitas & effectus eius: & quot gradus sint in charitate, & post baptismum homo peccare pōt & de pscitis, & de pdestinatis. docens quòd præsciti numquam verā charitatem habere possunt: sed fictā quæ aliquam se esse demōstrat, probatur, vt in fine distinct. & ibi de creatione, & casu Sataną ponit, & de confirmatione Angelorum, qui remanserunt in cælo

Distinctio Tertia.

Tertia distinctione quæritur, an pænitentia iterari possit, probatur quòd sic: ponens multas diffinitiones penitētiæ sed primo asseritur quod non. Item tractat an pluribus criminibus irretitus de vno tantū possit penitentiam agere. Solutio ritius est extra de pænitentia & rem ssio. quod quidam.

Distinctio Quarta.

Quarta distinctione dicitur, an peccata dimissa per penitentiā redeant, & allegat pro & contra & tandem declinat in eā partē quòd redeant saltē quo ad hoc quòd non proficiet ei prima pęnitentia quo ad vitam æternā, sed tunc proficiet cum de alijs egerit pęnitentiam, vt in capitulo finali.

Distinctio Quinta.

Quinta distinctione quærit, qualiter peccatorem considerare oportrat in pęnitentia, & probat per multa, scilicet qualitatem criminis, locum & tempus commissi criminis, & multa alia quæ continentur in capitulo in ista distinctione per totū. & qualiter confiteri & pænitere debeat, docet.

Distinctio Sexta.

Sexta distinctione duas facit quęstiones. prima est, cui confessio est facienda: & docetur quòd pro-

proprio sacerdoti, & ex iusta causa alij cuicunque, sed cum licentia proprij sacerdotis, de hoc extra de pœnitentia & remissio. & etiam laico in necessitate. Nota qualis debeat esse, qui de aliorum criminibus iudicat, & docetur quod sapiens, & discretus: & ab omni crimine mundus.

Distinctio septima.

Septima distinctione qua quæritur, vsque ad quod tempus recipiendus est peccator ad pœnitentiam: & respondetur, ꝙ vsque ad vltimum exitum vitæ suæ: quia de nemine desperandum est, dum est in hoc mortali corpore constitutus, & ita nunquam pœnitenti pœnitentia est neganda, & de prædictis 5. distinct. tractatur plene in quarta quæstione huius 33. causæ: in qua quæsitum fuit vtrum orationis tempore coniugali operi vacare liceat, docetur ꝙ non, nisi in fine insta de causa: puta si scandalum inde nascitur, vel fornicationis inde vitandæ causa: aliter peccarent mortaliter secundum quosdam. Alij dicunt, ꝙ de consilio loquuntur canones, qui hoc prohibent, vt ibi in summa suꝑ principio quæstionis. hoc statutum fuit ꝙ tempore orationis & abstinentiæ nuptiæ non celebrantur: vt in capitulo, vir cum propria in fin. de hoc extra de fer. Capellanus, & quod dicit quod commistioni vacandum non est tempore ieiunij, verum est de consensu viri & vxoris, alioqui semper requisitus tenetur reddere, sed non exigere, & ex hoc formatur sequens quæstio.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum viri sine consensu vxoris vouere possint continentiam, docetur ꝙ non, sed de consensu vtriusque possunt ambo vel alter continentiam vouere, & in capitulo, quod Deo patri, de hoc extra de conuer. coniuga. per totum, & de hoc virginitatis & continentiæ, docetur in capitulo tunc saluabitur, & docetur quod si vir consenserit vxorem vouere, vel econtra oportet similiter quod ipse voueat, de hoc extra de conuer. coniuga. capitulo tertio. Item docet ꝙ mulier semper debet esse subdita viro, propter hoc, quia vir est factus ad imaginem Dei, mulier vero non. extra de probationi. proposuisti, & de despon. impube probat per capitulum, mulierem, quia mulieri iudicare non licet, vel testimonium ferre, quod verum est in criminali.

Causa Trigesimaquarta.

Quidam vir in captiuitatem ductus est: postea vxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij. Demum ille de captiuitate, &c.

Hæc est 34. Causa, habens sub se duas quæstiones.

In prima quæstione qua quæritur, vtrum sit rea adulterij quæ absente viro in captiuitate alteri nupsit, & respondetur quod non, si ignorat ipsum viuere.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum reuertente primo viro à captiuitate sit ei restituenda, & respondetur ꝙ sic, & de vtraque quæstione apertius, extra de secundis nuptijs, Dominus.

Item vtrum vxor teneatur sequi virum, & quando quis malæ fidei possessor videatur, docet de hoc extra de præscriptiun. capitulo finali. & de eo qui ignoranter adulterium commisit tractat in fine.

Causa Trigesima quinta.

Quidam vir vxore sua defuncta aliam quæ ei defunctæ quarto gradu attinebat sibi in matrimonio copulauit, quæ vxori defunctæ, &c.

Hæc est 35 Causa, habens sub se decem quæstiones. tractans de consanguinitate & affinitate & gradibus cognationis.

In prima quæstione, qua quæritur, vtrum liceat alicui aliquam ducere de propria cognatione in vxorem, docetur quòd non: & causam quare hoc sit hodie cum in veteri testamento seruaretur contrarium, ostendit. de hoc extra de consanguinitate & affinitate.

Secunda & tertia quæstione, quæ simul examinantur: in quarum prima quæritur, vtrum consanguinea vxoris alicuius duci possit in coniugium, & vsque ad quem gradum oportet abstinere à proprijs consanguineis, & causam quare hoc sit, probat: immo aliqua capitula videntur innuere, quòd dum in memoria potest retineri consanguinitas, durat prohibitio, quæ copulas de affinitate innuere videntur vsque ad quintum gradum, sed hoc soluitur in § fin. sed totum hoc est hodie correctum per constitutionem cap. non debet de consanguini. & affinit.

Quarta quæstione, qua quæritur, quare ad 7. gradum matrimonium prohibetur: ostendens rationem supra: quia sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finiri debet.

Quinta quæstione, qua quæritur, quibus accusationibus matrimonia sint dirimenda, sed de hoc extra qui matri. accusa. possunt, ꝑ totum, & de spon. cum in tua. & forma iuramenti ꝙ testes super matrimonio inducti præstare debent, & testes etiam synodales, & de illis, qui ex aliqua iusta causa ab vxoribus separantur, vel coniunguntur inuiti. docens, ꝙ si sciat quis consanguineam vxorem suam, non debet ipsam dimittere sine iudicio ecclesiæ. extra de diuor. porro. nec vni testi super hoc impedimento matrimonij credi debet, de hoc extra de testibus licet.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrum illi qui de incestuosis nascuntur sint legitimi filij reputandi, docetur quòd non: nec debent in aliquo succedere patri: extra qui filij sint legitimi, per totam, & de eo qui duxit in ma. quam polluit per adul. cum haberet.

Octaua quæstione, qua quæritur, an hi qui ignoranter coniuncti sunt in prohibito grado affinitatis vel consanguinitatis ex dispensatione in tali matrimonio remanere possint, & docet ꝙ sic. de hoc extra de consanguinitate & affinita. & de pœna seu pœnitentia ipsorum incestuosorum, docet de hoc extra de eo, qui cognouit consanguinea. capitulo primo, & cap. tua & in multis ca. ibidem.

Nona quæstione, qua quæritur, si ecclesia fraude testium vel ignorantia aliquos separauit per sententiam, si postea deprehensa fuerit falsitas testium vel calliditas, vtrum possit primam sententiam reuocare? docetur ꝙ sic, de hoc extra de re iudic. lator. & cap. consanguinei. tractatur ibi, ꝙ non tantum sententia matrimonij potest reuocari ex causa: immo etiam contra alias sententias ecclesia venit ex causa multoties, vt extra de testit. spo. litteras.

Decima quæstione, vtrum soboles suscepta ex prioris nuptijs possit copulari cum consanguineis secundi viri defuncti: & vtrum affinitas dissoluatur per mortem viri vel mulieris, & respondetur, ꝙ non: primum corrigitur per constitutionem extra de consan. & affinita non debet.

Cau-

Causa trigesimasexta.

Filiam cuiusdam patre ignorante quidam muneribus illexit, & ad conuiuium inuitauit. finito conuiuio iuuenis virginem oppressit : quo comperto,&c.

HAec est 16. Causa & vltima, & habet in se doas quæstinnes.

In prima quætitur, vtrum quidã, qui per vim pueliam corropit, raptom commiserit, & prnbator qoòd sic.

Seconda quæstione. qua quætitur vtrum raptori oobere possit, ꝓbatur quòd sic, si prior dissẽsus trsoseat in cõsensom. de hac extra de raptoribus.ca. fina.& penultimo.

De consecratione alijsq; ecclesiæ sacramentis.

Expleto de matrimonio, quod omnium nationum commune est, tractat hic de sacramentis, quæ solis Christianis præstantur. additur de quibusdam alijs sacramentis: & quæ in ecclesia præstantur sacramenta.

Primnagit de ecclesiarũ cõsecratiooe,& altarium, & readificatione earum. & missarum celebratinne: & solẽoitatibus, quæ celebrantor ob reuerentiam sanctorum & sanctarom rerum.

Secondo, de sacrameoto Eucharistiæ.

Tertio, de festiuis diebus.

Quarto de baptismo.

Quinto, de cõfirmatione, & de officijs diuinis & ieiuniis.

In fine de Sancti spiritus processione. De primo, de coose. & per totũ. De secundo de celebra. missaom Marthæ, & qussi per totũ. De tertio extra d' reli & ve.san. per totum. De quarto de baptismo, & per totum. De quinto extra de consuetudinibus. quãto. Et sic iste tractatos in v. distinc. est distinctus, differẽs à mado tractandi à superioribus, q̃a vtitur suium auctoritatibus in toto isto tractatu, nec appooit de suo Gratiaous, nisi doos §. vnũ in prima distinctione, alium in quarta: qui oolebat aliquid nouum inserere in hac materia, in qua noo solum verborum, sed sententiarom nooitas est profana. Prima ostendit quòd ecclesiæ sunt consecrandæ. Secondo qualiter. Tertio de noo iteranda coosecratione. Quarto de ordine Missæ, & quoties sit celebrandum in die.

Finis Flosculi seu Summarÿ totius Decreti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

R E G I S T R V M

a b c d e f.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ.

AAAA BBBB CCCC DDDD EEEE FFFF GGGG HHHH IIII KKKK LLLL MMMM NNNN OOOO PPPP QQQQ RRRR SSSS TTTT VVVV XXXX YYYY ZZZZ.

AAAAA BBBBB CCCCC DDDDD EEEEE FFFFF GGGGG HHHHH IIIII KKKKK LLLLL MMMMM NNNNN OOOOO PPPPP QQQQQ RRRRR SSSSS TTTTT VVVVV XXXXX YYYYY ZZZZZ.

AAAAAA BBBBBB CCCCCC DDDDDD EEEEEE FFFFFF.

Omnes ſunt Quaterniones, f, Duernum FF, Ternum DDDD, Quinternum FFFFFF, Ternum.

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via [illegible]
1972